



RECVEIL
DE PLVSIEVRS
PIECES CVRIEVSES
SERVANT A L'HISTOIRE
DE BOVRGOGNE,

Choisy parmy les Titres plus anciens de la Chambre des Comptes de Diion, des Abbayes & autres Eglises considerables, & des Archiues des Villes & Communautez de la Prouince.

Pour iustifier l'Origine des Familles les plus illustres, & pour instruire des anciennes Loix, Coustumes & Priuileges des Villes de la Bourgogne.

Par feu Messire ESTIENNE PERARD, *Conseiller du Roy en ses Conseils, & Doyen de sa Chambre des Comptes à Diion.*






A PARIS,

Chez CLAVDE CRAMOISY, ruë Saint Victor, proche la Place-Maubert; au Sacrifice d'Abel.

M. DC. LXIV.

AVEC PRIVILEGE DV ROY.



A MONSEIGNEVR

LE PRINCE.



ONSEIGNEVR,

Voicy la Bourgogne ancienne qui veut prendre part au bonheur dont la

moderne ioüit sous les heureux auspices de vostre Altesse Serenissime, & qui luy demande la mesme protection. Elle vous vient entretenir de la grandeur & de la pieté de ses Princes, aussi bien que des Priuileges que la valeur & la fidelité de sa noblesse & de ses peuples luy ont fait meriter de reconnoissance de nos Rois & de ses Ducs: & elle ne craint point que la dureté de son langage puisse déplaire à vostre Altesse Serenissime; puisque c'est le meilleur témoignage qu'elle puisse produire de la verité qu'elle professe dans cette Histoire. Les grands Princes comme Vous, MONSEIGNEVR, *qui sont nez pour estre la merueille de leur âge, & l'admiration*

de l'auenir, doiuent vn accueil fauorable aux Heros qui les ont precedé; & c'est à vostre Altesse Serenissime qui a de si glorieux auantages sur la posterité, à prendre la defense d'vne Langue qui paroist estrangere dans sa propre Nation, puisqu'elle nous découure tant de fameux monumens, sous lesquels la gloire de plusieurs illustres Maisons estoit comme enseuelie. L'on verra icy des preuues, par bons titres, de ces Childebrans & de ces Nibelungs vos Ancestres, que les ennemis de nostre Nation & de nostre Maison Royale, ont voulu faire passer pour des phantosmes, parce qu'ils estouffoient l'éclat des autres qu'ils veulent eleuer sur les ruines de la ve-

rité. Comme voſtre Alteſſe Sereniſſime n'eſt pas moins illuſtre par ſon Sçauoir que par ſes fameux Exploits de guerre; Elle les reconnoiſtra mieux ſous la ſimplicité de leur habit & de leur ſtile, que s'ils paroiſſoient à la mode. Et c'eſt pour cette raiſon, MONSEIGNEVR, *que mon pere qui auoit commencé de mettre cet ouurage ſous la preſſe, n'a rien voulu aiouſter du ſien dans ce premier Volume, qui fait partie d'vn plus grand deſſein, dont i'eſpere donner la ſuite. Il s'eſt contenté de rapporter toutes les vieilles Chartres ſelon l'ordre de leurs dattes; & par ce moyen il en a fait vne maniere d'Hiſtoire, qui ſans aucun ornement exterieur repreſente l'eſtat, les mœurs, &*

les coustumes de chaque siecle, si parfaitement, qu'on peut dire que c'est auoir vescu du mesme temps, que de voir ces beaux originaux qui nous en restent. I'espere, MONSEIGNEVR, *que vous les receurez encore d'autant plus fauorablement, que cette Prouince a esté l'Appanage des Princes de vostre Maison, & que c'est à Beatrix de Bourgogne, femme de Robert de France Comte de Clermont, fils puisné de Saint Louïs vostre Ancestre, auquel elle porta le Bourbonnois, que vous deuez le grand nom de* BOVRBON, *dont vous auez hautement maintenu la gloire. Et sur cette asseurance ie croiray auoir satisfait à ce que ie dois à l'honneur*

de ma Patrie, à la memoire de mon Pere, & à la paßion que i'ay d'estre eternellement,

MONSEIGNEVR,

De V. A. S.


Le tres-humble, tres-fidele & tres-obeïssant seruiteur PERARD, Conseiller au Parlement de Bourgogne.

TABLE
DES TITRES ET CHARTRES, contenuës en ce Recueil.

é

RECVEIL






RECVEIL
DE PLVSIEVRS
PIECES CVRIEVSES
POVR L'HISTOIRE
DE BOVRGOGNE.



LODOVEVS Rex Francorum, vir illuſtris : ſeruos Dei, quorum virtutibus gloriamur, & orationibus defenſamur, ſi nobis amicos acquirimus, honoribus ſublimamus, atque obſequiis veneramur, ſtatum Regni noſtri perpetuò augere credimus, & ſæculi gloriam, atque cœleſtis Regni patriam adipiſci confidimus. Quapropter notum ſit omnibus Epiſcopis, Abbatibus, & illuſtribus Viris, magnificis Ducibus, Comitibus, Domeſticis, Vicariis, Grafionibus, Centenariis, & omnibus curam ſanctæ Dei Eccleſiæ gerentibus, per noſtrum Regnum diſcurrentibus, tam præſentibus quàm futuris : Quia Dominus *Ioannes*, clarus virtutibus, locellum ſuum in Pago *Tornotrinſe*, ſub Regula beati Macarij ad habitationem Monachorum conſtructum, qui *Reomaüs* vocatur, primo noſtro ſuſceptæ Chriſtianitatis atque ſubiugationis Gallorum anno, noſtræ Celſitudini tradidit & commendauit ; vt ſub noſtra emunitate & mundiburdio, noſtrorumque ſucceſſorum Regum ſemper maneat. Propterea & nos ipſum peculiarem patronum noſtrum, cuius merito omnes hoſtes noſtros vincere credimus, taliter honorauimus, vt quantumcumque, ſuo Aſino ſedens, vna die circa locum ſuum nobis traditum & commendatum de noſtris fiſcis circuiſſet, perpetuò per noſtram Regalem munificentiam habeat, & quod ipſe nobis, noſque illi contulimus, iure hereditario, tam nos quàm noſtri ſucceſſores Reges, teneant in omni defenſione, reclamatione, aduocatione & immunitate, nullique vnquam dignitati, nullique Eccleſiæ propter meritum tanti Patris ſubdatur, & conferatur. Monachis verò ibidem per diuerſas Cellulas manentibus ſeu manſuris, omnia neceſſaria ſecundum numerum quo fuerint, à nobis & ſucceſſoribus noſtris regibus, ex cenſu noſtro Regio præbeantur. Ideoque has litteras manu noſtra firmatas, ipſi noſtro Patrono, Domino Ioanni, dedimus ; id omnino vos rogamus atque decernimus, vt nec nos noſtrique ſucceſſores Reges, neque vos, veſtrique minores, nec vllus quilibet de iudiciaria poteſtate, de vernes, curtes, vel re-

Fondation par Clouis premier Roy Chreſtien de France, de l'Abbaye de Monſtier ſaint Iean, dont l'original eſt en la Chambre des Comptes de Dijon.

bus ipsius Monasterij, in quibuslibet pagis vel territoriis in Regno, Deo propitio nostro, nostrorumque successorum Regum, futuroque bono ipsius Monasterij, quod vel ab ipso Patrono Ioanne, vel à nobis est concessum, seu à suis progenitoribus ipsi & nobis datum, & hereditate, vel iudicio fuerit delegatum, tam ex munere nostro, quàm de paterno & proprio, vel in reliquum de comparato, aut de conlato populi, seu de quolibet adtracto, aliquid auferre præsumat. Et pro ipsa Casa Dei, aut ipso Patrono nostro, tam ciues quàm coloni ac Gasindi suscepti, si aliquid violenter rapuerint, Dei nostrorumque terrore percussi, ad integrum reddant: & nemo prædictas res eorum inquietare audeat, nec in eorum vicos, vel villas & curtes, ad causas audiendas, nec ad mansiones faciendas, nec freda exactanda, nec vllas functiones requirendas, ingredi præsumat; sed sub nostra nostrorumque Regum successorum tuitione & mundiburdio prædictum Monasterium, propter meritum tanti Patroni, permaneat & quiescat. Et quod à nobis circa ipsum peculiarem Patronum nostrum, Dominum Ioannem, conceditur & conseruatur, hoc à nostris successoribus Regibus, pro ipso Patrono nostro, ac pro ipso loco sancto ad successores suos, quos ex suis elegerint, semper sit conseruatum: nec vllas requisitiones, nec repetitiones, nec vllum impedimentum à iudicibus publicis pertimescant. Vnde ipsa Congregatio pro tempore tanti Patroni eiusque successorum, pro stabilitate regni nostri, & salute patriæ, Domini misericordiam iugiter debeat exorare. Et vt hoc præceptum firmius habeatur, & per omnia tempora conseruetur, manus nostræ signaculo subter illud decreuimus roborare, ac signo Crucis quo sacramur, auctorauimus.





Année 482. Datum sub die quarto Kalendas Ianuarias, Indictione quinta. Actum Remis ciuitate, in Dei nomine feliciter. ✠

Ego Anachalus obtuli anno magni Clodouei 16.

Quelques personnes doctes, & dont i'estime la censure, ont eu de la peine à consentir à la verité de cette Charte, sur des conionctures d'Histoire assez plausibles : mais outre qu'elle se trouue originale dans la Chambre des Comptes de Diion, en la maniere qu'elle est icy rapportée; c'est qu'il y a titre pour iustifier qu'on s'en est seruy il y a plus de trois cens ans, & qu'elle a esté reconnuë en Iustice. Cela se iustifie par le procés verbal de Robert Berfumée, Garde de la Preuosté de Villeneuue le Roy, qui le Vendredy deuant Noël, l'an 1324. mit en la main du Roy la garde & le temporel de ladite Abbaye, nommée en Latin Reomaus, *& en François Monstier sainct Iean,* en vertu, *ce sont ses propres termes,* de Lettres anciennes du temps de Clodoue premier Roy Chrestien de France, & de Clotarius son fils, esquelles est contenu que l'Abbaye de Monstier sainct Iean est de leur fondation, d'ont i'ay toute veuë les originals. *Les Officiers du Duc de Bourgogne s'y estant opposez, prirent acte de Guillaume Abbé de Monstier sainct Iean, & de ses Religieux, le Lundy aprés l'Epiphanie, par lequel il reconnoissent que de temps immemorial le Duc & ses Predecesseurs estoient en possession de ladite Garde, & le Duc Eudes s'estant pourueu pardeuers le Roy pour y estre maintenu, sa Maiesté manda au Baillif de Sens ou son Lieutenant, d'informer de son droict, & de relascher la main si la chose estoit constante, & en cas de debat de renuoyer l'affaire à son Parlement. Les Lettres sont du vingt-deuxiéme Nouembre, mil trois cens vingt-cinq.*

CHLOTARIVS Rex Francorum, vir illustris; omnibus Episcopis, Abbatibus & illustribus Viris, magnificis Ducibus, Comitibus, Domesticis, Vicariis, Grafionibus Centenariis, vel omnibus Iunioribus nostris, tam præsentibus quàm futuris: Si petitionibus Sacerdotum, quoad profectum Ecclesiarum pertinet, auditum mente deuota præstamus, retributorem omnium bonorum Iesum Christum ex hoc nos habere confidimus. Igitur notum sit omnibus, quoniam sicut diuæ memoriæ genitor noster *Clodoueus*, Monasterium domni Patroni nostri *Ioannis*, ex dono ipsius, sub sua emunitate recepit, tenuit & honorauit, suisque posteris Regibus, per præceptum, hæreditarium reliquit: Ita & nos venerabilem *Siluestrum* Abbatem ipsius loci, & domni Ioannis, nostri generis peculiaris Patroni & Oratoris, discipulum ac successorem, sub nostra, nostrorumque Regum successorum emunitate & defensione recipimus & reuocamus: decernentes, vt semper sub nobis, & Regibus nostris successoribus, tam Abbas quàm Monachi, quamque omnes qui pro ipsa Casa Dei, aut ipso Abbate spectare videntur, seu in reliquum esse debent, semper maneant, & Abbatem ex suis constituant, nullasque requisitiones, nec nos, nec publici iudices, ab ipso loco, vel à dominis eiusdem Monasterij requiramus. Sumptus verò quos genitor noster Monachis, ad vestiendum, calciandum, & victum præbuit, similiter & nos, nostrique Reges successores, ex nostra Camera, vel fiscalibus reditibus, Abbati Syluestro, eiusque Monachis & successoribus liberaliter conferamus, vt pro nobis, nostroque progenitore, & regno, Dominum iugiter exorent. Confirmation de la fondation de Clouis par Clotaire son fils, dont l'original est en la Châbre des Comptes de Dijon.

Signum  *Incliti Regis Chlotarij.*  *Ego Atalus; obtuli &c. subscripsi.*

Datum sub die VIII. Cal. Martij an. V. Regni nostri. Actum Suessionis ciuitatis in Domini nomine feliciter. Année 516.

ANNO Incarnationis Dominicæ, Dei, & Saluatoris Domini Nostri Iesu Christi, D. C. quinquagesimo tertio, indictione decima, regnante *Theodorico* filio Clotarij gloriosi Regis, Maiore verò domus *Leodegiso*, filio *Herchinoaldi*: Ego *Leodegarius*, etsi indignus Episcopus Eduorum, septimo Episcopatus mei anno, considerans varias rerum mutationes, sed & ineuitabilem mortis terminum, ac formidabilem iudicij, & cunctis tremendam districtionem iudicis horam, simul pro his huiuscemodi ad illam disciplinam recurrens, quæ præcipit, date & dabitur vobis, & facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos recipiant in cælis: & illud recordans sapientiæ, monentis, redemptio animæ viri diuitiæ eius, &, sicut aqua ignem extinguit, ita eleemosyna extinguit peccatum: Pro amore diuinitatis, pro remissione peccatorum, pro pia quoque recordatione Domini *Clotarij* & *Valdechildis* Reginæ, pro statu necne Regis *Theodorici*, & regni, ac cunctorum procerum eius, precipuè pro his qui in dicendis rebus conquirendis adiutores & collaboratores nobis extiterint, dono, trado, transfundo, & heredem statuo, Ecclesiam Beati Nazarij, titulum mei præsulatus, de rebus meis. Hoc est de *Mariniaco* villa, quæ iacet super *Stantiam* fluuium, quam michi iam dicta Regina de proprio suo in proprium meum delegauit, & per regale instrumentum carthæ habere concessit: nec minus de *Tiliniaco* villa, quæ de iure materno ab auis & proauis michi Testament de S. Leger Euesque d'Autun. Année 653.

competit, & est super fluuium *Sagonam* : necnon & de *Olgea* at de *Canavis villa* quam de *Bodilone* & *Sigrada*, Deo deuota, conquisiui ; cuius terra sita est, tam infra *Diuionem* castrum, quàm circa. Quas villas cum catallis suis, seruis vtriusque sexus, terris, vineis, pratis, aquis, stagnis, cursibus, recursibus, syluis, pascuis maioris peculij vel minoris, de statu nostro proprio in statum matriculæ nostræ, quum ostium Ecclesiæ Sancti Nazarij fabricauimus, cum omnibus suis appendiciis delegamus, secernimus, transfundimus ; ea ratione, vt tam à præposito eiusdem matriculæ Rectario, quam à successoribus eius, quos nostri successores Pontifices ordinauerint, quadraginta fratres cotidiana diaria & stipendia omni tempore accipiant, vt liberius pro salute regni & principum, ac totius orbis Dominici deprecari possint. Si verò vllus, maiorum heredum, vel minorum nostrorum, vel alicuius personæ homo, hanc nostram & communem eleemosynam, & huius instrumenti cartham violare præsumpserit, vt reus Maiestatis, nouerit se coram Maiore Palatij, vel capite, vel centum libris auri, multandum. Episcopis autem successoribus nostris hæc ita obseruare volumus, sicut & plura in partem illorum contulimus, & sicut hæc coram Deo digna considerauerint. Si verò deinceps alicuius obstinatio contra hæc se erexerit, nouerit se etiam quinquaginta quatuor Coëpiscoporum, qui à principibus nostris *Christiaco* congregati sunt, quibus præsentibus, vel quorum consilio hanc donationem Ecclesiæ matriculæ, quam nostræ celebrauimus, & nostra, quamuis ad extrema, auctoritate, excommunicatum, & inuocatione sanctæ Trinitatis, potestate Beati Petri Apostolorum Principis, cum Iuda traditore Domini, qui loculos habebat, & qui res Domini furabatur, & pauperum, æternaliter damnandum, & cum Dathan & Abiron, quos viuos terra absorbuit, inconsueta & desperabili morte, in omnium viuentium terrore, nisi digna satisfactione resipuerit, profligatum, in perpetuum puniendum. Amen, Amen. Acta
Année 653. *Christiaco*, publicè, tertio anno Regui *Theodorici* Regis. Ego Episcopus *Leodegarius* huic donationi factæ sub anathemate subscribo, & manu propria firmo.

Cette piece peut estre veritable quant au fait de la donation; mais on la doit attribuer à la prudence de quelque particulier, qui l'a fabriquée sur la tradition, & qui peut-estre n'a commis de fausseté qu'en la datte & en l'Histoire. Car outre qu'on ne dattoit point encore des années de l'Incarnation, qui ont esté ignoramment adioustées en diuers titres, par vne folle & dangereuse precaution de quelques Moines ; il est certain que l'an six cens cinquante-trois estoit, non pas le septiéme, mais le troisiéme seulement du Pontificat de S. Leger. Elle est encore dattée des années de Theodoric, & c'estoit Clouis II. qui regnoit l'an 653. Ie me contenteray de cette obseruation, parce qu'il ne faut pas plus de preuues de la supposition de ce Testament, qui a esté dressé sur la tradition des biensfaits de ce Saint Martyr enuers son Eglise, & peut-estre sur la connoissance qu'on a euë de la donation par la Bulle suiuante : & cela n'est que trop ordinaire dans les Archiues mesmes les plus renommées.

La piece suiuante parlant des biensfaits du mesme Euesque S. Leger enuers la mesme Eglise, i'ay creu plus à propos de la rapporter icy, que dans l'ordre des années.

Bulle du Pape Iean IX. en faueur de l'Eglise d'Authun, collationnée sur l'original le 23. de Nouembre 1469.

IOHANNES Episcopus, seruus seruorum Dei, Reuerendissimo ac sanctissimo *Adalgario* sanctæ Augustudunensis Ecclesiæ Episcopo. Hac parte in eadem Ecclesia, in perpetuum diuinæ præceptionis mouent cunctos eloquia, vt quotiens res aliena contra rationis ordinem à quoquam detinetur, æquitate debeat annuente restitui. Constat siquidem villam *Tilliniacum*, proprietatis iure sancti fuisse quondam *Leodegarij* Augustudunensis Episcopi, & ab eo sancto collatam Nazario, cuius vocabulo ipse honoratur Episcopatus. Postmodum, cùm à prauis hominibus longo tempore fuisset retenta, & quasi in proprietatem eorum redacta, dilectus filius noster *Karolus* clementissimus Imperator, super hac

ſubtili examinatione habita, cùm eam ad ius Eccleſiæ Auguſtudunenſis pertinuiſſe legitimè cognouiſſet, & poſſeſſam primò ab ea, & poſtea peruaſam à violentis hominibus liquidò didiciſſet; hanc præcepto ſuæ authoritatis ipſi Epiſcopo reddidit, & ad ius ipſius Eccleſiæ reuocauit, cui ſcilicet hanc ſuperiùs nominatus ſanctus Leodegarius olim contulerit. Et ideo quia poſtulauit à nobis fraternitas tua, vt iam memoratam villam, ſecundum Imperiale præceptum, Apoſtolicæ authoritatis liberalitate ac priuilegio Auguſtudunenſi Eccleſiæ firmaremus, inclinati precibus tuis, ſupernæ pietatis gratia ſuffragante, predictæ Eccleſiæ, cui fraternitas tua præeſſe dignoſcitur, ſæpe memoratam villam, ſicut antiquitus fuit, denuò confirmamus; vt hoc quod ſuum fuerat, & redditum nunc poſſidet, debeat ſine cunctatione perpetuis temporibus poſſidere, vel adhærere. Huius priuilegij authoritate confirmantes, antedictam villam in præfato Epiſcopio conſtituimus, quod in eiuſdem Epiſcopij Eccleſia, de qua ablata fuerat, nunc reddita, in ipſius dominio ſine ambiguitate permaneat; non ſolùm autem crebro dictam villam, ſed & omniſque eiuſdem Eccleſiæ, vel modò eſt, vel futuræ conſiſtunt, in eodem Epiſcopio confirmamus habendas; ſtatuentes Pontificali cenſura, ſub interdictione anathematis futurique iudicij, nulli licere, hæc quæ à nobis, tam ſuper dicta villa, quàm ſuper omnibus rebus ab eadem Eccleſia vel habitis vel habendis promulgata fuerint, aliqua temeritate violare, vel conturbare, aut repetere, ſed potiùs ſtabilitate perennium inconuulſa permanere in eodem prædicto loco decernimus. Quiſquis autem, magnus vel paruus, aduerſus hoc priuilegium, authoritate Apoſtolicæ Sedis munitum, contraïre forte tentauerit, ſciat ſe perennium iudicio condemnandum, & igni qui non extinguitur, mancipandum; qui verò cuſtos & conſeruator eius extiterit, æternis gaudiis perfruatur, & perennis cum Angelis in cœleſtibus potiatur. Scriptum per manus *Gregorij* Notarij regionarij, & Scriniarij Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in menſe Nouembri, indictione decima. Bene valete. Année 877.

Cette Bulle eſt du Pape Iean IX. qui fut éleu l'an 872. & cet Adalgaire, nommé Hildegaire par le ſieur du Cheſne en ſon hiſtoire de Bourgogne, commença à paroiſtre en qualité d'Eueſque d'Autun l'an 876. comme ſucceſſeur de Luido, qui viuoit encore l'an 873. Adalgaire eſtoit oncle de Landry dit de Maërs, premier Comte de Neuers.

Les chartes qui ſuiuent ſont tirées du chartulaire de S. Benigne de Diion, & ie n'ay rien changé aux titres de chacune que i'ay laiſſé en Latin, tels qu'ils ſont dans leur original.

SACROSANCTÆ Baſilicæ, Diuioni in honore ſancti Benigni conſtructæ, vbi in corpore ſanctus Benignus requieſcit, vbi venerabilis vir *Boloneus* Abbas præeſſe videtur, omnique Congregationi inibi in Dei laudibus conſiſtenti, *Godinus*, & Matrona ſua *Lantrudis*. Opportunum nobis erat, vt, ſi poſſit exiſtere, ampliora in luminaribus Eccleſiarum pro ablatione peccatorum noſtrorum & pro Dei amore, conferre deberemus: attamen, inquantum poſſibilitas præualet, donamus, donatumque eſſe volumus, & de iure noſtro in ius & dominationem præfatæ Baſilicæ Diuionenſi ſancti Benigni, omnique Congregationi in eodem loco degenti, Regiculam iuris noſtri, cui vocabulum eſt, *Albiniacum*, ſitum in Pago de *Collatininſe*, quicquid portio noſtra in iam dicto loco in villa, ſeu agro Albiniaco, tam de alodo, quam de quolibet adtracto, in ipſo loco habere videmur, caſas, ædificia, vna cum manſis, curtis, campis, pratis, ſiluis, aquis, aquarum decurſibus, acceſſiſque omnibus, in integro ſtatu & terminatione, quod iam nos præſenti tempore poſſidere videmur, in præfata Baſilica perpetualiter in Dei nomine poſſidendum, vt ſuperiùs dictum eſt, à die præſente donamus & transfundimus; vt quicquid exinde ab hac die

Gōdinus cū Matrona Lantrude dat Regiculā nomine *Albiniacum*, ſitum in pago de Collatininſe.

Ex Chartulario antiquo Sancti Benigni Diuionenſis, quod eſt coniunctum Chronico ipſi autographo.

Præfata Basilica Diuionensis sancti Benigni, suique agentes, per stipendium prædicti viri vel fratrum facere voluerint, liberam in omnibus hanc firmissimam habeant potestatem, ita vt diximus agentes ipsius Basilicæ in Dei nomine, absque vlla contradictione post eorum donationem ad ius suum valeant reuocare. Hanc, si quis, Nos, aut quislibet de hæredibus nostris, aut apposita persona, contra donationem præsentem nostram venire temptauerit, & vobis vestrisque successoribus calumpniam intulerit, culpabiles, sociato fisco, auri libram vnam, & argenti libras duas persoluant, & nichilominus donatio nostra firma permaneat, stipulatione & sponsione pro omni firmitate sucnexsa. Actum *Douernico* publicè. *Godinus* hac donatione facta subscripsit. Signum *Lantrudis*, quæ facere rogauit in Dei nomine, *Agilbertus* Abbas subscripsit. In Christi nomine *Boblenus* Presbiter subscripsit, in Christi nomine *Arembertus* Presbiter, *Frodoino*, *Frodebertus*, *Almabertus*, *Ansfredus*, rogatus hanc donationem scripsi & notaui, die Veneris, mense Martio, in anno XVII. Regni domini nostri Chilperici Regis feliciter.

Année 579.

Bolenus Abbé de S. Benigne de Dijon l'an 579. selon la datte de cette chartre, est obmis dans les catalogues des Abbez.

Chlotarius confirmat sancto Benigno donationem Elariaci, quam Guntrannus parens suus fecerat. *Ex Chartul. San. Benignano.*

CHLOTARIVS Rex Francorum, vir illuster. Quotienscumque altercantum iurgia Palatij nostri, nostra, nostrorumque Fidelium, aut Ecclesiarum, seu Sacerdotum pro quorumcunque rerum negotiis noscuntur aduenire, oportet nobis in Dei nomine, iuxta legum seueritatem inquirere, vt deinceps nulla videatur quæstio renouari. Ideoque cùm nos in Dei nomine *Masolago*, in Palatio nostro, vna cum Apostolicis viris, Patribus nostris, Episcopis, Obtimatibus, cæterisque Palatij nostri Ministris, necnon & *Audobaldo* palatij nostri Comite, qui de ipso ministerio ad præsens nobis deseruire videbatur, ad vniuersorum causas audiendas, iustoque iudicio terminandas resideremus: Aduenientes ibi actores Basilicæ Domni Benigni, quæ est sub oppidum *Diuione* constructa, vbi ipse pretiosus Martyr in corpore requiescit, & vir venerabilis *Vulfchramnus* Abba præesse videtur, videbantur repetere à quibusdam hominibus: dicentes quia anteacto tempore, bonæ recordationis parens noster domnus *Gundrannus*, quondam Rex, per testamenti sui paginam ad ipsam Basilicam sancti Benigni, villam nuncupatam *Elariacum*, cum adiacentiis, vel omni re ad se pertinente concessisset, & ipsi homines infra ipsos terminos commanentes, ex parte maxima plurima peruasissent, vel ad suam partem contradicerent, & redditus terræ, partibus ipsius Basilicæ reddere contemnerent, & siluas de ipso agro deuastassent, & terram exinde, aut prata, per loca plurima inuasissent, vel vineas plantassent, aut calmas rupissent. E contra illi dicebant, quod ipse Princeps, domnus *Gundrannus*, per præceptionem, quam inpræsenti protulerunt relegendam, in antecessores parentes eorum firmasset; vbi continebatur, quod ab eo tempore quod ipsum agrum Elariacum iam dictus Princeps ad memoratam Basilicam sancti Benigni contulerat, per munificentiam ipsius Principis promeruerant, vt quicquid ex successione parentum habebant, hoc in id ipsis confirmatum esse deberet. Interrogatum est à nostris proceribus, si concessionem ipsius domni *Gundranni*, aut aliorum Principum, seu alia instrumenta de ipso agro habebant, an non, in præsenti edicere deberent. Sed ipsi professi sunt ad præsens, quod aliud instrumentum nullum, vel firmationem magis exinde non haberent, quam quod præsentabant; vnde & ipsas confirmationes relectas & percursas, inuentum est à Fidelibus nostris, quod nullum detrimentum vel preiudicium ipsa Basilica domni Benigni de ipso Agro Elariacense exinde non pateretur. Etiam & pactionem præsentabant, qualiter Antecessor supradicti Vulfecramni, *Richimarus* quondam Abba, seu & Apostoli-

cus vir domnus *Bertoaldus* Episcopus, vna cum ipsis vel parentes eorum de parte maxima, de infra termino ipso Elariacense contentionem maximam habuissent, & ipsas terminationes perambulassent, & signa posuissent. Proinde nos taliter, vna cum nostris proceribus, in quantum illuster vir *Audobaldus* Comes Palatij nostri testimoniauit, constitit decreuisse, vt dum hæc causa inter ipsos, sicut superiùs continetur, taliter acta vel inquisita fuisset per ordinem, iubemus, ipso agro Elariacense, quantumcumque domnus *Gundrannus* per testamenti sui paginam ibidem delegauit, postposita & calcata ipsa confirmatione, vel reliquas à successoribus Principibus factas descriptiones, ne deinceps per ipsas aliqua renouari videatur causatio; sed quod hactenus tenuisse videbuntur, infra ipso pago Elariacense, vel vbicunque, tam terris, curtiferis, casis, vineis, pratis, syluis, pascuis, aquis, adiacentibusque suis per alia loca, cum omni iure teneant, possideant absque sollicitudine, absque alicuius repetitione, sitque in Dei nomine, ad partem sancti Benigni, & prouisorum loci, subiectorumque eorum, euindicatum, omni tempore, & sit imposterum de hac re sopita causatio. *Abbellenus* recognouit & datauit, Année sub die nono Kalendarum Nouembris, in anno octauo, regnante domino 627. nostro Chlotario feliciter. Amen. Airardus Presbiter recognoui & subscripsi.

Il est fait mention du Iugement porté par cette chartre dans la chronique de S. Benigne, comme aussi du comte Audebald ou Audebaud, qui y est appellé Aubedo par corruption, & qu'elle remarque auoir moyenné la deliurance & la liberté de Gundeberge Reine des Lombards, maltraitée par Chrotarius son second mary, pour l'honneur du sang de France dont elle estoit issuë.

SACROSANCTÆ Basilicæ, sub oppido *Diuione* constructæ, vbi videlicet Beatus Benignus, Sacerdos & Martyr gloriosissimus, requiescit in corpore: Ego illustris vir *Ermenbertus*, eiusque matrona *Ermenoara*. Assumpsit nos voluntas, pro animæ nostræ remedio, vel æterna retributione, vt aliquid de rebus nostris ad supradictam Basilicam, vel sancto domno Benigno, debeamus; vt monachi, vel pauperes ibidem consistentes, pro nobis Domini misericordiam debeant deprecare. Idcirco donamus, sicut superius diximus, à die præsenti, hoc est locella aliqua, quorum vocabula sunt hæc, *Masciacum*, quod positum est in pago Lingonico, quod per commutationem viri Apostolici domni *Dodoaldi* Episcopi, ad venerabilem virum *Bobolenum* Abbatem quondam peruenit, & alia locella duo, *Posciacum*, & *Fontem Lagnis*, quæ posita sunt in Pago *Latescinse*, vna cum terris, curtiferiis, & ædificiis desuper positis, campis, vineis, pratis, siluis, aquis, accessisque omnibus, quod portio nostra est, in supra dicta locella, tam de allodo patrum nostrorum, vel vndecumque ad nos ibidem peruenit, aut inantea peruenire potest, mancipiis, libertis, accolabis, quicquid ibidem ab antea possidemus, aut in præsenti tempore possidere videmur. Hoc totum sancto Benigno suisque actoribus damus, ita vt, à præsenti die, nomine recipiant, habeant, dominentur, possideant, vel quicquid exinde actores ipsius ad profectum sancti Benigni suisque seruientibus facere voluerint, liberam ac firmissimam, Christo præsule, in omnibus exinde habeant potestatem, vt ipsi monachi, vel pauperes ibidem consistentes, pro nobis peccatoribus, Domini debeant misericordiam deprecare. Si quis autem nostrum, aut hæres, aut cohæres noster, vel quilibet, contra hanc donationem, à die præsenti, dicere aut agere aliquid voluerit, inferat ad actores Basilicæ sancti Benigni, vna cum socio fisco, auri libram vnam, argenti libras quinque. Et vt hæc donatio nostra omni tempore firma & stabilis, Domino permittente, debeat permanere, stipulatione subnixa firmamus. Actum in Année supradicto monasterio publicè, anno ab Incarnatione Domini DC. XXXII. Ego 632.

Ermenbertus illustri vir, cũ Matrona Ermenoara, dant sancto Benigno Masciacũ, Posciacum, & Fontem Lagnis. *Ex Chartul. S. Benign.*

Imbertus, lector, rogatus à supradicto *Hermenberto*, hanc donationem conscripsi & dataui, die tertio post Kalendas Septembris, anno quinto Regni domini nostri *Dagoberti*, Regis.

La qualité de Vir Illustris *prise par cet Ermenbert, témoigne qu'il estoit vne personne de grande qualité; & c'estoit le plus grand titre d'vn temps, où nos Rois mesmes ne la dedaignoient pas, & auquel celuy de Duc ne commençoit encore qu'à entrer en vsage.*

La chronique de S. Benigne de Dijon qui parle de cette donation, appelle autrement Hermenoara, *sa femme,* Ermeneara,

Dodoaldus mentionné en cette donation, est autrement appellé Modoaldus dans les catalogues des Euesques de Langres.

Goyla dat S. Benigno, quicquid habebat in Pago Atoariorum, in fine Longouiana. *Ex Chartul. S. Benigni.*

SACROSANCTÆ Basilicæ domni Benigni Martyris, quæ est sub oppido Diuione constructa, vbi ipse pretiosus Sanctus magno honore in corpore requiescit. Ego igitur in Dei nomine *Goyla*, peccatrix femina, propensaui de humana fragilitate, vt dum est anima in corpore in omni potestate sua, ita debet cogitare, vt de rebus sibi iustè debitis inde sibi comparet Paradisum. Igitur, ego ad ipsam Basilicam, vel suorum auctoribus, post diem obitus mei vel dulcissimo iugale meo *Bonuaso*, nomine, cedo, cessumque in perpetuum vt permaneat esse volo, hoc est, in pago *Atoariorum*, in villa vel fine *Longoniana*, quicquid ibidem visa sum habere, vel possidere, aut dominare; hoc est tam territotiis, domibus indominicatis, vel omnibus accidentiis, seu etiam omnem rem suprapositam, curtiferis, villaribus, campis, pratis, siluis, vineis, pomiferis, pascuis, accessisque omnibus, aquis, aquarumque decursibus, cum omni iure, cum omnibus adiacentiis vel appenditiis suis; hoc est *Fedenniaco*, *Postenniaco*, *Monasteriolo*, *Atanis*, medietate, *Glonnoco*, Curte *Bunciana*, *Fisciaco*, *Cheneuas*, *Marcenniaco*, quicquid ibi visa sum habere vel possidere, totum, ad integrum, & in omnibus, vna cum mancipiis, libertis, cum peculio, vel omni peculiare ipsorum, vna cum Acolabis, vel omnem rem inexquisitam, totum eum, quem, vt dixi, in ipsas supradictas fines, vel in ipsas villas, seu etiam in ipsos agros, tam de alodo, quàm de parentum meorum, per instrumenta cartarum, aut de quolibet ingenio aut adtracto, id, de quacumque parte ad me ibidem aduenit, aut in antea, Christo præsule, peruenire potest, quod à me ibidem, nunciisque, iustè & rationabiliter, de quacumque re ibidem possessum fuit, aut quod in antea ibidem obuenire, aut adtrahere vel meliorare poterit, hoc totum eo ad integrum, cum omni integritate, vel soliditate, actores vel rectores ipsius Basilicæ superius iamdictæ domni Benigni, post diem obitus mei, aut iam dicto iugale meo nomine *Bonuaso*, à die præsenti, ipsas vel superius nominatas, absque vlla contrarietate, vel cuiuscumque expectata traditione, ad possidendum, in Dei nomine, meorum reuocent dominatione: vt quicquid exinde ad opportunitatem ipsius loci facere voluerint, liberè ad suum, in Dei nomine, absque vllius contradictione perfruantur, arbitrium; & quod nec fieri credo, si ego ipsa, aut vllus de hæredibus meis, vel qualibet alia opposita conuenta vel persona, vllo tempore, contra præsenti Epistola cessionis, quam ego, plenissima voluntate mea, pro redemptione animæ meæ conscribere vel adfirmare rogaui, venire temptauerit, vel repetere, aut calumniare, inferat partibus sæpedictæ Basilicæ sancti Benigni, suisque auctoribus, vna cum socio fisco, auri libras tres, argentum pondus 3. & nichilominus præsens cessio & voluntas mea omni tempore firma & inuiolata permanere stipulationi subnixa. Actum *Bagna villa*, publicè, signum *Goylana*, quæ hanc cessionem fieri & firmare rogauit. Signum *Boneuasso* iugale suo, qui consensit, in Dei nomine *Goinus Abbas* signaui. Signum *Gotofredo*, signum *Landono*, signum *Teuderamno*, signum *Elmoaldo*, signum *Graffiono*, Richselinus. S. Ego in Dei nomine *Brandalenus*. Presbiter,

sbyter, rogatus, apta firma cessione scripsi & notaui. Die Sabbato, proximo ante medio mense Aprili, in anno XIV. regnante domino nostro Theoderico Rege. Année 679.

Cette Charte sert à fixer le temps que Godinus II. qui y est appellé Goinus, gouvernoit l'Abbaye de Saint Benigne.

Ermenoara dat S. Benigno Rufiacum villam.

DOMINO sacrosanctæ Basilicæ sancti Benigni martyris sub oppido Diuione constructa, quo Apostolicus vir *Assoricus* tenet regimen: Ego *Ermenoara* Deo sacrata, pro animæ meæ remedio, trado iam dictæ Basilicæ, vel monachis & matriculariis, qui ibidem conuersari noscuntur, vel quoquo tempore fuerint, quicquid in villa *Ruffiaco*, quæ in pago *Attoariorum* est, vel in ipsa fine visa sum habere, tam de alodo, quam de comparato vel adquisito, id est, casales, cum edificiis desuper positis, vineis, campis, pratis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, vel quicquid dici aut nominari potest, omnia & ex omnibus ad suprascriptam Basilicam domni Benigni, vel ipsius monachis & matriculariis, vnde in iam dicta penes mea Epistola plenissimi voluntario voto delegaui, à die presenti in eorum reuocandas meritum. Si quis autem de ipsa Basilica domni Benigni, vel de ipsis monachis & matriculariis, hæc à me collata, in proprios vsus retorquere gestiens, super hac re Lingonensem obseruare noluerit Pontificem, conatus eius effectum non habeat. Quod si fecerint hoc, quod absit, ipsæ res ad meos licenter per omnia reuertantur hæredes, & ad alteros homines his nominibus, *Ermenario*, & *Ermenrico*, & infantes eorum; etiam his nominibus, *Blideranno*, & *Ermenbaldo*, qui per Epistolam, germano meo *Boboleno* quondam fuerunt dimissi: sin alias, volo, sicut rectum est, & de omnibus quæ sponte loco Diuionensi dedi in Rufiaco iam dicta villa, vel occasione, vel tuitionis patrocinio, vel obsequio, iuxta quod eorum Epistola loquitur, à die presenti de ipsis rebus iam dicti ministri sancti Benigni, liberam habeant potestatem, quicquid facere voluerint. Si verò, quod futurum esse non credo, si Ego etiam aliquid voluero demere, vel quælibet opposita persona, qui contra hanc Epistolam donationis venire voluerit, vel quicquam agere temptauerit, inferat ad ipsam Basilicam domni Benigni, atque suis actoribus duplo tantum quantum ipsæ res melioratæ valuerint, fisco autem publicæ rei auri libram vnam; & nichilominus, presens hæc Epistola donationis omni tempore firma & inuiolata permaneat stipulatione subnixa. Actum Rufiaco publicè. Signum *Ermenoara* Deo dicatæ, quæ hanc Epistolam donationis fieri rogauit. Signum *Farlagonis* nepotis ipsius, qui consentit. Signum *Aremberti*, *Trasacosia*, *Cassini*, *Landradi*, *Godulfi*. Ego *Artaldus*, ad vicem Cancellarij, scripsi, & dotaui, rogatus ab Ermenoara Deo sacrata, ante Kalendas Madias, defuncto domno *Theoderico*, & electo Karolo Maiore domus. Année 735.

Rocholenus, cũ Ermena coniuge, dant sancto Benigno Villare, quod est in pago Belnensi.

SACRÆ ac reuerendissimæ Basilicæ sancti Benigni, vbi ipse gloriosus in corpore requiescit: Ego *Rocholenus*, & coniux mea *Ermena*, pro Dei timore, & pro respectu animarum nostrarum, vel pro æterna retributione, vt in futurum veniam nobis præstare dignetur: propterea cedimus ad ipsum sanctum locum, vel Rectores eius, cessumque in perpetuum esse volumus, & de iure nostro in ius & dominationem ipsius Basilicæ tradimus, atque transfundimus; hoc est, terram proprietatis nostræ, vna cum casa superposita, vel adiacentiis tam mansis, terris, campis, vineis, pratis, siluis, pascuis, eulas & insulas, aquis, aquarumquę decursibus, quod est in pago *Belnensi*, in fine *Maliacense*, in Eldere, qui vocatur *Vilare*, omnia & ex omnibus, quicquid ad ipsum michi aspicere videtur, totum & ad integrum, cum omni re inexquisita, à die presente, ad ipsum Dei locum tradimus atque transfundimus; vt quicquid

exinde, à die presente, Rectores ipsius sancti, vel ad profectum ipsius facere loci voluerint, liberam habeant potestatem faciendi. Si quis vero, quod nec fieri credimus, si nos ipsi, vel aliquis de hæredibus nostris, vel quislibet, vlla emissa persona, qui contra cessionem istam venire conauerit, quod repetit nichil euindicet, & insuper, vna cum socio fisco, sit culpabilis ipsius Basilicæ, vel Rectoris eius, auri vncias tres sciant se esse mulctandos : & hæc cessio omni tempore permaneat firma, stipulatione subnixa. Actum *Cadussa* villa, publicè. Signum *Rocholeni*, qui hanc cessionem fecit. Signum *Ermenara*, quæ fieri & firmare rogauit. Signum *Gisleberto*, signum *Rilcbario*, signum *Natalè*, signum *Ragenfredi*. Datum quod fecit mensis Februarius dies II. in anno nono regnante domino nostro *Pippino* glorioso Rege. Ego *Doddo*, lector, hanc cessionem scripsi & subscripsi.

Année 761.

Bago Presbiter, dat sancto Benigno mansum & Arcolas in villa Isiodoro, & Alziriaco, & Salas.

DOMINO sacrosanctæ Basilicæ sancti Benigni Martyris, sub oppido Diuionis constructæ, vbi venerabilis vir *Thanotbardus* preesse videtur, & *Sitemarus* at *Setrannus* Presbiteri deseruire videntur : Ego in Dei nomine *Bago*, Presbiter, cogitans peccatorum meorum molem, & vt remedium in die Iudicij ante Tribunal æterni Iudicij, & veniam accipere merear. Igitur in Dei nomine, cedo ad ipsos sedem & locum, cessumque in perpetuum vt permaneat esse volo ; hoc est, mansus & Arcolas, quæ ego vna cum actoribus venditionis conquisiui, in pago *Oscarinsi*, in loca nuncupata in villa *Isiodoro*, & & *Ipsalas*, vel in *Alziriaco*, tam mansis vna cum superpositis, campis, pratis, siluis, terris cultis & incultis, arboribus, pomiferis, aquis, aquarumue decursibus, accessisque omnibus, exitibus, & regressibus, & totum & ad integrum quicquid in hac dicta loca, ad hoc tempus, visus sum habere, tam de comparato, vel quolibet modo, ad meos vsus peruenisse, ad ipsam sanctam Ecclesiam sancti Benigni à die presenti, cedo, trado, atque transfundo in eorum dominationem. Ea tamen conditione, vt nec Abbas, nec actores ipsius Basilicæ, alienare & beneficiare non debeant, nisi perdurante mercede mea per hanc Epistolam insectionis, sicut ibidem insectum est, ipsas res vna cum immelioratas habere & dominare in Dei nomine debeant, licita cessione peracta. At quoniam necesse non est dimittere factis, propter calliditates & inuentiones malorum hominum, mihi placuit inferendi, si ego aut aliquis de hæredibus meis, vel quælibet alia opposita persona, qui contra hanc cessionem voluntate mea conscriptam venire, aut aliquam calumniam generare voluerit, non valeat euendicare quod repetit, sed inferat vobis, vna cum socio fisco, auri vncias duas : & nichilominus, presens hæc cessio omni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. Actum Diuione, Basilica domni Benigni publicè. Ego in Dei nomine *Bago* Presbiter, hanc cessionem relegi & subscripsi. Signum *Adalrici* testis, signum *Richardo*, signum *Bertarij*, signum *Alaride*, signum *Agirardi* : In Dei nomine, Ego *Sichrannus* lector, rogatus scripsi, annotaui, die Sabbati proximo post medio mense Iunio, anno vndecimo regni domni nostri *Pipini* Regis.

Année 763.

Cette Charte sert à fixer le temps que viuoit Thanotardus Abbé de S. Benigne.

Ansegaudus dat sancto Benigno mansū, cum suprapositis, in pago Atoariorum, in

DOMINO sacrosanctæ Basilicæ domni Benigni Martyris, sub oppido Diuionis constructæ, vbi venerabilis vir *Vualdricus* preesse videtur Abbas. Ego in Dei nomine *Ansegaudus*, cogitans pro remedio animæ meæ, vel veniam peccatorum meorum, vel vno consensu nostro, prolis meis, seu & nepotibus meis, vt res meas proprias in pago *Attoariorum*, in loco nuncupante in villa *Sanctocolonica*, siue *Bargas*, ad memoratam Ecclesiam concedere deberem.

villa Sanctocolonica, siue Bargas.

Quod & ita in Dei nomine feci ; hoc est mansus cum suprapositis casis, edificiis, curtiferis, campis, pratis, vineis, pomiferis, cultis, & incultis, vel omni re inexquisita, aquis, aquarumque decursibus, exiis & regressis, vel quicquid in ipsa villa denominata, tam ego quam hæredes mei, visi sumus habere, vel possidere, à die præsenti ad memoratam Ecclesiam, vel suis custodibus, tam presbyteris, diaconibus, seu lectoribus, in eorum trado atque transfundo dominatione ; vt quicquid ab hac die de iam dictis rebus, tam ipsi custodes quàm successores eorum, ab hac die ad eorum augmentum facere voluerint, liberam in omnibus, & in Dei nomine, iure perpetuo faciendi quod voluerint, habeant potestatem. Si quis verò, si ego, aut aliquis de hæredibus meis, vel quælibet vlla opposita persona, quæ contra hanc cessionem voluntate mea conscriptam venire, aut aliquam calumpniam generare voluerit, non valeat euindicare quod repetit, sed inferet ad memoratam Ecclesiam, vel suis custodibus, duplum tantum quantum ista cessio eo tempore implicitam habuit, aut ipsæ res eo tempore melioratæ valuerint, fisci iuribus auri vncias tres, argenti verò pondus duos : & nichilominus, præsens cessio omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Diuioni*, ad Basilicam domni Benigni, publicè. Signum *Anscgaudi*, qui hanc cessionem fieri & firmare rogauit, signum *Norgaudo*, signum *Landradi*, filiique ipsius, qui hanc cessionem fieri rogauerunt, & consenserunt : signum *Amadij*, signum *Isgardi*, signum *Fulcherij* nepotis ipsius, qui hanc cessionem rogauerunt, & consenserunt. Signum *Seruadi*, signum *Ermentei*, signum *Bertarij*, signum *Boroni*. In Dei nomine ego *Subrandus* Presbiter, hanc cessionem scripsi & subnotaui, die dominico proximo post KL. Martias, anno VII. Regni domni nostri *Karoli* Regis. Année 775.

Egremarus, cum vxore Eua, dant in fine Noruiense, quicquid sui iuris erat, Ecclesiæ sancti Benigni.

DOMINO sacrosanctæ Ecclesiæ sancti Benigni Diuione constructæ, vbi ipse domnus & preciosus in corpore requiescit, vbi in Dei nomine *Dauid* Presbiter, vna cum ipsa congregatione deseruire videntur. Igitur in Dei nomine *Egremarus*, & Matrona sua *Eua*, cogitauimus pro Dei misericordia & venia peccatis nostris minuendis. Propterea donamus, & à die presente donatum vt permaneat volumus, hoc est in fine *Noruiense*, in ipsa villa, mansis, curtiferis, campis, siluis, pratis, aquis, vel decursis, exiis & regressis, vel omnis adiacentiis, quicquid in ipsa iam dicta fine, vel in ipsa villa, visus sum habere vel dominare, totum & ad integrum, portionem nostram à die presente tradimus atque transfundimus ; vt quod ipsi custodes Ecclesiæ, de ipsas res facere voluerint, liberam & firmissimam, in Dei nomine, in omnibus habeant potestatem. Si quis verò, quod nec fieri credimus, si nos, aut heredes nostri, vel quislibet vlla opposita persona, qui contra hanc donationem, nostra voluntate facta & scripta venerit, aut agere, vel calumpniare presumpserit, euindicare non valeat quod repetit, & insuper inferat ipsi Ecclesiæ, vel suis custodes, vna cum socio fisco, auri vncias duas : & nichilominus, presens hæc donatio firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Buxeria* villa publicè. Signum *Egremari* & *Euara*, qui hanc donationem fieri & firmare rogauerunt, S. *Grimerio*, S. *Bladono*, S. *Adalgaudo*. Ego *Manfredus* Presbiter, scripsi, & subscripsi, & dataui, die Sabbato ante KL. Februarij, regnante domno nostro *Karolo*, anno octauo Regni eius. Année 776.

Leotaldus, vna cum germana sua Dada, dant sancto Benigno,

DOMINO sacrosanctæ Basilicæ sancti Benigni martyris, sub oppido Diuionensi constructæ, vbi venerabilis vir dominus *Vualdricus* præesse videtur pontifex, & *Dauid* Presbiter, cum omni congregatione sancti Benigni, *Leotaldus*, & germana sua *Dada* ; cogitamus pro Dei intuitu, vel reuerentia ipsius loci, vt aliquid de Paupertaticula nostra ad ipsum locum, vel suis custodibus con-

quicquid sui iuris erat in villa Bargis, pago Atoariorum.

cedere debeamus; quod & ita in Dei nomine fecimus : hoc est in pago *Atoariorum*, in villa *Sanctocolonica*, siue in *Bargis*, quicquid ibidem visi sumus habere, mansos cum casis superpositis, vna cum exitu & regressu, campis, vineis, pratis, siluis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus; accessisque omnibus, totum & ad integrum, quicquid ibidem in iam dicta villa visi sumus habere aut dominare, tam de parentum nostrorum, quam de comparato, aut de attracto, aut quolibet ingenio ad nos peruenit, aut peruenire potest, ad memoratam Basilicam, suisque custodibus, presbiteris, diaconibus, subdiaconibus, clericis, seu lectoribus, cedimus, tradimus, atque transfundimus ex dominatione nostra, vt tam ipsi custodes, quam successores eorum, quicquid facere voluerint, liberam in omnibus habeant potestatem. Si quis verò, quod nec futurum credimus, si nos aut vllus de hæredibus nostris, aut qualibet vlla opposita persona, quæ contra hanc donationis Epistolam venire, aut aliquid agere conauerit, nullo modo valeat euindicare quod repetit, sed inferat vobis, vestrisque successoribus ad augmentum Basilicæ sanctæ auri vncias duas : & nichilominus presens hæc cessio firma permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Diuione*, in Basilica sancti Benigni publicè. Signum *Leotadi* & *Dada*, qui hanc cessionis Epistolam fieri rogauerunt; signum *Ermenberti*, signum *Barnarij*, signum *Agramni*, signum *Adam*. In Dei nomine, ego *Airbaldus* diaconus hanc epistolam cessionis scripsi, & subscripsi, & adnotaui, die Lunis proximo post KL. Nouembris, anno decimo Regni Domini nostri *Karoli* Imperatoris.

Année 778.

Vulfricus dat omnia quæ habebebat in villa Dusmensi.

SACROSANCTÆ Ecclesiæ sancti Benigni, sub oppido Diuion. constructæ, vbi ipse preciosus Martyr requiescit in corpore, & venerabilis domnus *Vualdricus* Episcopus præesse videtur Pontifex, & *Dauid* Presbiter Custos. Ego in Dei nomine *Vulfricus* Clericus, seruus seruorum Dei, cogitans quo modo misericordiam Dei inuenire possem, & veniam peccatorum meorum consequi, destinaui de rebus meis aliquid conferre ipsi sancto loco, atque inibi Deo seruientibus. Cedo igitur, cessumque in perpetuum vt permaneat volo, hoc est, quicquid in pago *Diuionensi* in villa *Dusmensi*, seu in disto, quicquid ibidem visus sum habere, & de genitore meo *Fulcario*, quondam in legitima hæreditate ad me peruenit, aut peruenire potest, ei portio mea est, tam mansis & suprapositis, campis, vineis, pomiferis, aquis, aquarumque decursibus, siluis, pascuis, exiis & regressis, totum ad integrum, à die presenti ad ipsum sanctum locum cedo, & de meo iure & dominatione in potestatem Rectorum ipsius Monasterii transfundo; ita vt ab hac die, quicquid ex ipsis rebus facere voluerint, liberam in omnibus habeant facultatem, absque alicuius contradictione. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse, aut vllus de hæredibus meis, aut quislibet vlla emissa persona, quæ contra hanc donationem mea voluntate factam venire, aut calumniare voluerit, non valeat euindicare quod repetit, sed insuper inferat Rectoribus ipsius Basilicæ, vna cum socio fisco, auri sol. v. & nichilominus presens hæc cessio mea voluntate facta, firma permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Diuione* ad Basilicam sancti Benigni publicè. Signum *Vulfridi*, qui hanc cessionem fieri & firmare rogauit; signum *Fulcomeri*, fratris sui, qui consensit; signum *Erloini*, signum *Benedicti*, signum *Adalgaudi*. Ego, in Dei nomine, *Leodonus* diaconus, rogatus scripsi, & subscripsi, & dataui, post KL. Iunias, anno XV. regnante Domino nostro *Karolo* Rege.

Année 783.

Charte de Charlemagne depuis Empereur,

IN Nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Carolus* gratia Dei Rex, si ea quæ sancta Dei Ecclesia adquisierit, & fideles nostri, confirmauerimus, præcepto nostræ autoritatis, idcirco scimus nobis Dei misericordiam prestolari :

Et viuentes in nostra fidelitate promptiores exhibemus. Quocirca nouerit omnium optimatum, ac nostrorum fidelium sollertia, imperij nostri, quoniam venit ad nostræ sublimitatis excellentiam *Richertus* venerabilis Abbas, ex Monasterio sancti Eugendi Iurensis, in ciuitate Remis, apud sanctum Remigium, vna cum Abbate *Dottone*, & Comite *Adalardo*; quos antea direximus ad suum præfatum cœnobium, ad discernendas & inquirendas rationes, quas ipse habebat, & *Gedeon* Archiepiscopus Vesontionensis, de Cellâ, in quâ corpus beati Lupicini humatum iacet: humiliterque, & adclinè supplicando petiit, cum suis Monachis, vt eis concederemus & confirmaremus præcepto nostræ auctoritatis, rectitudinem quam se ostendit habere ante nostrorum præsentiam Legatorum, in prædicta Cella; cuius petitioni assensum præbentes, suam mansuetudinem humilitatemque videntes, præcipimus, vt nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, vel aliquis ministerialis, ipsam Cellam subtrahat à iamdicto Monasterio sancti Eugendi: neque Monachis ibi Deo deseruientibus aliquam molestiam, neque damnitatem inferre præsumant: sed sicut temporibus priscorum patrum, vel sanctorum (vt à multis didicimus) vnianimes siue consortes fuerunt, in syluis exartandis, & terris laborandis, ita sint à præsenti, & in futuro socij in prosperis & in aduersis. Ne ergo aliqua persona, ab hac die & deinceps, lites inferat Monachis de prænominata Cella, suisque appendiciis, donamus ad præfatum locum *Condalisscensem*, siluam quæ vocatur *Iuris*, à termino bracioli aquæ vocabulo *Orbâ*, & in ipsâ contra terminationem Nigri montis, sicut pendit aqua: & in ipsâ contrà vbi aqua in foueam intrat, vsque in alpes, est vsque in viam quæ venit per mediam ferrariam: sicut aqua currit quæ vocatur *Seronna*, vsque ad *Brunnum Betus*, & à Brunnum Betus vsque *Salcimanam*: & à Salcimana vsque ad *Betus nociuum*: & à Betus nociuum tertiam partem *Escalon*: & sicut ab ipsa iam dictâ Orba, partibus occidentalibus venitur in *Calmibus*, *Merrenses* vocabulo, vsquequo perueniatur in planiciem parrochiæ *Segontiacensis*. Et vt hæc nostra corroborationis authoritas pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria subter firmauimus, & annuli nostri impressione signauimus.

enfaueur de l'Abbaye dite lors de S. Oyand de Ioux, à present appellée de S. Claude, en la Comté de Bourgogne.

Signum *Caroli* serenissimi augusti. *Hrodmundus* Notarius, ad vicem Cancellarij recognoui.

Data II. Kalendas Octobris, anno XXII. Regni *Caroli* piissimi. Actum Remis ciuitate, apud sanctum Remigium. Année 790.

Affixum erat membranæ Regium sigillum.

DOMINO Fratri *Erlegaudo* Abbati emptore. Ego *Airardus* & *Zacharia*, nos venditores vendidimus tibi, & ita vendidisse constat, terra iuris nostri in *Centena Oscarense*, in fine *Cratmulnense*, in oppido ipso *Cratmulnense*, hoc est Iornales duos, quia ipsi Iornales latus ad latus habent terminationes, de vno latus, & vno fronte ipsi venditores tenent, de alio latus ipse emptor tenet; de superiore vero parte strata publica pergit, & habent ipsi Iornales in longo, perticas agripennales XXXI. & in lato de subteriore fronte, perticas agripennales VII. & pede vno, & in medio perticas VI. & pedes X. & de superiore fronte perticas agripennales VII. & pedes duos. Infra istas terminationes quicquid insertum est, totum ad integrum tibi vendimus, & accepimus à te precium, sicut inter nos conuenit, quod conualescat in argento solidos 12. Propterea predictos Iornales, pro ipso pretio, de iure nostro & dominatione in tua tradimus potestate & dominatione à die presente, iure perpetuo, ad possidendum, habendi, tenendi, vendendi, seu commutandi, vt quicquid de ipsos Iornales facere volueris, tam tu quam hæredes tui, liberam & firmissimam in omnibus, & in Dei nomine, habeas potestatem, nullo contradicente. Si quis vero, quod nec fieri credimus, si nos ipsi, aut vllus de hæredibus nostris, vel quislibet vlla opposita persona, qui contra

Airardus & Zacharia, védunt Erlegaudo Abbati terram in Centena Oscarense, in oppido ipso Cratmulnense.

hanc venditione voluntatem ac conscripta, vlla calumnia dicere aut repetere voluerit, nichil hoc valeat euindicare quod repetit, sed inferat tibi, tuisque hæredibus, vna cum socio fisco, auri vncias duas; & nichilominus presens hæc venditio omni tempore firma & stabilis permaneat sub stipulatione subnixa. Actum *Diuione* ad Ecclesiam domni Benigni, publicè. Signum *Airado*, signum *Zacharia*, qui hanc venditionem conscribere & firmare rogauerunt. Signum *Vuidbaldo*, signum *Andalfrido*, signum *Blidgerio*, signum *Guntardo* Presbiteri. Ego in Dei nomine *Leotaldus* Diaconus, rogatus hanc venditionem scripsi & subscripsi, datavi in die dominico proximo KL. Augusti, in anno secundo domini nostri *Ludouici* Imperatoris.

Année 816.

Confirmatur res sitæ Bargis, Erlegaudo Abbati.

IN Christi nomine, Noticia, qualiter ante illuster vir *Hildierno* Comite, sed & scabienis, vel plures personas, qui cum eo ibidem aderant, *Campanias* villa, in Mallo publico, ibique veniens *Erlegaudus*, Abbas de Ecclesia sancti Benigni Diuionense, cartas ibidem presentauit, de res quæ sunt in villa *Bargas* sitæ, in *monte Farulso*, in Bargas ad integrum, & in monte Farulso medietatem, eo modo *Dodalenus* siue *Dodo*, ad ipso loco sancto condonauerunt, vel ad ipsa congregatione tradiderunt. Et ipsas cartas ibidem relectas fuerunt, & ad presens predictus Abba, per iudicium, dedit nouem testimonia legitima bonas & veraces, testimoniauerunt, & iurati per portauerunt, quod tempore domni *Pipini*, & tempote domni *Karoli* quondam Regis, & filij sui *Ludouici* Regis, ipsa Casa Dei vestita fuisse, & per ipsas cartas Casa sancti Benigni vestitam vidissent, & per legem & iusticiam, vel per ipsas cartas ad sancti Benigni ad Beneficio partem Erlegaudi Abbatis omni tempore sint euindicatas, atque legibus conquisitas his presentibus. Signum *Vrsnado*. S. *Balacterio*. S. *Magalbergo*. S. *Berco*. S. *Adalerio*. S. *Balarido*. S. *Baldrico*. S. *Agrono*. S. *Matalaldo*. S. *Abicono*. S. *Vuirinerio*. S. *Agrano*. S. *Ageno*. S. *Vualdo*. S. *Aritberto* S. *Vuillerico*. S. *Serlagio*. S. *Erlaio*. S. *Flaumero*. S. *Gerendo*. S. *Eremberto*. S. *Ereno*. S. *Nigrado*. S. *Marcherio*. S. *Christiano*. S. *Fulcardo*. S. *Siramno*. S. *Bericorno*. S. *Bonone*. S. *Rauono*. S. *Milo*. Ego in Dei nomine, *Vualteridus*, presens fui, scripsi, & subscripsi, datavi, die Sabbato proximo in mense Octobri, anno secundo, regnante domno nostro *Ludouico* Rege atque Imperatore, feliciter.

Année 876.

Dodo, Amalbardus & Eraglus, dant Erlegaudo Abbati, pratũ situm in villa Bargas, in Pago Atoariorum.

DOMINO sacrosancto monasterio sancti Benigni, qui est sub oppido Diuione constructus, vbi ipse pretiosus in corpore requiescit, vbi & venerabilis vir *Erlegaudus* præesse videtur Abbas, seu & illa congregatio, tam Presbiteri, Diaconi, siue Clericos, qui ibidem deseruire videntur. In Dei nomine nos igitur *Dodo*, *Amalbardus*, *Eraglus*, donamus, donatumque esse in perpetuum vt permaneat volentes, hoc est de rebus nostris propriis, quæ sunt sitæ in Pago *Atoariorum*, in villa *Sanctocolonica*, siue in *Bargas*, vel in ipsas fines, hoc est pratum vnum, qui habet terminationes, de vno latere *Vuitgerius* tenet, de alio latere ratio sancti Mammetis, de vno fronte terra sancti Benigni, de alio vero fronte *Eraclius* tenet, & habet in longo perticas agripennales xxx. & pedes v. & in lato, perticas v. & pedem 1. & dimidium, infra ipsas terminationes ad integrum, & campum vnum qui habet terminationes, de vno latere terra sancti Benigni, de alio latere strada publica, de vno fronte *Vuitgerius* tenet ac sui hæredes, de alio vero fronte *Ildeboldus* tenet, infra istas terminationes, ipsum campum exterminatum, de iure nostro & dominatione ad integrum tradimus, in vestra potestate & dominatione, à die presenti, iure perpetuo ad possidendum; vt quicquid exinde Rectores ipsius monasterij de ipsis facere voluerint, liberam & firmissimam habeant in omnibus potestatem, nullo contradicente. Si quis vero, quod futurum non credimus,

si nos ipsi, aut vllus de hæredibus nostris, vel quislibet vlla opposita persona, quæ contra hanc testamenti donationem, contra vos aut successores Monasterij, vllam calumniam dicere aut repetere voluerit, non valeat euindicare quod repetit, sed insuper rectoribus ipsius monasterij, vna cum socio fisco, persoluat auri vncias duas: & nichilominus presenti donum testamenti omni tempore firmum & stabile permaneat; stipulatione subnixa. Actum *Bargas* villa publicè. Signum *Oddonis*. S. *Eraclij*. S. *Beati*. S. *Amalbardi*. S. *Ermengardis*. S. *Gisliana*. S. *Gesindrianæ*, qui consenserunt, & fieri rogauerunt. S. *Ildeboldi*. S. *Aquini*. S. *Vuinebaldi*. S. *Ildemanni*. S. *Turpuini*. S. *Farulci*. S. *Vulfaldi*. S. *Ilduuij*. S. *Arilloni*. Ego in Dei nomine, *Leotaldus* Presbiter, rogatus, hoc testamentum donationis scripsi, & subscripsi, & datavi, die Iouis post mensem Februarium anno tertio Regni Domini nostri *Ludouici* Imperatoris. Année 817.

Vuitgarius Presbiter, dat sancto Benigno, quicquid possidebat apud villam Bargas, in Pago Atoariorum.

SACROSANCTI Benigni Monasterio, quod est sub oppido Diuione constructum, vbi ipse domnus & gloriosissimus in corpore quiescit, vbi & venerabilis vir *Erlegaudus* Abbas præesse videtur: Ego in Dei nomine *Vuitgarius*, ac si indignus Presbiter, cogitaui pro remedio animæ meæ, vel pro æterna retributione, vt ante Tribunal æterni Iudicis veniam & indulgentiam accipere merear, & inter sanctos suos michi partem aliquam concedat; propterea, aliquid de rebus meis ad ipsum locum sanctum conferre disposui, quod ita plenissima voluntate & libenti animo perfeci, cedo atque trado ad ipsum locum sanctum, in Pago *Atoariorum*, in villa *Sanctocolonica*, siue *Bargas*, quicquid de parentum meorum hæreditate ad me peruenit aut peruenire potest per instrumenta cartarum, vel de quolibet ingenio, tam in ipsis villis, quam in fines earum, hoc est mansis, casis, edificiis, curtiferis, campis, pratis, vineis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, exiis, & regressis, exquisita, & inquirenda. quicquid ad meam portionem attinet, totum ad integrum de meo iure in dominationem rectorum ipsius Ecclesiæ, trado, atque transfundo; vt ab hac die quicquid de ipsis rebus facere voluerint, liberam & firmissimam in omnibus habeant potestatem, nullo contradicente. Si quis vero, quod nec fieri credo, si ego ipse, aut vllus de hæredibus, vel pro hæredibus meis, aut quislibet vlla emissa persona, qui contra hanc cessionis Epistolam mea voluntate conscriptam, illam calumniam dicere aut repetere voluerit, non valeat euindicare quod repetit, sed inferat Rectoribus ipsius monasterij tantum quantum ipsæ res valuerint, & in fisco auri libram vnam mulcta sustineat; & hæc Epistola cessionis omni tempore firma & stabilis permaneat, & stipulatione subnixa. Actum Diuione, vico publico. Ego *Vuidgerius* Presbiter, hanc donationem à me factam firmare rogaui. S. *Vuandalfridi*. S. *Adalongi*. S. *Ermenarda*. S. *Seruadi*. S. *Sigeberti*. S. *Hudonis*. Ego in Dei nomine, *Leotaldus*, hanc Epistolam cessionis scripsi, & subscripsi, datavi, die Veneris, tertio Idus Februarij, anno sexto regnante domino nostro *Ludouico* glorioso Imperatore. Année 820.

Erlegaudus Abbas, dat S. Benigno quicquid possidebat in villa Curmulnense, in Centena Oscarense.

DOMINO sacrosancto Monasterio, qui est in honore sancti Benigni constructus, in Pago Diuionense, in ipso *Diuione*, foris muro, vbi & ipse domnus & preciosus Martyr in corpore requiescit, vbi & venerabilis vir domnus *Erlegaudus*, in regimine præesse videtur Abbatis: Et si indignus peccator, ego ipse *Erlegaudus*, in Dei nomine, cogitaui de Dei timore, vel pro animæ meæ remedio, & æterna retributione, quandoquidem ante Tribunal æterni Iudicis veniam, & indulgentiam accipere merear. Igitur dono ad ipsum locum sanctum, hoc est, tam Presbiteris, Diaconibus, Lectoribus, vel Cantoribus, donatumque in perpetuum esse volo, hoc est, de rebus meis propriis, quæ sunt sitæ in *Centena Oscarense*, in fine *Curmulnense*, & in ipsa villa

quæ per instrumenta cartarum visus fui comparasse, & adhuc inuenire possum, hoc est, tam mansis, casis, edificiis suprapositis, campis, pratis, vineis, siluis, vel aquis, seu omnis adiacentiis, cum exiis & regressis, quicquid ibidem visus sum habere, totum & ad integrum, sicut iam dictum est superius, ad ipsam congregationem, de iure meo & dominatione in eorum trado potestate & dominatione; itaut, ab hac die, faciendi quid voluerint liberam habeant potestatem, nullo contradicente. Si quis vero, quod nec fieri credo, si ego ipse, aut vllus de hæredibus meis, vel pro hæredibus meis, vel qualibet vlla persona, quæ contra hanc testamenti donationem voluntate mea conscriptam, vlla calumnia dicere, vel repetere voluerit, non valeat euindicare quod repetit, sed inferat ad ipsam congregationem, vel eorum successoribus, in duplum, tantum quantum ipsæ res valuerint, in fisco vero auri libram vnam co. ctus exsoluat, & hæc testamenti donatio, omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Crumulnens.* Ego *Erlegaudus* & si peccator, Abba, hoc testamentum donationis à me factum relegi, & conscribere rogaui, & subscripsi. Signum *Atrado*, signum *Vimino*, signum *Vdalingo*, signum *Vuidaldo*, signum *Nanteherto* Presbitero. Egoin Dei nomine *Leotaldus* Presbiter, rogatus hoc testamentum donationis scripsi, & subscripsi.

Année 820. Data die Dominico Nonis Februarij, anno sexto regnante domno nostro *Ludouico* Imperatore. Signum *Nanterio*, signum *Ermenardo*, signum *Vgralando*, signum *Issudido*, signum *Sunfirio*, signum *Euregerio*, signum *Eufiedo*.

Permutatio Terrarum, facta inter Erlebertum & Seraphim.

IN quo karitas illibata permanserit, par pari suo opportuna & congrua beneficia non denegabit, idèo auxiliante Domino nostro Ihesu Christo, placuit atque conuenit inter venerabilem virum *Erlebertum* Corepiscopum, & ab alia parte *Seraphim* Abbatem, vt terras, per iussionem *Alberici* dono Dei Episcopi inter se commutare deberent; quod ita & fecerunt. Dedit Erlebertus Corepiscopus de ratione sancti Benigni, Seraphim Abbati, ad partem sancti Petri Besuensis, in Pago *Atoariense*, in villa quæ dicitur *Lucus*, seu *Verona*, quicquid in iam dictis villis vel finibus visi sumus habere; hoc est tam mansis, terris, pratis, siluis, totum & ad integrum: & è contra, dedit Seraphinus Abba, de terra sancti Petri *Besuensis*, Erleberto Corepiscopo, ad partem sancti Benigni & fratrum, quicquid in vico sancti Benigni, seu & in fine Diuionense, vel *Dompnipetrense*, vel *Longouiana*, vel in *Canauense*, & *Marzillerias*, & in fine *Tremolense*, & in fine *Fontanense*, & in villa *Prouiso*, & in fine *Distense*, quicquid in iam dictas fines vel villas visi sumus habere vel possidere, totum & ad integrum, præter illa area in Castello, & illa vinea foris muro, illa plantella ad *Tremoledo*, aliud totum cum terris, pratis, vineis, siluis, totum & ad integrum. Similiter in villa *Curcelias*, vel in ipsa fine *Curcellense*, siue in fine *Flauiniacense*, tam mansis, quam terris, vel pratis, & siluis, totum & ad integrum: & repromittunt inter se, vna quæque pars, contra pari suo, de hoc quod accepit, quod vlla calumnia nec dicere, nec repetere debeat; quod si fecerit, inferat pars parti custodi auri libram vnam, & sua repetitio nullum obtineat effectum, & hoc procamium inter ipsos factum, omni tempore firmum & stabile permaneat, stipulatione subnixa. Actum Diuioni vico sancti Benigni, publicè. In Dei nomine *Albericus* Episcopus, hanc commutationem à me factam relegi & subscripsi, *Amalbertus* presbiter subscripsi, *Leotaldus* presbiter subscripsi, *Vuidgerius* presbiter subscripsi. *Airfons* diaconus subscripsi, *Arnaldus* diaconus subscripsi. Ego in Dei nomine *Vuillelmus* diaconus, scripsi & subscripsi,

Année 828. datatui, die Sabbato VI. KL. Augusti. Anno XIV. regnante domino nostro Ludouico Imperatore.

AVXILIANTE

AVXILIANTE Domino noſtro Iheſu Chriſto, placuit atque conuenit; vt inter *Leotgis* Vicecomitem, & ab alia parte domnum *Albericum* vrbis Lingonicæ Epiſcopum, vt inter eos aliquid de terris eorum inter ſe commutare deberent; quod ita in præſente fecerunt. Dedit Leotgis domno Epiſcopo Alberico, de ſuo proprio ad partem *Sancti Mame* vel *ſancti Martini Ladonenſe*, ad ſuum Beneficium, in *Centena Oſcarenſe*, in fine *Cadriacenſe*, peciolas duas de terra culturale. Habet vna peciola terminum de vno latere & vno fronte terra ſancti Petri & ſancti Preiecti Flauiacenſis, de alio latere terra fiſcale, & de vno fronte Leotgis tenet, habet in longo perticas XLVIII. in ambis frontibus perticas II. pedes III. Infra ipſas terminationes ad integrum alia peciola habet terminationes; de vno latere & vno fronte Leotgis tenet in ſuo beneficio, de alio latere *Arlulfus* tenet, de alio vero fronte ſtrada publica pergit, & habet in longo perticas agripennales XXX. in vno fronte perticam vnam, pedes duos, in alio fronte pertica vna, pedes octo, infra iſtas terminationes vel perticationes totum & ad integrum. Similiter dedit dominus Albericus Epiſcopus de ratione ſancti Mamme vel ſancti Martini Ladonenſe, de ſuo Beneficio, ad partem Leotgis, peciolam de terra in iamdicta Centena Oſcarenſe, in fine Cadriacenſe, in ipſa villa quæ terminat de vno latere, & vno fronte ipſe Leotgis tenet, de alio latere & alio fronte exus publicus pergit, habet in longo perticas agripennales XXVII. habet in vno fronte perticam I. pedes X. in alio fronte perticam I. pedes X. infra iſtas terminationes vel perticationes totum & ad integrum, & repromittunt inter ſe vnus quiſque, de hoc quod accepit pars coram pari ſuo, quod vlla calumnia nec dicere, nec repetere vllo modo debeat; quod ſi fecerit, inferat pars parti cui calumniam intulit, in duplum tantum quantum ab eo accepit, & in fiſco auri libram vnam, & hanc procamiam inter eos factum, omni tempore firmum & ſtabile permaneat, ſtipulatione ſubnixum. Actum Diuion. Caſtro. Signum *Leotgis*, qui hoc procambium conſcribere & firmare rogauit. S. *Gerindo*, S. *Arnaldo*, S. *Iſudido*, S. *Flauido*, S. *Batillono*, S. *Giſlamanno*, S. *Agalberto*. Ego in Dei nomine, *Leotaldus* preſbiter, hanc procamiam ſcripſi & ſubſcripſi, datauі, die Dominico XIV. Kl. Maij, in anno XV. regnante domino noſtro Ludouico Imperatore.

Permutatio terrarum inter Leotgis Vicecomitem, & Albericum Epiſcopum.

Année 828.

CVM inter duas partes diuidens voluntas vt in effectum perducet, decreto legum ſanxit auctoribus, vt omnibus qui inter ſe congruum facere volunt emptionem, vel procamia, per ſcripturarum teſtium firma roboretur vtilitas. Quatinus ſicut integra decreuit voluntas, in perpetuum ſit inter ipſos de eis rebus firma ſtabilitas. Conuenit ergo inter domno & venerabili *Alberico* Epiſcopo Lingonicæ ciuitatis, & ab alia parte *Fulcrico*, qualiter inter ſe terras procamiare deberent; quod ita & fecerunt. Dedit *Fulcricus* domno Alberico Epiſcopo, ad partem ſancti Benigni, de ſuo proprio, campos III. qui ſubiacent in *Centena Oſcarenſe*, & eſt vnus campus in fine *Satiacenſe*, & habet in longo perticas agripennales C. in vno fronte II. pedes VIII. in alio fronte perticas duas, pedes VIII. infra iſtas terminationes, totum & ad integrum. Similiter in fine *Crutiniſnenſe* campos II. iuxta ipſam villam, & vnus campus habet terminationes, de vno latere & vno fronte terra ſancti Petri Beſuenſis, de alio latere *Guntardus* tenet, de alio vero fronte ſtrada publica pergit, habet in longo perticas agripennales XXI. in lato perticas VI. infra iſtas terminationes ad integrum. Alius campus habet terminationes de ambis lateribus, Guntardus tenet de vno fronte terra ſancti Petri Beſuenſis, de alio vero fronte ſtrada publica pergit: habet in longo perticas agripennales XXXVI. & pedes decem, in latus in ambis frontibus perticas IV. pedes IV. infra iſtas terminatones to-

Fulcricus permutat terras cum Alberico Epiſcopo.

C

tum & ad integrum. Similiter domnus Albericus dedit de ratione sancti Benigni partibus Fulcrici calmam vnam, quæ est in centena Oscarense, in fine *Ixxodora*, habet ipse campus vel calma, de vno latere & vno fronte exus publicus pergit, de alio latere *Tila* fluuius decurrit; de vno vero fronte ipse fulcricus tenet & habet in longo perticas agripennales XXXVI. pedes X. in vno fronte perticas XVII. in alio vero fronte perticas XV. infra istas terminationes vel perticationes totum & ad integrum. Similiter in ipso loco pratello vno, qui habet terminationes, de vno latere & vno fronte Ratio sancti Benigni possidet, de alio latere fulcricus tenet, de alio vero strada publica pergit, habet in longo perticas agripennales XXIII. habet in vno fronte perticas XV. & dimidiam, in alio vero fronte perticas VIII. infra istas terminationes vel perticationes totum & ad integrum : & repromittunt inter se vnusquisque de hoc quod accepit, pars contra pari suo, quod vlla calumnia nec dicere nec repetere non debeat : quod si fecerit, inferat pars parti isti Rectores Ecclesiæ cum socio fisco auri libram vnam, & hoc procamium inter ipsos factum, omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Asrao* villa publicè. Signum *Fulcrico*, S. *Ermengarda*, qui hanc procamium fecerunt, & conscribere, & firmare rogauerunt. Signum *Burgoaldo*, signum *Vuidaldo*, signum *Vrsono*, signum *Absalomo*, signum *Amalberto*, signum *Bretlando*, signum *Vandaldrado*, signum *Erinrico*, signum *Blitgario*, signum *Aminando*, signum *Gislaldo*, signum *Louono*, signum *Ildegario*. *Tetmarus* scripsit, datauit, anno XVI. regnante domno nostro Ludouico Imperatore.

Permutantur terræ S. Benigni cum Leotaldo.

AVXILIANTE Domino, placuit atque conuenit, vt inter *Baldono* Præposito, seu cunctis fratribus tam presbiteris quam diaconibus, id est *Airfundo* presbitero, *Vuillelmo*, *Arnaldo*, *Arlefredo*, *Adalmanno*, *Agenbaldo*, *Alteo*, *Madalberto*, *Frubunulfo*, *Gundairo*, *Lumino*, *Arlerio*, & ab alia parte *Leotaldo* presbitero : dedit *Leotaldus* presbiter de suo procamio, ad iam dictos fratres, ad partem sancti Benigni, ad illorum beneficium recipiendum, peciolas de terra duas, quæ sunt sitæ in pago *Diuionensi*, in ipsa villa fine Diuionense. Est vna peciola in loco qui dicitur *Petrafictа*, terminat ipsa peciola de vno latere terra sancti Stephani, de alio latere *Theodmarus* tenet, de vno fronte terra sancti Iohannis, de alio vero fronte *Sisunus* fluuius decurrit, & habet in longo perticas agripen. LXXI. in vno fronte perticas III. pedes sex, in alio fronte perticas tres, infra istas terminationes per perticationes totum ad integrum. Est alia peciola iuxta Diuion. castrum, terminat ipsa peciola de vno latere & vno fronte strada publica, pergit de alio latere terra sancti Benigni, de alio vero fronte terra sancti Iohannis, habet in longo perticas agripennales XIX. in vno fronte perticas III. pedales XVII. in alio verò fronte perticas III. pedales III. infrà iam dictas terminationes vel perticationes, totum ad integrum dedit *Leotaldus*, ad vicem, ad iam dictos fratres ad partem sancti Benigni, ad illorum beneficium recipiendum. Similiter dederunt fratres, ad vicem, partibus Leotaldo Presbitero, de ratione sancti Benigni, de illorum beneficio, peciolam de campo ad proprium recipiendum, peciolam de terra quæ est sita in Centena *Oscarense*, in fine *Tremolense*, terminat ipsa peciola de ambis lateribus & vno fronte terra sancti Stephani; de alio latere terra sancti Petri *Besuensis*, & habet in longo perticas agripennales XXXIV. in vno fronte perticas VI. pedes X. in alio fronte perticas VI. pedales V. infra istas terminationes vel perticationes totum ad integrum commutauerunt fratres partibus Leotaldo presbitero, ad proprium recipiendum, & inter se repromittunt vnusquisque, pars contra pari suo, de hoc quod accipit, quod nulla calumnia dicere nec repetere non debeat : quod si fecerint, inferat pars parti custodi, in duplum tantum quantum ipsa terra meliorata valuerit, fisco vero auri vncias II. & hoc procamium inter ipsos factum, omni tempore firmum & stabile permaneat,

ſtipulatione ſubnixum. Ego in Dei nomine *Leotaldus*, ac ſi preſbiter indignus, hoc procamio à me facto, relegi & ſubſcripſi, & conſcribere rogaui. *Baldo* diaconus ſubſcripſit. Signum *Arnaldus* preſbiter, ſignum *Airfons* preſbiter, ſignum *Vuillelmus* preſbiter, ſubſcripſit *Arlafredus* preſbiter, ſignum *Adalmandus* diaconus, ſignum *Euraldus* diaconus, ſignum *Madalbertus* ſubdiaconus, ſignum *Eſembertus* diaconus, ſignum *Gundracus* clericus: ego *Flannulfus* clericus, rogatus ſcripſi & ſubſcripſi. Datum die Martis, Nonis Martiis, in anno XXIII. regnante domno noſtro Ludouico Imperatore. Année 836.

HLudouicus Pius imperator Fulberto fideli ſuo concedit Aziriacā villam.

IN nomine domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, HLudouicus, diuina repropitiante clementia Imperator Auguſtus. Imperialis excellentiæ magnitudinem decet, fideliter ſibi deuoteque famulantes muneribus & honoribus ditare, atque Regiæ munificentiæ liberalitatibus honorare. Proinde comperiat omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet & futurorum ſagacitas, quia conceſſimus ad proprium *Fulberto* fideli noſtro, quaſdam res noſtræ proprietatis, quæ ſunt in confinio *Cauilo Atoarienſe*, & Centena *Oſcarinſe*, in loco cuius vocabulum eſt *Aziriaca* villa, manſum dominicatum, ad quem aſpiciunt alij manſi quinque & dimidius, cum ædificiis deſuper poſitis, terris, campis, pratis, ſiluis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus........ Mancipia diuerſi ſexus & cætera videlicet quantumcumque prædictus *Fulbertus* in memorata villa, noſtra munificentia beneficiario iure adeptus eſt, & ad memoratos manſos pertinere noſcitur, ſed vt liberalitatis noſtræ largitio, per diuturna tempora rata atque inuiolabilis permaneat, ac verius certiuſque credatur, hos noſtræ auctoritatis apices ei fieri darique decreuimus; per quos præcipimus atque iubemus, vt ab hinc in futurum, memoratæ res ac mancipia, in eiuſdem fidelis noſtri *Fulberti* iure ac dominatione permaneant. Ita videlicet vt quicquid de eis vel in eis iure proprietatis facere, ordinare, atque diſponere voluerit, vendendi, donandi, commutandi liberam in omnibus habeat poteſtatem faciendi: & vt huius noſtræ largitionis donationiſve auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora melius diligentiuſque conſeruetur, manu propria ſubter eam firmauimus, & anuli noſtri impreſſione adſignari iuſſimus. Signum HLudouici Sereniſſimi Imperatoris. Daniel Notarius ad vicem Hugonis recognoui & ſubſcripſi, data IX. KL. Septembris, anno Chriſto propitio XXIII. Imperij domini *HLudouici* Piiſſimi. Auguſti. Indictione XIV. Actum *Rampert villa*, in Dei nomine feliciter, Amen. Année 836.

Charte de Charles le Chauue en faueur de l'Egliſe d'Autun.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Karolus Dei gratia Rex. Quicunque regiæ dignitatis culmine efferri deſiderat, merito eum præ oculis ſemper habere debet, cuius gratia præfertur. Igitur nouerit omnis ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, & noſtrorum tam præſentium quam & futurorum ſolertia, quia nobis, qui vbique res Eccleſiaſticas pro viribus iugiter ditari atque augmentari gaudemus, ob emolumentum mercedis animæ noſtræ libuit quidem ſanctæ ma-

tri Ecclesiæ Eduorum, quæ noscitur esse dicata in honore sancti Nazarij Martyris Christi; cui etiam præesse videtur *Ionas* venerabilis Præsul, restitui atque solempniter refundi quandam villam, quæ vocatur *Tiliniacus*, cum omni sua integritate, & est sita in pago *Oscharense*, super fluuium *Sagonnam*. Ipsa enim villa, olim per iniuriam rectorum prædictæ Ecclesiæ, & nonnullorum hominum violentiam, ab eodem loco distracta esse dignoscitur; vnde nos, sicut supra diximus, res Ecclesiarum pro viribus tutati hoc celsitudinis nostræ præceptum fieri, ac prædicto loco sancto, ad deprecationem dilecti nobis memorati Pontificis *Ionæ*, dari reddique iussimus, per quod præfatam villam cum omnibus rebus iure & legaliter pertinentibus, summa integritate iam dicto loco sancto æternaliter mancipatam, ac perenniter famulandam refundimus, & delegamus; eo videlicet modo, vt rector præfatæ Ecclesiæ & successores eiusdem, quidquid ex prædicta villa, cum omnibus pertinentibus sibi rebus, pro vtilitate ac commoditate Ecclesiæ & suorum necessitate efficere decreuerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio canonicè legaliterque faciendi, quemadmodum ex reliquis rebus ad eumdem locum similiter contraditis ac restitutis, & nostrum anniuersarium, ac dilectissimæ nostræ coniugis *Hyrmendrudis*, in eadem Ecclesia per singulos annos, gratia restitutionis istius villæ, solempniter celebrari, atque honorificè frequentari non negligatur. Et vt hæc nostræ restitutionis auctoritas, pleniorem in Dei nomine per superuenientia tempora obtineat vigorem, manu propria subter eam firmauimus, & annuli nostri impressione sigillari iussimus. Signum Karoli gloriosissimi Regis. *Flochricus* diaconus, ad vicem *H Ludouuici* recognouit & subscripsit. Data in Idibus Octobris, indictione septima, anno vigesimo regnante *Karolo* gloriosissimo Rege. Actum Tussiaco villa super Mosam, in Dei nomine feliciter. Amen.

Année 859.

Commutantur terræ Alberici Episcopi cũ Adalranno. *Ex Chartulario S. Benigni Diuionensis.*

AVXILIANTE Domino, placuit atque conuenit inter domnum, & venerabilem *Albericum* Episcopum, & ab alia parte *Adalranno*, vt aliquid de terris eorum inter se commutare vel procamiare deberent; quod ita in præsente fecerunt: dedit *Adalrannus*, de suum proprium, domno *Alberico* Episcopo, ad partem sancti Benigni recipiendum, mansum infra castrum Diuion. terminat ipse mansus vno latere & vno fronte terra sancti Stephani, de alio latere strada publica pergit, de alio vero fronte terra sancti Benigni, & habet in longo perticas agripennales V. & pedes X. in ambis frontibus perticas V. pedales VI. infra istas terminationes vel pertutuliones, totum ad integrum: similiter dedit in alio loco foras castello, in loco qui dicitur Petra ficta, campos III. terminat vnus campus de vno latere & vno fronte terra sancti Benigni, de alio latere conturno sancti Benigni, & sancti Stephani, de alio vero fronte terra sancti Iohannis: habet in longo perticas agripennales XLIII. pedales V. in ambis frontibus perticas III. infra istas terminationes ad integrum. Alius campus in ipso loco, terminat ipse campus, de vno latere, terra sancti Stephani, de alio latere *Tetmarus* tenet, de vno fronte terra sancti Iohannis, de alio fronte *Suscioses* fluuius decurrit, & habet in longo perticas agripennales LXXXI. in vno fronte perticas III. pedales VI. in alio fronte perticas III. infra istas terminationes ad integrum. Tertius campus est iuxta Diuion. castrum: terminat de vno latere & vno fronte strada publica pergit, de alio latere terra sancti Benigni, de alio vero fronte terra sancti Iohannis, & habet in longo perticas XIX. in vno fronte perticas III. pedales VI. in alio fronte perticas III. pedales VI. infra istas terminationes & perticationes, totum ad integrum, commutauit *Adalrannus*, domno *Alberico* Episcopo ad partem sancti Benigni. Similiter dedit dominus Albericus venerabilis Episcopus ad vicem, de ratione sancti Benigni, Adalranno ad proprium recipiendum infra Diuion. vico peciola de terra quæ terminat de vno latere, & vno fronte strada publica pergit, de alio latere & alio fronte de ratione sancti Benigni, habet in longo perticas agripennales X. pedales VI. in vno fronte perticas VII. pedales III. in alio

fronte perticas VI. pedales VII. infra ipsas terminationes vel perticationes, totum ad integrum. Similiter dedit in alio loco, in fine *Tremolense*, campo I. terminat ipse campus, de vno latere, terra sancti Petri Besuensis, de alio latere & ambis frontis, terra sancti Stephani, habet in longo perticas agripennales XXIV. in vno fronte perticas VI. pedales X. in alio fronte perticas sex pedales V. infra iam dictas terminationes vel perticationes, commutauit domnus *Albericus* Episcopus *Adalranno* ad proprium recipiendum, & repromittunt inter se vnusquisque, pars contra pari suo, de hoc quod accipit, quod nulla calumnia dicere nec repetere non debeat; quod si fecerit, inferat pars parti custodi, in duplum, tantum quantum ipsas res valuerint, in fisco auri vncias III. & hæc procamia ipsos inter facta omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum Diuion. vico sancti Benigni publicè. Ego *Albericus* Episcopus, hoc procamio à me facto relegi & subscripsi, *Auranus* legit, & subscripsit *Azelo*. Signum *Emenbertus*, signum *Ancherius*, signum *Absalonnus*, signum *Albuinus*, signum *Otgerius*, signum *Vuantelmus* presbiter, signum *Airsons* presbiter, signum *Leotaldus* presbiter, signum *Arlafredus* presbiter, signum *Bautsinus* diaconus, signum *Euraldus* diaconus, signum *Maximodus* Leuita, signum *Adalmannus* Leuita, signum *Gundacrus*, signum *Ingalbaldus*, *Agilbertus*, *Erlerius*, *Luitto*, *Madalbertus*, *Arlafredus*, *Georgius*, *Agenbalans*, *Eliseus*, *Fulcarius*. Ego *Flaunulfus* clericus scripsi & subscripsi, facto procamio die Mercoris XIV. KL. Maij, in anno XXIV. regnante domno nostro *Ludouico* Imperatore. Année 837.

Permutantur terræ inter Geraldũ & Vsuardũ. Ex Chartul. S. Benigni Diuionensis.

AVXILIANTE Domino, placuit atque conuenit, vt inter *Geraldo* presbitero, & ab alia parte *Vsuardo*, aliquid de rebus eorum inter se commutare vel procamiare deberent; quod ita in Dei nomine plenissima voluntate fecerunt. Dedit *Geraldus* presbiter, de suo proprio, partibus *Vsuardo*, de terra culturale, in fine *Longouiana*, iornales II. & sunt siti in actu *Oscarense*, terminant de vno latere terra sancti Benigni, & terra sancti Nazarij, & de alio latere *Fulbaldus* tenet de suo proprio, de vno fronte terra sancti Nazarij, de alio vero fronte, ipse Geraldus presbiter tenere videtur, & habet in longo perticas agripennales XL. in vno fronte perticas agripennales IV. pedes X. de alio vero fronte perticas agripennales III. pedes VII. infra istas terminationes vel perticationes, totum ad integrum commutat *Geraldus*, de proprio suo, partibus Vsuardo, ad opus sancti Benigni, ad beneficium recipiendum. Similiter dedit Vsuardus partibus *Geraldo* presbitero, de suo Beneficio, peciola de terra, quæ est sita in actu *Oscarense*, in fine *Elariacense*, seu & in ipsa villa *Elariaco*, qui terminat, de vno latere *Adalnidus* tenet de sua Calonica, de alio latere *Euremarus* tenet, de vno fronte fluuius *Oscia* decurrit, & *Adius* tenet, de alio vero fronte strada publica pergit, & habet in longo perticas agripennales XXV. in superiori fronte perticas agripennales VIII. in in subteriore vero perticas agripennales VIII. infra istas terminationes vel perticationes, totum ad integrum, commutauit Vsuardus, Geraldo presbitero, ad proprium recipiendum: & repromittunt inter se vnusquisque, pars contra pari suo, de hoc quod accepit, quod nulla calumnia nec dicere nec repetere non debent; quod si fecerit, inferat pars parte custodi, in duplum, tantum quantum ipsa terra eo tempore meliorata valuerit, fisco vero auri vncias II. & hoc procamium inter ipsos factum omni tempore firmum & stabile permaneat, stipulatione subnixum. Actum *Elariaco* villa, publicè. Ego *Geraldus* hanc commutationem factam relegi, & firmare rogaui. Signum *Gandsaldo*, signum *Agolino*, signum *Aimerado*, signum *Euregrimo* flurno. Ego *Arnaldus* presbiter, rogatus, hanc commutationem scripsi & subscripsi. Datum die Dominico VIII. Idus Maij, regnante Lothario Imperatore, anno I. Ego *Odo* clericus, signum *Leotaldus* presbiter, *Vulfelmus*, *Arlabertus*, *Airsons*, *Gundacrus*, *Agenbaldus* presbiter, *Esembertus* Année 841.
Arambaldus, *Adalmandus* presbiter, *Adalrannus*.



Ingelramnus episcopus mutat terras cum Madalgerio. *Ex Chart. S. Benigni Diuionensis.*

AVXILIANTE Domino, placuit atque conuenit inter domno *Ingelranno* Episcopo atque Abbate, & ab alia parte *Madalgerio*, vt terris inter se commutare deberent, quod ita fecerunt. Dedit domnus *Ingelrannus* Episcopus *Madalgerio*, ad suo proprio, de terra sancti Benigni, iornale I. de terra culturale, in pago *Vscarense*, in fine *Marciniacense*, qui terminat de vno latere terra sancti Stephani, de alio latere *Ermengaudus* tenet, de vno fronte *Adalgaudus* tenet, de alio vero fronte strada publica pergit, habet in longo perticas agripennales XXV. pedes IV. de vno fronte perticas V. pedes X. de alio vero fronte perticas V. pedes quatuor, infra istas terminationes vel perticationes, totum ad integrum commutauit domnus *Ingelrannus* Episcopus *Madalgerio*: similiter dedit Madalgerius domno Ingelramno Episcopo, de suo proprio, à parte sancti Benigni, iornale de terra culturale, in pago *Vscarense*, in fine Marciniacense, qui terminat de vno fronte & vno latere terra sanctæ Mariæ, de alio fronte terra sancti Benigni, de alio vero latere terra sancti Mamme, & habet in longo perticas agripennales LVI. de vno fronte perticas III. de alio vero fronte perticas II. pedes X. infra istas terminationes vel perticationes, totum ad integrum, commutauit *Madalgerius* domno *Ingelramno* Episcopo, ad partem sancti Benigni, & repromittunt inter se vnusquisque, de hoc quod accepit, pars contra pari suo, vlla calumnia dicere nec repetere non debeat; quod si fecerit, inferat pars parti custodi, fisco vero auri vncias II. & hæc commutatio omni tempore firma & stabilis permaneat stipulatione subnixa. Actum Diuion. vico sancti Benigni, publicè. Ego in Dei nomine *Ingelramnus* episcopus, hanc commutationem à me factam relegi & subscripsi, & firmare rogaui. Signum *Erlafrido*, S. *Flodigno*, S. *Balduno*, S. *Adalmanno*, S. *Vualderico*, S. *Arulfo*, S. *Framarico*, S. *Audgerio*, S. *Ingelmaro*, S. *Vualterio*, S. *Amando*, S. *Erdegaudo*. Ego in Dei nomine *Arnaldus* diaconus hanc commutationem scripsi, & subscripsi, dataui, die Dominico proximo IX. KL. Decembris. in anno primo regnante domino nostro HLotario Imperatore.

Année 840.

Pour suiure l'ordre des années i'ay mis en suite de cette Charte celles de Eccard Comte d'Authun, de Mascon, & de Chalon, fondateur du Prioré de Persy; & par occasion i'ay inseré le Chartulaire de ce Prioré, qui est vne piece d'antiquité fort rare, & nouuellement découuerte, que i'ay copiée sur son Original, & à l'ordre de laquelle ie n'ay point voulu toucher, pour la donner telle qu'elle est en son Original.

I. Donatio & traditio Echardi Comitis Augustodunensis, Matisconensis & Cabilonensis, scilicet de Patriciaco, & de aliis rebus ad se pertinentibus, sub Teotberto Abbate.

SI aliquid de rebus suis fideles sanctæ Dei Ecclesiæ hoc libro dare voluerint, hoc sibi procul dubio in æterna beatitudine Domini retribuere confidunt. Idcirco ego *Eccardus* dono Dei *Comes*, & coniux mea *Richeldis*, pauentes diem extremæ vocationis, ne grauati nimia mole peccaminum, sine fructu boni operis steriles inueniamur; donamus, pro animæ nostræ remedio, atque in eleemosina *Childebranni* genitoris mei, & genitricis meæ *Donnana*, nec non germani fratris mei *Theoderici*, & vxorum mearum, *Albegundis*, atque *Richeldis*, donatumque esse in perpetuum volumus, res nostras ad Monasterium sanctæ Mariæ & S. Petri, atque S. *Benedicti Floriacensis* libri; vbi ipse S. Benedictus debito quiescit honore, vel vbi præesse cognoscitur vir venerabilis Abbas *Teodbertus*, vna cum plurima turba Monachorum ibidem Domino famulantium: quæ sitæ sunt in pago *Augustidunense*, atque in pago *Matisconense*, seu in *Cabilonense*, id est in villa quæ dicitur *Patriciacus* cum Ecclesia in honore sancti Petri sacrata, cum seruis & mancipiis vtriusque sexus, cum omni integritate, quicquid ad iam dictam villam aspicit, vel aspicere videtur, cum terris indominicatis, & vineis, terris, pratis, & omnibus adiacentiis, cultis & incultis, exitibus & ingressibus, ... ibidem videtur nostra esse possessio & dominatio, tam ea quæ nos indominicata habe-

mus, quàm etiam quæ vasalli nostri subter inserti, de Alodo in beneficio videntur habere : quicquid videlicet .... de nostro in beneficio habet, præter Samiciaco : quicquid etiam *Ragabaldus* filius *Altasiana*, de nostro in beneficio præter Balgiaco : quicquid etiam *Iohannes* habet præter Satiniaco : item quicquid *Godbertus* de nostro in beneficio habet, & *Rugambaldus* frater suus, *Rothardus* quoque & *Arnulphus*, & *Vulfardus* : itemque *Ragambaldus* & *Leotboldus*, & *Gunfridus*, præter quod de Senentiaco habet : quicquid etiam de Emmiana in Iurliaco, & in bello monte, & in colonias, conquisiui, & quicquid in istis locis habemus, totum ad integrum, exquisitum, & inexquisitum ad confugium supradictorum Monachorum faciendum, causa insequentium paganorum, & ad stipendia eorum, seu ad luminaria supradictorum sanctorum subministranda, beneuolo & promptissimo animo concedimus, concessumque in perpetuum esse volumus, & de nostro iure & potestate in illorum ius & potestatem transfundimus; ea vero ratione, vt quandiu ego & cara coniux mea *Richeldis*, per misericordiam Dei aduixerimus, sub vsufructuario easdem res habeamus, & de festiuitate in festiuitatem sancti Benedicti, transolui faciamus denarios duodecim : & non liceat nos aut vendere, aut alienare, aut in illum naufragium ponere, sed immeliorata omnia post obitum nostrum, sine vllius iudicis assignatione, ad ipsum Monasterium reuertantur. Si quis vero, quod futurum non credimus, si nos ipsi, aut aliquis de hæredibus nostris, seu quælibet emissa & extranea persona, contra hanc donationem venire aut infringere temptauerit, hoc quod repetit non vindicet, sed insuper, sociante fisco, ei cui litem intulerit, auri libras viginti, argenti pondera centum componat, & sua, vt dixi, repetitio nullum effectum obtineat. Obsecro autem in Domino, & propter Dominum, atque detestor per vitam æternæ gloriæ, omnes quotquot futuri sunt patres, siue prælatos præfati Cœnobij, quatenus nulla occasione aut ingenio, aut calliditate, aut audacia interueniente, præsumant aliquid ex rebus quas præfato loco siue Monachis ibidem Deo militantibus ad refugium & stipendia subministranda tradimus, auferre & transmutare, aut beneficia vassallis suis & propinquis, seu quibuslibet personis tribuere, & quolibet, vt dixi, ingenio naufragare, sed liceat præfatis seruis Dei, ex eisdem rebus sibi necessaria præparare absque aliqua inquietudinis molestia. Quod si quis præsumptuosè nominis Dei inuocationem contempnens, nostram quoque spernens precem, malitiosè prædictas res inuaserit atque violauerit, æternæ maledictioni subiaceat feriendus, iustissima Dei sententia in præsenti vita, particeps Dathan & Abiron, Iudæ quoque proditoris, & Cahiphe, experiaturque principis Apostolorum Beati Petri pœnalem æternalemque maledictionem, cum Anania & Saphira; nisi illud emendatione citissima correxerit. Et vt hæc donatio omni tempore firma & stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa, manu propria eam subterfirmauimus. Ego *Eccardhus* dono Dei Comes, donatio à me facta. Signum *Orgarij*, signum *Fulconij*, signum *Leotboldi*, signum *Theodulphi*, signum *Arnoldi*, signum *Saluuardi*, signum *Hodelrici*, signum *Halrurfi*, signum *Vrsmari*. Data in mense Ianuario, anno primo imperij domini Karoli Iunioris. Gautbertus me scripsit. Année 840.

II. Donatio facta ab Eccardo Comite de rebus contentis in superiori carta, S. Benedicto.

NOTITIA traditionalis, qualiter & quibus præsentibus, veniens Eccardus diuina gratia Comes Floriaco Monasterio, die Sabbati mensis Ianuarij, in Ecclesia sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & sancti Benedicti, præsentibus duobus tantum vasallis suis, *Orgario*, & *Fulcoino*, nec non venerabili eiusdem loci Abbate *Teotberto*, cum parte non parua Monachorum ipsius Cœnobij, sed & vasallis eiusdem Abbatis, & aliis nonnullis nobilibus viris *Arlulfo*, *Theodulfo*, *Teotboldo*, *Artmano* ipsius Abbatis Aduocato, *Vrsmaro*, *Odolrico*, *Arnoldo*, *Saumardo*, inter maius altare & sacratissimum patris Benedicti corpus tradidit per manus iam dicti Aduocati *Artmanni*, Deo & sanctæ Mariæ, sanctoque Petro Apostolorum

principi, atque sancto Benedicto, res suas in superiore karta nominatim expressas, ea dumtaxat ratione seruata sicut in ipsa quoque donatione habitum insertum, vt ipse & coniux sua *Richeldis*, quandiu quilibet eorum aduixerit, easdem rursus vsu fructuario & censum suptà assignatum in sua habeant potestate, & post obitum vtriusque, absque aliqua fraude aut interdictione cuiuslibet personæ, in ius & dominationem præfati Abbatis & successorum eius, cum omni redigantur integritate. Quam traditionem stabilem semper esse volentes, manu propria subter firmauimus, & à supradictis nobilibus viris iussimus assignari. Ego *Heccardus* dono Dei Comes, traditio à me facta. Signum *Artmanni*. Data quando & à quo, vt supra. Signum *Teodulfi*.

III. Donatio Pipini Regis Heccardo Comiti de villa Patriciaco.

PIPPINVS ordinante diuinæ gratiâ maiestatis Aquitanorum Rex. Regalis celsitudinis moris est, fideles suos donis multiplicibus & honoribus ingentibus honorare atque sublimare. Proinde morem parentum Regum videlicet predecessorum nostorum sequentes, libuit celsitudini nostræ, quemdam fidelem nostrum, *Heccardum* nomine, de quibusdam rebus proprietatis nostræ honorare, atque in eius iuris potestatem, liberalitatis nostræ gratiam conferre. Idcirco nouerit experientia atque industria omnium fidelium nostrorum tam præsentium quam & futurorum, quia concedimus fideli nostro *Heccardo* nomine, ad proprium, quasdam res iuris nostri, quæ sunt sitæ in pago *Augustidunense*, in agro *Patriciacense*, id est ipsa villa *Patriciacus*, cum casa indominicata, vel capella in honore sancti Petri constructa, cum appendiciis eorum, necnon & in ipso pago, in vicaria *Garbaldo villa*, quæ dicitur *Sinciniacus*, & mancipiis supra degentibus, memorato prædictoque fideli nostro *Heccardo* nomine, ad proprium per hanc nostræ auctoritatis conscriptionem concedimus, & de nostro iure in ius & potestatem illius solempni donatione transferimus, ita videlicet, vt quicquid ab hodierna die tempore exinde pro sua vtilitate atque commoditate iure proprietario facere decreuerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. Et vt hæc nostræ largitionis atque donationis auctoritas perpetuam obtineat firmitatem, manu propria subterfirmauimus, & anuli nostri impressione sigillari iussimus. Signum *Pipini* gloriosissimi Regis. *Albericus* clericus, ad vicem *Isaac* recognouit. Data tertio Kalendis Iulij, indictione decima quarta, anno Christo propitio vigesimo sexto, imperante domino Ludouico Imperatore, vigesimo quinto regni nostri. Actum *Vaudilogito*, in Dei nomine feliciter, Amen.

Année 839.

IV. Præceptum quod fecit dominus Ludouicus Imperator Heccardo Comiti.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, *Ludouicus* diuina propitiante clementia Imperator Augustus. Imperialis celsitudinis moris est, fideliter sibi famulantes, donis multiplicibus atque honoribus ingentibus honorare atque sublimare: vnde nouerit experientia omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque tam præsentium quam futurorum, quia concessimus ad proprium, cuidam fideli nostro *Ecchardo* nomine, res nostræ proprietatis, quæ sunt sitæ in pago *Augustidunense*, in agro *Patriciacense*, id est ipsa villa *Patriciacum*, cum casa indominicata, & capella in honore sancti Petri constructa, cum appendiciis eorum, necnon in ipso pago in Vicaria *Gilbaldo villa*, quæ dicitur *Sinciniacus*, cum omnibus appenditiis, & cum mancipiis vtriusque sexus & ætatis desuper commanentibus & aspicientibus, totum & ad integrum prædicto fideli nostro Ecchardo ad proprium concedimus cum Ecclesia, domibus, ceterisque ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, siluis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, exitibus & regressibus, atque de nostro iure in ius & dominationem ac potestatem eius solemni donatione tradimus atque transfundimus, ita videlicet, vt quicquid ab hodierno die, de eisdem rebus faceret ordinare atque exponere voluerit, libero in omnibus iure proprietario potiatur arbitrio faciendi quicquid elegerit.
Et

Et vt hæc autoritas largitionis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora melius conseruetur, manu propria nostra subter eam firmauimus, & anuli nostri impressione assignari iussimus. Signum *Ludouici* piissimi Augusti. *Glorius* Notarius, ad vicem *Hugonis*, recognouit. Data IV. KL. Ianuarij, anno, Christo propitio, vigesimo septimo Imperij domni HLudouici serenissimi Imperatoris, indictione tertia. Actum *Pictauis* ciuitate, palatio Regio, in Dei nomine feliciter, Amen. Année 840.

V. Elemosina Heccardi Comitis.

NOTITIA, qualiter, & quibus præsentibus, ibique veniens *Fredelus*, in *Luptiaco* villa, in mallo publico, ante illuster viro *Theoderico* Comiti, & quam pluris scabineis, qui cum eo ibidem aderant, mallauit aliqua fœmina nomine *Adalbertane*. Requirebat ei quod ancilla erat domno *Ludouico* Rege, de villa *Patriciaco*, de beneficio ipsius *Fredeloni*, de parte genitori suo *Adelberto*, & de parte genitrice sua *Onbertane*, vllo seruitio quod iam dicti genitoris sui *Hildebranni*, per beneficium domno nostro Rege *Karolo*, quod ad iam dicta villa fecerant, & domnus gloriosus Rex *Karolus*, per legitimam hæreditatem, domno Ludouico, de ipsa *Adelbertane*, ad iam dicta villa legibus vestito dimisit, & ipse Fredelus tales testes de præsente præsentauit, qui ipsa vestidura viderunt, de iam dictos homines. Tunc ei iudicatum fuit, quod suos testes de præsente habuisset, qui hoc adprobare potuissent, quod ita & fecit his hominibus *Baldeono*, *Teotardo*, *Autado*, *Guntardo*, *Regenbaldo*, *Eugento*, *Adaldrico*, *Maurino*. Isti vnaminiter testimoniauerunt, quod *Adelbertus*, & *Onberta*, seruus & ancilla fuerunt domno Karolo de iam dicta villa, & ipsa filia sua *Adelbertane*. Inuestidura domno Ludouico dimisit per legitima hæreditate, & plus est drictus ad ancilla esse de beneficio *Hildebranno*, de *Patriciaco* villa, quam ingenua. Tunc super illas sanctas *Reliquias perfecerunt*, quod vere *testes exinde erant*, & ipsa ancilla iam dicto Fredelono reddita fuit. Tunc iudicatum illi fuit, quod tale Notitia, acceptis per quem legibus eam habere potuisset, quod ita & fecit, his præsentibus. Signum *Maurino*. Signum *Ermenteo*. *Leutbertus* subscripsit, *Godo* subscripsit, *Bodelenus* subscripsit, *Sererius* recognouit, & subscripsit. Facta notitia, in anno septimo regnante domno nostro *Ludouico* Imperatore. Année 821.

XVIII. Notitia facta anno III Ludouici Imper.

CVM resedisset *Theodericus* Comes in Augustiduno ciuitate, in malo publico, ad vniuersorum causas audiendas, & recto iudicio terminandas, vna cum plures scabineis, qui cum eo ibidem aderant, ibique veniens *Fredelus*, mallabat hominem aliquo nomine *Maurino*. Requirebat ei de parte genitori suo nomine *Madaleno*, quod seruus erat domno Imperatore *Karolo*, de *Patriciaco* villa, & quando ipsus Imperator moriens dereliquit, de iam dicto Madaleno & filio suo Maurino, Ludouico Imperatore, legibus hæreditauit, & vestitum dimisit ad seruos: & ipse Maurinus, ipso seruitio partibus Fredelono male ordine recuntendebat, illo anno præsente, & tales testes se dixit habere, *tunc interrogatum fuit iam dicto* Maurino, *sub quale lege viuebat*, & ipsius sibi *à lege Salica*, adnunciauit, & ipsa causa in omnibus denegauit, & dixit, quod genitor suus nascendo ingenuus fuit, & ipsus Fredelus in ipsa causa domno Imperatore sibi reclamante quod legibus adprobare petebat. Proinde *Fredelono* talem decreuerit iudicium, vt tale testimonia remissæ, in proximo mallo, post quadraginta noctes, quem ipsius Comes in ipsa ciuitate tenet, qui hoc adprobauit, sicut suus iudicius loquitur, aut faciat quidem lex est. Dedit Maurinus fideiussorem nomine *Autardo*, de sua præsentia; quod si ipse Fredelum adprobat, faciat Maurinus partibus Fredelono quod lex est. Et si *Autardo*, iam dicto Maurino non repræsentaret, faciat partibus Fredelono pro fide fracta sicut lex est. *Dotinus* subscripsit. Signum *Ado*. Signum

Bligario Vicecomite. *Girbaudus* Vicarius subscripsit, datauit, die veneris, in mense
Année 816. Decembrio, in anno secundo regnante domno *Ludouico* Imperatore. *Erimbertus* Clericus subscripsit.

XIX. NOTITIA, qualiter, & quibus præsentibus. Ibique veniens *Fredelus*, in *Augustiduno* ciuitate, in mallo publico, ante *Blitgario* Vice-Comite, & plures scabineis, qui ibidem erant, placitum suum legibus attendidit, vnde ante hos dies per iudicium testimonia arremiuit, ante viri illustris *Theoderico* Comiti, partibus aliquo nomine *Maurino*, de capite suum, & de parte genitori suo Madaleno, quod seruus fuerat domno Imperatore Karolo, & ipse Fredelus in Ecclesia S. Iohannis, in ipsa ciuitate, vbi alia sacramenta percurrunt, ante ipsos missos duodecim testimonia ibidem præsentauit his nominibus, *Bertelmo*, *Odelboldo*, *Odelrico*, *Otherico*, *Adelgario*, *Hildegario*, *Landaldo*, *Amalrico*, *Landoeno*, *Guitardo*, *Frotberto*, *Adelbaldo*. Ipsa testimonia diligenter discussi fuerunt, *& super ipso Altario manus positas iurati dixerunt*, quod nos vidimus *Madaleno* genitore ipsius *Maurino*, in seruicio *Hildebranno*, & *Fredelono*, seruire ad seruo, & quando domnus Karolus moriens dereliquit domno *Ludouico* ad seruo de ipso vestito dimisit, & pro hæc Maurinus legibus plus debet esse seruus *Hildebranno*, & *Fredelono*, de suum beneficium de *Patriciaco* villa, quam ingenuus adessere. Sic Deus noster adiutor sit, & iuste sentientes nos veri testes sumus, & verum testimonium de iam dicto Maurino perportamus his præsentibus. Signum *Vdelgis*. Signum *Amalberti*. Signum *Blitgario* Vice-Comiti. *Leutbertus* subscripsit. In Dei nomine *Ermembertus*
Année 818. Clericus scripsit, datauit notitia, mense Aprili, in anno quarto regnante domno *Ludouico* Imperatore.

XX. Karta Vvineterij, de Solmeriaco.

CVM in omnibus iuste rationabiliter idonea sint adhibenda testimonia, necesse est tamen, vt quicquid vnus quisque, siue pro æternali recompensatione dare disposuerit, ita muniatur scripturæ testamentis, ne cuiusque possit fallaciæ obuiari firmitas. Propterea ego *Vvineterius*, notum fieri volo omnibus Dei fidelibus, tam præsentibus quam futuris, quoniam ego, pro Dei amore, atque bonis mi à seruis illius largitis, dono quasdam meæ proprietatis res, Monasterio sanctæ Mariæ semper Virginis, & sancti Petri Apostolorum Principis, seu beati Benedicti Abbatis, quod vocatur *Floriacum*, quo corpus eiusdem reuerendi Patris requiescit, quæ sunt sitæ in pago *Augustidunense*, in territorio *Maternensi*, in villa *Corcellas*, colonicas nouem, quas de meo iure, in ius & dominationem seruorum Dei, ex iam dicto cœnobio transfero, in futurum possidendas, cum consensu filiorum meorum *Vvineterio*, & *Theoderico*, & in alio loco qui dicitur *Mansiunculas*, in eodem pago, colonica vna; in territorio vero *Volabrensi* ipsius pagi, in villa quæ dicitur *Vallis*, & in villa *Ponto*, quantum visus sum habere; atque in eodem fine, campum vnum, qui nominatur *Grandis campus*. In pago autem *Matisconensi*, in loco qui vocatur *Solmeriacus*, quicquid gloriosissimus senior meus *Heccardus* Comes mi dedit, videlicet mansum indominicatum, cum aliis mansis octo ad eundem mansum pertinentibus, iuste & legaliter. Harum itaque trium villarum res, cum mancipiis, & omnibus ad Ecclesiam pertinentibus, & cum supra memorato campo, dono præfato loco, & ministris illius; ea tantum ratione, vt quandiu *Vvineterius*, & *Theodoricus*, atque vnus eorum hæres, Deo ordinante, aduixerint, iure beneficiario eas possideant; ita vt annis singulis, Purificatione sanctæ Mariæ, duodecim denarios persoluant, & post illorum obitum, cum omni melioratione ad prædicti loci dominium reuertatur. In villa quoque *Bassiniaco*, & in loco qui dicitur *Vulpe*, atque in villa *Curtilis*, Matisconensi pago, in villa *Monrimano*, colonicam vnam, cum campo & prato, quicquid visus sum habere, & circa fines ipsius Monasterij res libero in dominando fruantur arbitrio

Monachi eiuſdem loci. Has igitur ſupra determinatas, cum omnibus ad ſe iuſtè aſpicientibus, per ſupra nominatos filios conſenſum quaſdam iure beneficiario adhuc retinens, quaſdam vero ad præſens dimittens, per hanc meæ traditionis cartulam, ſæpe memorato Monaſterio, & Monachis illius, dono, trado, & perpetualiter concedo, ſicut ſupra habetur adnotatum, iure firmiſſimo maneat inconcuſſum. Si quis vero contra hanc donationem cartulam, quod minime credo, venire temptauerit, & eam deſtruere voluerit, nihil quod cupit adimpleuere valeat, ſcilicet cui iniuriam intulerit, libras auri puriſſimi tres coactus exſoluat, & hæc præſens donatio inconuulſa permaneat. Quæ vt firmior permaneat, manu propria ſubterfirmaui, & omnibus quorum ſubinferius habentur nomina, firmare rogaui. Acta *Auguſtiduno* ciuitate, feliciter. Signum *Vvineterij*, qui hanc donanem fieri, & firmare rogaui. Signum *Vvineterij*, & *Theoderici*, filiis eius conſentientibus. Signum *Bodonis*. Signum *Otranni*. Signum *Leobaldi*. Data octauo Kalendis Iuniis, indictione ſeptima, menſe primo, obeunte *Odone* quondam Rege, redintegrante ſedem regni Karoli Regis. *Laurentius*, iubente *Vvineterio*, ſcripſit & ſubſcripſit.

XXI. *Alia karta Narduini, de Solmeriaco villa.*

SI aliquid de rebus ſuis, locis Sanctorum, fideles ſanctæ Eccleſiæ dare voluerint, hoc ſibi proculdubio in æterna beatitudine retribuere confidunt. Idcirco ego in Dei nomine *Narduinus*, pauens extremæ diem vocationis, ne grauatus mole peccaminum, ſine fructu boni operis ſterilis inueniar, dono pro remedio animæ meæ, & parentum meorum, res proprietatis meæ, Monaſterio ſanctæ Mariæ ſemper Virginis, & ſancti Petri Apoſtolorum Principis, & ſancti Benedicti Floriacenſis cœnobij, quò corpus eiuſdem reuerendi Patris requieſcit; quæ ſunt ſitæ in pago *Matiſconenſe*, in villa *Salmeriaco*. Hic ſunt mea prata, cum terris cultis & incultis, totum & ad integrum quæſitum, & ad inquirendum: qui quidem in præfata villa, quam ab Abbate memorati loci ad cenſum teneo, conquæſiui, de meo iure, in ius & dominicationem ſeruorum Dei, ad iam dicto cœnobio transfero in futurum poſſidendas; ea ſcilicet ratione, vt quandiu ordinante Deo aduixero, teneam atque poſſideam, & poſt obitum meum, cum omni melioratione, ad prædicti loci dominium reuertatur. Dono autem in præſenti præſignato cœnobio, in iam dicta villa, manſum vnum pro veſtidura, vt ab hac die & deinceps, ſicut reliquas ipſius Monaſterij res, libero in dominando fruantur arbitrio Monachi eiuſdem loci. Cætera vero, vt dixi, poſt obitum meum, tam ea quam ego ipſe tribuo, quam ea quod ad cenſum tenere viſus ſum, ad locum S. Mariæ, S. Petri, S. Benedicti reuertantur, ſine alicuius inquietudine. Si vero aliquis, ſi ego ipſe, aut aliqua emiſſa perſona, contra hanc donationem venire voluerit, aut calumniari, hoc quod repetit non euindicet, hoc inſuper, ſociante fiſco, auri libras quinque componat, & ſua, vt diximus, repetitio nullum obtineat effectum, ſed hæc præſens donatio firma & ſtabilis permaneat, cum ſtipulatione ſubnixa. Actum *Patriciaco*, publice. Signum *Narduini*, qui hanc donationem fieri & firmare rogauit. Signum *Odila* vxoris ſuæ. Signum *Vvillelmi*. Signum *Arnulfi*. Datum menſe Martio, anno vigeſimo regnante *Lothario* Rege. *Rainardus* ſubſcripſit.

XXII. *Commutatio ſancti Quintini Eccleſiæ.*

QVISQVIS Prælatorum, res Eccleſiaſticas rationabiliter diſtribuere, ſeu commutare deliberat, iuxta morem antiquitatis ita debet poſteritati litterarum titulis patefacere, vt facile perſpiciatur ſeries rationis, cum aliquolibet inquiſita fuerit. Quapropter *Aymo*, diuina fauente clementia, humilis Abbas Monaſterij egregij Confeſſoris Chriſti Martini, quod eſt ſitum in ſuburbio ciuitatis Eduæ, notum eſſe cupimus omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, præſentibus atque futuris: quoniam cum apud memoratum cœnobium reſidentes, de

communibus eiusdem causis nostræ sollicitudini commissis tractaremus, venit ante præsentiam nostram quidam religiosus Monachus, *Hernardus* dictus nomine, præpositus Cellæ piissimi Patris Benedicti *Patriciacensis*, ex parte Reuerendi Abbatis *Lamberti*, qui præerat cœnobio eiusdem eximij Patris Benedicti quidem, constructum in pago Aurelianensi, in agro *Floriacensi*, intimans nos habere quandam Capellam subiectam Cellæ *Entiacensi*, cui sub nostro regimine præesse cernitur *Hugo* venerabilis præpositus. Quæ videlicet capella in medio rerum S. Benedicti sita esse, ad prædictam Cellam *Patriacensem* pertinentium, innotuit, & iam esse aliam capellam subiectam, loco cuius curam gerebat, situ contiguam Cellæ *Entiacensi*; quam pro opportunitate, & congruentia circumiacentis terræ S. Benedicti, prænominatus Abbas nobis commutare deposceret. Quam subtiliter causam inquirentes, à supradicto nostro præposito comperimus, vtilimum fore, si eius petitionibus assensum dantes, hoc camium firmaremus. Dedimus igitur præfato Abbati capellam nostram sitam in pago *Matisconensi*, dicatam in honore S. Quintini Martyris, prominentem villæ, cuius vocabulum est *Petra fixa*, cum parrochia & decimis, & omnibus appendiciis circumquaque positis, quæsitis & inquirendis. In recompensatione vero huius, dedit nobis præscriptus Abbas aliam capellam constructam in pago *Augustidunensi*, in villa *Belgiaco*, supra fluuium *Ligeris*, sacratam in honore sancti Desiderij, cum omnibus ad se pertinentibus circum circa quæsitis & inquirendis; eo tenore, vt vna quæque pars, quod accepit teneat iure perpetuo, habens liberam potestatem possidendi, ordinandi, & si quid libuerit agendi, ab hac die, & deinceps, absque vlla contradictione seu retractatione. Vt autem huius nostræ commutationis testamentum validiorem in Dei nomine obtineat firmitatem, manus propriæ subscriptione roborauimus, & idem ipsum facere fratribus nostris imperauimus. *Aymo* diuina gratia permittente humilis Abbas, hoc encamium firmauit, & subscripsit. *Otgarius*, *Euurardus*, *Silinus*, *Vnbertus*, *Vldeganus*, *Momolenus*, *Gerardus*.
Année 900. Data in mense Martino, anno decimo sexto regni *Karoli* serenissimi Principis. *Bernardus*, exiguus Monachorum Sacerdotumque, scripsi.

XXIII. Altera karta Narduini de Solmeriaco.

IN Dei nomine, ego *Narduinus* pauens extremæ diem vocationis, ne grauatus mole peccaminum, sine fructu boni operis sterilis inueniar, dono pro remedio animæ meæ, & parentum meorum, res proprietatis meæ, Monasterio sanctæ Mariæ semper Virginis, & S. Petri Apostolorum Principis, & S. Benedicti *Floriacensis* cœnobij, quô corpus ipsius requiescit; quæ sitæ sunt in pago *Matisconensi*, in villa *Solmeriaco*. Hic sunt vineæ, prata, siluæ, cum terris cultis & incultis, totum & ad integrum, quæsitum & adinquirendum, quicquid in præfata villa, de meo iure, & de locis Sanctorum aliquid in ipsa villa habentium conquisiui, & ab aliis hominibus, in ius & dominationem seruorum Dei, iam dicto cœnobio transfero possidendas. Reddo etiam supradicto cœnobio colonicas nouem, quas *Vvineterius* sancto R. pro remedio animæ suæ, & senioris *Heccardi* Comitis, dedit ad possidendum, quas etiam ab Abbate ipsius loci huc vsque ad censum tenuit. Ita vt ab hac die, & deinceps, sicut reliquas ipsius Monasterij res, liberius in dominando fruantur arbitrio Monachi eiusdem loci. Si vero aliquis, aut ego ipse, aut aliqua intromissa persona, contra hanc donationem, & vuarpituram calumpniare voluerit, quod repetit non euindicet, sed iram omnipotentis Dei incurrat, & merita omnium Sanctorum Dei offendat, & repetitio eius nullum obtineat effectum, & præsens donatio firma permaneat. Actum *Floriaco*, publice. Signum *Narduini*, qui hanc kartam fieri & firmare rogauit, *Raculfi* præpositi, *Vvillelmi*, *Durandi* præpositi, *Vigonis Vice-Comitis*, & vxore sua *Eufemia*, qui consenserunt.
Année 979. Datá decima sexta Kalendis Nouembris, anno vigesimo octauo *Lothary* Regis, & filij sui *Ludouici* primo.

XXIV. Karta Rotberti Vicecomitis, de Catella & Maluai.

SI aliquid de rebus suis fideles sanctæ Dei Ecclesiæ locis Sanctorum dare voluerint, hoc sibi procul dubio, in æterna beatitudine, Dominum retribuere confidunt. Idcirco ego *Rotbertus*, dono Dei Vicecomes, & coniunx mea *Ingeltrudis*, pauentes diem extremæ vocationis, ne grauati nimia mole peccaminum, sine fructu boni operis steriles inueniamur, donamus pro animæ nostræ remedio, & pro *Ramgardis*, donatumque in perpetuum esse volumus, res nostras ad Monasterium sanctæ Mariæ, & sancti Petri, atque S. Benedicti Floriacensis loci; vbi ipse S. Benedictus debito quiescit honore, & vbi præesse cognoscitur vir venerabilis Abbas *Vulfaldus*, vna cum turba plurima Monachorum ibidem Deo famulantium; quæ sitæ sunt in pago *Augustidunense*, id est capella in honore sanctæ sacratæ Mariæ super fluuium *Adro*, cum seruis, cum omni integritate, quicquid ad ipsum mansum aspicitur, & aspicere videtur, cum terris indominicatis, & vineis, & pratis, siluis, aquis, terris cultis & incultis, exitibus ingressibus, & quicquid ibidem nostra videtur esse. Concedimusque in villa *Malniaco*, quicquid visi fumus habere, cum omni integritate, quicquid ad ipsum mansum aspicitur, & aspicere videtur, cum terris indominicatis, vineis, & pratis, siluis, aquis, cultis & incultis, exitibus & ingressibus, vna cum seruis & ancillis, & quicquid ibidem nostra videtur esse, totum & ad integrum, exquisitum & inexquisitum, ad adiutorium supradictorum Monachorum faciendum, causa, & ad stipendia eorum, seu ad luminaria supradictorum Sanctorum subministranda, beniuolo & promptissimo animo concedimus, concessumque in perpetuum esse volumus, & de nostro iure & potestate, in illorum ius & potestatem transfundimus. Si quis vero, quod futurum non credimus, si nos ipsi, aut aliquis de hæredibus & pro hæredibus nostris, seu quælibet emissa & extranea persona, contra hanc donationem venire, aut eam infringere temptauerit, hoc quod repetit non euindicet, sed insuper sociante fisco, ei qui litem intulerit, auri libras viginti, argenti pondera persoluet, & sua, vt dixi, repetitio nullum effectum obtineat. Signum *Rotberti* Vicecomitis, & *Ingeltrudis* vxoris suæ, signum *Lamberti* filij eorum, signum *Vvuhardi*, signum *Vgonis*, signum *Letaldi*, signum *Vvalioni*. Data in mense Decembrio, anno quinto regnante *Lothario* Rege gloriosissimo. *Richardus* Monachus & Leuita scripsit. Année 959.

XXV. Karta Letaldi Monachi, de manso Patriciaco.

QVAMVIS miserrimus homo, quamdiu est incolumis, semper debet præ oculis habere omnipotentis Dei discussionem iudicij, in ægritudine tamen positus, de illius misericordissima pietate nullo modo debet desperare, hoc pro salutæ animæ suæ attentius debet inuigilare, & de propriis rebus, quantum possibile est, in alimoniis seruorum Dei, semetipsum redimendo, largiri, vt adpud piissimum iudicem, æternam post obitum valeat adquirere retributionem. Idcirco, ego in Dei nomine *Guntrudis*, & filius meus *Letaldus*, respicientes grauedinem peccatorum nostrorum, & reminiscentes bonitatem Dei dicentis, *date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis:* tradidimus pro remedio animarum nostrarum, seu, pro remedio senioris mei *Malguini*, traditumque in perpetuum esse volumus Monasterio sanctæ Mariæ, sanctique Petri, necne & sancti Benedicti Floriacensis cœnobij, in quo ipse sanctissimus corpore requiescit, omnique Congregationi eiusdem loci, cui venerabilis *Richardus* Abbas superna gratia præesse videtur, res hæreditatis nostræ, quæ nobis iure legitimo à parentibus nostris obuenerunt; hoc est mansum qui vocatur *Percipiacus*, & quicquid ad ipsum aspicit, terris cultis & incultis, pratis, cum vineis & siluis, & quantumcumque ibi visi sumus habere exquisitum, & de nostris mancipiis, his vocabulis denominatis, *Dumnicum* & vxorem suam, cum infantibus eorum, *Eldricum*, & vxorem suam, & infantes eorum, *Letgerium*, & vxorem suam, cum infantibus eorum, *Adalbertum*, & vxorem suam, cum infantibus eorum, *Adaldabram* & *Ermbergam*, cum infantibus

suis. Ad præsens vero inuestitura areas tres, & vineæ, quæ sitæ sunt in villa quæ nuncupatur *Bucherias*, in qua villa, id est in *Buscerias*, donamus vobis etiam alium mansum, & quicquid ad ipsum mansum aspicit, terris cultis & incultis, pratis, cum vineis, & siluis; ea lege, vt quandiu vixerit *Heldeerius* senior meus, & ego *Guntrudis*, vxor sua, teneamus atque possideamus ipsum alodum de *Busserias*, qui supra denominatus est. Post nostrum vero discessum, *Ansedeus*, filius noster, succedat in hæreditatem ipsius villæ *Busceria*; post cuius obitum, cum omni melioratione, ad dominium S. Mariæ, sanctique Petri, & S. Benedicti, & Monachis ibidem Deo seruientibus perueniat. Sunt autem hæc omnia in pago *Matisconensi*, vicaria *Cauinensi*. Tradimus etiam alium præsentaliter indominicatum mansum, qui est in pago *Augustidunensi*, qui vocatur *Solechiacum*, cum liberis & mancipiis, & quicquid ad ipsum mansum aspicit, similiter & in *Grande fagia*, quantum visi sumus habere: quæ omnia de *Guarulfo* exquisiuimus. Dono etiam pro filio meo *Malguino*, qui in *Patriciaco* villa requiescit, alodum cum seruo nomine *Dominico*, quod situm est in villa *Crais*. Terminatur vero de vna parte terra S. Benedicti, de alia ipsa hæreditas, tertia *Guiburgiti*, quarta parte *Odonis*, infra istas terminationes totum & integrum, dono atque transfundo. Si vero, quod fieri non credo, aliquis de hæredibus nostris, aut aliqua subposita persona, contra hanc donationem venire præsumpserit, repetitio eius nullum obtineat effectum, sed insuper cui litem intulerit, vna cum socio fisco, auri libras decem, argenti pondera quingenta coactus exoluat, sed hæc cessio firma incuuulsaque permaneat, cum stipulatione subnixa. Actum *Patriciaco* Monasterio, publice. Signum *Gutrudis*, & filio suo *Letaldo*, qui hanc donationem fieri iusserunt, & à fidelibus suis firmare rogauerunt. Signum *Guldrici* leuitæ, signum *Gisoni* leuitæ, signum *Ansedeo*, signum
Année *Godelrico*, signum *Eldeberio*, signum *Isenbrado*. Data in mense Iulio, anno decimo
964. regnante *Lothario* Rege. *Rainaldus* Monachus scripsit, dictante *Alterio* Abbate.

XXVI. Vvarpitura Vvineterij, de Saumeriaco.

NOTITIA, Vvarpituria, & eos qui hanc notitiam subterfirmauerunt. Vbique veniens *Vvineterius*, & filius suus *Vvineterius* & *Theodericus*, in villa quæ dicitur *Mulneto*, ante Monachos S. Benedicti, nominibus *Odoni*, *Ardoini*, *Ragenbaldo*, *Amitado*, *Gumberto*, *Ilgerno*, *Laurentio*, *Prasugio*, *Ansberto*, *Hulboldo*, & aliis cæteris, qui cum eos ibidem aduocatis S. Benedicti aderant, *Rotardo*, *Girmaldo*, *Rotberto*, item *Rotardo*, illas res quæ sunt in pago *Augustidunense*, in villa *Corcellas*, colonicas octo, & in alio loco qui dicitur *Masiunculas*, colonicam vnam: in territorio vno *Volabrensi*, in villa quæ dicitur *Vallis*, & in villa *Ponto*, quantum ibi videbantur habere. In pago autem *Matisconense*, in loco qui vocatur *Solmeriacus*, mansum indominicatum, cum aliis mansis octo: & in villa *Moncimano*, colonicam vnam, cum campo & prato, Ecclesiamque S. Mariæ, quæ vocatur *Faltrerias*, istas res cum omnibus appendiciis suis, & omnia supra denotata, vvarpiuerunt, & se exitum fecerunt, pro amore Domini, nec non pro amore patris sui, & parentum suorum, & pro bonis his hominibus quorum hæc vocabula. Signum *Vvineterij*, & filiis eorum *Vvineterio*, *Theodorico*, qui consenserunt, & vvarpiuerunt, & firmare rogauerunt, signum *Rotardi*, signum *Grimaldi*, signum *Teotbaldi*,
Année signum *Andrici*, signum *Bernardi*, signum *Amalberti*. Ego *Matebertus* dataui, die
896. veneris in mense Maio, in anno octauo regnante *Odone* Rege.

XXVII. Karta Vulfusardi, in Cisa.

SI aliquid de rebus suis fideles sanctæ Dei Ecclesiæ, locis Sanctorum dare voluerint, hoc sibi proculdubio in æterna beatitudine retribuere confidunt. Idcirco, ego *Vulfardus*, pauens diem extremæ vocationis, ne grauatus mole peccaminum, sine fructu boni operis sterilis inueniar, & quod audiui Dominum dicentem in Euangelio, *quicumque reliquerit patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, vel vxorem, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.*

possidebit. Ideo dono pro animæ meæ remedio, atque in elemosina genitoris mei *Vufardi*, & genitrice meæ *Susanna*, nec non & germanorum fratrum meorum *Adelardo*, *Vulgrino*, *Tmo*, & sororem meam *Hildeburga*, & nepotem meum *Vulgrino*, donatumque in perpetuum esse volo, res meas, quas de hæreditate patris mei & matris meæ mihi remanserunt, quæ sunt sitæ in pago *Augustidunense*, in agro *Goloniacense*, in villa quæ vocatur *Cisa*. Id est villarem integrum, cum casas indominicatas, & quæ sunt in *Ardenna* Scubrobio, ad Monasterium S. Mariæ, & S. Petri, atque S. Benedicti Floriacensis loci, vbi præest vir venerabilis Abba *Girbertus*, vna cum turba plurima Monachorum ibidem Deo famulantium, quæ habet ipse villarus terminationes, de vno latus & subteriore fronte, terra S. Benedicti, & de alio latus, villa publica, & de fronte superiore, de ipsa hæreditate. Dono etiam in alio loco, villarem vnum, qui vocatur *Buria*, quem adquisiui de *Vulfrado*, & de vxore sua *Benedictane*. Habet ipse villarus terminationes, de vno latus, & vno fronte, terras S. Mariæ, & de alio latus terras S. Anodochij, & de superiore fronte, via publica, & de alia parte, de ipsa hæreditate. Sic trado ipsum villarem, totum & ad integrum, & quicquid ad ipsum villarem aspicere videtur, id est campis, pratis, siluis, aquis, aquarumve decursibus. Dono etiam vineas in pago *Cabillonense*, in loco qui dicitur *Contrariacus*. Dono etiam ad præfatum locum, alias vineas, quæ sunt in pago *Augustidunense*, in villa quæ vocatur *Floriacus*, cum curtilo. Dono etiam, farinario, meam partem, qui est super fluuio *Burbontio*. Dono etiam seruientes, id est *Ingeldrico*: dono etiam *Mardoerto*, & quicquid etiam mihi videtur habere in villa *Cisa*, tam de hæreditate quam & adquisiui potuit, quod *Ingolomaco* est, & illum curtillum, *Vulfardus* mansit, & præter illum campum quem de *Giberto* adquisiui. Et præter hoc quod mihi mater mea inquetauit, & alia res, dono totum & ad integrum, quod mi videtur habere, idem campis, siluis, pratis, aquis aquarumque decursibus, nec non & vinea, quam ad *Limanta* adquisiui & sic trado totum & adintegrum, vt exinde habeatis potestatem tenendi, plantandi, ædificandi, vel quicquid exinde facere volueritis, liberam potestatem in omnibus habeatis faciendi. Si quis vero, si ego ipse, aut aliquis de hæredibus meis, seu qualibet emissa & extranea persona, qui contra hanc donationem meam venire conauerit, aut eam frangere temptauerit, hoc quod repetit totum vindicet, hoc insuper sociante fisco auri libras decem, argenti pondera sex, componat, & sua, vt dixi, repetitio nullum effectum obtineat. Actum Patriciaco villa publica. S. *Vulfardo*, qui hanc donationem fieri & firmare rogauit. S. *Addardi*, qui hanc donationem consensit. S. *Rotardi*, *Vvineterij*, *H Perici*, *Landrici*, *Teotgrunino*. Data in anno secundo regnante *Odone* Rege, idem in mense Nouembrio, die secundo. *Laurentius* Clericus rogatus scripsit, & suprascripsit. Année 890.

XXVIII. Karta Giraldi, de Cisa.

IN Dei nomine, notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, quod ego *Girbaldus*, pauens diem extremæ vocationis, ne grauatus nimia mole peccaminum, sine fructu boni operis sterilis inueniar, dono atque trado, Deo, & sanctæ Mariæ matris eius, & Apostolo Petro, atque beato Benedicto Floriacensis loci, vbi ipse Pater Benedictus debito quiescit honore, & vbi præesse noscitur vir venerabilis Abba *Richardus*, vna cum turba plurima Monachorum ibidem Deo famulantium; hoc est in primis, memetipsum, cum vnico filio meo *Manigaudo*, & dono pro anima mea, & aui mei *Ildegrini*, & patris mei *Vulgrini*, ac matris meæ *Girburgis*, omnia quæ habere visus sum in pago *Eduense*, *Matisconense*, *Cabillonense*, in villa quæ vocatur *Cisa*, mansos tres, cum appendiciis suis, & in villa *Ciconias*, mansos duos, & in villa *Collumbaris*, dimidium mansum: in villa *Cerciaco*, & in *Reneniaco* vno, & in *Scurtilliaco* vno, & *Silliam* quæ vocatur *Cerliacus*, & quicquid ad ipsos mansos aspicere videtur, hoc sunt, terris cultis & incultis, vineis, siluis, pratis, aquis aquarumque decursibus, totum & ad integrum, seruos etiam his nominibus, *Girbertum* cum vxore, & infantibus; *Aldoenum* cum vxo-

re & infantibus, *Ieudoenum* cum vxore & infantibus, *Ramberga* cum infantibus, excepto vno, quem nepote meo *Eutrado* dedi : *Ermenaldo* cum vxore & infantibus suis; *Martinum* cum matre sua, *Aldrodum* cum vxore & infantibus, *Archembaldum*, cum vxore & infantibus, & in villa *Vallis* curtillum vnum, cum clauso indominicato, & in villa *Vimasiaco*, mansos duos cum appendiciis suis, seruum etiam *Dominicum* nomine, cum vxore & filiis. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, aliquis de hæredibus nostris, & quælibet emissa persona, contra hanc donationem venire, aut infringere voluerit, hoc quod repetit non vindicet, sed insuper, sociante fisco, cui litem intulerit, auri libras centum componat, & sua, vt dixi, repetitio, nullum effectum obtineat. Actum *Patriciaco* cœnobio. Signum *Girbaldi*, qui hanc donationem fieri rogauit, & filius eius *Manigandi*, signum *Lanberti* Comitis, signum *Rotberti Vice-Comitis*, signum *Ansedei*, signum *Dodonis*, signum *Rodulfi*. Data mense Nouembris, anno decimo quinto regnante *Lothario* Rege. *Rainoldus* leuita & monachus scripsit.

Année 969.

XXIX. Alia karta Vulgrini, in villa Cisa.

SI aliquis, de rebus suis locis Sanctorum dare voluerit, hoc sibi procul dubio Dominum retribuere confidit. Idcirco ego, in Dei nomine, *Vulgrinus*, dono aliquid de res proprietatis meæ ad Monasterium sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & sancti Petri, atque sancti Benedicti Floriacensis loci, vbi ipse sanctus debito quiescit honore, donatumque in perpetuum esse volo; hoc est curtillus quem adquisiui de *Bernardo*, cum campo & prato simul tenente, qui resedit in pago *Augustidunense*, in fine *Gelonacense*, in villa *Cisa*, qui terminat de duabus partibus terra sancti Benedicti, de tertia parte *Gutta* currente, de quarta parte silua interpreta: & dono, in alio loco, condem meam, quæ resedit in *Bargias*, quæ terminat de vno latus terra sancti Benedicti, & de alio latus de ipsa hæreditate; & dono ibi seruientem nomine *Leotbertum*, infra istas terminationes, totum ad integrum, dono ad Monasterium sancti Benedicti; ea tamen ratione, vt quandiu ego aduixero, teneam & possideam, & de anno in annum missa sancti Benedicti, qui est in mense Decembrio, persolui faciam denarios quatuor, & post obitum meum, ad supradictum locum easdem res reuertantur. Et vt hæc donatio firma & stabilis permaneat, eam subter firmaui, ac firmare rogaui. Actum *Cisa* villa, publice. Signum *Vulgrini*, qui donationem istam fieri & firmare rogauit, signum *Ialetrudis* qui consensit, signum *Adelelmi*. Data mense Ianuario, anno decimo regnante *Rodulfo* Rege. *Gunfredus* Monachus scripsit.

Année 933.

XXX. Quod Capella sancti Marcelli, receptionem soluere non debet.

OMNIBVS notum habeatur, quod cum resideret domnus *Ado*, præsul, apud Matisconum in propria synodo, venerunt ante præsentiam ipsius duo Monachi, *Leotaldus* videlicet & *Girboldus*, viua voce proclamantes, quod non deberent Episcopalem receptionem facere apud sanctum Marcellinum, quæ capella est, non vicus publicus, exenia vero & seruitium se dare debere aliis in locis dixerunt; quod omnes vt audierunt qui ibi residebant, verum esse testificati sunt, & ne à successoribus præscripti antistitis domni *Adonis*, & alia vllatenus agerentur, pleniter interdixit, & excommunicauit. Quo vero firmius crederetur, has litterulas inde fieri iussit, quas firmauit, & roborare præcepit, *Ado*, peccator, Matisconensis Ecclesiæ præsul, saluo seruitio Synodali. Signum *Iohannes* præpositus, signum *Gundolricus* leuita, signum *Amblardus* leuita, sigum *Ayminus* Archidiaconus. Data per manum *Vberti* leuitæ, die veneris, anno vndecimo regnante *Conrado* Rege.

Année 951.

XXXI. Karta, quam dedit Odi-

IN Dei nomine, notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, quod ego *Odilo*, & coniunx mea *Arburgis*, & *Alguals*, & *Libsindis*, & *Hildericus*, pauentes

diem extremæ vocationis, donamus, pro remedio animarum nostrarum, & pro remedio animarum *Guitaldi*, & *Guidonis* fratrum, aliquid de res meas ad Monasterium sanctæ Dei Genitris Mariæ, & sancti Petri, atque sancti Benedicti, quod nominatur *vetus Floriacus*, donatumque in perpetuum esse volumus, hoc est curtillus, cum mansione, & vinea, qui resedit in pago *Augustidunense*, in fine *Vertiacense*, in villa *Vasimaco*, qui terminat de duabus partibus terra sancti Benedicti, de tertia parte via publica, de quarta parte terra ad ipso donatore, infra istas determinationes, supra dictas res tradimus atque transfundimus ad supra insertum locum, & ad Monachos ibidem Deo famulantium, ad stipendia, & ad victum eorum, vt quicquid secundum fidelitatem sancti Benedicti facere voluerint, liberam & firmissimam, sine alicuius inquietudine, habeant potestatem faciendi. Si quis vero, quod minimæ credimus, si nos ipsi, aut vllus de hæredibus, & prohæredibus, & aliqua vlla emissa persona, qui contra hanc donationem aliquid conare temptauerit, hoc non valeat vindicare quod repetit, sed insuper, auri libram, coactus, componat, & sua repetitio nihil valeat, sed hæc præsens donatio firma & stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa. Actum *Patriciaco* villa, publice. Signum *Odilonis*, & vxoris eius *Arburgis*, qui donationem istam fieri & firmare rogauerunt. Signum *HLdrici*, signum *Libsindis*, signum *Gunterij*, signum *Rotardi*, signum *Guineterij*. Data mense Decembrio, anno decimo regnante *Rodulfo* Rege. *Gunfridus* Monachus scripsit.

lo cū vxore sua, in Vasiniaco.

Année 931.

XXXII. Karta Teotardi, de Carneto.

IN Dei nomine, ego *Teotardus*, & coniux mea *Ermengardis*, pauentes diem extremæ vocationis, donamus pro remedio animæ nostræ, & parentum nostrorum, donatumque in perpetuum esse volumus, res nostras ad Monasterium sanctæ Mariæ, & sancti Petri, atque sancti Benedicti Floriacensis Monasterium, quæ sunt sitæ in pago *Augustidunense*, in fine *Geloniacense*, in villa quæ vocatur *Romania*, quicquid mi videbuntur habere, hoc est in vineis, campis, pratis, siluis, aquis, aquarumve decursibus, & quicquid in *Carnedo* visus sum habere, totum ad integrum dono atque transfundo; ea ratione, vt quandiu vixerimus, teneamus atque possideamus, ita vt festiuitate sancti Benedicti, mense Decembrio, persoluamus in censum denarios duos, & non liceat nobis vendere aut alienare, sed cum omni melioratione, post obitum nostrum reuertatur, sine vllius inquietudine ad prædictum Monasterium. Si quis vero, si ego ipse, aut vllus de hæredibus meis, seu quælibet emissa & extranea persona, contra hanc donationem venire conatus fuerit, aut eam infringere temptauerit, hoc quod repetit non vindicet, sed insuper, sociante fisco, & eius qui litem intulerit, auri libras decem componat, & sua, vt dixi, repetitio nullum effectum obtineat, sed hæc præsens donatio firma & stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa. Actum *Patriciaco* Monasterij. Signum *Teotardi*, & vxoris eius *Ermengardis*, qui hanc donationem fieri & firmare rogauerunt. Signum *Hildradi*, signum *Leotaldi*, signum *Alerici*.

XXXIII. Commutatio inter Abbatem Lanbertum, & Algalonem militē.

IN Dei nomine, *Lambertus*, Abbas ex Monasterio sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & sancti Petri, & sancti Benedicti Floriacensis, notum sit omnibus, tam præsentibus quam & futuris successoribus nostris, fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, quia postulauit nos quidam inluster vir, nomine *Adalgualo*, cum vxore sua nomine *Leutsinde*, vt eis, & duobus filiis, *Ingoberto* & *Erburgo*, aliquid ex rebus Ecclesiæ nostræ, sub vsufructuario concederemus; quod & fecimus, hoc est beneficium quondam *Rotardi* vasalli nostræ Ecclesiæ, cum Ecclesia in honore sancti Bonetti consecrata, & quicquid ad ipsam aspicit ex ipso beneficio, siue in *Maiornensi*, siue in *Salernuco* villa, & in aliis locis, vt quandiu aduixerint, iam dictus *Adalgualo*, & vxor sua *Leutsindis*, & prædicti duo filij *Ingobertus* & *Erburga*, ipsum

beneficium teneant, sub vsufructuario, ad nostram & firmam largitionem; eo tenore, vt potestatem habeant immeliorandi & dominandi, & nullam habeant potestatem vendendi, alienandi, sed post eorum discessum, cum omni immelioratione ad nostrum reuertatur indominicatum. In recompensatione, pro hoc vsufructuario, dedit iam prædictus *Adalgualo* & vxor sua *Leutsindis*, partibus sancti Benedicti, curtile vnum cum vinea, & terra arabilis, & prato, & quicquid ibi aspicit, in pago *Augustidunensi*, vicaria *Matisconensi*, in loco qui vocatur *Caciacus*, cum mancipiis, nomine *Teotbaldo* & *Dominica*. Terminatur ex vna parte alodo *Tedderici*, ex alio alodo *Grimaldi*, ex tertia riuulum decurrens, quarta parte via publica, & in alio loco nomine *Cacifello*, in pago *Augustidunense*, vicaria *Matisconensi*: quicquid ibi comparauit *Rotbardus*, & vxor sua *Leutsindis*; de *Rubodo*, siue in pratis, siue in terris arabilibus, excepto villare, & siluis, totam medietatem ad integrum, dederunt partibus sancti Benedicti. Item in alio loco, in villa nomine *Romanta*, aliud curtile, cum vinea, & pratis, & siluis, & terris: dederunt, ea ratione, vt similiter ipsas res, quas nobis dederunt, sub vsufructuario teneant, & annis singulis, missa sancti Benedicti, qui est in mense Decembrio, in censum persoluant solidos duos. Præter istas res & mancipia supra nominata, dederunt alios seruos, *Randoenum*, & vxorem suam, cum filiis eorum. Huic autem vsufructuario, vt veratiorem obtineat stabilitatem, manu propria, & manibus monachorum nostrorum, signum firmitatis impressimus. Signum *Lambertus* Abbas huic vsui, hortantibus fratribus, signum *Gunfredus* Monachus, signum *Gumbertus* Monachus. Signum *Ansbertus* Monachus, signum *Laurentius* Monachus, signum *Geilo* Monachus. Data mense Nouembrio, anno decimo quinto Regis *Karoli*. *Aregaudus* Monachus scripsit.

Année 907.

XXXIV. Alia commutatio, inter Abbatē Lābertum, & Rotarcū militem.

PLACVIT atque conuenit, inter *Lanbertum* Abbatem S. Benedicti Floriacensis Monasterij, & *Rotardum* nobilem virum, vt res suas inter se commutare deberent, quod ita fecerunt. Dedit itaque *Lambertus* prænominatus Abbas partibus *Rotardi*, curtile vnum in comitatu *Matisconensi*, vicaria *Cauiniacense*, in villa quæ dicitur *Buxerias*. Terminatur iam dicta terra de vno latus terra ipsius *Rotarus*, & de vno fronte terra prænominati vasalli, & de tertia parte terra sancti Benedicti, & *Raculfi*, & de quarta parte via publica: & habet iam dicta terra per mensuram in longum, perticas viginti septem, & in transuersum perticas septemdecim. Et contra, dedit *Rotardus* partibus sancti Benedicti, pro ipso curtilo, vineolam, & pratum, & curtiferum, in Ecclesiæ pago, & in ipsa vicaria, & etiam in eadem villa. Ea ratione, iam dictus Abba *Lambertus* & *Rothardus* præfatas res concamiauerunt, vt sine aliqua repetitione, vnusquisque teneat & possideat quod à parte sua accepit. Et vt hæc commutatio stabilis permaneat, manu nostra & manibus quorundam fratrum nostrorum subterfirmari decreuimus. Actum *Patriciaco* villa, publice. Signum *Lantbertus*, dono Dei Abbas, huic escamino, hortantibus fratribus, signum *Aregaudus* Monachus, signum *Benedictus* Monachus, signum *Ieronimus* Monachus, signum *Ingrannus* Monachus. Datum mense Augusto, anno secundo regnante domno *Rodulfo* Rege. *Gunfredus* Monachus scripsit.

Année 924.

XXXV. Karta quā dedit Segeneldis sancto Benedicto, in villa Margalgias.

IN Dei nomine, ego *Segeneldis*, femina, pauens diem extremæ vocationis, dono pro remedio animæ meæ, & senioris mei *Rotberti*, aliquid de res proprietatis meæ ad Monasterium sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & sancti Petri, atque sancti Benedicti Floriacensis, & ad cellulam *Patriciacensis*; hoc est vinea quæ resedit in pago *Augustidunense*, in fine *Marliacense*, in villa *Malgagias*, quæ terminat ex vna parte vinea *Petro*, & de alia parte vinea *Vulberti*, & de duabus aliis partibus vinea *Godana*, infra illas terminationes; totum ad integrum, dono ad supra dictum locum, & ad seruos Deo ibidem seruientibus, vt ex hoc die, quicquid exinde facere volue-

rint, liberam & firmissimam potestatem habeant faciendi. Si quis vero, quod minime credo, si ego, aut vllus de hæredibus meis, &c. Actum *Patriciaco* villa, publice. Signum *Segeneldis*, qui donationem istam fieri & firmare rogauit, signum *Malguini*, signum *Genaldi*, signum *Gauberti*, signum *Odilonis*, signum *Vulfardi*. Data mense Martio, anno primo regnante *Ludouico* Rege. *Gunfridus* Monachus scripsit. Année 936.

XXXVI. Karta Ansedei, & vxoris eius.

IN Dei nomine, ego *Ansedeus*, & vxor mea *Fredeburgis*, pauentes diem extremæ vocationis, donamus pro animæ nostræ remedio, donatumque in perpetuum esse volumus, res nostras ad Monasterium sanctæ Mariæ, & sancti Petri, atque sancti Benedicti Floriacensis loci, vbi ipse sanctus Benedictus debito quiescit honore, & vbi præesse cognoscitur vir venerabilis Abbas *Richardus*, vna cum turba plurima Monachorum ibidem Deo famulantium: quæ sitæ sunt in pago qui vocatur *Adamos*, & in villa quæ dicitur *Adentenx*, hoc est mansum vnum, vbi *Alertus* visus est manere, & alio manso *à longa Petra*, & quicquid ad ipsos mansos videtur aspicere, cum terris indominicatis, & pratis, siluis, cultis & incultis, exitibus & ingressibus, totum ad integrum, beniuolo & promptissimo animo concedimus, concessumque in perpetuum esse volumus, & de nostro iure & potestate, in illorum ius & potestatem transfundimus. Si quis vero, quod futurum non credimus, si nos ipsi, aut vllus, &c. Actum *Patriciaco* Monasterij. Signum *Ansedei*, & vxoris eius *Fredeburgis*, ac filiæ eorum *Ingeltrudis*, qui hanc donationem fieri & firmare rogauerunt. Signum *Ducis* Burgundionum, signum *Vuidonis*, signum *Vuarulfi*, signum *Rotberti*, signum *Beraldi*. Data in mense Iunio, anno decimo regnante *Lothario* Rege. *Richardus* Monachus & Leuita scripsit. Année 971.

XXXVII. Karta Adilonis, de Cauanas.

IN Dei nomine, ego *Adilo*, & vxor mea *Arburgis*, & filius noster *Theodericus*, donamus pro remedio animarum nostrarum, & pro remedio animarum parentum nostrorum, donatumque in perpetuum esse volumus, res nostras ad Monasterium sanctæ Mariæ, & sancti Petri, atque sancti Benedicti Patris Monachorum Floriacensis loci, vbi ipse sanctus Benedictus debito quiescit honore, quæ sunt sitæ in pago *Augustidunense*, & in pago *Moruenno*, in fine villa *Roporcono*, in villa quæ vocatur *Cauanas*; hoc est, mansum vnum, & quicquid ad ipsum mansum aspicere videtur. Hoc sunt campis, pratis, siluis, seruis, totum ad integrum donamus, pro remedio animarum nostrarum, beniuolo & promptissimo animo concedimus, concessumque in perpetuum esse volumus, & de nostro iure & potestate, in ius & potestatem Monachorum supradictorum Sanctorum transfundimus; si quis vero, si ipsi nos, aut vllus de hæredibus nostris. Actum *Patriciaco* Monasterij. Signum *Odiloni*, & vxoris suæ *Alburgæ*, & filij eorum nomine *Theoderici*, qui istam donationem fieri & firmare rogauerunt. Signum *Gislane*, signum *Arembuti*, signum *Ratnardi*. Data mense Octobrio, anno vndecimo regnante *Lothario* Rege. *Richardus* Monachus scripsit, & subscripsit. Année 966.

XXXVIII Karta Erblais, de Crais.

DOMINO sacro Monasterio, S. Benedicto Ecclesiæ, quæ est sita in pago *Augustidunense*, in villa quæ dicitur *Patriciacus*, ego *Erblaius* Sacerdos, pro amore & bona volontate, & pro remedio animæ genitore meo, & genitrice mea, pro ipso amore, dono ad ipsa casa dicta, curtilum cum omne superposito, ex vinea, in simul tenentur, in pago *Matisconense*, in fine *Agenacense*, in villa *Craius*. Terminat de vno latus via publica, de alio latus terra de ipsa hæreditate, in vno fronte superiore terra *Leodono*, & in superiore odol *Vulgari*. Infra istas terminationes ad integrum dono ad ipsa *Casadi*, in tale tenore, dummodo ego viueo vsum & fructum habeo, & omni anno, modio de vino in vestituria, & post meo discesso, ad inte-

grum dono ad ipsa *Casadin*, & faciant pastores sancti Benedicti, post illo die, in omnibus, quæ facere voluerint; si quis vero vllum contradictum facere voluerit, si ego ipse, aut vllus de hæredibus, &c. Actum *Cansuilla*. Signum *Erblaici*, qui hanc donationem fieri & firmare rogauit, signum *Guntardi*, signum *Girmaldi*. Ego *Deodatus*, rogatus scripsi. Data in die Martis, in mense Maio, anno decimo regnante *Ludouico* Rege.

Année 942.

XXXIX. Præceptum quod fecit domnus Ludouicus Imperator, Abbati Adalgardo, de rebus S. Benedicti.

IN nomine Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, *Ludouicus*, diuina ordinante prouidentia Imperator Augustus. Cum petitionibus seruorum Dei iustis & rationabilibus, diuini cultus amore fauemus, superna nos gratia muniri non ambigimus. Notum sit igitur omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris, tam præsentibus quam futuris, quod detulit nobis venerabilis vir *Adalgandus* Abbas ex Monasterio sancti Benedicti Floriacensis, quod est constructum in pago *Aurelianensi* super fluuium Ligeris, vbi ipse sanctus Benedictus corpore requiescit, auctoritatis immunitatum, aui videlicet nostri *Pipini* quondam Regis, seu domni & genitoris nostri *Karoli* piissimi Augusti, in quibus erat insertum, quod, siue ipsi, siue antecessores eorum, Reges videlicet Francorum, præfatum Monasterium, cum rebus & hominibus ad se pertinentibus, & aspicientibus, sub tuitione & defensione sua habuissent, eorum immunitatibus auctoritatum à iudiciariæ potestatis inquietudine semper defensum & munitum fuisset. Ob rei tamen firmitatem postulauit nobis præfatus Abbas, vt in amore Dei, & reuerentia sancti Petri, & sancti Benedicti, paternum & prædecessorum nostrorum morem sequentes, immunitatis nostræ præceptum circa ipsum secundum locum fieri censeremus; cuius petitioni assensum præbuimus, & hoc nostræ auctoritatis præceptum, circa ipsum secundum locum fieri decreuimus: per quod præcipimus atque iubemus, vt nullus iudex publicus, & quislibet ex iudiciaria potestate, in Ecclesiis aut loca, & agros, seu reliquas possessiones, quas moderno tempore, in quibuslibet pagis aut territoriis, infra ditionem imperij nostri, iuste & legaliter possidet, & quod deinceps, in iure ipsius sancti loci voluerit diuina pietas augeri, ad causas audiendas, & freda exigenda, aut mansiones, & paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Monasterij super terram ipsius commanentes, distringendos, nec vlla redibitiones, aut inlicitas occasiones requirendas, nostris & futuris temporibus, ingredi audeat, & ea, quæ superius memorata sunt, penitus exigere præsumat; sed liceat memorato Abbati, suisque successoribus, res prædicti Monasteri, sub immunitatis nostræ defensione, quieto ordine possidere. Et quando quidem diuina vocatione supradictus Abba, & successores eius, de hac luce migrauerint, quandiu ipsi Monachi inter se tales inueniri potuerint, qui ipsam congregationem secundum regulam sancti Benedicti regere valeant, per hanc nostram auctoritatem & consensum, licentiam habeant eligendi Abbates; quatenus ipsos Monachos, qui ibidem Deo famulari videntur, pro nobis, & coniuge, prolеque nostra, atque stabilitate totius imperij nostri, à Deo nobis concessi atque conseruandi, iugiter Domini misericordiam exorare deberent. Et quicquid de rebus præfati Monasterij fiscus exigere poterat, præfato Monasterio, eiusque congregationi ibidem Deo famulanti, concessimus, vt eis ad seruitium peragendum, augmentum vel supplementum fiat: & hæc auctoritas vt nostris futurisque temporibus, Domino peragente, valeat inconuulsa manere, etiam manu propria subter firmauimus, & anuli nostri impressione subter sigillari iussimus. Signum *Ludouici* serenissimi Imperatoris. *Durandus* Diaconus ad vicem *Helisachar* recognouit. Data sexto Kalendas Augustas, anno, Christo propicio, quinto imperij domni *Ludouici* serenissimi Augusti, indictione vndecima. Actum *Aurelianis* ciuitate, in Dei nomine feliciter. Amen.

Année 818.

Fin du Chartulaire de Persy.

EX CARTVLARIO PRIMO S. STEPHANI DIVION.

VENERABILES in Christo confratres nostros, cunctamque Congregationem sancti Stephani Diuionensis, Canonicos, *Betto*, licet indignus Episcopus, perscrutans omnem facultatem vestram, vnde subsidium corporale necessarium habere debetis, videtur mi multa vobis deesse, quæ tali Congregatione procurare debemus. Idcirco tactus compassione miseriæ vestræ, dono à die præsente, & vt permaneat, cunctos successores meos exposco; hoc est omnia altaria & decima sancti Stephani, de ratione, de villis nuncupatis, *Cupiaco*, vel *Tremoledo*, *Nobiliaco*, *Neiront*: seu in ipso *Diuione*, vel in circuitu ipsius, id est sancto Germano de *Cortarno* seu sancto Martino *Canpanensi*, nec non sancto Martino de *Quintiniaco*, nec non de aliis villis, *Marciliaco*, *Tilecastello*. Et de villis vnde nouæ & decimæ domui, homines reddere debent, tam de presbiteratus quam de villis: vnde à longo tempore, per legem & consuetudinem, de ipsis rebus sicuti exactum fuit; id est omnes laborationes, vinum, annonas: & de iumentis & pecudibus, tam maiore quam minore, vtriusque sexus, licentiam nostram habeatis ad requirendum, ad vestram necessitatem perpetuam. Et vt perpetualiter erga vos maneat, ob Christi reuerentiam, sicut iam dixi, successores meos in præfata Ecclesia humiliter exposco, & vt apud vos litteræ nostræ melius credantur, manu propria roboraui, & præsenti Ecclesiæ nostræ firmare rogaui. In Dei nomine, ego *Betto* Episcopus, has litteras à me factas relegi. Et ego *Reembaldus* Archidiaconus, *Girardus* Archidiaconus. *Aaron* P. *Senualdus* P. *Lo*........ P. *Esembrannus* P. *Dauid* Presbiter, *Siderannus* Presbiter, ego *Sigisinundus* Presbiter scripsi, & datavi in mense Maio. In anno XXIII. regnante domno nostro *Karolo* Imperatore.

Donation par Betto Euesque de Langres, au Monastere de saint Estienne de Dijon.

Année 791.

ECCLESIÆ sancti Stephani Martyris, quæ est constructa in castro Diuionensi, vbi venerabilis vir domnus *Albericus* Episcopus præesse videtur: Ego *Acheus*, indignus Diaconus, cogitaui, pro remedio animæ meæ, dare de rebus meis propriis; hoc est mansum vnum infra Castrum Diuionense, qui habet terminationes, de vno latere terra sancti Germani, de alio strada publica; de vno fronte terra sancti Benigni, de alio vero fiscus dominicus, infra istas terminationes ad integrum, vna cum exso & regresso: similiter de terra culturali in fine fontan.... pes. III. vnus campus habet terminum de vno latere.... tenet, de alio *Adalbaudus*: de vno fronte *Hugo* tenet, de alio strada publica. Alius campus habet terminum, de vno latere *Galsaudus* tenet, de alio ratio sanctæ......... de vno fronte strada publica. Tertius campus habet terminum, de vno latere hæredes tenent, de alio *Sichelinus*, de ambis frontibus strada publica, infra istas terminationes totum ad integrum. Similiter in ipsa *Fontanis* villa, do vineam meam, quæ habet terminum de vno latere de ipsa hereditate, de alio terram sancti Martini, de vno fronte *Hugo* tenet, de alio strada publica pergit, infra istas terminationes totum ad integrum, quam de genitore meo *Herlerio*, & de *Vuicardo* comparaui, totum ad integrum ipsius loci Presbiteris, Diaconibus, Subdiaconibus, Lectoribus, & Cantoribus, ad eorum mensam cedo, trado, atque transfundo. Similiter mancipia trado eis, *Fraconem*, *Bertrandum*, vt quidquid de iam dictis rebus ipsi, vel hæredes eorum ad augmentum facere voluerint, libere agant. Si vero ego ipse, aut vllus hæredum meorum, quod futurum nequaquam credimus, contra hanc donationem venire, calumniamque inferre temptauerit, non valeat euindicare, sed insuper inferat ipsis Canonicis in duplum, & fisco auri vncias II. Hæc donatio firma permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Diuioni* Castro, in Ecclesia sancti Stephani, publice. Ego *Acheus*, hoc testamentum à me factum relegi & subscripsi. Signum *Agedei*, signum *Vuichelini*, signum *Sichelini*, signum *Vuicardi* germanorum eius, qui consenserunt. *Vuicherius* Presbiter subscripsi, *Ge*-

Don par Acheus Diacre, à S. Estienne de Dijon.

raldus Presbiter subscripsi, *Petrus* Presbiter subscripsi, *Fulbertus* Presbiter subscripsi, *Amalbertus* Diaconus subscripsi. Ego, in Dei nomine, *Letaldus*, Presbiter, rogatus, hoc testamentum scripsi & subscripsi. Datum die Iouis, in anno VIII. regnante domno nostro *Ludouico* Imperatore.

Année 822.

Eschange entre Thibaut Euesque de Langres, & Elderal, en faueur de S. Estienne de Diion.

PLACVIT atque conuenit inter venerabilem virum *Teuboldum* Episcopum, & *Elderalem*, vt paginas de terris, tam de iure Ecclesiastico, quam & de propria possessione, inter se commutarent, quod & fecerunt. In primis dedit vir venerabilis *Teuboldus* Episcopus de campo paginam, de ratione sancti Stephani, in pago *Oscarensi*, in *Patriciaco* villa, de beneficio *Landuini*. Terminatur de vtroque latere terra sancti Mammetis, ex duobus frontibus, via publica. Habet in longum perticas agripedales XXXIX. pedes VIII. ex vno fronte perticas IV. ex alio fronte perticas III. pedes IX. infra istas terminationes & mensuras, *Elderali* dedit *Teuboldus* Episcopus. Econtra ad vicem, in augmentum & commutationem reddendi, dedit prædictus *Elderalis* aliam paginam in ipso pago, & in ipsa villa, de vno latere *Sarafe* & *Noe* tenent, de alio hæredes ipsius: de vno fronte *Vulfardus* tenet, de alio terra sancti Petri: habet in longum perticas agripedales XLV. pedes VI. ex vno fronte perticas VI. ab alio perticas V. Infra istas terminationes & mensuras dedit *Elderalis Teuboldo* Episcopo, ad ius & rationem Ecclesiæ sancti Stephani ad integrum, & ad beneficium *Landuini*. Taliter quod vtrisque placuit & conuenit, vt vna quæque pars, tam basilica sancti Martyris, quam & *Elderalis*, proprio iure commutationem possidendam. Et faciat exinde quod voluerit, vel quod facere expedit. Et si qua pars contra aliam emeliorata apparuerit, & ei calumniam inferre temptauerit, duplum, tantum quantum ipsa res emeliorata valere estimatur, coacta persoluat; de reliquo vero partibus fisci satisfactionem cogatur adimplere. Hæ autem commutationes vno tenore inter se conscriptæ, firmæ & stabiles permaneant, stipulatione subnixa. Actum Diuion. Castro. Signum *Elderalis*, qui hanc fieri & firmare rogauit. Signum *Vuadoni*, signum *Tentardi*, signum *Aymari*, signum *Roberti*, signum *Erleiri*, signum *Vualmundi*, signum *Amalrici*, signum *Attoni*, signum *Seiranni*, signum *Vuatobandi*, signum *Girbaudi*. Ego *Adalbertus* Presbiter, scripsi & subscripsi. Datum in mense Martio, in anno IX. regnante domno *Karolo* Rege.

Année 849.

Don par Charles le Chauue, en la 33. année de son Royaume de Bourgogne, à l'Eglise de S. Estienne de Diion, du droit de battre Mônoye, &c.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Karolus* gratia Dei Rex. Si seruorum Dei iustis & rationabilibus efflagitationibus, quas Ecclesiarum sibi commissarum vtilitatibus nobis intimauerint, assensum præbemus, & eas ad effectum perpetuæ stabilitatis perducere satagimus; non solum in hoc regiam exercemus consuetudinem, sed etiam hoc ipsum ad præsentem vitam cum felicitate transigendam, & ad futuram quamtocius beatitudinem capessendam, nobis profuturum esse non dubitamus. Quapropter comperiat omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque tam præsentium quam futurorum solertia, qualiter carissimus nobis *Isaac*, Lingonensis Ecclesiæ reuerendus antistes, ad nostram se colligens Maiestatem, humiliter postulauit, quatinus pro nostra pietate, Ecclesiæ sancti Mammetis Lingonensis, atque Ecclesiæ sancti Stephani Diuionensis, quibus Deo ordinante ipse præerat, monetam, quam antea habere non consueuerant, concederemus. Simili modo etiam deprecatus est de mercatis in sua potestate constitutis, in Lingonensi scilicet & in Diuione; de quibus talis antiquitus consuetudo fuit, vt medietas de annalibus & de Ebdomadali in Diuione, summa integritas, iam dictæ potestati constitueretur, tale auctoritatis nostræ præceptum sæpe fatas Ecclesias relinqueremus, per quod ipse, eiusque successores, sine aliqua contradictione tenere racionabiliter possent. Cuius laudabilibus petitionibus atque ammonitionibus autem accommodantes, hoc sublimitatis nostræ

ſtræ præceptum fieri, eique dare iuſſimus, per quod ipſe venerabilis antiſtes, eiuſque ſucceſſores, & præfatas monetas, & de mercatis, quemadmodum ſupra habetur inſertum, quieto ordine, æterna ſtabilitate obtinere in perpetuum valerent. Et ne noſtra conceſſio ex iam dictis monetis, à falſis monetariis Comitumque miniſtris, aliquo inclari potuiſſet ingenio: iccirco non ad ius Comitum, ſed ad vtilitatem iam prædictarum Eccleſiarum, earumque rectoris prouiſionem, volumus pertinere. Vt autem hæc noſtræ confirmationis, ſeu permiſſionis auctoritas, firma & inconuulſa omni tempore perſeueret, atque ſtabilis in futurum permaneat, manu propria..... firmauimus, & de anulo noſtro ſigillari iuſſimus. Signum *Karoli* glorioſiſſimi Regis. *Audacer* notarius, ad vicem *Gaudeni*, recognoui, & ſubſcripſi. Data duodecimo Kal. Septemb. indictione ſecunda, anno XXXIV. regnante *Karolo* glorioſiſſimo Rege. Actum *Pontiliaco* Palatio Regis, in Dei nomen feliciter, Amen. Année 863.

Confirmation de la donation precedente, par Charles III. dit le Gros, Empereur, lors Roy de France, &c.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Karolus* diuina fauente clementia Imperator Auguſtus, ſi venerabilium præſulum iuſtis & rationabilibus efflagitationibus aurem noſtræ manſuetudinis commodauerimus, & eas ad effectum perpetuæ ſtabilitatis perducere fatagerimus; non ſolum in hoc noſtram Imperialem exercemus conſuetudinem, verum etiam hoc ipſum ad præſentis vitæ curſum cum felicitate tranſigendum, & ad futuram quantocius beatitudinem capeſſendam, nobis profuturum eſſe non dubitamus. Iccirco, notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, & noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, quod *Geilo* ſanctæ Lingonenſis Eccleſiæ reuerendus antiſtes, noſtram inadiens ſublimitatem, celſitudini noſtræ innotuit, qualiter Lingonis ciuitatem, ſibi videlicet à Deo commiſſam, ob nimiam perſecutionem ſiue infeſtationem paganorum, & refugium ſiue ſaluationem Chriſtianorum, & ſanctæ Dei Eccleſiæ defenſionem, prope iam reædificatam, ſine alicuius Comitis vel iudicis iuuamine, atque conſtructam haberet, & vt ad perfectionem illam perducere poſſet, modis omnibus fatageret. Huius rei cauſa ſerenitatem noſtram, cum quantis precibus potuit, humiliter deprecatus eſt, quantumuis ob nimias Comitum ſeu iudicum inquietudines, pro omnipotentis Dei amore, & noſtrorum peccaminum relaxatione, & ipſum ciuitatis murum, & quindecim pedes de intus, & ſexaginta de foris, ſiue omnia, ex fiſco noſtro infra eandem ciuitatem ad ius Comitis pertinentia, ſeu & iam, & omne illud ex iure fiſci noſtri, quod in *Campo bello* iuxta ſæpe fatam ciuitatem eſſe ſiſtit, eidem Lingonenſi Eccleſiæ, ſuorumque rectorum ordinationi, per auctoritatis noſtræ præceptum perdonare dignaremur. Obtulit præterea obtutibus celſitudinis noſtræ, auctoritatem præcepti piæ recordationis auunculi noſtri *Karoli* Imperatoris, qualiter ipſe, ob deprecationem *Iſaac* venerabilis Epiſcopi eiuſdem Lingonenſis Eccleſiæ, & in eadem Lingonis ciuitate, & in Diuione caſtro monetas fieri conceſſit; ea tamen ratione, quo abſque alicuius iudicis ſeu Comitis inquietudine, ad ius ſiue ordinationem iam ſæpe memoratæ Eccleſiæ rectorum, pertinere perpetuo debeant. Statuit denique, & in eadem auctoritate, vt de mercatis annalibus in ſupradictis locis medietas, & de ebdomadalibus ſumma integritas, partibus eiuſdem Lingonenſis atque Diuionenſis Eccleſiæ cederetur. Quæ etiam vt futuris temporibus firmiora ſint, & certiora credantur, noſtra auctoritate corroborari humiliter deprecatus eſt. Cuius nos laudabilibus petitionibus aurem noſtræ celſitudinis accommodantes, hoc auctoritatis noſtræ præceptum fieri iuſſimus, per quod ſtatuentes decernimus, & decernendo confirmamus, quatinus omnia ex iure fiſci noſtri ad cauſam Comitis pertinentia, infra eandem Lingonis ciuitatem, & extra loco qui *Campus bellus* dicitur, & ipſum ciuitatis murum, & quindecim pedes de intus, & ſexaginta de foris, veluti ſupra inſertum eſt, & quemadmodum iam ſæpe fatus *Geilo* Epiſcopus petiit; ita per hanc noſtram imperialem auctoritatem, & ipſa Lin-

G

gonensis Ecclesia, & ipse, suique successores, legitime ordinent, & perpetuo in Dei nomine ordine quieto obtineant. De mercatis vero & monetis, sicuti diuæ memoriæ supra scriptus *Karolus* Imperator, auunculus noster, sua auctoritate statuit, constituit, & confirmauit; ita & nos eius redintegrantes & renouantes auctoritatem, per hoc nostrum imperiale præceptum statuimus, stabiliuimus, atque æternaliter confirmamus. Et vt nostra imperialis permissio per futura tempora pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, manu propria subterfirmantes, anuli nostri impressione subteriussimus sigillari. Signum *Karoli* gloriosissimi & serenissimi Augusti. *Amalbertus* Cancellarius ad vicem *Liuthuuuardi* Archicancellarij recognoui, & subscripsi. Datum octauo decimo Kal. Febroarias, anno Incarnationis Domini nostri Iesu Christi DCCCLXXXVII. Indictione v. anno imperij *Karoli* Imperatoris in Italia VI. in Orientali Francia V. in Gallia II. Actum *Scletistath* Palatio, feliciter, Amen.

Année 887.

Confirmation des biens donnez par Geilo Euesque de Langres, à l'Abbaye de S. Estiéne de Diô, qu'il possedoit, faite par le Synode des Euesques de la prouince Lyonoise.

ANNO Dominicæ Incarnationis DCCCLXXXVII. anno quoque domini & serenissimi *Karoli* Imperatoris Augusti in Gallia imperantis II. indictione v. xv. Kal. Iunij, sacer Episcoporum Conuentus, ob pacem & tranquillitatem sanctæ Dei Ecclesiæ instituendam, & Ecclesiastica negotia decernenda, apud Ecclesiam sancti Marcelli Martyris in suburbio *Cauilonensi*, in Christi nomine coadunatus est; vbi fuerunt domni & sanctissimi Archiepiscopi *Aurelianus*, *Bernoinus*, nec non & reuerendissimi Episcopi *Adalgarius*, *Geilo*, *Stephanus*, *Giraldus*, *Adalbaldus*, & *Isaac*. Geilo denique supra memoratus sanctæ Lingonensis Ecclesiæ reuerendus antistes, vna cum supra scriptis Patribus, in hoc sacrosancto residens conuentu, eorum auribus intimauit, qualiter inter cætera Ecclesiæ suæ negotia, res nimis exiguas, & ex parte maxima inutiles, aduersus Canonicorum Deo & S. Stephano infra muros Castri Diuionensis seruientium, reperisset. Qualiter etiam, per consilium suorum fidelium, tam clericorum quam laïcorum, Ecclesiæ iam memorati Protomartyris, ad necessaria quæque Canonicorum explenda, qui in ea Deo famulari, & diuinum officium peragere videntur, quasdam res ad vinum colligendum aptas, ex ratione iam dictæ Ecclesiæ reddidisset, & vt ibi perpetuo, sine alicuius diminutione vel subtractione, permanere possent, scripto suæ auctoritatis, nec non & præcepto imperiali iam confirmatas habuisset. Postea vero, idem venerabilis Episcopus, supra memoratos dominos, & sanctissimos patres, cum quantis precibus potuit humiliter deprecatus est, quatinus superadditæ res, & reliquæ quas antea habere ipsi Canonici videbantur, vt firmius futuris temporibus haberentur, & ne alicuius temeraria præsumtione infringi valerent, priuilegio suæ auctoritatis corroborare dignarentur. Quæ siquidem res sunt sitæ in pago *Diuionensi*, & *Oscarensi*, & *Attoariensi* infra muros Diuioni totum. Extra muros perticas XXIII. & in villa *Aqueducto* mansa XIII. cum capella, & dote, & decimis: in villa *Postumiaco*, mansa v. & dimidium: in villa *Meruello*, mansa III. & in villa *Siliciaco*, capellam, cum dote & decimis: in villa quoque *Quintiniaco*, capella, cum dote & decimis: & in *Patriniaco* villa, ad vinum colligendum, colonicæ IV. quæ fuerunt ex beneficio *Vrsonis*, *Vualdonis*, atque *Balduini*. Est & ibi ex alia parte colonica dimidia, & aliæ vineolæ ad modios XX. & in villa *Aqusliaco* colonica vna: & in *Cromaio* colonica dimidia: & in *Aqueducto*, colonica dimidia: & bene ibi ex aumento domni Episcopi colonos II. *Heldierio*, & *Electium*: & colonas v. *Belectrudi*, *Teteldi*, *Diadelma*, *Gerbergia*, & *Ingaltrudum*. Cuius saluberrimis efflagitationibus suprascripti domni & sanctissimi patres, aurem suæ mansuetudinis accommodantes, supradictam constitutionem, per hoc suæ auctoritatis priuilegium, confirmauerunt, eo tenore, atque confirmando sua Episcopali sanctione statuerunt; vt quemadmodum omnia suprascripta constituta & confirmata sunt, ita & nos nostra Canonica & Episcopali confirmamus auctoritate. Si quis autem temera-

ria facrilegaque præfumptione conuictus, atque cæca cupiditate cæcatus, hoc, quod Dei & noftra confirmamus auctoritate, in aliquo confringere præfumpferit, æterna fe fciat damnatione multandum, & cum diabolo & Angelis eius fempiterno incendio concremandum, atque cum Iuda traditore Domini, & cum Datan & Abiron perpetua pœna cremandum, & infuper à liminibus fanctæ Dei Ecclefiæ, & cœtu omnium fidelium Chriftianorum tam diu habeatur extorris, donec ab inlicita præfumptione refipifcens, condigna pœnitentia, emendatione, & fatisfactione, iram omnipotentis Dei, quam incurrere non timuit, placare procuret. Harum itaque fanctionum euidentiffimam confirmationem, manibus noftris fubter fcribendo annotauimus, abfentium quoque Sacerdotum, nec minus idoneis fubfcriptionibus per Chriftum & in Chrifto, fimiliter confirmari poftulamus. *Geilo* fanctæ *Lingonenfis* Ecclefiæ humilis Epifcopus, huic priuilegio à me facto fubfcripfi. *Aurelianus*, fanctæ *Lugdunenfis* Ecclefiæ Epifcopus, in Chrifti nomine roboraui. *Barnoinus* humilis fanctæ *Viennenfis* Ecclefiæ Epifcopus confenfi & fubfcripfi. *Adalgarius Eduorum* Epifcopus fubfcripfi. *Stephanus* diuina dignatione *Cabilonenfis* Epifcopus, fubfcripfi. *Adalbaldus* Ecclefiæ *Belicenfis* Epifcopus, fubfcripfi. *Giraldus* fanctæ *Maticenfis* Ecclefiæ Epifcopus, fubfcripfi. *Ifaac*, humilis *Valentinenfis* Ecclefiæ Epifcopus fubfcripfi. Ego *Brancio* Prefbyter, & Cancellarius fancti Mammetis, hoc priuilegium fcripfi, datauique, xv. Kal. Iunij, indictione v. anno II. regnante *Karolo* Imperatore Augufto in Gallia. *Anfterius* humilis fanctæ *Lugdunenfis* Ecclefiæ Epifcopus hoc priuilegium in Chrifti nomine roboraui, & fubfcripfi. *Vualo* humilis fanctæ *Eduenfis* Ecclefiæ Epifcopus huic fcripto affenfum præbui, & fubfcripfi. *Argrimus* fanctæ *Lingonenfis* Ecclefiæ Epifcopus, in Chrifti nomine roboraui, & fubfcripfi. *Vuarnerius* fanctæ humilis *Lingonenfis* Ecclefiæ Epifcopus hoc fcriptum roboraui atque fubfcripfi. *Gorcelinus* humilis præful, in Chrifti nomine roboraui, & fubfcripfi. *Ledboinus* humilis Corepifcopus fubfcripfi.

Année 887.

Chartre du mefme Empereur, pour ladite confirmation.

IN nomine fanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Karolus* diuina fauente clementia Imperator Auguftus. Si venerabilium Pontificum iuftis & rationabilibus efflagitationibus, quas pro Ecclefiarum fibimet commiffarum vtilitatibus, noftris auribus intimauerint, affenfum præbuerimus, & eas ad effectum perpetuæ ftabilitatis perducere fatagerimus, non folum in hoc noftram imperialem exercemus confuetudinem, verum etiam ad præfentem vitam cum felicitate tranfigendam, & ad futuram quantocius beatitudinem capeffendam, nobis profuturum effe non dubitamus. Quapropter comperiat omnium fanctæ Dei Ecclefiæ fidelium, præfentium fcilicet & futurorum, induftria, quia *Geilo* fanctæ *Lingonenfis* Ecclefiæ reuerendus antiftes, manfuetudini noftræ innotuit, qualiter Ecclefiam Protomartyris, fcilicet B. Stephani, in *Diuione* caftro, indifpofitam atque inordinatam reperiffet, & Canonicos ibidem Deo famulantes, tantum ex eiufdem Ecclefiæ rebus non habere, quantum ad eorum fufficeret victum: qualiter etiam, ad eundem victum, ex eiufdem Ecclefiæ rebus, aliquid augeret magnificentiæ noftræ fignificauit. Huius ergo rei caufa, ad noftram fe colligens maieftatem, humiliter poftulauit, quatinus pro Dei, & eiufdem B. Stephani amore, & ex illis rebus quæ antea in prædictorum Canonicorum vfus delegatæ fuerant, nec non & ex illis quas poftea ipfe venerabilis Epifcopus eorum neceffitatibus addidit, tale auctoritatis noftræ præceptum facere iuberemus; per quod ipfi præfati Canonici, abfque alicuius inquietudine, eas tenere & libere ordinare valerent. Quæ fiquidem res funt fitæ in ipfo *Diuione* Caftro. Sunt coloniæ abfve II. Et in eodem *Diuionenfi* pago, villa videlicet *Aqueductu*, manfa XIII. cum capella: in comitatu quoque *Vfcarenfi*, villa *Poftumiaco*, manfa v. & dimidium: & in eodem pago, villa *Meruello*, manfa III. & in villa *Siliaco*, capellam cum dote: in villa quoque *Quintiniaco*, capellam cum dote: & in eodem pago villa *Patriniaco*, ad vinum colli-

gendum, colonias IV. quæ fuerunt ex beneficio *Vrsonis*, *Valdonis*, atque *Balduini*. Est & ibi, ex alia parte, colonica dimidia, & aliæ vincolæ ad modios XX. In eodem quoque pago, villa à *Culiaco*, colonia I. Et in *Cromatio*, dimidia colonia, & in *Aqueductu*, colonia dimidia. Et habent ibi ex aumento eiusdem domni Episcopi colonos II. *Hildierium* & *Electeum*, & colonas V. *Belectrudim*, *Teteldim*, *Diedelmam*, *Gerbergiam*, & *Ingaltrudim*. Cuius nos laudabilibus petitionibus aurem serenitatis nostræ adcommodantes, hoc sublimitatis nostræ præceptum fieri iussimus; per quod statuentes decernimus, & decernendo confirmamus, quatinus prænominatas res, cum mancipiis vtriusque sexus, ac omni earum integritate, præfati canonici tenere atque legitime ordinare, secundum institutionem canonicam, absque alicuius contradictione, valeant, & nulli eiusdem sæpe fati Episcopi successori, seu aliquæ iudiciariæ potestati, pro aliquo cupiditatis instinctu, ab eorum vsibus ex eisdem rebus cum mancipiis aliquid subtrahere, siue diminuere. Sed quemadmodum ordinatæ & ad quod dispositæ sunt, ita futuris temporibus inconuulsè in Christi nomine permaneant. Vt autem nostræ promissionis confirmatio pleniorem obtineat in Dei nomine firmitatis vigorem, manu propriâ subterfirmantes, anuli nostri impressione subter iussimus sigillari. Signum *Karoli*, gloriosissimi & serenissimi, semper Augusti. *Amalbertus* Cancellarius, ad vicem *Liutuuuardi* Archicancellarij, recognoui, & subscripsi. Data XIII. Kal. Iunij. Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCCLXXXVI. indictione IV. Anno quoque imperij domni & serenissimi Imperatoris in Italia regnantis V. in Orientali Francia IV. in Gallia I. Actum *Granias*, in Dei nomine feliciter.

Année 886.

Cession de l'vsufruit de quelques terres, par Geilo Euesque de Langres, & Abbé de saint Estienne de Diion.

GEILO sanctæ *Lingonensis* Ecclesiæ humilis Episcopus, omnibus fidelibus Ecclesiæ nostræ, præsentibus & futuris. Pluribus non habetur incognitum, immo multis constat esse notissimum, qualiter *Bato* præpositus sancti Stephani Diuionensis, res iuris sui, quæ sunt sitæ in pago *Vscarense*, & in villa quæ *Soliacus* vocatur, id est mansum vnum, cum supra posito, & vinea ibi adiacenti, cum reliquis rebus, quas de *Bersabea*, & *Saffedo*, nec non & *Girardo*, comparauit, seu quicquid in ipsa villa, vel in finibus illius, excepto quod de *Orsuado* comparauit, fratribus sancti Stephani moriens delegauerit. Postmodum *Arnaldus* & *Eua*, patres sui, nec non *Rotbertus*, & *Arnaldus*, fratres sui, mediocritatem nostram humiliter adientes, petierunt, vt easdem res, temporibus vitæ suæ, vsufructuario illis concederemus. Quorum petitionibus annuentes, cum consensu Ecclesiæ nostræ, fidelibus concedimus illis, memoratas res, vsu, sicut supra diximus, fructuario, temporibus vitæ suæ, ea ratione excolendas, vt annis singulis, in festiuitate sancti Stephani, XII. denarios exinde census causa persoluant, & nec vendere aut alienare habeant potestatem, sed post obitum illorum, absque aliqua sui diminutione, in melioratas, sine aliqua iudicis interrogatione, fratres sancti Stephani liberam licentiam habeant reuocandi. Vt autem hæc præstaria, maiorem futuris temporibus obtineat firmitatem, manu propria subter firmauimus, filiorumque nostrorum Canonicorum subscriptionibus roborare iussimus. *Geilo* sanctæ *Lingonensis* Ecclesiæ Episc. hanc præstariam à me factam relegi & subscripsi. *Helias* Archidiaconus subscripsi. *Helgaudus* indignus Sacerdos, atque præpositus, subscripsi. *Siginus* Presb. S. *Aimbaldus* Presb. S. *Lenulfus* Presbyter. S. *Matalgis* Presb. S. *Acledeus* Presb. S. *Elbertus* Leuita. S. *Siricus* Lingonensis Diaconus. S. *David* Decanus. S. ego *Arico*, etsi indignus Diaconus, hanc præstariam scripsi & subscripsi. Datum die *Luna* VIII. idus Iul. in anno IV. regnante domno *Karlomanno* Rege.

Année 883.

Donation par Arico à S. Estienne de Diion.

SACROSANCTÆ Ecclesiæ sancti Stephani, in Castro Diuion. vbi sacræ reliquiæ requiescunt, & *Raterius* præpositus præest. Ibi veniens, ego *Arico* Presbyter, cumdonaui ad sanctum Stephanum, & ad mensam fratrum, peciolam de

vinea, quæ est in pago *Oscarensi*, in fine *Ronigorum*, in villa *Siliciaco Vtsa-villa*. Quæ vinea habet terminationes, de vno latus terra sancti Michaëlis, & alio latus vinea sancti Benigni, & de vno fronte *Barneodus* tenet, ex alio vero fronte terra sancti Stephani, infra istas terminationes totum ad integrum. Similiter dono Iornales IV. de terra arabili, pro remedio animæ meæ & parentum meorum. Primus iornalus de vno latus *Odolbertus* tenet, & de alio latus *Ylarius*, & de vno fronte incertum, ex alio fronte *Gutta* decurrit. Secundus iornalus habet terminationes, de vno latus *Gosmarus* tenet, & de alio latus de ipsa hæreditate, de vno fronte strada publica pergit, & de alio fronte *conturnus*. In alio loco iornalum vnum & dimidium, de vno latus de ipsa hæreditate, ex alio latus *Adalardus* tenet, de vno terra fiscalis, ex alio fronte *conturnus*. In alium locum Iornalem dimidium, ipse habet terminationes de vno latus *Barnaoodus* tenet, ex alio terra S. Benigni, de vno fronte terra sancti Petri, ex alio terra fiscalis, infra istas terminationes totum ad integrum, tibi dono, trado, atque transfundo, pro remedio animæ meæ, & parentum meorum. Si quælibet obposita persona contra hanc donationem venire, aut vllam calumpniam agere, vel regenerare præsumpserit, non valeat euindicare quod repetit, sed insuper inferat tibi, tuisque hæredibus in duplum, tantum quantum ipsa donatio emeliorata valuerit, & vna cum socio fisco, veri auri denarios XII. componet. Et hæc donatio omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Siliciaco* villa, publice. Signum *Arico* Presbyter, qui hanc donationem fieri & firmare rogauit. Signum *Tetardo*, & vxor sua *Duina*, qui consenserunt. Signum *Eldemedo*, signum *Barnoodo*, & vxor sua *Siborga*, & filio suo *Barnardo*, signum *Folbardo*, signum *Gosmaro*, signum *Floono*. Ego in Dei nomine, *Etardus* Clericus, scripsi & subscripsi. Data die veneris, III. Kal. Nouem. in anno V. regnante *Karlo* Rege. **Année 884.**

CVM in nomine Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, ego *Agrimus*, humilis *Lingonensis* Episcopus, cum fidelibus nostris, causas & negotia Ecclesiæ nostræ diligenter tractarem, & qualiter in melius vbique necessitas foret, Deo auctore proficere potuissent, inquirerem; interea *Ratherius* fidelis noster & Archidiaconus, seu S. Stephani præpositus, cum Canonicis eiusdem Protomartyris Christi seruientibus, nostram adierunt præsentiam, nobis per scripturam ostendentes, qualiter domnus & venerabilis *Isaac* Episcopus & prædecessor noster, decima Ecclesiæ sancti Martini prope Diuion. consistentem, in illorum vsus ad aumentum, sua Pontificali auctoritate concederet. Postea vero suorum necessitatem nobis & fidelibus nostris appertissime exponentes, petierunt, quo eadem sancti Martini decima prædicto sancto Stephano, sicuti antiquitus & prædicto domno *Isaac* illis data sunt; Et nos æque eis esse cederemus, quatinus Deo & sancto Stephano ibidem seruientes præ omnibus nostræ Ecclesiæ rectoribus, Domini misericordiam assiduis orationibus implorarent. Nos igitur illorum petitiones audientes, eorumque necessitatem & infortunium considerantes, omnipotentis Dei clementia, & meritis sancti Stephani, sancti Spiritus vt credimus accensi gratia, voluntatem prædecessoris nostri sanctæ recordationis *Isaac* sequentes, præscripti etiam *Ratherij*, fidelis nostri deprecatione sæpius ammoniti, supra nominatis Canonicis, ipsam decimam sancti Martini concessimus, & vt perpetualiter eorum victui debita essent, nostra confirmatione statuimus. Vt autem hæc nostra confirmatio & consensus in futuro firmiorem obtineat stabilitatem, manu propria roborauimus, fidelibusque Ecclesiæ nostræ similiter roborari iussimus. Actum *Lingonis* ciuitate, publice. *Agrimus* sanctæ *Lingonensis* Ecclesiæ exiguus *Episcopus*, in Christi nomine roboraui & subscripsi. *Obertus* præpositus subscripsi. *Bernardus* Archiclauus subscripsi. *Arnaldus* Archidiaconus, *Moirus* Archidiaconus, *Ragenerius* Archidiaconus, *Deodatus* Presbyter, *Vrsinus* Presbyter, *Dominicus* Presbyter, *Eurardus* Diaconus, *Iustus* bonus. S. *Fulculfus* Diaconus, S. *Ingel-*

bertus Leuita, signum *Galemannus* Leuita, signum *Gancelmus* Acolitus, signum *Eurardus* Acolita, signum *Ariaudus* Acolita, signum *Guslerius*, signum *Vuarnerius* Subdiaconus, signum *Siguinus*. Ego *Siricus*, indignus Presbyter, hanc cartam confirmationis scripsi & subscripsi. Data in mense Iunio VIII. idus eiusdem mensis, indictione VII. anno VI. regnante *Karolo* Rege.

Année 904.

Accord fait par Argrimus Euesque de Langres, pour les disimes de l'Abbaye de S. Estienne de Dijon.

ANNO Dominicæ Incarnationis DCCCCIII. indictione VI. mense Septembri. Cum in nomine eiusdem omnium Saluatoris, ego *Argrimus* gratia & misericordia eius, humilis sanctæ *Lingon.* Ecclesiæ Episcopus, *Diuione* residens castello, in Ecclesia S. Stephani publica synodo, vna cum fidelibus Ecclesiæ nostræ & nostris, totius ordinis, pro modo possibilitatis & intelligentiæ nostræ, causarum Ecclesiasticarum negotia & rationes pertractatem, atque distorta in rectitudinis lineam, adiuuante Domino, reducere satagerem: inter cætera quæ ibi tunc sancta, & coram præsentia omnium qui ibidem aderant, proposita, & discussa, atque correcta sunt: quædam intentio quorumdam presbyterorum Ecclesiæ sancti Iohannis, & Ecclesiæ sancti Stephani Diuionensium, atque Ecclesiæ sancti Petri de *Altavilla*, & de *Disto*, aliisque villulis sibi adiacentibus, *Fulberti* videlicet, Abbatis ipsius Abbatiolæ sancti Iohannis, & Sigini, qui plebiculam ipsius Ecclesiæ regebat, *Vuandelrici* etiam & *Roberti*, ad quos exactio decimarum ad ipsas Ecclesias esse potentium pertinebat, ad nostræ humilitatis aures in ipsa synodo peruenit, qua de ipsis decimis inter se inconsiderata, & minus iusta contendebant ratione, dum aliqui eorum vltra deputatas sibi decimarum partes, manus vellent extendere, & incompetentia sibi arripere. Quorum querimonias, cum canonica & diligenti inquisissemus examinatione, & vsque ad sacramentum seniorum super hoc, tam presbyterorum, quam etiam canonicorum, de prædictis locis, seruientiumque ætate longæuorum cognitionem, interrogassemus, vt qualiter ante varietatem temporum & impedimenta causarum, quæ diuersis contigerant euentibus, ex antiquo ipsæ decimæ steterant, & à quibus receptæ fuerant cognosceremus, multorum testimonio & affirmatione comperimus, ex propria sui terra, vbicumque, infra & in circuitu *Diuionis*, atque in vicinis sibi locis posita erat, longa ante tempora, atque in diebus patris & antecessoris nostri domni *Isaac* Episcopi, cuius facta stabilitate digna sunt, decimas ad vtilitatem Ecclesiæ ipsius sancti Iohannis peruenisse. Decreuimus ergo, concordante nobis omni synodo, pari voluntate, vt sicut antiquitus & per triginta & amplius annos, ipsæ decimæ receptæ fuerant, ita temporibus nostris, & deinceps, recipiantur, habeatque sanctus Iohannes, ex sua terra, suas decimas, & S. Stephanus, sanctusque Petrus, ad se pertinentes ex sua terra nichilominus suas decimas: atque ne vlterius super hac causa contentio nasceretur, excommunicando interdiximus, & hanc auctoritatem fieri fecimus, eamque manu dextera nostra roborantes, omni synodo firmari iussimus. *Argrimus* sanctæ *Lingonensis* Ecclesiæ exiguus Episcopus, in Christi nomine roboraui, & subscripsi. *Rotherius* indignus Diaconus subscripsi. *Vuarinus* Abbas subscripsi, *Gealcaudus* Abbas, *Bernardus* Presbyter, *Lauterius*, *Eurardus* Diaconus, *Rotmunundus* Leuita, *David* Diaconus, & omnes Presbyteri in synodo firmauerunt. Ego *Rago* iussus scripsi & subscripsi. Data feria mense Septemb. anno decimo regnante *Karolo* Rege.

Année 903.

Restitution d'vn Moulin à l'Abbaye de S. Estienne de Dijon, par Argrimus Euesque de Langres.

IN nomine Dei nostri, Domini & Saluatoris Iesu Christi, *Argrimus* humilis *Lingonensis* Ecclesiæ Episcopus. Si iustis & rationabilibus nostræ indignitati commissorum petitionibus aures modicitatis nostræ libenter accommodamus, easque, adiuuante & miserante Domino, ad effectum perducimus, non solum in hoc piorum Pontificum, & Pastorum vsum & consuetudinem tenemus, sed etiam ipsos promtiores, & paratiores, atque inclinatissimos, in nostra deuotione & fi-

delitate constituimus, & insuper, quod plus nobis est optandum, diuinam nobis clementiam conciliamus. Idcirco nouerit omnium nostrorum solertia, quod petentibus à nobis quibusdam nostræ diœcesis fratribus, Canonicis videlicet Ecclesiæ sancti Stephani Diuionensis castri, *David* scilicet Decano, & cæteris, situm cuiusdam molendini, & ripati, cum eius supra *Oscaram* fluuium positi, quem cuidam seruienti Ecclesiæ nostræ, *Sirbaldo*, minus consultè beneficiatum habueramus, meliori nostra consideratione & vtilitate, eisdem fratribus, hoc est *David*, & reliquis, concessimus, & in circuitu ipsius situs & ripatici, supra & subter, de terra adiacente, in longo perticas legitimas anzingales VIII. & in transuerso II. ex nostra ratione legitime donauimus; ea ratione & tenore, vt dum idem fidelis noster *David* decanus aduixerit, ex eadem causa sit adiutus & honoratus; post dicessum vero eius, cum omni immelioratione & suprapposito, ad communionem & vsum atque vtilitatem eorumdem fratrum; nostra largitate, sine vllius contradictione, perpetuis habenda temporibus reuocetur, quo deuotius & intentius, pro animæ nostræ salute, & omnium præsulum ac fidelium Ecclesiæ nostræ, Domini nostri pietatem exorare meminerint. Et vt hæc beneficientiæ & largitatis nostræ concessio firmum futuris temporibus obtineat stabilitatis vigorem, à karitate & munificentia successorum nostrorum, eam consentire petimus, manuque auctoritatis nostræ eam roborantes, fidelium nostrorum manibus firmandam tradidimus. *Argrimus* humilis Episcopus, in Christi nomine, roboraui & subscripsi. *Otbertus* præpositus, *Madelgaudus* Leuita, *Ingelbertus* Presbyter, *Ratherius* præpositus, ego *Rago*, huius auctoritatis scriptum rogatus scripsi & subscripsi. Datum die dominica, indictione x. mense Maio, anno XI. regnante *Karolo* gloriosissimo Rege feliciter. *Garnerius* sanctæ *Lingonensis* Ecclesiæ humilis Episcopus, in Christi nomine hoc scriptum roboraui. *Bruno* humilis Episcopus, in Christi nomine roboraui. Année 907.

Il y a diuersité de datte, à cause des disgraces de ce Prince, dont il sera parlé dans les Notes.

ANNO Dominicæ Incarnationis DCCCCVI. indictione IX. mense Septembri; cum in nomine eiusdem omnium Saluatoris, ego *Argrimus*, gratia & misericordia eius humilis sanctæ *Lingonensis* Ecclesiæ Episcopus, in eadem Ecclesiarum nostrarum matre residens, coram præsentiam Abbatum, Archidiaconorumque, Sacerdotum, Canonicorum, & Monachorum, ac cæterorum totius ordinis, nobis & ipsius Ecclesiæ nostræ fidelium, in publica diœcesis nostræ synodo, pro modo possibilitatis, capacitatis, & intelligentiæ nostræ, causarum Ecclesiasticarum negotia, vtilitates, & rationes, æquo libramine ponderarem, ponderata pertractarem, proposita diligenter discuterem, ac discussa legitimo fine stabilirem, & quæ distorta videbantur, in rectitudinis lineam, adiuuante sancta Trinitate, reducere satagerem. Inter cætera solicitudinum nostrarum studia, & ea quæ ibi tandem sancita, & coram omnibus qui præsentes aderant, ventilata, & correpta sunt. Cum de quarundam Ecclesiarum nobis competentium, & indignitati nostræ commissarum, ruinis & destructionibus doleremus, & quomodo stare ac reædificare possent quæreremus, ventum est ad Ecclesiam sancti Martyris Vincentij, quæ in *Diuione* castro nostro, sita, nullius tamen diligentia custodiebatur, cooperiebatur, aut aliquo modo emendabatur, sed rectore destituta, pene iam adnichilabatur. Cui cum rectorem & restructorem quærere cepissimus, & quonammodo immeliorari posset pateremus, fidelis noster, & cooperator nostræ voluntatis, filiusque Ecclesiæ nostræ *Ratherius*, Archidiaconus noster, vna cum nepote suo, nomine *Adefrodo*, libenter se obtulit, dicens, se, si nostrum haberet adiutorium, eam velle ad restaurandum suscipere, & de propriis suis rebus, secundum suam possibilitatem honorare. Quod cum fecissent, & eidem Ecclesiæ, ex proprietate sua, mansum vnum, sicut in carta donationis insertum

est, denominatum, & exterminatum, cum mancipiis in eo commanentibus præsentialiter contulissent, & de eo per instrumentum cartarum eidem sancti Vincentij reuestissent Ecclesiam: ipsorum fuit petitio, nostraque, & omnium adhærentium nobis, consensus & voluntas, vt nos quoque, ex rebus auctoritatis nostræ aliquid largiremur, vnde futuris temporibus, eadem Ecclesia stare, & aliquo modo melius subsistere posset. Dedimus ergo ad eandem Ecclesiam, pro amore Dei & sancti Vincentij, atque pro remedio animæ nostræ, & omnium præcedentium & subsequentium nos Pontificum, in eleemosyna, mansum vnum cum mancipiis in eo commanentibus, & omnibus rebus ad ipsum aspicientibus, quod est situm in *Fontanis* villa, milliario vno prope prædictum *Diuionense* castellum, ipsasque res cum ipsa Ecclesia, & alio supra. (*Il y a prés d'vne page qui ne se peut plus lire*) . . . .
roboraui & subscripsi. S. *Otbertus* præpositus & Archidiac. S. *Arnaudus* Archidiaconus, S. *Ragenertus* Archidiac. S. *Angelbertus* Archidiac. S. *Leus*, S. *Sigunius* Diac. S. *Vuandermarus* Diaconus, S. *Alleuertus* Abbas exiguus, S. *Bernardus* Archiclauus, S. *Vrsinus* Dec. S. *Arnaudus* Presb. S. *Dominicus*, S. *Vuinerannus*, S. *Galemannus* Presb. S. *Arnaudus* Leuita, S. *Iohannes*, S. *Galibertus* Subdiaconus, S. *Ariaudus* Subdiac. S. & *Aubertus* Acolitus, S. *Vnericus*, S. *Ansterius* humilis Archiepiscopus, *Valo* humilis sanctæ *Eduensis* Ecclesiæ Episcopus, huic scripto assensum præbui atque subscripsi, *Ardradus* humilis *Cabilonensis* Ecclesiæ Episcopus subscripsi. *Geraldus* peccator, & humilis sanctæ *Matisconensis* Ecclesiæ Episcopus subscripsi, ego *Rago* hoc auctoritatis decretum scripsi & subscripsi. Datum die quartæ feriæ mense Iulio, anno XIII. regnante domno *Karolo* Francorum Rege.

Année 909.

Don de quelques Vignes par Aubert, à l'Eglise de S. Estienne de Dijon.

SACROSANCTÆ Ecclesiæ sancti Stephani Protomartyris Christi, quæ est constructa in *Diuione* castro, vbi *Helgaudus* præpositus videtur esse, & *Dauid* Decanus, vna cum congregatione Canonicorum ibidem Deo seruire. Ego in Dei nomine *Aubertus*, dum terrena possideo, de cœlestibus cogitans, pro remedio animæ meæ, & pro æterna retributione, atque vt ante tribunal Christi veniam peccatorum merear percipere, cedo aliquid de rebus meis, cessumque vt in perpetuum maneat esse volo; hoc est in pago *Oscarense*, in fine *Longouiacense*, & in villa *Marcenniaco*, vineolas septem: Quarum prima terminatur de vno latere & vna fronte terra sancti Benigni, de altero latere terra *Rothaldi*, & de alia fronte terra sancti Petri: habet in longo perticas agripedales VII. in transuerso de vna fronte perticas IV. in altera fronte perticas III. pedes VI. Secunda vinea terminatur de vno latere terra sancti Benigni, de altero latus *Benedictus* tenet, de vna fronte de ipsa hereditate, de altera fronte strata publica, habet in longo perticas XIV. per transuersum perticas VIII. Tertia vinea habet terminationes, de vno latere & vna fronte terra sancti Benigni, de altero latere *Arnaldus* tenet, de alia fronte via publica, habet in longo perticas XXX. in vna fronte per transuersum perticas IV. in alia fronte perticas III. & pedes VI. Quarta vinea terminatur de ambobus lateribus ipsa hereditate, in vna fronte terra sancti Benigni, in altera fronte strata publica, habet in longo perticas XIII. per transuersum perticas IV. Quinta vinea habet terminationes, de vno latere, & vna fronte terra sancti Benigni, de alio latere *Ricardus* tenet, in altera fronte, de ipsa hereditate, habet in longo perticas XII. per transuersum perticas VI. Sexta vinea terminatur de vno latere terra *Amalrici*, de altero latere ipsa hereditate, in vna fronte terra sancti Benigni, de altera fronte terra *Heldebelni*: habet in longo perticas XXV. per transuersum perticas II. Septima vinea terminatur, de vno latere terra *Heldebelni*, de alio latere terra *Acledranni*, in vna fronte terra sancti Benigni, in altera fronte ipsa hereditate, habet in longo perticas XII. in transuerso de vna fronte perticas VI. & pedes VI. in alia fronte perticas V. & pedes IV. infra illas terminationes & perticationes, totum ad integrum dono, trado, atque transfundo, & de meo iure

iure & dominatione, in potestatem supradictorum rectorum eiusdem Ecclesiæ transmitto, atque transmitto; ita vt quicquid exinde, à die præsenti, pro communi vtilitate facere voluerint, liberam & firmissimam in Dei nomine habeant potestatem, nullo contradicente. Si quis vero, quod fieri non credo, si ego ipse, aut vllus de heredibus meis vel proheredibus, vel quælibet opposita persona, contra hanc cartam donationis venire, & calumpniam inferre temptauerit, aut aliquid repetere, non solum non valeat euindicare quod repetit, sed inferat partibus rectorum ipsius Ecclesiæ, vna cum socio fisco, duplum tantum quantum ipsæ res valuerint, aut auri libras II. quod coactus & multatus persoluat, & hæc nichilominus donatio ista omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Diuione* castro, in Altario sancti Stephani. Sigillum *Auberti*, qui hanc donationem fieri & firmari rogauit.

Don d'vn pré à saint Estienne de Diion, par Aroard & Fulchilde sa femme.

SACROSANCTÆ Ecclesiæ sancti Stephani, quæ est constructa in *Diuione*, & *Ergaudo* præposito, & alia cuncta congregatio Canonica sancti Stephani. Ego in Dei nomine *Aroardus*, & vxor sua *Fusbildis*, propter Leodo componendo de *Archenrado* seruo sancti Stephani, donamus ad ipsa casa pratum I. iuris nostri, qui est situs in pago *Okarense*, in prada *Ariciacho*. Vni vocant in plana prada. Terminat ipse pratus de vno latus, & vna fronte de ipsa hereditate, ex alio latus terra fiscale, de alio vero fronte *Radulfus* tenet. Habet in longo perticas agripedales XXVII. & in latus perticas XVIII. infra istas terminationes vel perticationes, totum ad integrum ad ipsa casa Dei tradimus atque transfundimus pro ipsa Leodo. Propterea de nostro iure & donnatione in vestra tradimus potestate & dominatione, iure perpetuo ad possidendum, ita vt ab hac die habendi, tenendi, seu commutandi, vel quicquid à die præsenti in honore sancti Stephani facere volueritis, liberam ac firmissimam in Dei nomen habeatis potestatem, nullum contradicentem. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si nos, aut vllus de heredibus nostris, aut proheredes, aut quælibet vlla opposita vel emissa persona, qui contra hanc donationem generare præsumpserit calumpniam, ne hoc valeat euendicare quod repetit, sed inferamus ad ipsa casa Dei, vna cum socio fisco, auri vncias III. multa componat: Et hæc Epistola omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Acariacho* villa, publice. Signum *Aroardus* & *Fulchildis*, qui ad ipsa casa Dei pro Vuadio & Vuasono, & pro ipsa epistola tradiderunt. De *Ergaudo* vel *Dauido* manu vestita fecerunt, & qualiter illorum lex fuit, per pilos vel festucas vuirpauerunt, & se in omnibus exitum dixerunt & fecerunt, his præsentibus. Signum *Arengerio*, signum *Otolgerto*, signum *Leutgis*, signum *Engaurani*, signum *Varnerio*. Ego *Moringus* Laïcus scripsi & subscripsi. Dataui die Martis in mense Nouembris, annos III. regnante *Carloman* Rege. Année 882.

Affranchissement de deux femmes de serue condition.

IN Christi Domini Dei nostri nomine, *Dauid* humilis Decanus, & Presbyter, atque Canonicus Ecclesiæ sancti Stephani *Diuionensis* castri, quibusdam suis dilectis ancillis *Iohanne* & *Otgeldi*, pro Dei amore, & æterna Christi remuneratione, siue etiam pro vestro fideli seruitio, quod mî sine vlla contradictione exibuistis, & vt diuina pietas peccata mea mihi dimittere dignetur, creuit mî voluntas, vt vos à iugo seruitutis absoluerem, & in meliori conditione & statu viuendi subleuarem. Secundum itaque legis vsum & consuetudinem, per hanc absolutionis cartam, prodono vobis seruile seruitium, vosque ab ipso iugo seruitutis absoluo; ita vt ab hac die, nec michi, nec vlli ex heredibus meis, aut alicui hominum seruile seruitium, aut noxæ conditionis obsequium persoluatis; nisi hoc tantum, quod pro patrocinio & deffensione atque mundeburdo supra dictæ Ecclesiæ sancti Stephani, ad communionem & mensam Canonicorum fratrum,

annis singulis, vnaquæque de vobis, de suo capite denarij vni persoluat: & si infans masculus de vobis natus fuerit, cum ad legitimos annos venerit, simul pro capite suo, omnibus annis, denarios duos eisdem fratribus persoluat: Si vero femina, vt vos, denarium vnum ad mensam fratrum soluat. Præterea vero sub libera & quieta in toto mundo permaneat libertate, nullo contradicente. Si quis vero, quod fieri non credo, ego ipse, aut vllus de heredibus meis vel successoribus, aut alia opposita persona, contra hanc absolutionem vel libertatem venire, aut amplius requirere, vel à vobis repetere voluerit, non solum non valeat euindicare quod repetit, sed insuper inferat vobis vtrisque partibus, vna cum socio fisco, tantum quantum vnciæ tres auri valent; & hæc nichilominus ingenuitas & absolutio, omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Diuione* castello, publice. Signum *Dauid* Presbyteri, qui hanc ingenuitatem fieri & firmari rogauit.

Autre formule d'affranchissement.

DILECTA in Christo ancilla mea nomine *Ioanna*, ego, inquit, *Volfledus*, & vxor sua *Teudrada* aduenit nobis voluntas bona, & recogitauimus Dei timorem, & illud prophericum qui ait, *Dimittite & dimittemini, & omne onus disrumpe*; idcirco ego, & pius domnus, pro peccatis nostris minuendis, & æterna retributione, vt quandoquidem in futurum præsentare dignaretur, ob hanc ancillam nostram nomine *Ihoannam*, dimittimus eam liberam, & vniuersum, sicut lex nostra est, absoluimus sancitium; ea vero firmitate, vt quam postmodum à nulli heredum nostrorum, vel proheredum nostrorum nemini, quicquam debeat plenitus seruitutis, nec libertatis gratiam, nec nullo onus patrocinatus, nisi ad S. Stephanum, annis singulis, festiuitate S. Stephani, denarios II. persoluat. Et si de ipso censo negligens aut tardus apparueris, cum fide facta in duplum restauratus, peculiare vero quod habes, aut adquirere poteris, tecum censum habeas, ad faciendum quod volueris. Et si aliqua generatio ex te nata vel procreata fuerit, in ipsa ingenuitate permaneat, sicut & tu. Defensionem vero non aliter tibi affirmo, nisi ad S. Stephanum, vel sui rectores, & ad nemine sit tibi contradicendum, sed facies de te in omnibus quicquid tibi placuerit & expedit faciendi. Et hæc ingenuitas firma omni tempore & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Diuion.* castrum. Signum *Vulfredo*, & vxoris suæ *Teudrade*, qui hanc ingenuitatem pro remedio animarum suarum fieri & firmari rogauerunt. Signum *Aslbert*, qui consensit, signum *Robalt*, & *Aldoino*, signum *Agrimo*, signum *Acart*, signum *Vuidoni*, signum *Clemente*. Ego *Hebeltus* Leuita scripsi & subscripsi. Datum die dominico, in mense
Année 888. Februario, anno primo regnante *Odone* Rege.

DOMNO *Dauid* Presbytero, emptori, ego *Odoraldus* vendo tibi vineam in villa *Tremoledo*, quæ sic terminatur; de vno latere heredes tenent, de alio strata pubica, de vno fronte terra sancti Srephani, de alio *Aua* tenet, habet in longum perticas XII. & dimidiam, in transuersum perticas III. infra istas terminationes rationi sancti Stephani vendo atque trado, acceptis à te solidis VI. & hæc venditio firma & stabilis omni tempore permaneat. Actum *Diuion.* castro. Signum *Odoradi*, qui hanc venditionem fieri & firmari rogauit, signum *Dodaldi*, signum *Helesei*, signum *Alleuadi*, signum *Bieds*, signum *Odolmari*, signum *Flauci*, signum *Rataldi*. Ego *Ademarindinus* Clericus scripsi, subscripsi. Dataui die
Année 889. Lunis, in mense Ianuario, anno secundo Regis *Odonis*.

DOMNO *Dauid*, primo emptori, nos venditores *Sussanna* femina, & filij mei *Odellerius* & *Anserius* vendidimus tibi, Ecclesiæque sancti Stephani mansum cum appositis, & vineam in pago *Oskarensi*, in villa quæ dicitur *Meuerllsis*: habent

terminationes: de vno latere terra sancti Stephani, de alio strata publica, de vno fronte *Vuarnandus* tenet, ex alio *Hedebernus*. Vendimus etiam tertiam partem quæ nobis de patre vel matre siue emptione prouenit, vel prouenire poterit, in ipsa scilicet villa, vel in fine eius, in terris, pratis, vineis, exis, & regressis, & tertiam partem in omnibus quæ visi sumus habere, ad integrum tibi & Ecclesiæ tradimus, vendimus, atque transfundimus; accipientes à te pretium argenti, solidos quindecim. Si vero, quod futurum non credimus, nos, aut vllus heredum nostrorum, vel quælibet persona, huic venditioni calumpniam intulerit, non euindicet, sed coactus tibi, vna & in fisco, veri auri denarios quindecim componat: & hæc venditio omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Diuion.* castrum. Signum *Sussanna*, & *Odollerij*, & *Anserij*, qui hanc venditionem fieri & firmari rogauerunt, signum *Gotardi*, signum *Sicermi*, signum *Vandalfredo*, signum *Engalbado*, signum *Flduino*. Data die Iouis x. Kal. Nouembris, anno III. Regis *Odonis*. Année 891.

SACROSANCTÆ Basilicæ sancti Michaëlis, quæ est constructa prope murum *Diuion.* vbi Domino preces sunt, de veste. Igitur ego *Amalbertus* Presbyter, dono ipsi Ecclesiæ sancti Michaëlis, pro peccatis meis, & pro æterna retributione, vt quandoquidem in futurum præsentare dignaretur: dono paginam de vinea & campo, qui est in fine *Rouingorum*, in villa *Siliciaco*, vel in ipsa villa: quæ vinea & campus habent terminationes, de vno latere terra sancti Benigni, & de alio latere, & vno fronte *Arico* Presbyter tenet, ex alio fronte terra sancti Stephani: infra istas terminationes totum. Similiter in alio loco alium campum ipsi casæ sancti Michaëlis: qui iornalis habet terminationes, de vno latere *Fulbertus* tenet, de alio *Gutta* decurrit, de vno fronte *Vuarnoldus* tenet, de alio vero *Syrannus* tenet, & infantes sui. Infra istas terminationes totum ad integrum, dono, trado, atque transfundo sicut inter nos conuenit, valente contra argento solidos quindecim tantum etiam dicto superius nominatus de meo iure & donatione in tua trado potestate & dominatione, iure perpetuo ad possidendum, nullo contradicente. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse, aut vllus de heredibus vel proheredibus, seu quælibet vlla persona, contra hanc donationem venire, vel calumpniam agere, vel regenerare præsumpserit, non valeat euindicare quod repetit, sed insuper inferat tibi tuisque heredibus in duplum, tantum quantum ipsa vinea & ipsi campi valuerint, & vna cum socio fisco veri auri denarios quindecim componat: & hæc traditio omni tempore firma stabilisque permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Siliciaco* villa, publice. Signum *Amalberti* Presbyteri, qui hanc traditionem fieri & firmari rogauit, signum *Floono*, & germano suo *Rotberto*, qui consenserunt, signum *Alexandro* Presbytero, signum *Vegmo* Presbytero, signum *Sicelmo*, signum *Vuilermo*, signum *Barneodo*. Ego in Dei nomine *Ecardus* Clericus scripsi & subscripsi. Data die dominico IV. Kal. Martij, in anno IX. regnante domno nostro *Odone* Rege. Année 897.

ANNO dominicæ Incarnationis DCCCXII. indictione XV. mense Octobri, cum recedisset venerabilis & reuerendus sanctæ *Lingonensis* Ecclesiæ Episcopus, *Garnerius*, successor domni *Agrimi* Episcopi, in generali sua synodo in *Diuione* castello, & in Ecclesia sancti Stephani congregata, coram Abbatibus, Archidiaconibus, Sacerdotibus, & totius Ecclesiastici ordinis ministris, ac Canonicis matris Ecclesiæ *Lingonensis*, inter cætera Ecclesiasticæ rationis negotia, quæ ibi iusto rationis moderamine proposita, tracta, discussaque, & canonice diffinita ac stabilita sunt: quidam Presbyteri, *Bertardus* scilicet, *Eratlius*, & *Lidessius* ante eius præsentiam & totius synodi venientes, humiliter conquesti sunt, & reclamauerunt super quodam Conpresbytero suo *Atrardo*, qui vltra canonicæ rectitudinis Année 812. *Garnier succeda à Agrimus Euesque de Langres, l'an 912.*

lineam digitum extendens, partes parrochiarum illorum aliquandiu per pecunias indebite obtinuerat, & veteres vicos antiquasque Ecclesias, propter nouas suas capellas, contra canonicam auctoritatem destruere molitus fuerat. Querelam igitur illorum prædictus Pontifex, & omnis synodus intente audiens, adstantem presbyterum prædictum *Aicardum* canonice conuictum recedere fecit, consulente etiam & cohortante venerabili Comite domno *Manassé*, qui præsens erat, & omnibus vnanimiter concordantibus, ablatas iniuste parrochiarum partes Presbyteris reclamantibus reddidit, atque, ne amplius Ecclesiæ eorum pro tali causa dispendium paterentur, huius decreti auctoritatem eis fieri iussit, quod propriis manibus roborans, suis Canonicis & Sacerdotibus firmandum tradidit.

NOTITIA, qualiter, & quibus præsentibus, & ante eos qui subter firmauerunt, venientes quidam homines, seruientes & fideles Ecclesiæ sancti Stephani Diuionensis de *Aqueducto* villa, in ipsum *Diuionem* castrum, ante præsentiam domni *Garnerij* Lingonensis Ecclesiæ reuerendi antistitis, ante etiam honorabilem virum Archidiaconum & præpositum ipsius Ecclesiæ sancti Stephani, *Ratherium*, Canonicosque eiusdem loci, *Hedierius* videlicet, maior prædictæ villæ *Aqueducti*, & cæteri seruientes ex eadem villa, conquesti sunt & reclamauerunt humiliter, dicentes, quod quidam eorum præpositi, *Hergaudus* videlicet, & *Helias*, nouello tempore, post *Nortmannicam Inuasionem*, quoddam genus seruicij ex XIII. eorum colonicis, per occasionem & potestatem, vltra censum solitum quod legitime debebant, illis imposuerunt; modium videlicet musti, ad opus præpositum ex vnaquaque colonica vinum reddendi: quod numquam antea fecerant, nec ipsi, nec patres, aut aui eorum, & per quosdam annos III. & potestate hoc ab illis extorserunt, eosque in hoc facto afflixerunt; affirmantes se habere plurimos & veraces atque visores testes, qui hoc ita verum esse scirent, & super sanctorum reliquias & altaria sacramento comprobare possent, quod tales Eulogias nullo modo deberent. Per commendationem ergo prædicti præsulis, hac causa diligenter à præfato Archidiacono veritatem satis bene amante, inquisita & inuestigata, coram plurimis qui in causis aderant, repertum est, ipsos seruientes veritatem habere, & quod occasione Eulogiarum ipsum modium musti pro vindemias nullo modo deberent. Audito ergo sacramento, quod super altare sancti Stephani, cum quinque testibus profecerunt; id est *Guillardo*, *Guarenfredo*, *Ingelmaro*, *Alexandro*, *Ingelramno*, & bene illo credito, concesserunt, & perdonauerunt eis prædicti seniores, causa pietatis, & æquitatis intuitu, & amore Dei, vt lege, qua temporibus domni *Isaac* bonæ memoriæ Episcopi, & antecessorum suorum vixerant, & de hac re nullo modo amplius molestarentur, atque in futuris temporibus sine aliqua repetitione manerent, pro eadem re, hoc auctoritatis suæ scriptum, & rationis firmitatem eis fieri rogauerunt, quod propriis manibus roborantes, suis, etiam aliis firmandum tradiderunt. *Guarnerius* sanctæ *Lingonensis* Ecclesiæ humilis Episcopus, in Dei nomine roboraui, & subscripsi. *Obertus* præpositus & Archidiaconus subscripsi, *Barnardus* Archidiaconus subscripsi, *Eurardus* Decanus, *Arnaudus* Archidiaconus, *Siquinus* Diaconus, *Godo* Presbyter, *Alemannus* Presbyter.

PLACVIT atque conuenit inter Monasterij sancti Benigni Abbatem, & *Raterium* Ecclesiæ sancti Stephani præpositum, & Monachos inibi degentium, nec non & Canonicos in eadem Ecclesia sancti Stephani Deo famulantium, vt quædam mancipia pro communi vtilitate inter se commutari deberent, quod & fecerunt. Dedit igitur in primis iam dictus *Gedrardus* venerabilis Abbas Monasterij sancti Benigni, de proprietate ipsius loci, duo mancipia, quæ commanebant in villa quæ dicitur *Postengiacus*, ad partem sancti Stephani atque Canonicorum

Gedrard Abbé de S. Benigne, au commencement.

eius, iure hereditario perpetualiter ad habendum. E contra, in recompensatio- *ment de l'an 900.*
nem huius meriti, dedit præfatus *Ratherius* iam prætaxatæ Ecclesiæ præpositus, per consilium & hortamentum eiusdem loci Canonicorum, è proprio patrocinio ipsius Ecclesiæ ad partem sancti Benigni atque Monachorum eius, tria mancipia his nominibus, quæ morabantur in villa quæ nuncupatur *Isceriacus*, firmissima lege, finetenus, ad possidendum. Vt autem æternæ commutationes in inuicem censum cumscriptæ omni tempore meliorem & valentiorem optineant vigorem, discernendo decreuimus eam vna cum nostris manibus bonorum hominum subtus corroborari, vt quicquid pars alteri parti dedit, firmiter deinceps teneat & possideat, & secundum suum libitum, vt lex eorumdem præiudicat, ordinare præsumat.

VVARNERIVS Decanus, *Vuibertus, Archenboldus, Vulfemannus*, atq; *Rodericus* Presbyteri, nec non & cæteri fratres inibi Deo & Prot. Christi Stephani deuote & benigne famulantes, dignum fore duximus, notificare omnibus nostro in loco degentibus, maximeque illis quos viscera paternæ pietatis habere dinoscimus, qualiter veniens pius & venerabilis pater domnus *Ratherius*, eiusdem congregationis fidelissimus primicerius, nec non & fax omnibus ad bona currentibus, ante nostros obtutus, humiliter deprecatus est nostram serenitatem ac benignissimam fraternitatem, vt ei quasdam vineolas, quæ pertinebant ad nostram mensam, causa beneficij, ad censum, per instrumentum litterarum concederemus. Ad cuius humilimam deprecationem aures nostras comiter accommodauimus, atque non onerosam, sed potius facillimam eius postulationem deuote suscepimus: dignum fieri iudicamus quod flagitabat, & ad effectum perducere hæc quæ petebat; quod & fecimus. Dedimus iam prænominato spirituali patri nostro atque præposito domno *Ratherio*, pro communi totius nostræ congregationis vtilitate, & vt haberet vnde potius & melius inter nos conuersare, nobisque quos fouere & administrare vt pote piissimus rector ea quæ necessaria adesse videntur, debet seruire, quiuisset, quasdam petiolas vinearum, quæ nobis pro absolutione peccaminum prædecessorum nostrorum largitæ fuerunt, & vt ipse nobis ex suis daret; eo scilicet tenore, vt quamdiu ei vita comes fuerit, inde fructum legat, & in melius ea quæ dirupta & pene ad nichilum redacta esse videntur, restauret, & secundum suum valere immelioret, & annis singulis in diebus anniuersariorum illorum, quibus fuerint, caritatem, absque vlla retardatione fratribus ostendat, & in futuro ipse aliquam mercedem pietatis, pro se & pro illis, pro eorum expiatione hæc obtulit, ab ipso domno recipiat. Sunt autem ipsæ petiolæ vinearum sitæ in comitatu *Oscarense*, & in villa quæ dicitur *Copiacus*, est vineola, quæ fuit *Achini*: & in *Patriniaco*, illa quæ fuit *Rotberti*, & in *Campo Luuino*, alia petiola: in *Polliaco* vero alia quæ fuit *Alexandri*, in *Funtanas* alia illarum quam *Genulfus* dedit: in eadem quoque villa, alia quam *Vuillelmus* fratribus largitus est, & in *Aqueducto* vna ex ipsis habetur. Has illi, quemadmodum superius insertum est, concessimus, vt quamdiu aduixerit, teneat & possideat, & post illius excessum, cum omni immelioratione ad ius & dominium fratrum, absque cuiuspiam hominis vetatione reuertatur. Si quis vero eas ab eorum mensa temere abstrahere conauerit, maledictione æterna iudicis subiaceatur, & in iudicium, non ad præmium, sed ad supplicium resurgat, cum Datam quoque & Abyron cauillatores, nec non cum Iuda proditore Domini, pœnas alti inferni sustineat, & perpetualiter damnatus, ibi finetenus lugeat. Et vt hæc nostra largitio firmiorem obtineat vigorem, manu propria eam firmauimus, & cunctis fratribus nostræ congregationis firmandam tradidimus.

SACROSANCTÆ Ecclesiæ sancti Stephani *Diuionensis*, & Canonicis ibi Deo famulantibus; ego in Dei nomine socius & confrater illorum *Genulfus* Presbyter, pro amore Dei & sancti Stephani, vestraque dilectione, & animæ meæ salute, dono vobis, donatumque vt in perpetuum maneat esse volo; hoc est in pago *Diuionense*, & in villa *Fontanas*: ego quidem *Gengulfus*, dono vobis petiolam de vinea in ipsa villa quæ supra est scripta, quæ terminatur de vno latus, & vno fronte strata publica pergit, de alio latere *Rudericus* tenet, ex alio fronte terra sanctæ Mariæ; ea videlicet ratione ipsam vineam do vobis, vt sitis mei memores post obitum meum, in diem tertium & septimum & tricesimum, & in reuolutione anni gratam exinde refectionem Canonicis faciatis. Si quis vero, quod fieri non credo, ego, aut vllus de heredibus meis, aut quælibet persona, contra hanc donationem venire, aut calumpniam generare præsumpserit, non valeat euindicare quod repetit, sed inferat vobis vtrisque partibus, vna cum socio fisco, auri denarios triginta: & hæc donatio omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Diuion.* castro, publice. Signum *Genulfo* Presbyter, qui hanc donationem fieri & firmari rogauit, signum *Otrannus*, signum *Adalgis*, signum *Dodonis*, signum *Aduino*. Ego *Vineuadus* rogatus scripsi & subscripsi, die Mercurij in mense Maio, anno vicesimo regnante *Karolo* Rege. Ego *Dominicus* frater *Genulfi*, in audientia Episcopi, & omnium qui aderant, hanc cartam consensi & firmaui.

Année 904.

RAGENADVS vice-dominus, exquamiauit de beneficio & ratione sancti Stephani, campum vnum, qui est situs in pago *Oscarensi*, in fine *Longoniana*, & terminatur de vtrisque partibus terra sancti Stephani, habet in longo perticas x. & VII. & in latus perticas IX. & pedes VII. ex alia parte dedit *Ainus* Presbyter, & *Torpuinus* de *Rauedane*, de suo proprio, ad ius & rationem sancti Stephani, campum vnum, qui est situs in pago *Oscarensi*, in fine *Longouiana*, & terminatur de vtrisque lateribus terra sancti Germani, in vno fronte *Vualgeldis*, ex alio fronte terra sancti Petri *Besuensis*: habet in longum perticas XXXIX. & dimidiam pedes VI. & in latus perticas V. Hoc procammium inter ipsos factum omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Marcennaco* villa, publice. Signum *Ragenardi* qui hoc procamium fieri & firmari rogauit, signum *Alcranni* Presbyteri, signum *Airanni*, signum *Eringo*, signum *Leotulfo*, signum *Laifrno*, signum *Eldenaldo*, signum *Matalaudo*. Ego *Varnibaudus* Clericus scripsi, in mense Martio, die dominico, regnante *Carrolo*.

CVM in cunctis legitimis largitionibus idonea sint adhibenda testimonia, ob sæcularium tantorum diuersitates, necesse est, vt quod vnanimis concedit assensus, scripturarum commendetur titulus, ne postmodum callidorum possit obuiari versutiis. Quamobrem ego *Henricus*, diuina propitiante miseratione humilis *Lingonensis* Ecclesiæ Episcopus, notum esse volumus omnibus Dei & sanctæ Ecclesiæ fidelibus, tam præsentibus quàm & futuris, quoniam Canonici Ecclesiæ Protomartyris *Diuionensis* castri, venerunt ante optutus nostræ serenitatis, proclamantes, se ex decimis Abbatiolæ sancti Martini, quas *Richardus* noster fidelis tyrannice crudeliterque vsurpabat, & illi ex antiquitate per auctoritates prædecessorum nostrorum canonice tenebant, & huc vsque absque cuiuspiam vetatione possessos habent; quorum proclamationem benigne suscipientes, eorumque auctoritates libenter audientes, causam huius rei diligenter exquisiuimus, & fideli nostro præcipiendo iussimus, ne se de iam dictis decimis intermitteret, sed prædictis Canonicis, quemadmodum decet, frui nullo modo contradiceret. Denique

vt eum erga illos omni tempore beniuolum habere quiuissent, per consilium domni *Ratherij* Archidiaconi, atque præpositi illius loci, pro beneficio quod ipse tenebat, muneribus studuerat placare, placatumque pariter cum illis ante nos perfectione huius rei adducere. Qui nostram adiens maiestatem, humiliter deprecatus est, vt fratribus præscriptæ Ecclesiæ *Diuionensis*, beneficium Abbatiolæ sancti Martini, decimasque nostras ex parte concederemus, & libellum securitatis eis facere iuberemus; vnde ad petitionem ipsius iussimus hoc nostræ institutionis priuilegium fieri; cuius auctoritate concedimus, vt supra signatam Ecclesiam, cum decimis; memorati canonici teneant & possideant, & pro absolutione nostrorum peccaminum orare non negligant, rebusque illius bene & pacificè diebus vitæ illorum potiantur, & iure pastorali, nullo contradicente vel impediente dominetur. Ergo vt hæc nostra institutio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, manu nostra eam firmauimus, & fidelibus nostris corroborandam tradidimus. Signum *Hyricus* sanctæ *Lingonensis* Ecclesiæ humilis Episcopus, in Christi nomine roboraui & subscripsi. *Albertus* præpositus subscripsi. Signum *Arnaldus* Decanus, signum *Tuardelmarus*, signum *Vutnerannus*, signum *Vualdricus*, signum *Tsoardus*, signum *Bero*, signum *Arnaudus* Archidiaconus, signum *Amerlannus* Archidiaconus, signum *Orticus*, signum *Berno*, signum *Ricardus*, qui consensit. Signum *Ricardus* Leuita, signum *Vutnandus* Leuita. Ego Leuita indignus hanc securitatem dictaui & subscripsi, vi. Id. April. anno xi. regnante *Rodulfo* Rege. Année 934.

CVM in cunctis legitimis largitionibus idonea sint adhibenda testimonia, ob secularium rerum diuersitates cauendas, necesse est vt quod vnanimis concedit à sensu scripturarum commendetur titulis, ne postmodum callidorum possit obuiari versutiis. Quambrem ego *Gislebertus* diuina largiente clementia Comes *Heduensis*, atque aliarum patriis, notum esse volo, vt sit omnibus nostris fidelibus, tam præsentibus quam & futuris, qualiter peruenit ad aures nostræ pietatis, humillima deprecatio *Rotberti* Diuionensis, nostrique per omnia fidelissimi, de quodam suo fidele, *Guitbaldus* nomine, nec non de eius coniuge *Rutrudis*, ac filiorum eorum, vt eis largiremur aliquid de terris nostris pertinentibus. Ad cuius humillimam postulationem aures nostras inclinantes, & deuote suscipientes, hoc quod petebat gaudenter studuimus agiliter adimplere. Ergo donamus eis à die præsenti, mansum vnum & dimidium de terris ex ratione sancti Stephani, qui est de adiacentia *Blasiaco* villa, per consensum *Ratherij* Archidiaconi, & Canonicorum eius, vt nouas & decimas omni tempore, sicut statutum, prædicta Ecclesia recipiat. Et coniacet iam dictus mansus & dimidius, in pago *Cauilensium*, in villa *Mercoriaco*, seu in ipsa villa, & habent terminationes de ambobus lateribus ratio sancti Martini, de vno fronte terra sancti Marcelli, ex alio vero strada publica, infra istas terminationes totum ad integrum, cum clausis, & vineis, & pratis, & terris, atque celaris seu aquis, aquarumque decursibus, & omnia quicquid pertinent ad iam dicto manso & dimidio, à die præsenti vobis dono, ac filiorum vestrorum iure perpetuo ad possidendum, nullo impediente. Si quis autem successorum meorum hanc institutionem vel precariam, cœca cupiditate accensus, tyrannice abolere, seu infringere voluerit, non valeat euindicare quod nequiter repetit, sed insuper, ei cui litem impresserit, libras vi. de auro purissimo componat, & sua repetio minime valeat. Et vt hæc securitas in Dei nomine omni tempore firmiorem obtineat stabilitatis vigorem, manu propria eam firmaui, & nobilium omnium fidelium nostrorum vnanimes consentientes firmare iussimus, quatinus per inconuulsa tempora, firma stabilisque permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Belnensis* castro. Signum *Gisleberti* Comitis, qui hanc securitatem iussit scribere, & firmare rogauit, signum *Ermengardi*, qui consensit, signum *Adaledis* filiam eorum similiter, qui consensit, signum *Rotberti*, qui hanc precariam studuit popo-

ſcere, ſignum *Hengeltrudis*, ſignum *Rodulfi* filio prædicti *Rotberti*. *Adabeltus* Decanus, S. *Euurardus* Leuita, S. *Vmbertus* Preſbyter, S. *Ayrardus* Leuita, S. *Manegradus* Preſbyter, S. *Rodulfus* Leuita, *Vuarnerius* cliens exiguus, S. *Gibuinus* Clericus atque puer, S. *Gotſaldus* Clericus. Ego *Conſtantius* exiguus Leuita, hanc inſtitutionem dataui & ſubſcripſi III. idus Decembris, indictione XIV. anno VII. regnante *Ludouico* Rege feliciter.

Année 941. ſelon l'Indiction.

HANC donationem fecit domnus *Bernilo*, & vxor ſua *Ingelburga* ſancto Stephano, de alodo quem habebant in pago *Belnenſi*, in villa quæ nuncuparur *Curtegodelano*, conſentiente fratre ſuo nomine *Bligerio*, & in præſentia aliorum bonorum hominum Clericorum, nec non & laïcorum, quorum hæc ſunt nomina. *Humbertus*, *Elerius*, *Valterius*, *Gotefridus*, *Anricus*, *Odo*, *Tambertus*, *Iſaac* Mon. *Robertus*, *Albreda* femina, *Vulferius*, *Valnerius*, *Iatſerius*, *Ragundis* femina, *Chriſtianus*, *Peruuadio*. Hoc eſt per ſuum cultellum & facturam, & per hoc pergamenum, largitori venia, fraudanti anathema. Ego *Conſtantius* exiguus Leuita, ſcripſi & ſubſcripſi, die Mercurij in menſe Maio.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ego *Odolricus*, à die præſenti dono ad Eccleſiam ſancti Stephani *Diuionenſis*, ſeu ad menſam fratrum, ob remedium animæ meæ, ſeu genitoris mei ac genitricis, nec non & conſanguineis, petiola de vinea, quæ eſt ſita in pago *Oſcarenſe*, in villa nuncupante *Bargas*, & habet terminationes, de vno latus & vna fronte rectores eidem Eccleſiæ tenent, ex alia vero fronte *Odo* miles tenet, de alio latere ſtrada publica pergit. Infra iſtas terminationes, totum ad integrum ad Eccleſiam iam dictam dono, trado, atque transfirmo perpetualiter, finetenus, legitime, ad poſſidendum, nullo contradicente. Si quis autem, quod minime optamus, hanc eleemoſynam, cæca cupiditate orbatus, infringere valuerit, qualiſcumque perſona, non valeat euindicare quod nequiter repetit, ſed inſuper ei cui litem impreſſerit, iure legis conſtrinctus, libram auri puriſſimi componat, & ſua repetitio minime valeat, & iram Dei omnipotentis atque ſancti Stephani incurrat. Et vt hæc eleemoſyna omni tempore firmiorem obtineat ſtabilitatis vigorem, manu propria eam firmaui, & bonis, ac Dominum timentibus firmare precaui. S. *Odolrici* dilecto milite, qui hanc libenter largiuit, S. *Vmberti* qui conſenſit, S. *Frotdonis* ſimiliter, qui conſenſit, S. *Traimberti* ſimiliter qui conſenſit, S. *Heldeberti*, S. *Remigij*, S. *Ingallardi*, S. *Rebotdoni*, S. *Criſtiani*, S. *Plectrudis*, S. *Mainfredi*. Ego in Dei nomine *Conſtantius* miniſter Chriſti indignus, rogatus ſcripſi & ſubſcripſi. Data menſe Iulio, XV. Kal. Iulij, anno IX. regnante *Ludouico* Rege, indictione III. Actum ſuper ripam *Barmoni*.

Année 945. ſelon l'Indiction.

Donation du Comte Raoul.

NOTITIA, qualiter vel quibus præſentibus, & ante eos qui ſubter firmauerunt. Notum ſit omnibus, pluribus atque præſentibus, qualiter *Rodulfus* Comes, res *Adalberti* Leuitæ, quas mater ſua ei dedit, & ipſa legitimè ſecundum legem Romanam in coniugio adquiſiuit, de *Archenrado* videlicet ſeniore ſuo, per maliuolum conſilium, ad terram quam de *Solario* tenet, ex ratione ſancti Stephani, cupit reuocare ipſas res. Coniacent in pago *Oſcarenſe*, in villa *Patriniaco*, hoc eſt manſus vnus, cum ſupraposito & vinea quæ ad ipſo manſo, & omnia quicquid ad ipſum manſum aſpicit; & in comitatu *Belnenſe*, in villa *Gibriaco*, petiolas duas de vinea. Tunc ipſe *Adalbertus* in anteà fuit, & teſtes ſane idoneos habuit, qui olim per ſacramentum probare volebant, quod plus per legem & rectum hæc omnia ipſe *Adalbertus* tenere deberet, quam ad terram quæ ad *Solarium* pertinet reddere. Quo inuentâ eius rectitudo per conſenſum fidelium ſuorum, & pro

pro remedio animæ suæ & genitori suo, vt remunerator omnium, munus vitæ æternæ ei tribuat, iussit ei notitiam fieri, vt præsenti vita, & deinceps quicquid quod ex iam dictas res facere voluerit, liberam ac firmissimam in Dei nomine habeat potestatem, & per festucam & fustum se per omnia exutum fecit. Et vt certius securiusque eas res tenere non dubitet, sibimet manu firmauit, & fidelium suorum firmari precauit. Actum *Diuioni* castro. S. *Rodulfi* Comiti, qui hanc noticiam fieri precauit, S. *Rotberto* fratre suo, S. *Vuitbaldo*, S. *Vualono*, S. *Amricho*, S. *Rotberto*, S. *Eldierto*, S. *Berardo*, S. *Aclenardo*, S. *Simphoriano*, S. item *Rotberto*, S *Teutdono*. Isti sunt testes *Rodrous*, *Eldebertus*, *Ragenardus*, *Alseus*, *Gasenius*, *Arannus*, *Constantius*, *Vido*, *Arbertus*. Ego in Dei nomine *Vuarnerius* Leuita, scripsi & subscripsi. Data die dominico, mense Iunij, anno XVI. regnante *Ludouico* Rege feliciter. Année 952.

IN nomine summæ & indiuiduæ Trinitatis, ego *Achardus*, sanctæ *Lingonensis* Ecclesiæ humilis *Episcopus*, notum volo esse omnibus, maximeque Ecclesiæ nostræ filiis & fidelibus, quod dum in gremio matris Ecclesiæ nobis à Christo commissæ residerem, & de statu eiusdem Ecclesiæ, vna cum consilio & voluntate nostrorum fidelium, quatinus Domino auctore in melius aucmentarentur, sinceriter inuestigando perquirerem: inter plura qui tunc temporis mihi stabiliendo difiniuimus, ecce adiit serenitatis nostræ obtutus, quidam noster fidelis *Teudo*, Abbas & Archidiaconus, humili efflagitatione nostram exposcens serenitatem, quatinus eam partem de Ecclesia *Villa Neronis*, quæ ad iuris dominium pertinet Ecclesiæ sancti Stephani *Diuionensis* castri, *Rotberto* sancti Mammetis canonico, suoque nepoti *Vnenco*, cum consilio & voluntate Canonicorum in eadem Ecclesia famulantium, per auctoritatem nostrorum apicum, piè & misericorditer non dedignaremur. Cuius vocem iustæ implorationis benignè suscipientes, & eius obsecrationi aures nostræ dignitatis inclinantes, voluntatem illius iustæ petitionis ad effectum perducere studuimus: concedentes & condonantes prædicto *Rotberto*, suoqui nepoti, sicut supra exaratum habetur, eam partem quæ ad rationem pertinet S. Stephani, cum decimis sibi aspicientibus, fauentibus nostris fidelibus, & consentientibus eiusdem Ecclesiæ Canonicis; ea videlicet auctoritate parilique tenore, vt quandiu aduixerint, ambo præfinitas res teneant & possideant, ipsamque Ecclesiam, quæ videtur esse consecrata in honore sanctæ Mariæ, secundum virium suarum qualitatem, quantum ad partem Ecclesiæ pertinet, in melius in condignis famulantibus corrigere & instruere non pigeant, debitumque seruitium, quod nobis debetur, statutis temporibus nobis nostrisque exactoribus persoluere non tardent. Decernendo etiam stabiliuimus, vt si quis alterum superuixerit, absque vllius inquietudine & contradictione, ex prædictis rebus dominator & possessor existat: denique, ne ab aliquo successore nostro seu fraudatore hæc pietatis clementia in reliquum corrumpatur, si semper in Dei nomine tutiorem obtineat firmitatis vigorem: hanc securitatem nostrarum litterarum eis facere iussimus, quam manu propria roborantes, nostrorum fidelium manibus firmandam tradidimus. S. *Achardi* Episcopi, S. *Teudo* Archidiaconus, S. *Teudo*, S. *Vmdricus* Leuita, S. *Aymo*, S. *Beraldus* præpositus, S. *Berlibodus*, S. *Ouicus*, S. *Valterius*, S. *Rodulfus*, S. *Constantius*, S. *Remigius*, S. *Adelaldus*. Ego *Vuermantius* Leuita indignus, hanc scripturam scripsi & subscripsi. Datum XIII. Kalendas Iunij, regnante *Lotario* Rege. Enuirõ 955.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Teudo* humilis Archiadiaconus Ecclesiæ sanctæ *Diuionensis*, Protomartyris Christi Stephani, atque humillima Congregatió eiusdem Ecclesiæ. Notum esse volumus vt sit omnibus præsentibus demum & futuris, qualiter peruenit ad aures nostræ pietatis humillima precatio, de quodam fidele nostro *Bernardo* nomine, seu *Eldeardus*, vt ei, & duobus sibi-

met filiis, *Vualterium* videlicet, nec non & *Gerardo*, concederemus hos seruientes manentes in villa quæ nuncupatur *Vedrannicas*, ad mensam fratrum pertinentia, *Durannum* videlicet & *Iohannem*, *Vulfaldum*, *Teutberga*, & infantibus suis, *Alcherio Ingelberga* & infantibus suis, *Archemrico*, *Remiberga* & infantibus suis, *Gislelendus* & infantibus suis, *Hedila* & infantibus suis, *Alcherio*, *Eurelda* & infantibus suis vi. *Teutberga* & infantibus iv. *Ermembertum*, *Basmonen*, *Grimoanum*, *Ingelberga*, *Arnulfum*, *Teutberga*, *Ragenelda*, *Archentrudis* & infantibus suis, *Teuteldis* & infantibus suis, *Alerico*, *Beringerio*, *Arnulfo*, *Teutberga* & infantibus suis: ad cuius postulationem aures nostras inclinantes, & deuote suscipientes, hoc quod poscebat studuimus gaudenter impleri; adeo vt ipse *Bernardus*, & coniunx sua, & sibimet proli supra memorati, quandiu vixerint, hoc peculium quod nos deberent, absque vlla vetatione teneant & possideant. Postquam vero hominem exuerint, sine vlla fraudatione, ad mensam fratrum omnis agnatio remaneat, & in censum omni anno, in Inuentione sancti Stephani, ad mensam fratrum denarios xii. persoluant. Si autem negligentes extiterint, in duplum componant. Et hæc precatio, omni tempore vitæ eorum firma & stabilis permaneat. Et vt hæc institutio firmiorem obtineat stabilitatis vigorem, manu propria eam assignauimus, & aliis firmandam tradidimus. S. *Teudo* Abbas, *Gotsaldus* Leuita, *Ingerricus*, *Gripho*, *Varnerius*, *Constantius*, *Eurardus*, *Lanbertus* Leuita, *Amadus* Leuita, *Vulfricus* Leuita, *Ariodus* Presbyter, *Durannus* Presbyter, item *Durannus* Presbyter, *Arnaudus* Presbyter, *Vicherius*. Ego *Remigius* Leuita scripsi & subscripsi. Datum die Martis in mense Martio, anno xviii. regnante *Lothario* Rege feliciter.

Année 973.

TEVDO Ecclesiæ præpositus almi Stephani *Diuionensis*, & Congregatio ipsius Ecclesiæ, & ab alia parte, quidam miles *Heldierius* nomine, voluerunt inter se, pro communi vtilitate, aliquid de rebus propriis commutare, quod & fecerunt. Dedit igitur in primis *Eldierius*, de rebus propriis iam dictæ Ecclesiæ & eiusdem rectoribus iornalem i. qui cumiacet in pago *Diuionense*, seu in fine & in villa *Quintiniacense*. Habet terminationes, de vno latus ipse aquisitor tenet, ex alio latus *Valterius* tenet, de vno fronte ratio sancti Petri, ex alio fronte *Viniterius* tenet. Similiter è contra in recumpensatione huius meriti dederunt, iam dictus *Teudo*, & cæteri fratres, petiolam vineam de terra arabile, prænominato milite *Eldierio*, in ipsius fine, & in eadem villa, terminante de vno latus, & vno fronte ipse commutator possidet, ex alio latus ratio sancti Benigni, ex alio fronte sancti Stephani. Hæc omnia superius nominata sic pars alteri contulit parti, vt vnusquisque, de hoc quod suum est, quicquid sibi visum recto ordine fuerit faciat, nullo contradicente, & in omnibus secundum suum libitum ordinet omnibus diebus. Deniq; ne ab vllo successore nostro hæc commutatio in futurum violetur, hanc securitatem ei facere iussimus, & manu propria corroborauimus, & fratribus Ecclesiæ nostræ firmandam tradidimus. Actum *Diuioni* castro. Ego *Teudo* humilis præpositus in Christi nomine corroboraui & subscripsi. *S. Varnierij* Leuitæ, *S. Amedij*, Decani, *S. Ingelrici* Presbyteri, *S. Griphonij* Presbyteri, *S. Duranni* Presbyteri, *S. Constantij* Presbyteri, *S. Lanberti* Presbyteri, *S. Vuarnerij* Leuitæ, *S. Vicherij* Leuitæ, *S. Euurardi* Leuitæ. Ego *Eldulfus* Leuita, ad vicem Cancellarij Remigij scrisi & subscripsi. Datum die Sabbati in mense Maio, anno xix. regnante *Lothario* Rege.

Année 974.

IN nomine Regis æterni & Saluatoris nostri Iesu Christi, ego *Teudo* Archidiaconus, & cæteri huius sancti Stephani Protomartyris Christi *Diuionensis* Ecclesiæ, notum esse volumus, vt sit omnibus præsentibus demum & futuris, qualiter peruenit ad aures nostras humillima deprecatio de quodam fidele nostro nomi-

ne *Teudrici* Presbyteri, & heredes suos, videlicet *Amalrici* nuncupante, nec non & *Sufficiana*, vt illis concederemus colonicam vnam quæ est sita in pago *Oscarense*, vel in villa quæ dicitur *Feliciaco*, seu & in *Meruelco*; quia ipse, ob obsequium seruitutis, de nobis tenebat. Sunt denique in ipsa colonica, campis, vineis, & vna petiola de prato, & quicquid ab ipsa colonica aspicit. Ad cuius humilimam deprecationem pari consilio aures nostras inclinantes, & libenti animo suscipientes, hoc quod prædictus fidelis noster petebat, studuimus libenter eis largiremus; talique scilicet tenore, vt omnibus annis, in festiuitate Omnium Sanctorum, solidos II. dederint ad mensam fratrum, & in censum persoluant; & si negligentes extiterint, in duplum componant, & plus ea teneant. Ego *Teudo* Archidiaconus, manu propria eam firmaui, & cæteri ipsius Congregationis firmare iussi. S. *Varnerij* præpositi, S. *Amadei*, *Varnerij* Leuitæ, *Vuslanoci* Subdiaconi, item *Vuarnerij*, *Bernardi*, *Vdoni*, *Vicherij* Leuitæ, *Gotsuini* Leuitæ, *Euurardi*, *Grifoni* Presbyteri, *Constantini* Presbyteri, *Lanberti* Presbyteri, *Rodulfi*, *Euurardi* Leuitæ, *Romei*. Ego *Eldulfus*, per iussionem *Teudoni*, scripsi & subscripsi. Dataui die dominico XVI. Kal Martij, in refectorio sancti Stephani, anno II. regnante *Roberto* Rege. Année 996.

Charte de Brunon Euesque de Langres, contre les vsurpateurs des biens de l'Abbaye de S. Estienne de Dion.

IN nomine summi Iudicis, & indiuiduæ Trinitatis, quæ semper est spes omnibus credentibus. Quamobrem ego *Bruno* humilis *Lingonensis* Ecclesiæ Præsul, omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus notum esse volumus, tam præsentibus quam & futuris. Dum essem apud castrum Diuion. intra claustra Ecclesiæ Protomartyris, & intentus in diuina miseratione, venerunt ante nostræ serenitatis, Canonici ipsius loci, proclamantes se ex rebus vnde viuere debent, quas ab iniquis Pastoribus crudeliter & iniuste fuissent sublatæ; scilicet terra quæsita est in *Acellis* villa, & capella quæ est in *Vadrana*, cum omnibus his apenditiis, atque ipsi ex antiquitate canonica, per auctoritatem prædecessorum nostrorum, tenebant, & huc vsque cœca cupiditate successores iniquorum habebant. Eorum autem dum audiuimus proclamationem, benignè suscepimus, & auctoritatem eorum libenter inquirimus, de priuilegiis atque præceptis afferri iussimus, causam huius rei diligenter exquisiuimus, excommunicationem atque anathematizationem Abbatis, qui fraudenter vtabant in his, inuenimus. Quo audito, fidelibus nostris, *Odoni*, cum filiis suis statim iussimus magna cupiditate, ne se de iam dictis rebus intermitterent, sed prædictis Canonicis, quemadmodum decet frui, nullo modo contradicerent, quoniam potius dampnarent animas, quam nutrirent corpora. Denique, vt illi omni tempore firmiter potuissent habere, per beniuolum consilium domni *Teudonis*, Archidiaconi atque Abbatis ipsius loci, qui iniuste sociauit se à prædicto milite: studuerunt namque præfati Canonici muneribus ei placare, & placatum pariter cum illis ante nos, pro perfectione huius rei, adducere. Qui prædictus Abbas, nostram adiens maiestatem, humiliter deprecatus est, vt fratres prædictæ Ecclesiæ indulgentiam ei præbeant, & animas sui prædecessorum veniam postulant; post dicessum vero eius, fideliter Domnum implorent, & ex parte nostra concederemus, noticium securitatis eis facere iuberemus. Vnde petitionem ipsius libenter recepimus, & nostræ institutionis priuilegium fieri iussimus; cuius auctoritate concedimus, vt his rebus prædicti Canonici possideant, & perpetuè teneant, & pro absolutione nostrorum peccaminum orare non negligant, & easdem bene & pacifice diebus vitæ potiantur, & iure pastorali, nullo contradicente. Ergo vt huius in Dei nomine obtineat firmitatem, & institutio pleniorem, manu nostra eam firmauimus, & fidelibus nostris vtriusque ordinis corroborandam tradidimus. Ego *Bruno* Episcopus, *Teudo* Archidiaconus, *Ayrardus* Archidiaconus, *Vuido* Archidiaconus, *Beraldus* Leuita, item *Beraldus* Leuita, *Bruno* Leuita, *Lanbertus* præpositus, *Vilencus* Laïcus, *Vidricus* Laïcus, *Vualterius* Laïcus, *Bedunen*, *Vualterius*, *Vmbertus*, *Hugo*,

Année 1004.

Vuido. Ego *Eldulfus* Sacerdos indignus, per iussionem *Airardi* Cancellarij sancti Mammetis, scripsi & subscripsi. Dataui idus Nouembris anno x. regnante *Roberto* Rege.

Imfeodation par Berald Abbé de S. Estienne, successeur de Teudo.

IN nomine Regis æterni & Saluatoris nostri Iesu Christi. Ego *Beraldus* Abbas, & cæteri huius Congregationis sancti Stephani Diuionensis Ecclesiæ, notum sit omnibus hominibus, qualiter peruenit ad aures nostras humillima deprecatio de quodam fidele nostro, *Richardo* scilicet, & *Heldeberto*, vt illis concederemus aliquid ex terra sancti Stephani, quam *Vuarnerius* Leuita tradidit pro remedium animæ suæ; quæ est sita in pago *Hoscharense*, siue in *Diuionense*, vel in villa quæ dicitur *Patriniaco*, siue in fine *Longoniaco*, nec non in villa *Fontanas*, seu in vineis, seu in campis, ad perquirendum ea parte quæ ad se pertinere debet, per suum quoque assensum & deprecationem vt suos vocabulos largiremus ob firmitatem tenendi. Ad cuius humilimam deprecationem aures nostræ inclinantes, & deuotè suscipientes; talique scilicet tenore, vt vno quoque anno soluantur tempore vindemiæ de vini, modium I. ad mensam fratrum persoluant, quatenus securius omni tempore vitæ illorum, & vnus heres, quæ de illis procreati fuerint, ipsam firmitatem habeant. Et si generatio de illis non fuerint procreati, ad mensam fratrum reuertit. Et hæc securitas omnique tempore firmiorem obtineat stabilitatis vigorem, manu propria eam firmauimus, & aliis hominibus firmare iussimus.

NOTVM sit omnibus præsentibus atque futuris, quod ego *Raaldus*, quandam vineam, id est medietatem vnius iornalis, emo de quodam homine qui vocatur *Bertinus*, & est sita in clauso qui vocatur vinea *Sumbardi scha*, quæ ita terminatur: & accepit ipse præfatus venditor à me quindecim solidos. Ab Oriente est terra sancti Marcelli, & ab Occidente, & à parte Boreæ terra sancti Stephani, & ab Australi parte via publica. S. *Bertini* venditoris, *Valonis*, *Ermenaldi*, *Humfredi*, *Vuarnerij*, *Aalosi*, *Constantij*, *Iohanni*.

Donation de Garnier Abbé de S. Estienne.

IN nomine sanctæ & inuiduæ Trinitatis. Omnes qui ad supernam tendunt hereditatem, & cum Christo heredes eius effici cupiunt, eius vestigia subsequantur oportet, in quantum fragilitas humana promittit fieri posse. Eius autem est vestigia subsequi, & eum imitari misericordiæ operibus, insistere omnis Christiani ordinis, & se diligere, laborantibus in Dei seruitio adsistere, & pro posse indigentium vsibus in Dei nomine ministrare. Sanctorum vero, quos iam per bonorum operum consummationem ad cœleste regnum migrasse cognouimus, suffragia postulanda sunt, eisque est reuerentia totius deuotionis impendenda, vt eorum adiuti precibus, iam dictæ hereditatis cum illis participes esse possint. Vnde ego *Vuarnerius*, sacrosanctæ Ecclesiæ Diuionensis præpositus, eius perpetuæ possessionis participari Christi pietate cupiens, partem prædiorum meorum sancto Stephano Christi Protomartyri, in cuius honore idem locus constare dinoscitur, ob remedium animæ matris meæ, & *Vidonis* fratris mei, & ob salutem animæ meæ donare cupio, vt eum habeamus adiutorem apud Deum, ad æternam vitam adipiscendam. Igitur, dono sancto Stephano, alodum in comitatu, in villa quæ dicitur *Villula*, cum terris cultis & incultis, & omnibus rebus ad eum pertinentibus; tali videlicet ratione, vt fratres sancto Stephano seruientes, vsum fructum eius habeant, & vsibus suis subministrent, & memoriam mei, matrisque, & fratris non negligant. Dono etiam alodum in comitatu, in villa quæ, vocatur *Arceii*, cum terris videlicet cultis & incultis, & omnibus ad eum pertinentibus; ita vt prædicti fratres illum teneant, & perpetuo in dominio suo possideant. Si quis

vero parentum meorum, aut aliorum, hoc donum sancto Stephano & fratribus ei seruientibus calumpniare præsumpserit, legibus conuictus, auri libras x. persoluat, Et hoc donum stabile permaneat. Actum publice, *Dinioni*, xxx. anno regni *Roberti*, Episcopatus vero *Lanberti* IV. indictione xv. anno ab Incarnatione Domini MXVII. regnante Domino nostro Iesu Christo P. S. S. A. Année 1017.

Autre donation du mesme.

NOTVM sit omnibus, quia ego *Vuarnerius*, dono sancto Stephano, *Villeclam*, cum seruis vtriusque sexus : *Quintiniaco* dono omnem hereditatem, quam possideo. Apud *Cauaniacum*, vnum pratum. *Cyrciaco*, vnum mansum, cum omnibus pertinentibus ad eum : *Meruelo*, terram quam habeo: *Cromolex*, vnum pratum. Item, de seruis, dono *Gislam* & *Bertam*, cum filio, & *Vualdricum* capellum : in villa *Sapaniaco*, vna opera de vinea, & dimidia : Apud *Dinion*. I. mansum, super riuam *Sasionis*.

Fondation du Prieuré de S. Florent Martyr.

POSTQVAM sanctorum Apostolorum prædicationem, vt in eorum Actibus legimus, multi sua pro Christo relinquentes, nichil se in mundo possidere gaudebant, vt cælestibus in futuro præmiis ditarentur, mos inoleuit, vt plerique, relictis omnibus, monasticæ se traderent disciplinæ, plerique, retentis suis, canonice in Congregationibus Deo militare satagerent. Laïcorum quoque fidelium deuotio æternæ recompensationis participari cum talibus ambiens, suis facultatibus ac beneficiis, ad Dei seruitutem liberius exercendum, propensius eis ministrare curauit. Vnde ego *Hugo*, sacrosanctæ *Lingonensis* Ecclesiæ Dei dignatione *Pontifex*, notum fieri Ecclesiæ filiis præsentibus vel futuris cupio, quod quidam noster fidelis, ex nostra Ecclesia filius, me in eadem Ecclesia residentem adiens, humiliter petiit, quatinus in quadam Ecclesia, quam de me beneficiali iure tenebat, ad Dei seruitutem faciendam, & sancto eius martyri *Florentio*, qui ibi requiescit, venerationem exhibendam, Clericos canonice viuentes aggregare procurarem, & Abbatiæ sancti Stephani *Diuionensis* castri, Ecclesiam cum Clericis perpetuo deditam esse constituerem. Cuius petitionem libentissime suscipiens, adimplere protinus studui. Dedi igitur, secundum militis, nomine *Aimonis*, peticionem, altare illud, cum beneficio cuidam Clerico prædictæ Abbatiæ sancti Stephani præposito, nomine *Vuarnerio*, vice Clericorum in iam dicta Ecclesia sancti Martyris Florentij aggregandorum, cum seruis vtriusque sexus ad sanctum pertinentibus, cum decimis, & omnium rerum oblationibus, cum mercato quoque, *Teloneum* videlicet, & quicquid de mercato consuetudinario iure persolui solitum est, vt Canonici illius loci perpetualiter teneant atque possideant, & Domino seruitutem, debitamque Martyri venerationem congruentem reddant : subiectionem vero Abbatiæ sancti Stephani prælatis exhibere non negligant, & secundum eorum iussionem, loci ordinatio, & rerum ad eum pertinentium dispensatio, sine contradicente liberaliter fiat. Interdicimus quoque, Dei omnipotentis virtute, & Sanctorum omnium auctoritate, & à Deo nobis collata potestate, ne aliquis præsumat amodo, hęc quæ Dei obsequio donata sunt, suis propriis vsibus rapere, & ab eius seruitio separare ; alioquin anathema fiat maranata. Si quis autem huius nostræ regalis, proque Deo factæ donationis auctoritatem & Pontificalis decreti corroborationem, Diabolico instinctu infringere, vel in aliquo violare temptauerit, sicut diximus, æternæ maledictioni subiaceat, nisi resipiscens sancto Protomartyri Stephano, Canonicisque eius *Diuionensi* in castro degentibus, satisfecerit. S. *Hugonis* Lingonicæ ciuitatis Episcopi, S. *Aimonis*, huius donationis & auctoris & laudatoris, S. *Hildegardis* vxoris eius, S. *Otberti* fratris eiusdem *Aymonis*, S. *Vuarini* Presbyteri, S. *Aduini* militis, S. *Vlgerij*, S. *Humberti*, S. *Vuitberti* præpositi, S. *Vuidonis* militis & filius eius, S. *Vdelerij*, S. *Stephani*, S. *Vualterij* Clerici, & filius eius, S. *Orgaudi*, S. *Petri* & filij eius, S. *Teutbaldi*. Actum *Tilo* castro,

Année 1033. publice, anno Incarnationis dominicæ MXXXIII. indictione I. epacta XVII. die Natiuitatis sancti Baptistæ Ioannis, feria v. mense Iunio, regnante *Henrico* Francorum Rege, anno VII. regni eius. Ego *Adolricus* dictaui, & manu propria firmaui.

EGo, *Aldo*, prædicti *Aimonis* filius, reddo atque dono S. Florentio, Canonicisque sancti Stephani, ob remedium eius animæ, meæque, molendinum sub Monasterio situm, iam ab eo donatum, cum manso, & secus litus adiacente prato, S. *Aldonis* & *Elisabet* vxoris eius, S. *Galonis*, *Vldery*, *Odonis*, *Aymonis*, *Gaudonis*, *oberti*, *Hugonis*, *Aimonis* Canonici.

Carte de Gibuin, fils du Côte Hugues.

AVCTORITATE diuina statutum est, vt consuetudines quæ à prauis hominibus super sanctuarium Dei iniustè sunt positæ, iudicio fidelium Christianorum deleantur, tyrannorum sublata successione. Quapropter, ego *Gibuinus*, notum esse volo omnibus fidelibus, viuis & futuris, quod consuetudinem quam *Hugo* satellus nomine, & *Hugo* nepos eius, de quo pater meus, *Hugo* Comes, prædium, quod *Vuarna* vocitatur, iure hereditario comparauit, per violentiam super Ecclesiam sancti Petri iniuste posuerunt, pro remedio animarum iam dicti patris mei *Hugonis* Comitis, & matris meæ *Hermingardis*, & fratris mei *Norduini*, & filiorum *Odonis* & *Hugonis*, & meæ, dimitto propter amorem sancti Stephani Protomartyris, ad cuius Abbatiam iam nominata Ecclesia sancti pertinet. Insuper trado & concedo Ecclesiæ sancti Stephani Diuionensis, ratam publicam, per siluam, per pascua, de cunctis hominibus qui super terram sancti Petri, siue sancti Stephani manserint; quatenus deinceps legitime possideant quod antea arripere non audebant. Præterea concedo S. Stephano coloniam *Alfredi*, quem Alfredum dudum dederam eidem S. Stephano, pro *Hugone* nepote meo, pro remedio animæ meæ, & parentum quos supra nominaui, vt videlicet in die iudicij aduocatum ha[illegible] er[illegible] possimus sanctum Protomartyrem Stephanum ante conspectum diuinæ Maiestatis. Ergo vt scriptio hæc firmius permaneat, manu propria firmaui, propinquis & fidelibus firmare rogaui. S. *Roberti* Ducis, & vxoris suæ, S. *Bernardi*, *Odoloni*, *Vlrici*, *Teoderici*, *Humberti*, *Vuidonis*, *Vumberti*.

Donation par Hugues Foard.

EGo *Hugo Foardus*, dono sancto Stephano Diuionensi, & fratribus eiusdem Ecclesiæ seruientibus, pro amore Dei, quicquid habeo apud *Cortarnulfi*, infra villam, & in circuitu villæ, in nemoribus & plano: in villa *Cortarnulfi*, iustitiam quam habeo, & latronem, & falsam mensuram, & coruatam, & venationes nemorum, & procursus aquarum, & molendinum, à manso *Gunzonis*, in antea quocumque loco voluerint ad faciendum, in prato calmarum, dimidiam partem, in prato putei dimidiam partem, & iuxta quercum, duas secaturas prati, & iuxta viam, vnum pratum, & iusta *Basmontem*, pratum, & campum. Hæc omnia Deo & sancto Stephano, & supradictis fratribus, absolutè & liberaliter dono & concedo. In nemore quoque *Moribrit*, dono eis quartam partem: in nemore vero *Cartneli*, de tercia parte dono eis terciam partem: in villa *Carcolli*, dono eis dimidiam partem: in nemore *Schoti* dimidiam partem, & in *Astatis* locis quicquid habeo, eis concedo. Apud *Quintuniacum*, quicquid habeo in nemoribus & plano, eis dono. In omnibus istis nemoribus supradictis ad *Cortarnulfi* pertinentibus, dono eis venationem, & cæparium, si in terra steterit, sine parte alterius eis concedo.

HÆc est carta, quam fieri fecit *Raimotdis* vxor *Vuidonis Crassi de Longo campo*, de honore quem habebat apud *Quintiniacum*, in nemoribus & plano. Dedit etenim supradicta *Raimotdis*, beato Stephano & fratribus eiusdem loci, pro amore Dei, & remissione peccatorum suorum, & pro animabus antecessorum suorum, & vt Deus custodiret filium suum qui Iherusalem ibat, hunc honorem, & insuper *Grtuolt* & progeniem suam. Propter hoc, Canonici dederunt ei & marito suo IV. libras denariorum. S. *Hugonis de Marciacho*, S. *Vuidonis de Gilliaco*, & *Adonis* militis. Præterea, *Vlricus* filius eiusdem dominæ, dedit sancto Stephano, quod habebat apud *Sulliacum*, in vno manso, & quod ad mansum pertinebat, vnde habuit x. solidos. S. *Hugonis*. Et ex parte Canonicorum, S. *Oltranny*, & *Rodulfi*.

Donation par Raitmoldis, féme de Guy Gros de Lonchamp.

NOTVM sit omnibus tam futuris quam præsentibus, quod *Beraudus*, seruus domni *Vuidonis*, de *Elena* videlicet sancti Stephani ancilla de mala custodia, duos filios habuit, *Humbertum* nomine, & *Euam*, quos S. Stephanus retinet dominico iure. Deinde idem *Beraudus* laude Canonicorum, *Vuarnerij* & præpositi, & domni *Vuidonis*, cuius seruus erat, sub legali matrimonio illam duxit, tali conditione, vt nascitura soboles à supra dictis domnis partiretur æqualiter.

Partage de Serfs.

HÆc sunt nomina seruorum sancti Stephani, quos *Mauricius* miles dedit eis ad mensam fratrum. *Letaldus* & infantibus illius, *Alburgia*, *Giburgia*, *Eua*, *Engelburtus* & infantes eius, *Humbertus*, *Floda*, *Plectruda*, *Rodulfus* & infantes ipsius, *Constantius*, *Engelbertus*, *Vuarinus*.

BONVM est autem litterarum scientia posteris illud notificare, quod peccatorum suorum remissione fidelium deuotio donat sanctæ Dei Ecclesiæ, quatenus ad rei noticiam præsentium atque successorum, animus facilius reuocetur, si aliquando cogitationum exageratione obliuioni datum fuerit. Quapropter, ita posteris, quemadmodum & præsentibus, notum esse volumus, donum, quod *Vuido* Ecclesiæ sancti Protomartyris Stephani *Diuionensis* dedit, pro Dei amore animæque eius redemptione, atque loco sepulturæ, scilicet vnum mansum cum vinea, terræque arabilis II. iornales in Comitatu *Diuionensis*, & in villa nomine *Asnerias*, *Eua* ipsius vxóre laudante, & *Mauricio* filio eius, & *Almarico*, cum vtriusque partis parentibus.

CVM omnia orta occidant, actaque senescant, & cum decus iuuentutis, videlicet flos ætatis, dumque fluxa & fragilis habeatur gloria temporalis, cuncta quoque creatura in hoc mundo subsistat terminalis, necesse est vt creatura rationis & mortalitatis capax, cui Creatoris dono vniuersa subditur, communis creatura vitæ tenax, qua male vsurpando offendit maiestatem Regis æterni, vnde viuit homo mendax, vt semetipsam abnegando, de malefactis pœnitendo, hereditariis quoque rebus renunciando, pauperibus etiam pro Dei amore & Ecclesiis conferendo, vt securè cum Psalmista dicere possit, *Tu es qui restitues hereditatem meam mihi*, sibi supremum Iudicem conciliet, vt audire mereatur in vltimo examine, *Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui*. Quocirca, ego *Vuido*, generoso genere genitus miles, prænomine vocitatus *Diues*, in suprema positus sorte, reddendo debita naturæ corporali morte, testamentum atestatione astantium testanti de patria hereditate facere disposui, Deo & Ecclesiæ *Diuionensi* in honore Karitatiui fabricatæ

Donation de Guy Vicomte de Diion.

Protomartyris Stephani, quatinus pro me fundat apud Dominum preces, miserrimorum peccatore, qui in morte exorauit pro pessimo persecutore: Hinc quoque in primis venerabili Clero domno, & domni amico obsequium spiritale conferenti dono sine alicuius seruitutis dono, & coram filiis & palam notis & propinquis confero nullum debitum, nullam exactionem, nullum exenium alicui viuenti reddendo vel futuro, postero in villa *Brischons* 1. mansum & quicquid ad ipsum pertinet, videlicet agros, vineas, prata, siluas, molendinum, & seruos & seruas, & filiabus, ipsum mansum culturantes & in eo habitantes; scilicet laudantibus meis filiis, *Vuarnerio*, supradictæ Ecclesiæ Abbate, *Vualterio Proconsule*, & *Hugone* eorum fratre, & *Vuidone* eorum nepote, & quampluribus *Diuioni* castri opidanis militibus, supradictum etenim mansum *Olradus* tenuit.

SCIANT omnes tam futuri quam præsentes, quia *Rocelinus*, quod & *Romestannus* vocabatur, dedit sancto Stephano, in prima donatione quam dedit Martyri, alodium de *Fisciniaco*, quem tenebat *Nunius* Clericus in vadimonium, & mansum quem *Vuirelcus* in vadimonium de *Bargas* tenebat, cum vineis & omnibus manso pertinentibus, & cum omnibus quæ in *Bargas* habebat: & in *Parriniaco* quicquid in vineis & in campis, & in aliis rebus tenebat, aut aliquis per eum: & ad *Corcellas*, vnum mansum cum vineis, & omnibus manso pertinentibus, & cuncta quæ ibi habebat, quæ tenebat *Odelmarus*, *Brunus* in vadimonium, & boscum versantem, & seruum *Aldonem* cum infantibus in vestituram. Post hæc alia vice dedit Protomartyri siluæ, nomine *Carmelis*, partem suam, & suam partem siluæ *Calsarum*, & de petra communi, & de *Calcenolea*, & de *Nois*, quæ ex parte bosci versantis sunt, partem suam, cum terra ibidem adiacente, & adgrisce, mansum *Alchenrici* cum omnibus manso pertinentibus, scilicet terra, campis, siluis, pratis, aquis, exis & regressis: item *Quintiniaco* mansiolum, cum omnibus manso pertinentibus, quem *Aymo* Rusticus tenebat in vadimonium.

Robert de France second fils du Roy Robert, fut fait Duc de Bourgogne l'an 1032.

AVCTOR pietatis medicamenta adhibens varia peccatricis animæ vulneribus, disponensque eius piis consolari remediis doloribus, infidelitatis errori deuolutæ fidei lumen exhibuit, fide prærepta rursus in culpa lapsæ antidotum confessionis attribuit, qua adepta, per mundanæ largitionem sustantiæ concupiscere patriam æternæ hereditatis præmonuit, dicens *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Ad huiusmodi etenim vocis exortationem, auditus *Roberti Burgundiorum Ducis*, audacis Principis intentus, spes quoque illius in melius erecta, suorum reminiscens prauorum operum, expauescens saluti animæ immanitatem rapinarum, disposuit in animo suo adire Apostolorum limina, quatinus illorum interuentione precum adiutus, soluant suarum cathenas culparum. Hæc enim præmeditans, diuino munere præuentus, humili deuotione, prius positis mundanis negociis, petiit Ecclesiam beati Stephani Protomartyris Diuionensem; cuius aduocato Clero, in hæc verba prorupit: *Quoniam multiplicata est super me iniquitas ignorantia mea, & iniuria mea, hanc aduersus Ecclesiam, timens ne descendat hac iniquitas super verticem meam, ædificationem vineæ in superurbio Diuionensis castri versus Aquilonem sita, pro amore Dei vobis reddo, hic precioso Protomartyri iugiter famulantibus, eo inquam pacto, vt amodo, neque ego, neque aliquis post me in Ducatu succedens, vi aut ex aliqua exactione, de communione fratrum temptet distrahere.*

OMNIBVS

OMNIBVS sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, secundum Catholicæ fidei institutionem degentibus, notum hoc esse volumus, quoniam prope muros Diuionis castri, habetur Monasterium in honore sancti Michaëlis constitutum honorifice, antecessoribus, tempore *Roberti* Regis suæque vxoris detentum, sine Principis hospitalitate; quapropter poscit sancti Stephani Clericorum conuentus Duci *Roberto*, vt in tali eis liceat persistere honore, in quali eos repperit illo veniente. Recepit enim illorum petitio, quod deuotè poscitur ab eo. Nouit namque hoc egisse quod nunc facit sua familia, per peccata: iubet ne amplius hospitalitatis potestatem, illic vi, neque pace vllus suorum sumat. Si quis amodo faciat, excommunicatione fidelium feriatur perpetua: si autem violauerit, aut aliquid inde violentia detraxerit, soluat x. libras auri, loci conuentu.

NOTVM sit omnibus tam futuris quàm præsentibus, quod *Anna* Christi famula, cuius mentionem paulo hic inferius facimus, infra Comitatum *Hoscarensem*, in villa quæ vocatur *Marcilleis*, dedit Ecclesiæ almi Protomartyris Stephani Diuionensis, ad communem mensam Canonicorum ibi Deo famulantium, pro peccatorum suorum remissione, animæque suæ redemptione, III. mansos, quos sub eius potestate videbantur possidere *Constantius*, & *Vtbertus*, atque *Ricardus*, cum vineis, siluis, terris cultis & incultis, omnibusque rebus, nec non & consuetudinibus ad eosdem mansos pertinentibus, laudantibus filiis suis, scilicet *Fulcone*, supradictæ Ecclesiæ Canonico, & alio, nomine *Vuarnerio*. Similiter quoque dederunt eidem Ecclesiæ, eadem *Anna* filiique sui supranominati, seruum vnum nomine *Maygonum*, *Occhlonis* filium.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ego *Harduinus* sanctæ *Lingonensis* Ecclesiæ Dei gratia Episcopus, notum esse volo omnibus Dei fidelibus, *Girardum* Archidiaconum Diuionensem, & *Vuarnerium* similiter Archidiaconum Bassiniacensem & Abbatem sancti Stephani Diuionensis Ecclesiæ, nostræ serenitatis adiisse obtutus, & expetisse, quatinus concederemus altare in *Dacilla* villa, constitutum in honore sancti Genesij Diuionensi, Ecclesiæ sancti Stephani Protomartyris. Quorum petitionibus concessi eidem Ecclesiæ; tali tenore, vt tempore synodi debita persoluat. Actum hoc *Lingonis*, millesimo quinquagesimo Année nono anno Dominicæ Incarnationis, in die XII. regnante *Henrico* Rege Francorum, anno XXXIV. 1059. S. *Girardi* Archidiaconi, S. *Vuarnerij* Abbatis, S. *Heuurardi* Decani, S. *Herlerij* Archidiaconi, S. *Roberti*, S. *Hugonis*, S. *Saiferij*, S. *Gotzelini*, S. *Gabuini*, S. *Milonis*, S. *Helmarici*, S. *Iohannis*, S. *Hugonis*.

TAM præsentibus quàm futuræ posteritati Concanonicorum Diuionensium prouidentia innotescere voluit, quod domnus *Arcardus* Cabilonensis Episcopus, Ecclesiam de *Ciliciaco* dedicauit, suasu domni *Arduini* Lingonensis Episcopi, & *Roccelini de sancto Iuliano* eius Decani. Quippe domnus *Arduinus* ad has partes non audebat propter infestationem *Roberti* Ducis accedere, sed hoc firmiter retinendum, quod supradictam Ecclesiam noluit ante benedicere, nisi prius domnus *Stephanus* atrium illius Ecclesiæ ab omni sua, suorumque successorum dominatione & potestate tutum & quietum redderet, & homines sancti Stephani, qui in ipsa villa habebant domicilium, & haberent amodo, & deinceps. Ita tamen quod si quis de hominibus sancti Stephani infra atrium, siue extrà positus, illi, siue cuilibet iniuriam faceret, per manum Canonicorum iusticiam reciperet. Quod supradictus *Stephanus*, denominatiuè, pro requie patris sui *Teoderici*

prompto concessit animo, nec non & suorum antecessorum animarum remedio. Facto hoc dono adsistentis plebis suffragio, domnus *Acardus* Episcopus, omnes illos posuit sub anathemate, quicumque hoc donum violarent, & prævidit eis perpetuum væ. Huius rei sunt testes Canonici Diuionenses, Cantor *Guichelinus*, *Olbertus*, *Durannus*, *Goncelinus* Sacerdos eiusdem Ecclesiæ. Laïci quoque *Calo de Tremulo*, *Vuido de Acellulis*, *Ingelio Gallicus*, qui ipsam Ecclesiam fecit. *Humbertus*, *Gaudebertus*, & alij quamplures, qui huic dedicationi interfuere. Regnante Rege *Henrico* in Francia, *Roberto* fratre eiusdem in Burgundia, *Arduino* supradicto præsule Lingonensibus præsidente.

HENRICVS *Roberti* Ducis filius Burgundiæ, tribuit sancto Diuionensi Stephano, & suis seruitoribus, vsuarium in nemus, quod apud sanctum Iulianum habetur, ad opus porcorum, siue ad focum faciendum, tectaque cooperienda, laudante *Hugone* atque *Odone*.

CANONICI Diuionenses his notulis voluerunt commendare tenaci memoriæ, quod *Girardus de Granciaco*, pro suorum venia delictorum, atque parentum, dedit protomartyri Stephano, absolute, quicquid seruitutis exigebat in *Teza* de *Aquodio*, & eius sobole. Factum est autem hoc donum, Lingonis, in Ecclesia beati Mammetis, ante altare sancti Iohannis ad Fontes, in præsentia *Arduini* Episcopi super Fontes adpodiati, nec non *Vuarnerij* Abbatis Ecclesiæ Diuionensis, astantibus quatuor Canonicis Diuionensibus, scilicet *Roberto*, *Duranno*, *Oberto*, *Manardo* Gramatico, & vno laïco *Ricardo*, de familia sancti Stephani.

PROVIDA cura Diuionensium Canonicorum, tam futuræ posteritati quàm præsentibus, sub istarum testimonio litterarum notificare curauit, domnum scilicet *Vuidonem de Grancyacho*, & eundem *Comitem de Salico*, pro remissione suorum peccatorum, nec non suorum antecessorum, Ecclesiæ beati Stephani Diuionensis donasse, quicquid calumpniabatur, scilicet *Tezam*, & suam sobolem, super homines apud *Aquodium* commorantes. Huic profecto laudi atque fauori, ex nostra parte *Odo* Dux Burgundiæ interfuit, & *Almardus*. Ex parte vero *Vuidonis*, *Gosbertus Rufus de Castelione*, & *Scimaudus de Tylocastro*; & quod dederat Ecclesiæ, vt firmum atque ratum in æternum perseueraret, hoc rodulo donum fecit super altare, præsentibus supramemorato Duce, *Almardo*, *Gemelino*, nostra de parte, nec non maxima parte Cleri Ecclesiæ, quorum hæc sunt nomina, *Cuschelinus*, *Paganus*, *Valterus*, *Humbertus*, & de familia *Odemarus*, *Tebertus*, *Petrus*, *Oldierius*, *Rodulfus*.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Cum ferre vniuersa, in quibus in hoc mundo luctamur, & vana videantur & sint, præter aliqua, si Deo redduntur, seruitia, vel quæ sibi seruientibus impenduntur beneficia, studeat quisquis fidelis, dum tempus est, Deo seruire, mandatis illius in quantum poterit non desistat obedire. Quod qui fecerit, Deoque famulantibus aliquas eleemosynas contulerit, certus sit de impetranda peccatorum suorum remissione, & de multiplici non dubitet remuneratione. Ego igitur *Raynardus*, Dei misericordia Lingonensis Episcopus, videns Ecclesiam beati Stephani Diuionensis Monasterij, tyrannorum persecutione vastatam, populorum insaniam, per Pastorum incuriam à pristina diuitiarum opulentia deiectam, vo-

lens ei in aliquo subuenire, Thesauriam, quæ à multis temporibus in manu Abbatis eiusdem loci fuerat, intercedente *Guarnerio* Abbate, in communes sumptus, Canonicis præmissæ Ecclesiæ tradimus habendam, pro remedio animæ meæ, & anniuersario, post decessum meum, vno quoque anno celebrando. Cuius rei testes sunt *Guarnerius* Abbas, *Amalricus* Decanus, *Gozelinus* Archidiaconus, *Girardus* Archidiaconus, *Germundus* præpositus, *Bernardus* eiusdem loci præpositus, & Thesaurarius. Acta sunt hæc *Gregorio* Papa existente, *Philippo* regnante, *Stephano* Cancellario dictante.

QVIA constat, Dei Ecclesiam ex decreto beatorum Apostolorum, & aliorum sanctorum Patrum constitutam fuisse, nostrosque antecessores & cumtemporaneos, cupientes viciorum suorum sordes elimare, & ipsorum Apostolorum, post huius temporalis vitæ discessum, consortium obtinere, per plurima bona dedisse; idcirco ego *Odo* Dux *Burgundiæ*, multa pertractans de fragilitate meæ naturæ, videns me, nisi ob benefacta, ad mansionem cælestis patriæ non posse remeare, pro remedio animæ meæ, & omnium parentum meorum, militantibus in Ecclesia B. Stephani Diuionensis, partem meæ hereditatis dedi, donatumque in perpetuum esse volo, vt positus in extrema sorte, Domino secure possim dicere. *Tu es qui restitues hereditatem meam mi.* Quod donum tam futuris quàm præsentibus volo notificari. Dedi namque ipsis prædictis Canonicis, ius in omnibus meis siluis, quæ ad Ducatum pertinent, vel ex paterno, siue ex materno iure michi remanserunt, ad ædificandas domos, & omnia Ecclesiastica necessaria, glandumque ipsarum siluatum ad pascendos centum porcos. Quod donum, quia certius & firmius volui constare omni tempore, & ne aliquis meorum successorum posset contradicere, & contradicendo destruere.

Eudes premier Duc de Bourgogne, commença à regner l'an 1078.

QVONIAM diminutæ sunt veritates à filiis hominum, humanumque genus constat esse lubricum, æternæ memoriæ futuræ posteritatis est traditum, quod domnus *Aymo de Tilocastro*, pro suæ animæ atque suorum antecessorum remedio, Ecclesiam sancti Florentij, quam diu iniuste tenuerat, sancto Stephano Diuionesis Ecclesiæ reddidit, cuius possessio iusta fuerat, vxore sua *Leugarde* promptissima mente laudante, nec non filio suo *Aldone*. Deinde aliquanto interiecto tempore, domnus *Aldo*, modo dicti *Aldonis* filius, diuino motui animi visitatus, timens esse sub anathemate, atque auidus æternæ gloriæ, reddidit Ecclesiæ sancti Florentij, capellam de *Tilocastro*, vnde iniuste mutilata fuerat, laude atque pio suasu domni *Roberti* Lingonensis Ecclesiæ Episcopi, de quo ipse in feodo tenebat. Factum est itaque hoc donum à domno *Aldone*, absque vlla controuersia, concedente eius vxore nomine *Florida*. Regnante *Philipo* Rege in Gallia, ac existente *Odone* Duce in Burgundia, germano videlicet supradicti Pontificis, qui vt de suo voto satisfaceret, domnique *Aldonis* petitioni non defuisset, hanc cartam firmauit in Lingonensi capitulo, illosque excommunicauit in plena synodo, qui hoc munus sempiternæ recompensationis, Ecclesiæ sancti Stephani sanctique Florentij auferrent, seu in aliqua parte sui diminuerent: Et respondit omnis synodus, Amen. Præsul *Robertus* sanxit, dictauit *Humbertus*, & scripsit *Galo* procerus *de Gibriaco*. Quod domnus *Obertus*, ac memoratus *Aldo*, sancto Florentio concesserunt, quicquid adquireret infra suum ius, ac tenementum; confirmauit idem *Robertus* Lingonensis Episcopus, eo modo quo superius.

TAM præsentibus, quàm futuræ posteritati notificetur, domni *Aldonis de Tilocastro*, eiusque filij *Oberti* tempore, homines de *Aqueductu*, *Humbertum* videlicet, atque fratrem eius *Rodulfum* nomine, Ecclesiam sancti Stephani Diuionen-

sis, in pace & absque vlla controuersia tenuisse; sed postquam *Aldo* supradicti *Aldonis* filius in Castrum successit, *Bencelini* Canonici, & *Acharini* militis instinctu, suprafatos homines calumpniari cœpit, habens hanc inutilem & cassam rationem: fuit, inquit, mulier quædam *Humberti* & *Rodulfi*, *Aina Ermengardis* nomine, ancilla mei patris, de causamento Episcopi Lingonensis Ecclesiæ. Hac de causa tandem, apud *Tilecastrum*, placitum constitutum atque diffinitum, est per manum *Odonis* Ducis Burgundiæ, atque eius fratris, Episcopi scilicet modo fatæ Ecclesiæ. Quid plura? ventum est ad placitum, Canonici campionem paratum habuerunt, iurauit illam *Ermingardam*, quam domnus *Aldo* calumpniabatur, & per illam suam sobolem, semper sancti Stephani ancillam fuisse. Non fuit qui iurata contradiceret, armauit se, nec fuit qui obuiaret. Igitur domnus *Aldo* sancto Stephano concessit, quod sibi iniuste vsurpare volebat, malis instigatoribus cum pudore remeantibus ad propria. Huius rei testes existunt Canonici, *Galo*, *Arnulfus*, *Galterus*, *Vuarnerius*, *Claudus* Et milites Diuionenses, domnus *Humbertus*, & *Teodericus* frater eius, *Almardus*. Et de *Tilecastro*, *Olgerus*, *Robertus*, *Oldelis*, *Hugo*.

TERRAM quam *Oldierius* & *Romestanus* sancto Stephano dederunt apud *Corcuam*, pro animabus suis, concedunt Canonici sancti Stephani Diuionensis Ecclesiæ, *Eiberto* & *Tebaudo* mansuras infra villam; tali pacto, quod per singulos annos, ad natiuitatem Christi, Canonicis persoluant VI. panes & V sextarios vini, & V. capones: vineas autem & prata vbi sunt & vbi fuerunt, ad medietatem ædificabunt, ad opus Canonicorum. De terra vero arabili, tertias Canonicis reddent. Ad supplementum autem supradictarum mansurarum concedunt eis vnum campum iuxta *Constantij* mansum, & infra terram sancti Benigni situm; sub tali conditione, vt si ibi vineam ædificabunt, teneant ad medietatem, ad opus Canonicorum: & in concanbio illius campi, habeant in fine vnum iornalem terræ arabilis. Iterum concessum & confirmatum est, quod si illi Canonicis de terra, seu de terræ redditibus iniuriam fecerint, siue alter alteri, non ab alio iustitiam postulabunt, sed per magistrum Diuionensis Ecclesiæ se iustificabunt. Quod si has supradictas conuentiones adimplere recusauerint, per XV. dies ad emendandum expectabuntur, & nisi infra XL. dies emendauerint, expletis XL. diebus, terram sine omni recuperatione perdant. Huic pacto interfuit ex parte Canonicorum *Guschelinus*, *Vuido*, *Vualterius*, *Almardus* præpositus Diuionensis, *Oldemarus*, *Eldierius*, *Petrus*, *Constantinus*. Ex eorum parte interfuit *Mauricius* Sacerdos, *Aymarus*, *Vuibertus*. *Humbertus* Gramaticus scripsit.

AD memoriam futuræ posteritatis scriptum traditur, quod *Odo* Dux Burgundiæ, prauæ suasionis instinctu, de rebus *Rodulfi de Dumeto*, semel sibi vsurpauit, sed mox iniuriam cognoscens, iniusti facti pœnitens, pro requie suæ animæ & antecessorum suorum, *Rodulfum* suis rebus immunem & liberum, S. Stephano concessit habere in perpetuum. Huius rei testes infra annotantur tam Canonici quàm milites. Canonici, *Paganus* Decanus, *Durannus* Cantor, *Humbertus* Gramaticus, *Galterus*. Milites, *Hugo* Dapifer, *Aymo* Diuionensis, *Acardus* Castellionensis, *Vuido* præpositus, *Balduinus* Camerarius.

AD memoriam futuræ posteritatis est traditum, quod *Vuilelmi* Comitis tempore, *Vuido* maior de dolio S. Stephani, terram apud *Creceiacum* sitam, & homines in ea habitantes, calumpniari & iniuste tractare cœpit. Propter quam iniuriam supradictum Comitem Canonici adierunt, ibique, & in eius & suorum Principum præsentia, causam suam diligenter tractauerunt. Qua bene ex vtraque parte ventilata atque discussa, fuit cognitura, quod Comes *Vuilelmus*, vel

quilibet alter, excepto sancto Stephano dumtaxat, nec ius, nec consuetudinem, nec vsuale, in ea terra, nec in hominibus in ea habitantibus habebat. Ita quod *Albertus de Folcherens* voluit ostendere ita esse, vel iureiurando, vel pugnando. Et hoc monitu domni *Vuidonis*, & fratris eius *Raynardi*, faciebat; de quorum antecessoribus ista terra sancto Stephano remanserat. Tamen de quodam libero homine, qui supradicti *Vuidonis* terram deseruerat, & ad mansum sancti Stephani se contulerat, iudicatum fuit, quod medietatem census eius debebat habere, & sanctus Stephanus reliquam partem cum rustico retineat. Igitur Comes, & *Vuido*, de facta iniuria valde pœnituerunt, & pœnitendo, indulgentiam à Canonicis expetierunt, & ne vlterius tale quid fieret, Deo & sancto Stephano vouerunt.

APVD villam *Carlam*, dedit *Vualterius* miles, vnum mansum, cum terra arabili, & pratis, & siluis, & seruis in eadem Barrochia. Apud *Iz* villam dedit *Emmalricus* miles, ex parte *Rarery* III. iornales terræ arabilis, pro anima filij sui *Vualterij*, quem occiderunt milites de *Monte Saluio*: & apud *Corcellas* in silua, dedit idem I. mansum cum terra arabili, & pratis, & siluis, & vnam ancillam nomine *Aldem*. *Ponzo de Bargas* dedit sancto Stephano Protomartyri I. mansum de grauerio apud *Bargas*, & *Osanniam* filiam *Mariæ* de platea. S. *Duranni* Cantoris, *Magnery* C. ex parte ipsius *Vuirrici*, *Luciæ* vxoris proconsulis, S. *Erlebaudi* parui, & vxoris eius.

STEPHANVS *Diuion.* dedit B. Stephano, pro remedio animæ suæ & parentum suorum, campum ante suam portam. *Siliciaco*, dedit suum maximum pratum, & campum desuper, & mansum de *Perario*, & terram sibi pertinentem. Apud *Quintiniacum*, dedit *Aldierius* III. iornales terræ arabilis, II. iornales & dimidium in duo prata, alium dimidium super *Criceium*. Et hoc fecit pro anima patris & matris, & hoc ad laudem *Hugonis de Marceio*, & suarum sororum. Teste *Garnerio* præposito, & *Odone de Manerio*, & *Bernone* Presbytero, & *Otranno*, & *Girardo*. Et pro *Berengario* fratre suo dedit I. iornalem apud *Musum villarium*.

MONTE FONTEANELLO iornalem I. in fine *Saloni*, in summitate montis, iornalem I. in fine *Bargis* iornales II. Apud *Dumes* habet sanctus Stephanus mansum I. de primis donis. Apud *Dumeam* villam, dedit *Iocelinus* sancto Stephano I. mansum cum vineis, & campis, & pratis, & seruis vtriusque sexus, in fine supra *Vuauram* terræ ipsius mansi adiacente I. iornalem. In *Crays* dimidium, in vinea *Belesem* dimidium iornalem, in parua dimidium iornalem. Ad *Quarteum* I. iornalem, ad *Solium* iornalem, in *Tasnerias* II. iornales, in via sancti Antonij I. iornalem, apud *Vulpeam* I. iornalem, vnum iornalem in *Charel*. In fine vltra caminum III. iornales, iuxta terram *Acardi*, ad campum *Iscujulium* I. iornalem. Ad semitam *Parriniaco* I. iornalem: in *Cassaneis* II. & dimidium, ad *Spinam* I. iornalem, in *Cunba* duos iornales, in *Alusia* II. iornales. In eadem villa, dedit *Vuido* sancto Stephano I. iornalem vineæ, & I. iornalem terræ arabilis. In eadem villa dedit in *Crais Arrius* sancto Stephano dimidium iornalem, & duas operas vineæ, & IX. iornalia terræ arabilis. In eadem villa dederunt & vendiderunt *Berno*, & *Eldierius*, & mater eorum *Raynoldis*, & filia eius *Eldesindis*, sancto Stephano, duas operas vineæ in clauso *Iocelini*, accipientes à quodam Canonico nomine *Benigno* VI. solidos denariorum. Testes *Humbertus* anxius, & *Iohannes*. Item in eadem villa dedit *Hugo* S. Stephano dimidium iornale in clauso *Iocelini*. Apud *Bargas*, ad *Folcimagnam*, habet S. Stephanus vnum mansum cum vinea. Apud *Bargas*, *Monondus*, & *Eldierius*, & *Hugo*, tres fratres, & *Robertus* filius *Eldiery*,

dederunt sancto Stephano vnum mansum cum vinea. In eadem villa, dedit *Odo*, in *Preis*, sancto Stephano, vnum iornale terræ arabilis, & 1. iornale in pratis. In eadem villa & termino *Salaon*, dedit Sacerdos *Teubaldus* sancto Stephano 1. iornale terræ arabilis, & vnum iornale in pratis. In eadem villa dedit *Oa* sancto Stephano, duas operas vineæ. In eadem villa, ad *Noerium*, dedit Clericus *Iarlannus* sancto Stephano, vnum iornalem terræ arabilis. In eadem villa, dedit *Retruda* 1. mansum sancto Stephano. In *Folcimagna* dedit *Bono*, sancto Stephano, medietatem vnius mansi, & in prædicta villa totam hereditatem partis suæ. In eadem villa, in vico *Bonaldi*, dedit *Vualterius* 11. operas vineæ. In eadem villa in *Verneo* dedit Protomartyri *Andreas* 1. operam vineæ. In termino *Saloon*, in *Fontenello* monte, dedit *Vualterius* 11. iornales terræ arabilis : in *Montiolo* 1. iornale : in eadem villa, ad plantam *Alcbery*, dedit *Vuido* 1. operam vineæ : in extremitate vici *Bonaldi*, dedit *Berco* dimidiam operam vineæ. Apud *Saloon* dedit *Humbertus* miles Protomartyri Stephano 1. mansum, cum vineis, & campis, & siluis, & omnibus consuetudinibus, alio nemini aliquod seruitium debent. Apud *Bargas*, in fine *Folcimagna*, terræ ipsius mansi dimidium iornale iacet. In termino *Idumeo*, apud *Praelem*, tertia pars 11. iornaliorum habetur. Ad vineam *Vuarum*, tertia pars vnius iornalis. Ad *Carmel* 1. iornale : in eodem termino, iuxta *Censons*, terræ tertia pars, quæ est sita infra terram sancti Baudelij & sancti Mammetis, prædicto manso pertinet, & à terra sancti Petri, vsque ad caminum, tertia pars : in termino *Coche*, ad *Graueriam* 1. iornale : in termino *Cauenniacho* ad pratum mansi, 1. dimidium iornale : in termino *Fisciniaco*, ad villare 1. iornale, *Cassanolia* siluæ tertia pars, quæ est sita infra terram sancti Benigni & sancti Mammetis, & vsque ad caminum : de *Noa* silua tertia pars. Dimidia silua de campo *Gilranni*, prædicto manso pertinet. In *Probencheria*, medietas, terræ, quæ sita infra terram sanctæ Mariæ & sancti Marcelli, ad *Cannellum* 1. iornale habetur. In vallem dimidium in omnibus terminis & libris supranominatis, in siluis & campis, absque manso, & absque 1. dimidium iornale de eadem hereditate, quam partiebantur cum *Humberto*, dederunt *Vuarnerius*, & *Eldesendis* vxor eius, & *Landricus* filius eorum Protomartyri, tantum similiter, quantum *Humbertus*, accipientes à Canonicis loci ipsius xxv. solidos nummorum. Testes *Benignus* Canonicus, *Robertus* Canonicus, & *Hugo* Canonicus, *Latone* Abbas, *Ricardus* Laïcus, *Giraudus*. In eadem villa, dedit *Arbertus*, in *Vala*, Protomartyri, dimidium iornalem. Apud *Saloon* sub terrorem, dedit *Lebrannus*, medietatem partis suæ hereditatis, in manso, in campis, & vineis, & pratis, & consuetudinibus.

KALENDAS Iulias, feria vi. donauit *Robertus* Dux, & vxor sua *Hylia*, sancto Stephano, monetam de *Diuion*. Et donauit in vestitura denarios xv. & dimidium. S. *Bacut*.

AD vineas *Retrudis*, dedit *Aymo*, quidam reusticus de *Quintiniaco*, sancto Stephano, 1. petiolam vineæ iuxta viam, ex parte *Parciniaco*. Apud *Giure* dedit *Anna* vxor *Humberti* militis, pro *Humberto*, & filiis suis, *Eustatio*, & *Theoderico*, sancto Stephano, in campo *Aruei*, v. iornales vineæ : in termino *Grison* in *Charua*, dedit dimidiam operam vineæ : in vineto 11. operas : in vinea *Sumbardesca* 11. operas vineæ : in *Praelis*, duas operas bipartitas : in *Causalo Adrual* 1. operam. In *Giure* dedit in vinea, *Barniant*, fœmina *Letuisia*, Protomartyri 1. iornale : in eadem villa in *Crays* dedit *Auldus* Canonicus 1. operam, & in villa 1. curtille. Igitur in eadem villa, paulo superius nominata emit *Vualterius*, & *Benigna* eius coniux, duas operas vineæ, in loco qui vocatur *Vinetus*, de *Ricardo* & *Gondrada* vxore sua. Mortuo autem *Vualterio*, & paulo post *Andrea* eius filio, dederunt *Benigna* supramemorati coniunx, & *Galo* illorum filius, easdem vineæ operas Ecclesiæ al-

mi Protomartyris Stephani Diuionensis, pro redemptione animæ viri sui, & pro loco sepulturæ prædicti *Andreæ*. In termino *Griscon*, dedit *Teburgia* in vineto Protomartyri dimidium iornale vineæ : in eodem termino dedit *Eldierius* in *Charux*, Protomartyri II. operas vineæ. Item in *Charux* dedit *Erminrea*, pro filia sua, cuius hereditas erat, dimidium medietatis vnius iornalis apud *Briscon*: in *Causalis* dedit Canonicus *Ornadus*, pro vxore sua, cuius hereditas erat, almo Stephano, vnam operam.

Terra sancti Stephani, vltra *Bassum* Montem, ad pratum aceris IV. iornales. Terra *Humberti Deshcherrus*. Hinc & terra *Milonis* de *Bellemonte* inde: item in *Mancino* III. iornales: in prato de *Craas* II. secturæ: in *Noa de Saluaniaco* IV. secturas: in *Chimino* IV. iornalia: apud *Vrgeolum*, mansus *Nerduini* calicis: apud *Chasniacum* III. mansi de terra *Hugonis Capeti*, cum IV. iornalibus, & cum I. prato ad ipsos mansos pertinentibus.

In prato dumi quarta pars.

Hoc pertinet ad Abbatiam sancti Stephani, Ecclesia de *Cootchiaco*, & duæ capellæ, vna de *Marcenniaco*, & altera de *Patriniaco*, & Ecclesia de *Vuarua*, & terra de *Acellis*, & quicquid ad eam pertinet. Et ad *Pruniaco* mansum I. ad *Curtebetoni* mansum I. & terra de *Renanis*, de *Chtigis* mansum vnum, & homines de *Verrangas*, & capella de *Corthamo*.

Hæc est terra sancti Sthephani, sita in confinio de *Missiniaco*. Ad campum de *Spina* III. iornales: in *Elual* V. iornales: ad *Stultum Vuilensti* IV. iornales.

In campo de *Grofileto* VII. iornales, ad *Vinetum* II. iornales: in campo *Grimandi* I. iornale: ad campum *Buhud* I. iornale. De terra *Iezum* II. Olechias.

Ad *Pirum* III. iornales : ad campum de *Noerto* VI. iornales: in campum *Mulchis* III. iornales : de terra *Constantini* portarij II. iornales: in campo de *Aserau-lo* VIII. iornales.

In *Aquosis* III. iornales, & in eodem loco I. iornale separatum : in campo de *Puseolis* VIII. iornales: de terra quam *Oldemarus* dedit pro matre sua, I. iornale: de terra *Arranni* II. iornales: ad *Exclusam* X. iornales : in *Planchia Bernardi* III. iornales, apud *Cauaniacum* III. iornales.

Hæc est terra ad secretarium pertinens : apud *Cromaium*, in *Craio* de *Pomerio* V. iornales: in calmo de *Fucistellis* dimidium iornale : in *Crais de Craori* I. in *Crais* de *Corilo* II. in *Golgonna* II. in *Triseris* II. in fine de *Vlmo* III. in fine de *Quintiniaco* II. in fine de *Acerno* I. ad fontem *Vlmi* I. in *Craio de Runtia* I. ex alia parte villæ, in *Albura* de tali III. in *Mortua aqua*. II. in *Pirrerio* II. in *Vallis* III. in *Rua Bernonis* I. in *Canaderio*, & in magno campo, & in *Vinerio* fit I. Hæc est terra sancti Stephani in *Ast*, in confinio sancti Apollinaris, adiacens mansus vnus de terra *Constantij Celebran* apud sanctum Apollinarem, iuxta furnum qui est in terra sancti Stephani, inter terram sancti Leodegarij, & sancti Petri dimidium iornale, in campo *Iotram* II. quæ dedit *Romestanus*, & *Vuido* filius eius in campo *Aignurij* I. ad campum de *Corilo* I. quod dedit *Ermenrea*: in eodem I. quod dedit *Theodericus*, ad fontem *Cogneth*. I. de Maria: in eodem I. de *Theoderico Franco*: in eodem I. de *Roberto* de sancto Martino: in campo de *Gulata* I. & pratum ad *Capud*: in campo *Alimari* I. propter *Mariam Grossam* : in *Albinis* de *Tasueris* II. quæ dedit *Albricus*: ad fontem *Britonis* I. de *Ermenrea* adiacens terræ *Theoderici*: in *Crais* super *Tastieri* III. propter vxorem *Amarici*. Ecce XVI. iornales & dimidium.

Hæc est donatio hereditatis, quam dedit *Humbertus*, filius *Aaldi*, sancto Stephano adiacentem, in locis infra scriptis, scilicet iuxta montem *Burgis* tres partes vnius iornalis : in *Clauso* de *Salidos* dimidium iornale: in fine *Saloon* II. iornales de hereditate *Sicberij*: in *Longo Campo* I. iornale : ad boscum *Enralo* I. iornale, de quo medietatem dedit *Berardus* sancto Stephano. Si quis hoc contradixerit, anathema sit.

In villa quæ dicitur *Cortanico*, mansum vnum : in campo *Gensuerij* I. iornale: in campo *Morense* IV. iornales: in ipsa fine iornaliorum XX.

In fine *Vgunerij* iornales IV. de pratis duas secturas : in *Longisame* iornale I. in *Vezoza* II. iornales : in fine *Polsaco* iornales XII. in fine *Moncello* iornales VIII. Hæc est terra in villa *Silciaco*, in fine ipsius, in prato *Dodoni*, *Enricus* donauit sancto Stephano iornales II. de terra arabili, de vxore sua iornales II. in fine *Varennis Albricus*, pro vxore sua III. in fine *Ponpetra Remigius* pro infantibus suis iornalem I. & dimidium : in fine ipsius villæ *Lilia* I. iornalem : *Teuricus* iornal. I. *Eldear* iornalem I. de *Ricardo* iornales III. item in *Braia* fine, vnum iornalem de *Constantino*, *Silciaco* & *Merulo* iornales III.

In *Merula* villa, de *Valdrico* & suo filio, iornales III. de *Culardo* iornal. I. de *Stephano* iornal. III. de *Oldear* defuncto iornal. I. de mancipiis sancti Stephani de *Berto* iornal. I. de *Aldo* iornal. I.

Sufisi..us, *Varinus*, & eius vxor *Susfia*, *Durannus*, & sua vxor *Eldiburgis*, *Consued.s*, & *Maineldis*, *Simeon* testis illorum, & pueri ipsorum.

Hæc est donatio per quam supradicti homines tradiderunt *Vuarnerio* præposito, terram quam habebant in villam *Sampaniaco*, in loco qui dicitur *Cumbis*, scilicet quantum duobus sufficit operariis.

Donatio quam fecit *Rodulfus* Canonicus, de suo beneficio, sancto Stephano, in villa *Fartiniaco* mansum I. & de altero manso, petiola vna, & de tertio manso petiola vna, in *Vignolis* de vinea vna opera, in desertum. S. opera, ad Casnum opera vna ad clausum *Roberti*.

IOFREDVS miles, dedit Protomartyri Stephano Diuionensi, apud villam quæ vocatur *Bayssés*, mansum vnum, & seruum, nomine *Vualonem*, cum filiis & filiabus suis, ita generatos, quemadmodum illos quos erat geniturus; nichilominus omnia ad præscriptum mansum pertinentia, videlicet prata, siluas, terras cultas & incultas, aquas, & decursus aquarum, & per lignum fecit donationem.

MANIFESTVM fieri volumus, quod *Ebrardus Tornalauda* seruus S. Stephani, *Auelinam* villicam dedisse: in vxorem accepit. Prædictus *Ebrardus* vnum filium ex alia vxore habuit, & *Auelina* vnam filiam ex alio coniuge. Isti duo tanto illicito amore se dilexerunt, quod filius *Ebrardi*, *Galo* videlicet, promisit se ducere in vxorem *Amelinam* filiam *Auelinæ*, si eius voluntatem vellet adimplere; cuius verbis illa conuenienter respondit, hoc nunquam se facturam, nisi cum iuramento confirmaret quod dixerat, teste audiente. Ille vero, hoc audito, iuramentum fecit, teste *Engerranno* cognato eiusdem, vt maritali copula iungerentur. Filiam habuerunt; quod parentes mulieris graue ferentes, illum interficere voluerunt, qui etiam iusiurandum distulit Antequam vero, quod ille compertens se ducturum eam in vxorem legaliter promisit, si libera posset fieri. Hoc parentes mulieris audientes, & frater eius *Arembertus*, laborauerunt vt fieret libera à seruitute domnæ *Annelinæ*, quæ Deo & beato Stephano illam in pace concessit, filiis suis laudantibus *Galone*, *Vuirrico*, *Hugone*, *Aimone*; filiam vero quæ de incestu orta est, sibi retinuit. Hoc vt superius præmissum est, factum fuit in claustro sancti Stephani, coram Canonicis eiusdem Ecclesiæ. S. *Benigni*, *Eusebilini*, *Arnulfi*, *Odonis*, *Humberti*, *Valterij*, *Burtot*. Item *Vualterij*, *Duranni*, *Odemari*, *Arberti*, *Sauerich*.

Don par Girard, à S. Estienne de Diion.

NOTVM sit omnibus, tam futuris quàm præsentibus, quod ego *Girardus*, dono beato Stephano Diuionensis cœnobij, ad mensam fratrum, quandam ancillam nomine *Engeltrudam*, pro remedio animæ meæ, & parentum meorum, laudantibus filiis meis cum matre eorum, *Anna* scilicet, *Vuidone* Clerico, *Humberto* milite, *Teoderico* milite, *Teobaudo* milite.

NOTVM

NOTVM sit omnibus, quod *Ricardus* miles, cum vxore sua nomine *Sibilla*, quicquid in *Lanberto*, & in omni progenie *Gonterij* patris sui, iuste siue iniuste calumniabatur, sancto Stephano concessit, & pro *Rodulum* donum fecit ex parte sua, astante & laudante *Milone* suo patre, & *Odone* de *Escherio*, & *Ricardo* famulo suo. Astantibus vero Canonicis *Vuidone* Archidiacono, *Pagano* Decano, *Duranno* Cantore, *Humberto*. Et de familia, *Petro, Rodulfo*, *Humberto*.

ANNO millesimo nonagesimo VIII. Dominicæ Incarnationis, indictione VI. domno & serenissimo *Philippo* in Galliis imperante, facta est synodus in sancta Lingonensi Ecclesia, præsidente in ea reuerendissimo Episcopo *Roberto*, cum Religiosis, Abbatibus, & Clericis, nec non Canonicis eiusdem. Cum supradicta sancta synodo consilium cepit, qualiter res sancti Stephani Protomartyris Diuiouensis Ecclesiæ, nimium anichilatas, in melius restaurare posset. Impertiuit Canonicis ipsius Diuionensis Ecclesiæ, qui in ea Deo famulari solebant, quasdam res: & vt ibi perpetuo, sine alicuius diminutione, vel subtractione, permanere possent, scripto suæ auctoritatis confirmauit. Quæ res sunt sitæ in pago *Diuionensi* & *Oscarensi*, iuxta castrum Diuionense, in villa quæ dicitur *Aqueductus*, capellam cum paratis & eulogiis. In villa quoque *Quintiniaco*, & *Filiciaco*, dedit supradictis Canonicis, capellas & paratas, & quæcunque ad ipsum pertinebant. Insuper & quicquid habebat in Ecclesia sancti Michaëlis, quæ sita est iuxta muros ipsius castri, & in Ecclesia sancti Stephani Protomartyris, quæ est intra muros, necessitatibus eorum largitus est. S. *Gulemi* Archidiaconi, *Gocelini* Archidiaconi, *Emmalrici* Archidiaconi, *Varnery* Archidiaconi, & Abbatis eiusdem loci. S. *Vidonis* Archipresbyteri. Année 1098.

AD memoriam posteritatis est prænotatum, quod *Petrus malus Respectus, de Mirebello*, calumpniam quam habebat in Ecclesiis sancti Stephani Diuionensis, in illa scilicet de *Marcennaco*, & de *Copiaco*, & de *Parriniaco*, dimisit Deo & sancto Stephano, & Canonicis sancti Stephani, pro amore Dei, & pro animabus antecessorum suorum, & pro remissione suorum peccatorum. Insuper terras quas habet Ecclesia sancti Petri de *Varua*, concessit idem *Petrus*, Canonicis sancti Stephani Diuionensis eodem modo habere, quomodo apud antecessores suos habuerant melius. Præterea receptam quam *Raimundus* habet ab illo, in Ecclesia de *Varua* concessit illis, si Canonici laudem *Raimundi* vel heredum suorum habere possent. Et ex parte *Petri* sunt testes *Rocelinus de Lanfridicurte*, & *Gerbertus de Varua Sella*, & *Hugo Rufus de Mirebello*. Et ex parte Canonicorum, *Gocerandus* Cabilonensis Lingonensis Archidiaconus, & *Theodericus* miles, & *Hugo* miles, & *Guido Arnaldus*, & *Guido* Camerarius Ducis. S. *Garnerij* præpositi, S. *Galonis* Abbatis Latonensis, S. *Pagani* Decani, S. *Arnulfi*, S. *Garnerij* Canonici.

DONVM quod domnus *Gocelenus*, Clericus, sancto Stephano dedit apud *Dumetum*, in *Rodulo*, cum aliis donis habetur scriptum: sed quia hoc donum quod *Gocelinus* modo dicto Martyri fecerat, post innumeros annos *Andreas*, *Humberti* Clerici filius, cœpit calumpniari, quomodo sit definitum, his notulis placuit tradere memoriæ futuræ posteritatis. Iudicatum namque est apud *Vlmum* de *Cochiaco*, domno *Fulcone de Malliaco* iuste iudicante, quod si homo sancti Stephani sane posset iurare quod melius ius sanctus Stephanus habebat pro dono *Gocelini* Clerici, in eis quod *Andreas* calumpniabatur, quam *Andreas*, pro aliquo iure quod reclamare iustum erat; quod Ecclesia sancti Stephani diu pos-

sessa possideret. Hoc iudicium legitimæ & autenticæ personæ confirmauerunt. Ex parte Canonicorum *Stephanus*, *Aymo*, *Almardus*, milites, *Galo*, *Galterus*, *Arnulfus*, Canonici. Ex aduersa parte *Vuido Grassus*, *Odo de Nuilliaco*, *Vergiacenses* milites. Facto itaque iudicio, & ab vtraque parte bene corroborato, *Oldemarus* Canonicorum minister, in manu *Andreæ* voluit probationem ponere. Ipse autem noluit recipere, posuit in manu Canonicorum, ibidem voluit iretrahere. Huius rei sunt testes denotatæ personæ.

SCIANT omnes præsentes quam futuri, *Varnerium* scilicet de *Cortarnium*, cum *Vualterio* nepote suo, ob remedium animarum suarum, omnem calumpniam acceptis dimisse Canonicis, quam faciebant in molendino de *Culma*, acceptis inde tamen, de bonis Ecclesiæ, XII. solidis.

AD memoriam futuræ recordationis, Canonici sancti Stephani Ecclesiæ Diuionensis annotare procurauerunt, quod domnus *Hugo Rubeus* cum vxore sua, nomine *Elisabeht*, benigna mente conpensare, donum quod domnus *Vuido de Porta*, Canonicus videlicet Lingonensis atque Diuionensis Ecclesiæ, de Luco de *Sauiniaco*, pro requie animæ suæ, & pro requie antecessorum suorum, sancto Stephano sanus & incolumis fecit, & in suo obitu confirmauit. Concesso hoc dono apud *Tile Castrum* supradictus *Hugo* cum vxore sua, nepte scilicet antefati *Vuidonis*, donum super altare sancti Florentij fecit, ita quod nichil sibi, nec cuiquam retinuit. S. Canonicorum, *Duranni* Præcentoris, *Pagani* Decani, *Humberti*, *Arnulfi*. Et de familia Canonicorum, *Durannus*, item *Durannus*. *Petrus Folium*. S. militum *Roberti*, *Odelrij*, *Vuidonis*, *Amarici*, *Pagani*, & cæterorum.

NOTVM sit tam futuris quam præsentibus, quod domnus *Theodericus*, miles, in villa quæ dicitur *Noruas*, sancto Stephano vnum mansum concessit, quo postea videlicet manso ipsius eiusdemque filius, videlicet *Stephanus*, super calumpniam omnium Canonicorum iniuste accepit. Ad vltimum vero contigit, quod isdem *Stephanus*, Præpositum Diuionensem, scilicet *Odonem*, de Monasterio beati Protomartyris, vt dicebat reuertentem, interfecit; pro quo delicto mansum supradictum Canonicis dereliquit, & quod in ipso ceperat, ad placitum ipsorum Canonicorum plenarie restaurauit.

AD memoriam præsentium, & posteritatis futuræ, est annotatum, quod *Hugo* Dux Burgundiæ, filius *Odonis* Ducis in Iherosolimitano exercitu mortui, feriam sancti Benigni, nec non & mercatum de terra sancti Stephani, in qua fuit ab antiquo tempore Ducum & Regum, voluit transferre in claustrum, in vicum sancti Iohannis, instinctu Burgensium, & vtilitate eorum. Propter quam iniuriam, Canonici ad Ducem venerunt, super hoc quod facere moliebatur, apud eum conquerentes, & deprecantes, ne malo consilio impulsus, tale quid faceret, vnde suis temporibus Ecclesia sancti Stephani detrimentum pateretur, quæ suis antecessoribus in maxima reuerentia & honore habebatur. Tandem Duce verissimis rationibus suam iniustitiam atque prauum consilium agnoscente, multis precibus militumque suffragio, Canonici apud eum impetrauerunt, quod supradictam feriam, vel quamlibet aliam feriam quandoque fortasse futuram, nec forum de loco suo, id est de terra sancti Stephani amplius remoueret. Istud etiam concessit, quod Ecclesia sancti Stephani suos vsus, suas consuetudines, suos tenores haberet sicut vnquam melius tenuerat suorum

prædecessorum tempore, & ea die tenebat. Testes huius rei sunt *Vuarnerius* præpositus eiusdem Ecclesiæ, & *Galo* Abbas Latonensis, & *Guido* Decanus Diuionensis, & *Manerius* dapifer, & *Durannus* præcentor, & *Arnulfus*, & cæteri fratres. Et ex parte Ducis, *Vuido Rufus de Monestello*, & *Gallerannus de Monte Regali*, & *Aimo de Porta*, & *Aimo* frater *Galonis* Abbatis, & *Huo* Cantor, & *Verricus*, & *Hugo* filius *Alenardi*, & *Hugo de Bessua*.

AVCTORITATE diuina statutum est, vt consuetudines prauæ, quæ ab antecessoribus super sanctuarium Dei iniustè sunt positæ, iudicio fidelium Christianorum deleantur: quapropter ego *Hugo* Dux *Burgundiæ*, pro remedio animæ patris mei *Odonis*, laudante fratre meo *Henrico*, concedo, & do beato Protomartyri Stephano, & fratribus sibi seruientibus, *Dominicum*, & fratres suos *Vuidonem* & *Arlebaudum*, cum vxoribus eorum, & filiis & filiabus, & *Otbertum*, & *Doonem*, & *Vlbertum*, filios scilicet *Areti*, cum vxoribus eorum & filiis & filiabus, & quicquid in potestate *Aqueductus* habebam, & *Marecalcian*, & *Brenneriam*, & agrorum percursum & iustum & iniustum. Huic donationi interfuerunt, *Valo* Abbas Latonensis, & *Vuido* Decanus, & *Durannus* Cantor, & cæteri fratres. Ex parte Ducis, *Theodericus* miles, & *Milo de Froleio*, & *Aimo*, & *Odo* præpositus, & *Hugo* filius *Iocelini*, & *Vldemarus*, & *Vualterius*, & *Milo* dispensator.

HVGO Dux Burgundiæ confirmauit donum quod antecessores sui fecerant Ecclesiæ sancti Stephani Diuionensis, scilicet vsuarium in nemoribus quæ pertinent ad potestatem sancti Iuliani, omnibus modis. Insuper vero & vsuarium in nemoribus apud villam *Roboris*, & apud *Argiliacum*, omnibus modis, laudante *Odone* fratre suo. S. *Raynerij* Dapiferi, S. *Hugonis* præpositi sancti Iuliani, & *Olrici* præpositi Diuionensis. Et ex parte Canonicorum, S. *Bernardi* præpositi, S. *Benigni*, S. *Fulconis*, S. *Galterij*, S. *Duranni*, S. *Tetberti* Laici, S. *Eldierij*, S. *Stephani* militis, S. *Guidonis* militis.

HVGO Dux Burgundiæ concessit Canonicis Diuionensibus, pro anima patris sui & antecessorum suorum, hoc quod ipsi tenebant in tempore patris sui & antecessorum suorum: & insuper calumpniam quam habebat in *Lebaldo* iargonatore, prorsus dimisit. Et hoc fecit, coram *Hugone* Dapifero suo, & *Vuirrico*, & *Hugone* præposito suo, & *Pagano*, *Olgerio*, & coram *Garnerio* Diuionensis Ecclesiæ præposito, & *Galone* Abbate, & *Pagano* Decano, & *Arnulfo*, & *Duranno* Laïco.

HVGO Dux Burgundiæ, sicut in hac carta habetur, pro anima sui patris, & pro remissione suorum peccatorum, condonauit Deo & sancto Stephano, & Canonicis eiusdem loci, quod famuli sui iniuste, in *Petro de Canabis*, & *Dominico* fratre suo, filiis *Theobaldi* Hastarij, ceperant, & dereliquit calumpniam quam in eo habebant, & præcepit famulis suis, ne in supradictis fratribus, & in *Theobaldo Bubulco*, quicquam amplius caperent. Hoc autem factum est in claustro sancti Stephani. Inde sunt testes ex parte Ducis, *Hugo* Dapifer, & domnus *Raignerius* de *Castellione*, & *Hugo de Bessua*, & *Guido* Camerarius Ducis. Et ex parte Canonicorum, *Garnerius* præpositus sancti Stephani Diuionensis, & *Durannus* Cantor, & *Manerius*, & *Arnulfus*, & *Humbertus*, & *Hugo* Grammaticus, qui has litteras fecit.

SCIENDVM, quod *Hugo* Dux Burgundiæ, pro anima patris suis *Odonis* Ducis, in Hierosolymitano exercitu scilicet mortui, quicquid in *Aqueductu*, siue iuste, siue iniuste capiebat, licet nichil habuisset, sancto Stephano & Canonicis ei famulantibus, dedit; quod donum inter cætera scripta adnotatum est. Sed istud quoque memoriæ futuræ posteritatis placuit inserere; quod post istud donum aliquanto interiecto tempore, *Odo* præpositus Ducis, homines de *Aqueductu* cœpit iniuriari, infractum etiam eiusdem villæ calumpniari. Pabulum quoque de *Alneriis*, quod semper fuit illis commune, sibi vsurpare voluit. Ob istam iniuriam, propter hæc malefacta, Canonici ante Ducem venerunt, in suum thalamum vbi sedebat, proclamationem facientes. Qua audita, Dux, donum, quod pro anima patris sui fecerat, memoriter retinuit, & coram cunctis iterum confirmauit, & quicquid præpositus iniuste fecerat, inpræsentiarum correxit, ita quod nec infractum villæ, nec pabulum de *Asneriis*, nec quidlibet aliud retinuit. Huius rei sunt testes Canonici, *Galo* Abbas Latonensis, *Paganus* Decanus, *Arnulfus*, *Humbertus*, *Magnerius*. Milites, *Ranerus* Dapifer, *Aymo de Porta*, *Vuirricus*. Adhibiti sunt quoque clientes Ducis, *Hugo* filius *Gocelini*, *Paganus*, *Constantius Balistarius*, *Balduinus*, & cæteri.

MEMORIÆ posteritatis futuræ insinuare curauimus, Ecclesiam *Duismo*, oppidonis, atque possessionem sancti Stephani Diuionensis Ecclesiæ olim fuisse, & modo domni *Hugonis* Abbatis tempore, Canonicos Diuionenses Cluniacensi Ecclesiæ eam sicut nunc possidet, concessisse, eo pacto vtriusque Ecclesiæ capituli laude confirmato: quod Monachus qui *Duismensi* Ecclesiæ præerit, quinque solidos monetæ Diuionensis, aut in castro Diuione æque valentis, singulis annis, videlicet VII. Kal. Ianuarij, Canonicis supradictis reddiderit. Quod si determinatum censum statuta die persoluere neglexerit, præd[i]ctum ex vtraque parte modo bene corroboratum cassatum fuerit, nisi per inducias Diuionensis capituli retinuerit. Illud etiam in pacto habetur, quod si Monachus, de rebus quæ ad Ecclesiam pertinent, & quas modo non habet, aliquid adquisiuerit, similiter de aquisitis censum Ecclesiæ Diuionensi secundum quod Monachus & Canonici inter se concordauerint, persoluerit.

HOC pactum habetur inter Monachos sancti Benigni, & Canonicos sancti Stephani, de terra quam possidebat sanctus Benignus, in confinio *Merueilis*, ea die qua scriptæ sunt istæ litteræ. Quod Monachi medietatem decimarum haberent, & Canonici aliam partem. Sub eadem conditione tenetur terra sancti Stephani, quæ habetur in confinio *Longi vici*, exceptis quatuor iornalibus, qui sunt inter *Longum vicum*, & *Brachum*, quorum decimas omnes possident Monachi in concambio pro medietate illius campi, pro quo factum est homicidium. S. *Roberti* Episcopi, S. *Almarici* Decani, S. *Vuarnerij* Archidiaconi, S. *Stephani* militis, S. *Alinardi*, tempore domni Abbatis *Ierentonis* Monachorum, & tempore *Vuarnerij* Abbatis, Canonicorum.

DE potestate *Sauiniacensi*, inter Monachos & Canonicos habita diutissime controuersia, ac tandem, assensu partis vtriusque, finita est concordia determinata. Communes erunt Monachis & Canonicis redditus potestatis decimæ, terciæ, panastici, communis Ecclesia & mea facienda, vel instauranda, seu illuminanda, & in omni apparatu parando, quia simul accipient, simul & necessaria dabunt. Ministeriales villæ pro parte sua habebunt Monachi, quos voluerint.

Habebunt & Canonici domum, & quæ sunt domui necessaria. Infra atrium habebunt Monachi, & extra atrium, grancam, curtillum, & necessaria, & ad hæc facienda, de silua accipient quod opus fuerit, & in omnes etiam vsus suos, tantum infra potestatem, & Canonici similiter. Quod si Canonici domum, grancam, & eis necessaria, terra communis erit. Porcos in silua quot habuerint Monachi, tot habebunt & Canonici; & quot Canonici, tot Monachi: aliorum porcorum procursus communis erit. Si quid datum fuerit pro eleemosyna, his vel illis, siue emptum pecunia, ab hac die & deinceps, commune erit; si tamen ad præfatam potestatem pertineat. Si quid de silua venditum fuerit, commune erit pretium, & ab vtriusque partis ministerialibus quæretur. Si Monachi in domo sua fecerint aliquem attractum, vnde habeant pretium vel seruicium, commune erit eis, similiter & Canonici. Si ex ex eadem potestate aut alium, quod tamen ad ipsam potestatem pertinere velint, emendum quidlibet fuerit, medietatem soluent Monachi, & medietatem Canonici. Placita iusticiæ ab vtrorumque ministerialibus & communiter fienientur, & communiter accipientur. Quid plura? terræ cultæ & incultæ, siluæ, aquæ, aquarumve decursus, pascua, & omnia quæ infra prædictam potestatem sunt, vel ad eam pertinent, erunt illis omnia communia. Actum apud Diuionem, feria VI. octauarum Pentecostes, anno primo Pontificatus Papæ *Paschalis*. In præsentia domni *Ierontonis* Abbatis, sub his testibus Monachis *Ioffredo* Priore, *Hugone* Belnensi, *Roberto* Cellerario, *Herberto*, aliisque Clericis. *Valone*, *Pagano*, *Benzone*, *Vualterio*. Laïcis, *Aimone* milite, *Vuidone*, *Iocelino*, *Duranno*.

APVD præsentium, futuræque posteritatis memoriam, constet esse certissimum, domnum *Genzonem*, domni *Galonis* videlicet fratrem, alodium suum apud *Cremuliacum* situm, sancto Stephano dedisse, pro suæ animæ suorumque antecessorum requie. Hoc donum domnus *Aymo* supradicti *Gonzonis* nepos, diu irritum fecit, prædictoque Martyri per plurimos annos malitiose abstulit, sed Dei gratia inspirante, benigne resipuit. Nam, mortuo *Thoma* eius filio, memor scelerum suorum, nec non iniuriæ pœnitens, quam sancto Stephano fecerat, de iniuria rectum fecit donum, quod suus patruus fecerat, per librum super altare confirmauit, laudante & instigante eius vxore nomine *Ermengarda*. Præterea vir memoratus *Aymo*, homini in manso manenti, discursum atque visitatum in suis habere concessit.

QVONIAM per succedentia sibi tempora, à memoria labitur humana, quod non obliuisci plus esset proficu[illegible], prouidentia antiquo cœpit annotare litteris, quod suis prodesse sciuit p[illegible]s. In humanis scilicet ac diuinis sanctorum Patrum instruimur docum[illegible], vt si quis, per succedentia tempora, Ecclesiasticis desiderat aliquid firmiter ac perpetuo possidere, tali se debeat litterarum auctoritate muniri, nec inposterum tyrannica oppressione, seu alicuius deceptione aliquatenus valeat impugnari. Quapropter, ego *Vualterius* sanctæ Dei Cabilonensis Ecclesiæ humilis Episcopus, recumbentibus in gremio matris Ecclesiæ fidei quoque sectatoribus, nomenque Domini sub titulo Christianitatis inuocantibus, notificari statuimus, qualiter Diuionenses Canonici, *Arnulfus* videlicet, atque *Gauterius*, seu *Durannus*, communi petitione cæterorum fratrum, præsentiam nostram adierunt, expetentes, ac obnoxiè deprecantes, quatenus Ecclesiam de *Bassiaco*, quæ in ministerio *Oscharensi* esse dicitur, sicut & prædecessores nostri, *Acardus* videlicet atque *Roclenus*, iam eis dederant, nos etiam scripto nostro ipsis confirmaremus. Quorum igitur humilimis precibus, sicut dignum videbatur, condescendentes, fauimus, & præfatam Ecclesiam, Deo & sancto Stephano, atque prædictis fratribus, præsentibus atque successoribus,

fine aliqua contradictione donauimus, & vt in perpetuum eam in pace possideant, cum decimis atque oblationibus, ac etiam cum vniuersis appendiciis suis, vbicumque terrarum iaceant, nemine contradicente, eis concedimus, & scripto nostro corroboramus; ea tamen ratione, vt quicumque Presbyter, pro ipsis ibidem cantauerit, terminatis temporibus, nobis reddere synodale seruitium non prætermittat, simulque, præceptis & sanctionibus nostris plenam obedientiam exhibere non negligat. Si vero, quod Deo annuente minimè speramus, aliqua Laïcalis persona, contra hoc legitimum nostrum testamentum, à nobis in Deo solempniter promulgatum, præscriptam Ecclesiam, cum cæteris Ecclesiastico iure sibi pertinentibus, auferre vel calumpniare præsumpserit, sicut synodali decreto statuimus, à consortio cæterorum fidelium segregatus, & à liminibus sanctæ Ecclesiæ repulsus, vinculo anathematis tandiu feriatur, donec compulsus verecundia resipiscat, & ad emendationem veniat. Signum domni *Vualonis* Archidiaconi, in cuius misterio ipsa Ecclesia in honore B. Vincentij est consecrata, S. domni *Arnulfi* Archipresbyteri.

MVLTORVM fidelium auctoritate inuentum est, vt res, quæ Christi dantur Ecclesiæ, litterarum noticia subcessorum traderentur memoriæ. Huius rei gratia, ego *Seymarus* miles, notum fieri gestio, omnibus tam posteris quàm præsentibus, præbere me vnum mansum Protomartyris Stephani Diuionis Ecclesiæ famulantium vsibus, pro remedio animæ meæ, in villa quæ *Corteuronda* nuncupatur, cum omnibus eidem manso pertinentibus, videlicet campis, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, accipiens à quodam ipsius loci Canonico nomine *Benigno* xxv. numorum solidos. Rursus ego *Gonzo*, ipsius *Seymari* nepos, dono Martyri prædicto, in eadem villa, pro salute animæ meæ, III. scituras prati, accipiens à supradicto Canonico v. solidos. Si quis ergo, quod futurum non credo, contra hanc donationis, venditionis cartulam resistere voluerit, euindicare non valeat, sed coactus, auri libras v. persoluat. Item in *Corteuronda*, ego *Oddo* Clericus, do sancto Stephano, ad communem mensam fratrum, vnum mansum, cum pratis, siluis, cunctisque manso pertinentibus. Item ego *Ymundus*, do Martyri iam dicto, in *Corteuronda*, quemdam curtilem, vnamque siluam, cunctaque curtili pertinentia.

OMNIVM fidelium memoriæ innotescat, quod *Humbertus de Mailleio*, & *Anna* vxor eius, cuius superius mentio habita, dederunt pro remedio animarum suarum, & filij sui *Teoderici*; Ecclesiæ Protomartyris Stephani, prata inter aquas, quæ habebant, in fine quæ [illegible]catur *Lantenna*, ab omni hominum debito & exactione franca, & libera, vt i[illegible]otomartyr, & ei famulantes, omni tempore pro eisdem exorent.

Finit prima pars Scedularum.

Année. 1113. ANNO ab Incarnatione Domini millesimo centesimo decimo tertio, indictione VI. inspiratione diuina, quatuor Canonici ex Ecclesia Diuionensi, *Quintiniacum* secesserunt, vt ibi remoti, regularem vitam profiterentur. Eorum sunt nomina, *Humbertus*, *Arnulfus*, *Ferlandus*, *Garnerius*. Hos secutus est domnus *Durannus* præcentor, sed ibi defunctus est, cum alio Canonico Castellionensi, *Hugone* nomine. Anno autem millesimo centesimo decimo sexto, indictione IX. in die Cathedræ sancti Petri, domno *Ioceranno* Episcopo Lingonensi cum Dei adiutorio elaborante, XII. iam numero existentes, Diuionem cum magno gaudio redierunt. Interim verò, à prioribus *Arnulfo*, & postea, *Galone*, Ecclesia ista gubernata est, vsque ad annum millesimum cen-

tesimum vicesimum quintum. Tunc quippe domnus *Erbertus* positus est Abbas, præsentibus & laudantibus *Hubaudo* Lugdunensi Archiepiscopo, *Stephano* Eduensi Episcopo, *Gocerranno* Lingonensi Episcopo, *Girardo* Abbate Besuensi, & Archidiaconibus Lingonensibus, *Guilenco*, *Aymardo*, *Garnerio*, *Pagano*, & aliis personis quampluribus, à quibus autem huius hic ordinis institutio confirmata sit, vel quantis rebus hanc Ecclesiam diuina largitas accreuerit, in sequentibus clarebit.

In nomine summæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Christianæ perfectionis culmen, mandatorum Dei obseruantia adipisci posse dinoscitur, & id sine dubio sanctæ caritatis virtus operatur, qua verè Deus proximusque diligitur. Quam duodenus Ecclesiæ apex, ab ipso caritatis fonte hauriens, in vniuersam humani generis prosapiam disseminando produxit; vnde multiplicis germinis, ipso cultore Christo, ad vitæ fructum pullulauit. Hæc primitiarum suarum flores præferens, vna die, vt legitur, Apostolorum Principe serente, trium milium, altera v. milium virorum manipulos consecrandos optulit. Qui rebus terrenis cælestia sibi præmia mercantes, caritatis vnitate, quod quisque singulariter possederat, hoc in medium proferens, commune cum cæteris retinere gaudebat. In quibus nemo aliquid suum esse dicebat, quia sanctæ karitati totum ad integrum contulerat. Vnde, quia nullus sibi esse mundi portionem pro Christo sibi relinquerat, Christum portionem sibi perpetuò constituerat; cuius imitandæ deuotionis regulam venerandi Patres secuti, sub huius Religionis proposito plurimos aggregare studuerunt, vt eorum in cœlestibus promereri valerent consortium, quorum in terris deuote imitarentur exemplum. Hanc plerique sub monasticæ professionis titulo obseruare contendunt. Qui mundo funditus renuntiantes, crucem Christi tanto liberius portare possunt, quanto præter eum nichil portantes expeditius incedunt. Plurimi vero Canonici subnixi auctoritate, etsi rebus sæculi nondum omnino careant, sub huius tamen communionis societate viuere in Dei seruitio procurant. Qui si misericordiæ operibus res possessas impenderint, mundo corde & casto corpore Deo placere studuerint, Christum absque dubio portionem habebunt, in eorum collegio. Huius itaque sanctæ conuersationis imitatores fieri cupientes, quidam beati Protomartyris Stephani Diuionensis Ecclesiæ venerabiles Canonici, domnum *Gocerannum* Lingonensis Ecclesiæ Pontificem adierunt, consilium & misericordiam ab eo flagitantes, quatenus sibi liceret, in supradicta Ecclesia sua, regulariter viuere, & ad emendationem vitæ suæ, in eodem Canonico ordine Deo seruire. Quorum iustæ & rationabili petitioni supradictus Pontifex misericorditer annuens, per consilium domni *Garnerij* eiusdem loci Abbatis, & Lingonensis Ecclesiæ Archidiaconi, & domni *Guilenci* Archidiaconi, & Lingonensis Ecclesiæ Decani, communi etiam assensu vtriusque Capituli, Lingonensis atque Diuionensis Ecclesiæ, tali ordine ad effectum perducere curauit. Nam quia numerus eorum qui regulariter se viuere professi fuerant, ad seruitium maioris Ecclesiæ nondum sufficere poterat, dispensatiue actum est & constitutum, vt in partem prædiorum eiusdem Ecclesiæ cum suo grege cederent, & apud *Quintiniacum* villam, in Ecclesia B. Martini, sanctæ professionis habitu & religione Domino placere studerent, omnes possessiones illas quæ ad obedientiam *Arnulfi* pertinebant, in proprio dominicatu suo habentes, & ad necessarios vsus communiter diuidentes. Erit autem in arbitrio eorum, omnes quos idoneos nouerint, recipere, & in consortio suo ad matricis Ecclesiæ regulariter adtrahere, donec multiplicato saltem ad duodecim numero, interueniente, & disponente Lingonensis Ecclesiæ Pastore, ad fratres suos, & ad matrem Ecclesiam solempniter valeant remeare. Deinde vero per eosdem in Ecclesia illa regularis ordo ita seruetur, vt & de bonis Ecclesiæ omnium communis vsus habeatur; & quando de non regularibus aliquis casu aliquo vel morte sublatus fuerit, nullus nisi regularis admittatur. Cæterum supradictis nullum

deinceps recipere liceat, nisi regulam profitentem, & secundum scita Canonum viuere volentem. Acta sunt hæc per manum domni *Goceranni* Lingonensis Episcopi, in præsentia ipsius totius Ecclesiæ capituli, ad laudem & gloriam sanctæ Christianitatis. Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo decimo tertio, indictione VI. *Paschali* Apostolicæ Sedis Pontificium gubernante, *Lodouico* regnante, *Goceranno* Lingonensis Ecclesiæ Episcopatum regente. Acta sunt hæc etiam per manum domni *Iocerанni* Lugdunensis Archiepiscopi, in præsentia eiusdem Lugduni Ecclesiæ Capituli, ad laudem & gloriam sanctæ Christianitatis, in præsentia venerabilium fratrum & Coepiscoporum, *Ysmonis* Diensis, *Berardi* Matisconensis, *Guidonis* Gebenensis. Testes sunt huius rei, *Vualo* Canonicus eiusdem Ecclesiæ, *Garnerius* Præpositus, *Paganus* Cantor.

Année 1113.

NOTVM est præsentibus, futuræ quoque posteritati. Per istarum notulas litterarum notificatur, *Leutgardam* feminam, & eius sobolem, sancto Florentio datam fuisse, pro remedio animæ *Roberti Bellicosi*, patris videlicet *Seunaudi*, & *Paganellæ*. Hanc *Leugardam* Canonici Diuionenses, per multos annos, & vsque ad suum obitum, libere, & absque vllo impedimento controuersiæ tenuerunt. Ea *Leugardi* mortua, post longo interiecto tempore, *Vualterius Mansuasleth*, & *Helyas* eius nepos, *Frierus Seunaudi* filius, supradictæ *Leugardis* filios & filias cœperunt calumpniari. Hac de causa, Canonici & supradicti calumpniatores, ad villam quæ dicitur *Idz*, ad placitum conuenerunt, die constituta. Ibi auditis & bene discussis eorum obiectionibus, Deo volente, iustitiaque dictante, liquido cognouerunt, quod iniuste sancti Florentij ius calumpniabantur. Concesserunt igitur Canonicis, *Leugardis* heredes, tenere & habere, sicut tenuerant & habuerant ab antiquo tempore. Huius rei testes sunt, *Arnulfus* Prior, & *Galo* Canonici, *Virricus*, *Lanbertus*, *Vualterius*, Laïci. Ex vtraque parte, *Hugo* Dapifer. Ex parte calumpniatorum, *Hugo*, *Bose*, *Poncius*, *Anricus*.

AD deuitandas peruersorum versutias, tam Ecclesiasticus quam humanus vsus scriptis & litteris commendare voluit, quod mutari per interualla temporum noluit. Nos igitur, quod propositi iuris est, tenere volentes, & quod alterius est declinare cupientes, ad memoriam posterorum his litteris signamus, quod domnus *Theodericus*, miles *de Fauerniaco*, saluamentum, quod in *Dauid* & *Lambertum* fratrem eius, homines scilicet sancti Stephani, clamabat, vulpiuit; atque ipsos, & omnem posteritatem eorum, absque huius saluamenti recantatione, coram testibus idoneis, vxore sua laudante *Elisabeth*, penitus absoluit. Ex parte Canonicorum testes sunt, domnus *Arnulfus* Prior, *Aldo*, *Vualterius* Canonici. *Paganus* Archidiaconus. Ex parte Theoderici, *Vuido*, *Armandus*, *Andreas*, *Hugo*, *Alynardus*. Item ex parte eiusdem, *Gislebertus*, *Robertus*, clientes sui, *Gausfredus* Presbyter, *Obertus*.

NOTVM sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod *Maynfredus de Archo*, quicquid in loco illo, qui *Morlili* nuncupatur, siue in agro, seu in nemore, possidebat, laude & assensu vxoris suæ, nec non & fratris *Vualtery*, totum sancto Stephano, Canonicisque in eius basilica Deo seruientibus, pro remedio animæ suæ & parentum suorum, donauit atque vurpiuit: & iterum donauit sancto Stephano & eius Canonicis, in nemoribus suis, licentiam vtendi illis, secundum voluntatem eorum, in omnibus illis quæcumque erunt necessaria, tam sibi quam pecoribus eorum. Et item *Maynfredus* vurpiuit Canonicis, terram in *Archo* villam, quæ dicitur terra sancti Stephani. Et hæc omnia supradicta fecit, laude & assensu vxoris suæ, & supradicti fratris. S. *Arnulfi* Prioris, *Ferlaudi*

Ferland: Canonici, S. *Vuirrici* militis, signum *Vualterij* Laïci, famuli.

QVOD domnus *Robertus* Lingonensis Episcopus, capellam de *Tilecastro* dedit sancto Stephano & eius Canonicis, bene & concorditer laudante domno *Alaune* eiusdem oppidi domino, in alio plenarie scriptum monimento. Hoc donum domnus *Aymo* qui ei successit, & frater eius *Vuido*, iniuste calumpniari cœperunt, sed postea, Deo volente, cunpuncti, suamque iniusticiam cognoscentes, resipuerunt. Concessit igitur supradictus *Aimo*, & frater eius *Vuido*, sancto Stephano, sanctoque Florentio, capellam cum decanis, vt melius vnquam concesserant supradictus Episcopus, & eius patruus *Alio*. Concessit quoque, clibanum habere in perpetuum: nec non & de omnibus terris quas sui milites, atque sui liberi homines, nec non & liberæ mulieres, ab illo tenebant in feodo, dare quod vellent, & quantum vellent, sancto Florentio, sanctoque Stephano, sicut in vita suà pater suus *Obertus* ante fecerat. Et vt hoc scriptum firmumque perseueraret, litteras præcepit inde fieri, & per vnum librum, coram multis, donum fecit, super altare, sicut & pater suus fecerat ante. S. *Arnulfi* Prioris, *Galonis*, *Vuarnery*, *Ricardi* Presbyteri. De militibus *Vuillermus de Fossa*, *Humbertus*, *Teubaudus* miles, *Paganus* Præpositus, *Teubaudus* Scholarius. Hæc omnia facta sunt, laudante & confirmante fratre eius *Vuidone*.

NOTVM sit omnibus, tam futuris quam præsentibus, quod *Vuillermus de Tilecastro*, filium suum pro Canonico reddidit sancto Stephano, & si forte ille moriretur, secundum, si secundus tertium, ita habetur in pactum. Vulpiuit etiam, & concessit sancto Stephano, Ecclesiam sancti Martini, cum capella de *Fontanis*, sicut Presbyteri habuerant ante *Robertum* Presbyterum. Et insuper omnes oblationes, & quod mortui in obitu suo relinquunt pro animabus suis, siue in qualibet pecunia, seu in terra, & minutas decimas, scilicet porcellos, vitulos, agnellos, edos, lanam, legumen, milium, panetum, vnigranum, gauanetum, & plastrum, iusta Ecclesiam sancti Martini vestitum & non vestitum, in parte aquilonis situm, & quinque iornales, duos in vineis, & tres in terra arabili, & vnum modium vini, in singulis dedit annis, quod nostri ministeriales acciperent in suis decimis. Factum est hoc, laude suæ vxoris & fratrum suorum, *Milonis* scilicet & *Humberti*. Ex parte autem *Guillermi*, S. *Humberti* fratris sui, *Constantij de sancto Martino*, & plurimorum.

TRIVM Ecclesiarum cum suis capellis, eo temporis spatio, quo domnus *Iocerannus* diuini gratia consilij Lingonensis Ecclesiæ sublimatus est Episcopus, Canonici sancti Stephani Diuionensis Basilicæ, eius instinctu, atque prudenti consilio, viuere regulariter cœperunt, secundum Apostolicam institutionem, & beati Augustini professionem. Quorum beatam in Dei seruitio conuersationem, nec non & vitæ pauperis asperitatem prospiciens, tribuit illis secundum quod Deus ei abundauit, & temporis opportunitas suppeditauit. Concessit namque eis Ecclesiam de *Gemellis* in perpetuum habere, cum capella de *Picangis*. Concessit etiam Ecclesiam beati Martini de prato, quæ sita est iuxta Diuion. in parte Septentrionali, cum capella de *Fontanis* ad ipsam Ecclesiam pertinenti. Tribuit quoque Ecclesiam de *Olmentiacho*, cum capellis ad ipsam pertinentibus. Factum est hoc laude & consensu Archidiaconorum, domni videlicet *Vilenci* Decani, *Atrardi*, *Vuarnery*, *Pagani* Cantoris, Archidiaconi, & Præcentoris.

QVOTIENS Ecclesiasticæ dispensationis officia Synodalibus præceptis reformantur, & ad memoriam posterorum bonorum prædecessorum, laudes & bene gesta recitantur, exemplo caritatis, & mutatione iusticiæ, de illis præcipue quæ apud religiosos & fidei domesticos nostris temporibus benigne conferuntur, dignum duximus iuxta consuetudinem antiquorum, & nos fideliter indagare, & perfectioribus instrumentis, pia deliberatione tractare. Ego igitur *Iocerannus*, diuino nutu Lingonensis Ecclesiæ Episcopus, cum de statu & prouentu eiusdem matris basilicæ, vna cum reuerendissimo totius Cleri comitatu, in plenaria synodo generaliter tractaremus, venerunt ad nos Diuionensis Ecclesiæ sancti Stephani regulares Canonici, domnus *Galo* Prior, & religiosi alij, rogantes & obsecrantes, vt sicut ad nostrum Episcopale ius pertinebat, de Ecclesia beati Martini de Campania, quam de iure Ecclesiæ suæ antiquitus fuisse diu reclamauerant, & de aliis rebus quas in nostro Episcopatu, nostra & fidelium nostrorum dispensatione adquisierant, auctoritatis nostræ litteras faceremus, & proprij nostri sigilli impressione firmatas confirmaremus. Quorum iustæ petitioni Archidiaconorum nostrorum, & eiusdem sacri conuentus consilio libenter adquiescentes, Ecclesiam illam beati Martini de Prato, quæ dicitur in Campania, cum capella sua, quæ est in superiori *Fontanarum* villa, saluo iure Lingonensis Ecclesiæ, illis reddimus & concedimus. Ecclesiam quoque de *Gemellis*, cum capella sua, quæ est in villa de *Picaugis*, & Ecclesiam de *Ormentiaco*, quæ est in confinio ipsius Lingonicæ ciuitatis, cum duabus capellis suis, quarum vna de *Roseriis*, altera de *Mardoo* Episcopi villa esse cognoscitur, saluis nichilominus Lingonensis Ecclesiæ consuetudinibus, illis donamus, & perpetuo iure confirmamus, & per istius cartæ instrumentum, Archidiaconis nostris confirmandam tradimus. S. *Guilenci* Archidiaconi, *Garnerij* Archidiaconi, *Ayrardi* Archidiaconi. Acta sunt hæc anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo vicesimo, indictione XIII. *Calixto* summo Pontifice, *Lodouico* Francorum Rege, *Ioceranno* Lingonensis Ecclesiæ Pontifice. Ego *Durannus* Lingonensis Ecclesiæ Notarius, ad vicem *Fulconis* primiscerij, & eiusdem Ecclesiæ Archicancellarij, scripsi, dictaui, & recitaui.

Année 1120.

NOTVM sit omnibus, tam futuris quam præsentibus, quod domnus *Aymo de Tilecastro*, concessit & donauit sancto Florentio, & sancto Stephano, & Canonicis eius, in manu *Galonis* Prioris, piscationem in omnibus aquis suis, similiter & percursus in nemoribus, pro remedio animæ suæ, & parentum suorum. Huius rei testes sunt ex parte Canonicorum, *Aldo* Canonicus, & *Dominicus* Canonicus, & *Enmauricus* Canonicus, & *Ricardus* Presbyter, & *Robertus* fortis, & *Gauterius*, & *Lanbertus* filius, & *Girardus* famulus. Ex parte *Aymonis*, *Teobaudus de Casoth*, & *Paganus* Præpositus, *Vuido Cayno*, & famuli eius, *Odo Li Mareschals*, & *Rolannus* filius eius, & *Paganus*, *Bettbo*, & *Nocherius*. Actum est hoc in claustro sancti Florentij Martyris, idus mensis Iunij. Notum fieri volo, quod *Ebolus Comes de Salciaco*, cum vxore sua *Regina* nomine, & filio suo *Vuidone*, & fratre suo *Vuillermo*. S. Stephano & eius Canonicis, pasturam boum, quos Canonici in dominio habebunt, in villa quæ vocatur *Aqueductus*, pro remedio animarum & parentum suorum, dederunt, & percursum in cunctis suis nemoribus donauit. Huius donationis testes sunt *Vuarnerius* Præpositus, *Guido* Archidiaconus, *Galo* Prior, *Anuinius de Beria*, *Odo* ministerialis suus, & plures alij.

NOTVM sit omnibus, quod domnus *Petrus Malus respectus, de Mirebello* dominus, laudante vxore sua *Eua*, sancto Stephano donauit, totam terram quam Canonici suis bubus rumperent. Donauit etiam, & vulpiuit, quicquid in domibus propriis Canonicorum, & in horreo eorum calumpniabatur. Dedit quoque piscationem aquæ *Mirebelli*, ita & vnum piscatorem libere omni tempore habuissent. S. *Galonis*, *Aldonis*, *Girberti*, *Vualtery* Clerici, *Odonis* militis, *Roberti*, *Vualterij*, *Hugonis*.

IN memoria teneatur ab omnibus, quod domnus *Arnulfus Cornutus*, cum vxore sua, & *Rainaudo* filio suo, sancto Stephano & eius Canonicis decimam de vineis *Galonis* de *Verziaco*, & de vineis *Sauorelli*, donauit, & vuirpiuit. S. *Galonis* Canonici, *Odonis*, *Teoderici* militis, *Gosberti* Vicecomitis, *Vitrici*, *Rainaudi*, *Valterij* famuli, *Petri* Coci.

NOTVM volo fieri omnibus, quod *Vuido de Iunuilla*, & *Humbertus* frater eius, dederunt sancto Stephano, & eius Canonicis, in manu *Galonis* Prioris, villam quæ vocatur *Franceis*, integre, cum appendiciis suis, pratis, siluis, terris cultis & incultis, pro remedio animarum suarum & parentum suorum. Huius rei testes sunt, *Girardus* Prior de *Fouennis*, & *Girardus* dominus de *Strabona*, & sui ministeriales, *Vuido*, *Dauid*, *Girardus*, & *Christianus* famulus *Galonis* Prioris.

MOLENDINVM de fossa donauit domnus *Arbertus de Sumbernone*, cum vxore sua, & matre sua quæ vocatur *Agnes*, sancto Stephano, & eius Canonicis, pro remedio animæ suæ, & parentum suorum. Huius rei sunt testes, *Galo* Canonicus, *Gosbertus* Vicecomes, *Vuarnerius de Sumbernone*, *Vuiricus* miles, *Ganterius* famulus. Hoc donum, quod domnus *Arbertus* fecerat sancto Stephano, de Molendino, laudauit & concessit postea domnus *Humbertus de Fauerniaco*, & domnus *Teodericus* frater suus, & *Vuiricus*, & *Aymo Cagnen*, & *Hugo* Cantor.

NOTVM sit omnibus tam futuris quàm præsentibus, quod domnus *Seuericus de Verziaco*, dominus Cabilonensis Comes, & vxor eius *Elizabeth*, & *Symon* filius suus, & filia *Ayglentina de Pultaco*, sancto Stephano Diuionensi, & eius Canonicis, pro remedio animarum suarum, suorumque antecessorum, villam quæ vocatur *Franceis*, cum appendiciis suis, terris cultis & incultis, pratis, siluis, aquis, dederunt, & concesserunt habere in perpetuum. Hoc tamen retinuerunt, quod in aqua quæ vocatur *Gullas*, Dominus de *Vrsens*, vel vxor sua, cum voluerint, piscabuntur, & Canonici similiter, & Canonicorum homines. Et si aliquis homo cipum tetenderit in nemore, & bestiam ceperit, reddet debitum seruitium pariter dominis, videlicet domino de *Vrsens*, & Canonicis sancti Stephani. Hoc donum concessit *Henricus* Præpositus, & etiam donauit quicquid ipse ibi habebat, excepto vno manso, quem *Odo* tenebat ab illo. Quod si *Odo* Canonicis vellet dare vel vendere, ipse laudabat ex sua parte. *Ecelinus* quoque alter Præpositus, & frater eius *Bucardus*, laudauerunt donum istud. *Leubaudus de Brasiaco* concessit, & etiam quicquid ibi habebat, Canonicis sancti Stephani donauit. Hæc dona facta & concessa fuerunt in manu *Galonis*, & *Iohannis*, Canonicorum: istis donationibus inter fuerunt quidam, donationi *Seue-*

rici, & vxoris eius fuerunt *Odo Crassus*, & *Vualo Mutteh*, *Leubaudus*, *Galo* filius *Aymonis*, *Vuido de Villa*, *Girardus* famulus, *Ebrardus*, & alius *Ebrardus*. Concessionis *Simonis* interfuerunt testes, *Falco de Reion*, *Vuido* Crassus, *Galo Muttel*, *Arardus* Præpositus. Donationi *Ayglantinæ* dominæ de *Puliaco*, interfuerunt testes, *Vuauterius de Diuione*. Quod *Henricus* Præpositus concessit & donauit, audierunt & viderunt, domnus *Seuericus*, & vxor eius, *Galo*, & *Iohannes*. Hoc donum de *Franceis*, Canonici sancti Stephani, à domino *Vuidone de Fonuentis* poposcerunt, & à domino *Guilermo* auunculo suo, qui eis libenter concesserunt, & integre donauerunt. Huius rei testes fuerunt *Girardus* Prior de *Fonuentis*, *Odo de Bellomonte*, *Seyuuinus de Raci*, *Girardus* Crispus.

NOTVM sit omnibus, quod domnus *Humbertus de Paluel*, dedit S. Stephano Diuionensi, & eius Canonicis, in manu domni *Galonis* Prioris, partem quam habebat in villa quæ vocatur *Franceis*, cum appendiciis suis, pro remedio animæ suæ & parentum suorum. Huius rei testes sunt *Hugo de Dalmaciaco*, & *Iohannes* miles *de Belna*, *Rainaudus* Canonicus.

POSTQVAM primus homo, inobedientiæ culpa, de paradisi amœnitate deiectus, in hanc vallem lacrymarum corruit, tali pœna humanum genus miserabiliter perculit, vt nec ex toto sine peccati contagione viuere, nec supernam patriam sine magno laboris sudore possit adquirere. Vnde quidam fidelium, quod incaute deliquerunt, eleemosynis & aliis bonis operibus purgare contendunt. Et quia Christi circa peccatores agnoscunt clementiam, & si de male actis pœniteant, veniam se consequi non desperant. Omnibus igitur tam præsentibus quàm futuris notum sit: quod *Hugo* Dapifer, Diuioni moriens, & se Monachis sancti Benigni pro Monacho reddens, filium suum Clericum, *Gislebertum* nomine, Canonicis sancti Stephani pro Canonico, in manu domni *Galonis* Prioris tradidit, simulque medietatem decimæ de *Curceiaco* illis vulpiuit atque concessit. Fecit hoc laude vxoris suæ, & filiorum suorum *Raymundi*, *Caloni*, *Gosberti*.

AD deuitandam iniquorum versutiam, ad posterorumque memoriam, dignum est litteris tradere, quæ pro animarum suarum requie fideles conferunt Ecclesiæ. Sciant igitur tam præsentes quàm posteri, quod *Robertus* villicus de *Curcio*, vulpiuit & concessit Canonicis sancti Stephani Diuionensis, quartam partem decimæ de *Curcio*, quam ipse, propter ministraliam in feodo habebat. Hoc fecit in præsentia *Dominici* Prioris de *Tilecastro*, laudante & consentiente fratre suo *Humberto* Presbytero, & *Martino* fratribus suis. Hoc donum factum est in festiuitate sancti Germani, in honore cuius Ecclesia ipsius villæ sacrata est. Testes sunt *Petrus de Creceio*, & *Hemmaricus* filius *Rofredi*, & plurimi homines de *Curcio*.

CVM omnis mundana institutio ab humana memoria cito decidat, nisi scripto retineatur, huius rei noticiam consistere desideramus in memoriam, quod domnus *Vualterius*, venerabilis memoriæ *Cabilonensis Episcopus*, assensu atque consilio Clericorum suorum, dedit, concessit, in capitulo sancti Vincentij, Deo & Ecclesiæ sancti Stephani Martyris Diuionensis castri, atque Canonicis eiusdem loci, Deo & sanctis eius ibidem seruientibus, Ecclesiam sancti Martini, quæ sita est in loco qui à vulgo *Arcus* vocitatur, retento synodali iure. Hoc itaque donum fuit factum, concessum, & stabilitum, domno *Valone* Monasterij præfati Martyris Priore, humiliter atque misericorditer petente. Post

mortem vero domni *Vualterij* supramemorati Episcopi, domnus *Iotsaldus* Cabilonensis Ecclesiæ Pontifex atque Decanus, donum sicuti primitus factum fuerat, per manum *Rodulfi* Abbatis *Lathonensis*, in cuius Archidiaconatu Ecclesia illa sita est, laudauit & confirmauit, & cartam inde fieri præcepit. Si quis autem huic cartulæ contradicere voluerit, vel dicto dono huius Ecclesiæ aliquid minuere frustra temptauerit, sub anathemate maneat, & cum Iuda traditore Domini, pœnas inferni sustineat De hac vero Ecclesia, Canonici Regulares sancti Stephani, Ecclesiæ sancti Vincentij quartam partem libræ thuris, quotannis, in festiuitate sua fideliter persoluent. S. *Vualterij* Archidiaconi, *Hugonis* Cantoris, *Ansedei* Archidiaconi, *Hugonis* Archidiaconi, *Hugonis de Dalmaciaco*, *Raimundi* Canonici, *Vualterij*, *Boerij*, *Vualterij de sancta Helena*, *Hugoni de Saldone* Canonici, *Sigismundi* Canonici, *Teutbaudi* Succentoris, qui cartam dictauit, *Gisleberti* Archipresbyteri.

QVIA quorumdam fides vana est, & in momento mutabilis dissimilium hominum testimonium & scripturarum auctoritas, ad eorum euitandas versutias exigenda sunt: scribimus igitur ad memoriam posterorum nostrorum, quod domnus *Auynus de Acelet*, partem decimarum, quam de carruca Canonicorum per totum territorium illius villæ, quæ *Arcus* nuncupatur, accipiebat, ipsis Canonicis guirpiuit. Insuper & placitum quod domnus *Maynfredus*, & *Gualtertus* frater eius fecerant, tam in decimis quàm in tenementis eorum, laudauit. Tercias de communia *Curbetonis* quantum ad se pertinet, dedit, de cultura scilicet vnius carrucæ, & de labore sex operatorum. Hoc autem summopere memoriæ commendandum est, quotienscumque homines Canonicorum, vel prædicto *Auyno*, vel alicui suorum in aliquo damnum fecerint, dampnum eis tantummodo restituetur, omni exactione remota. Verberatorum Canabi quod habetur in calma iuxta molendinum, Canonicis habere concessit, & quæ de suo ibi erant necessaria, insuper donauit. Hæc omnia prædicta sunt, cum laude *Hugonis* filij sui. S. *Ioceranni* Episcopi, *Girardi* Abbatis Besuæ, *Vuarnerij* Præpositi, *Girardi* Presbyteri de Archo, *Otranni*.

TAM præsentibus quàm futuris notificamus, quod domnus *Bernard de Monte Ciconiaco*, in capitulum sancti Stephani Diuionensis Ecclesiæ spontanea voluntate venit, ibique sancto Stephano eiusque Canonicis, locum, nichil retinens, concessit in manu domni *Galonis* Prioris. Et vt hoc firmum & ratum perseueraret, laude nobilium virorum, qui pro animabus suis, suorumque antecessorum locum dederant, factum est; scilicet laude *Nerduini de Asperomonte*, & *Galonis de Villirico*, ac *Roberti de Germaniaco*. Eodem die, domnus *Petrus* dedit sancto Stephano eiusque Canonicis, suum locum, scilicet capellam cum appendiciis suis, quæ est iuxta sanctum *Fidolium*, laude domni *Iocerann Lingonensis Episcopi*, nec non laude suorum conuersorum.

NOTVM fiat omnibus, quod domnus *Iohannes de Blancavalle*, venerit in capitulum sancti Stephani, ibique dedit prædicto Martyri, & eius Canonicis, locum suum qui vocatur *Blancauallis*, de quo loco Canonici habebunt in singulis annis, in vestitura, duodecim nummos, quandiu ipse vixerit. Post mortem vero illius, vel prius discessionem, Canonici locum & possessionem loci optinebunt. Hoc factum est laude domni *Iocerann Lingonensis Episcopi*, & laude suorum conuersorum.

TAM præsentibus quàm futuris notificamus, quod domnus *Anscricus Byssontionis Archiepiscopus*, in capitulum sancti Stephani Diuionensis Ecclesiæ venit, ibique, Canonicis, locum in *Iurensi* terra situm, cum appendiciis suis, concessit: quem domnus *Vuido de Fagiaco* dederat illis. Concessit etiam locum de *Monte Ciconiaco*, cum appenditiis suis, quem domnus *Bernardus* dederat illis. Nec non concessit locum de *Franceis*, cum suis appenditiis, quem nobiles viri dederunt pro animabus suis. Concessit quoque illis, habere quicquid in suo Episcopatu possent adquirere. S. *Humberti de Ceis* sui Archidiaconi, S. *Hugonis de Dolla* Decani, *Teobaudi* Capellani, *Galonis* Prioris, & totius capituli.

TITVLVS de calumpnia de *Tilocastro* capella, quod domnus *Aimo de Tylocastro*, capellam eiusdem castri, cum decimis, sancto Stephano & Canonicis Diuionensis Ecclesiæ dederit, innotuit. Qui post aliquantulum temporis mouens calumpniam, super his quæ ipse idem coram multis fecerat, in aliquantis placitis Canonicos iniuriauit. Ad vltimum, Dei pietate conpunctus, quod eisdem Canonicis de capella & decimis calumpniatus fuerat, omnino finiuit, in præsentia domni *Galonis* Prioris. Huius rei testes *Albricus* & *Leobaudus*, Monachi Besuenses. *Hugo* miles de *Colblens*, frater *Yterij*, & duo famuli, *Berengerius* & *Ebrardus*.

SVMMÆ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quoniam consuetudinarium est, ea quæ apud nos gesta sunt, ne obliuioni tradantur, litteris tradere, dignum duximus, vt aliquid de nostris actibus ne posteritatis ignorantia ignauiæ nostræ à scribantur, scriptum relinquamus. Igitur tam futuris quàm præsentibus hanc cartulam legentibus & audientibus intimare volumus, quod domnus *Stephanus de Marisiho*, & domnus *Raynerius Castellionensis*, socer eius, locum qui est iuxta *Pusaticum*, vbi dicitur ad fontem sancti Martini, ob remedium animarum suarum, Deo & sancto Stephano Diuionensis Ecclesiæ, de manu domni *Fulconis* iure hereditario possidendum dederunt. Et hoc fecit domnus *Sthephanus*, laude vxoris suæ, & domnus *Raynerius*, laude & assensu *Gosberti* filij sui & vxoris suæ; ita vt omne quod infra diuisiones quas fecerunt, possiderent. Insuper vbicumque extra diuisiones inculptam terram apertuerint, de terra sancti Andreæ, siue in nemore, siue in planicie, sine vllo redditu concesserunt. Et ad hoc confirmandum idonei testes habentur, scilicet domnus *Berengerius* Sacerdos, & frater eius *Fulco*, & *Hugo* nepos eius, & *Hugo Morellus*.

NOTVM sit omnibus tam præsentibus quàm futuris, quod *Galo Colunba*, ad laudem vxoris suæ, & *Aymo* frater eius, dederunt Deo & sancto Stephano Diuionensi, illud quod habebant in *Girardo de Quintiniaco*, & in *Arpasia* sorore sua, & in heredibus eorum. Hæc donatio fuit facta *Besuæ*, in præsentia domni *Guylenci Lingonensis*; *Episcopi*, & per manum domni *Galonis* Canonici Regularis. S. *Tblonis* Comitis Salcensis, *Raynaudi de Granceiaco*, *Anyni de Asceleth*, *Manfredi de Archo*, *Stephani* famuli supradicti *Galonis*.

NOTVM ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quod *Arlebaudus de Cuſiyo*, pro remiſſione peccatorum meorum, & pro animabus matris, & anteceſſorum meorum, ad laudem vxoris meæ, dedi Eccleſiæ ſancti Stephani Diuionenſis, & fratribus eiuſdem loci, illud allodium quod habebam apud *Curtembetonis*, in ſiluis, pratis, terris cultis & incultis, & ita legitime hoc donum feci, quod de allodio ſupradicto michi & heredibus meis nichil retinui. Huius rei teſtes ſunt *Andreas* miles, *Hugo Alinardi*, *Vuido Alinardi*, *Vuido Alemandus*, *Gauterius*, *Ventarius*.

EGO *Milo de Curtaone*, cum laude vxoris meæ, & fratres mei *Trbertus*, & *Galo*, illam calumpniam quam faciebamus in molendino ſancti Stephani Diuionenſis, quod eſt apud *Curtarnulfum*, matre noſtra volente; omnino vulpimus: & quia iniuſte vexauimus Eccleſiam ſancti Stephani, propter ſupradictum molendinum, rectum de iniuria, in manu domni *Herberti* Abbatis eiuſdem Eccleſiæ fecimus. Præterea dedimus Canonicis ſupradictis, & hominibus eorum, morantibus apud *Curtembetonis*, & aliis de eorum familia, vſuarium in omnibus illis terris, quæ vltra *Tylam* erant noſtri iuris; hoc tamen tenore, quod ſi damnum euidens factum fuerit, damnum reſtauretur tantummodo, & poſtea non fiat inde alia emendatio. Huius rei teſtes ſunt *Theodericus de Fauerniaco*, *Vuirricus*, *Vuido de Lanbreciaco*.

AD memoriam poſteritatis eſt prænotatum, qualiter milites illi, qui calumpnias faciebant in villa ſanctorum Stephani & Benigni Diuionenſium, quæ vocatur *Sauiniacus*, qualeſcumque eſſent calumpniæ, ſupradictis Eccleſiis & fratribus earum ibidem Deo ſeruientibus omnino vuirpiuerunt, & ne heredibus eorum aliqua præſumptio in poſterum ſuccreſceret, hanc cartam fieri præceperunt. *Raymundus*, & *Raynaudus de Migno* fratres, cum laude matris ſuæ, & ſororum ſuarum, quæ vocantur, *Adilina*, & [illegible], hoc fecerunt. Huius rei teſtes *Gauterius Malualleti*, *Guido de Calaure*, *Hugo de Viuex*, *Siguinus de Ieu*, *Gaſcho de Sumbernone*.

CONSTANTIVS de *Villa Miluij*, & *Hugo de Viuex*, & vxor ſua, calumpniam quam habebant in *Sauiniaco*, vuirpiuerunt. Huius rei teſtes ſunt *Odo* Preſbyter de *Furno*, *Hugo Malamanus*, *Gaufridus Bederius*, *Teodericus de Vaura*, *Aſcherius de Ponte*, *Vuido Louellus*. Iterum *Artaldus*, & *Raynaudus* fratres *de Viuex*, quod calumpniabantur in *Sauiniaco* vulpiuerunt. Huius rei teſtes ſunt *Vuido de Calaure* frater eorum, qui iam vulpiuerat, & *Siguinus de Ieu*, *Henricus*, & *Hugo* frater eius, *Deſconoo*, *Gaſcho de Sumbernone*, *Hugo de Gié*, & filius eius.

TAM præſentibus quàm futuris, his litteris notificamus, quod domnus *Gaufredus de Bellomonte*, cum *Hugone* filio ſuo, pro remedio animarum ſuarum atque anteceſſorum ſuorum, Deo & Eccleſiæ beati Stephani Diuionenſis, locum ſitum in ſilua *Altre* quæ *Enuals* vocatur, ipſiuſque loci vndique determinationem omnino liberam dederunt, nec non illic commorantibus in omni terra ſua paſſonam ad porcos, & paſcua ad reliqua animalia: quæ ſicubi aliquando dampnum inferrent, ipſum ſolummodo reſtitueretur, & percurſum ad omnia illis neceſſaria conceſſerunt. Inuentionem etiam vaſorum apium, vbicumque illis contigiſſet, dederunt, atque in ſiluis & planis ſuis, prata ædificare, ea-

que perpetuo possidere promiserunt. *Gislebertus* quoque *de Altre*, præpositus eorum, quicquid ex supradictis præpositura suæ competebat, pro suæ animæ suorumque antecessorum requie libenter concessit. Huic donationi interfuerunt, *Vualo* Prior ipsius Ecclesiæ, *Ratnaudus* Canonicus, *Ebrardus*, *Bernardus* Eremita, *Vualo Coluns*, *Vuarricus de Altre*, *Vilencus de Mare*, *Hugo Crassus*, & multi. Post aliquot tempus, idem *Hugo* filius *Gaufridi* huic dono, laude filiorum suorum *Huonis*, & *Gaufredi*, accreuit, quod absque redditione terciarum, supradicti loci habitatores, quocumque loco vellent, in sua terra seminarent ac meterent. Huius rei testes *Ebrardus* Canonicus, *Durannus Montisciony*, *Remigius* Capellanus, *Humbertus*, *Vuido Burguires*, *Aymo Coluns*, *Hugo li Frances*, *Erbertus* filius præpositi *de Altre*, *Humbertus de Solario*, *Aymo* ligans vacans, *Huo* filius supradicti *Huonis*. Hoc donum, & quicquid postea pater daret, ipsi loco concessi, coram eodem patre, & coram his testibus *Ebrardo* Canonico, *Remigio* Capellano, *Vlrico de Renanis*, *Vuidone de Osile*, *Ebrardo de Rollens*, *Hugone Crasso*, *Humberto de Solario*, *Vuarnerto Crasso*, *Erberto Capirum*, & multi alij.

AD memoriam succedentium, his litteris notificamus, quod *Ebrardus Marescaldus*, Præpositus Diuionensis, homines sancti Stephani de Diuione placitabat, propter *Tralta*, quæ ipsi in quibusdam locis destruxerant. Tandem vero, impie contra Ecclesiam sancti Stephani se agere recognoscens, acceptis ex bonis Ecclesiæ VII. soldis, omnino illam calumpniam dimisit, & concessit eis, vt nulli vltra ex subuersione ipsorum *Tralium*, si inde querimonia fieret, responderent. Terminus *Tralium* vnde hoc placitum factum est, est terra domni *Garnerij* præpositi, vsque ad mansum *Bilini*, iuxta viam mercatum, vbi duæ viæ adiunguntur, vna quæ tendit ad sanctum Appollinarem, alia vsque *Quintiniacum* villam. Factum est hoc in præsentia domni *Herberti* Abbatis. Et hi testes ex parte eius, domnus *Aymo Rufus*, & *Gosbertus* frater eius, *Odo de Hescheres*, *Hugo* Besuensis, *Vuillermus* præpositus Vicecomitis, *Valterius*, & *Paganus* Veutarij Canonicus, *Iocelinus* & *Natalis*, & *Natalis* & *Constantinus*, famuli Canonicorum.

NOTVM facimus omnibus præsentibus & subsequentibus sanctæ Ecclesiæ filiis, quod Diuionensis Ecclesia sancti Stephani Protomartyris habet vnum mansum in villa quæ vocatur *Modiliacus*, in Comitatu *Belnensi*, cum appendiciis suis; de quo manso quicquid *Elisabet domna Verziacensis*, iuste vel iniuste tenebat & calumpniabat, totum pro amore Dei & sancti Stephani, supradictæ Ecclesiæ, præsente domno *Galone* Priore, concessit, & donauit. Hoc laudauerunt filij sui, *Rodulfus* scilicet *Crassus*, & *Orribellus* præpositus.

HVMANÆ consuetudinis est, litteris & testibus, causas conuentionesque Ecclesialesque & seculares, memoriæ posterorum signare. Quamobrem, & nos omnibus bonæ voluntatis hominibus notificare curamus, quod domnus *Gauterius Cabilonensis Episcopus*, dedit Ecclesiam sancti Martini, quæ est in *Arco* villa, cum appendiciis suis, sancto Stephano Diuionensis Ecclesiæ, & Canonicis, in manu domni *Galonis* Prioris, synodali iure retempto. Hoc donum, sicut superius diximus factum & concessum, in capitulo sancti Vincentij Martyris Cabilonensis, à prædicto Episcopo, laudante *Rodulfo* Archidiacono, & Latonensi Abbate. S. *Hugonis* Cantoris, S. *Petri* Archipresbyteri, S. *Galonis* Prioris, S. *Raynaldi* Canonici.

NOTVM

NOTVM sit tam futuris quàm præsentibus, quod *Arsendis* femina, molendinum Coppetum, quia iniuste tenebat, Canonicis guirpiuit, laudantibus filiis suis, quorum vnus prius ea , iam moriens, nomine *Hynbertus*, in præsentia *Ricardi* Capellani *Tylecastri*, alter vero *Guirricus*, ante altare sancti Stephani, vterque veniam petentes, *Galoni* Priori cæterisque fratribus, reuirpiuerunt. Cuius rei sunt testes *Vuarnerius* Præpositus, fraterque eius *Theodericus*, *Petrus Cocus*, *Durannus*, *Escheritinus*. Sciendum quoque, quod filij *Arnulfi Salaonensis*, quicquid de eodem molendino habent, à Canonicis tenent. Vnde eisdem, in natalibus Domini festiuitatibus, octo panes, quatuor sextarios vini, duodecim denarios, & vnum sextarium auenæ soluent, atque per circulum anni, statutis diebus, terciam partem de molituris fideliter reddent, eidemque molendino quicquid erit necessarium facient, exceptis molis & ferro, coniunctura, & boysello, & vanno, cum archa: Hæc enim omnia Canonici ement dimidia. De cuius molendini tenementis reinuestiuit *Herbertus* Abbas, *Garnerio* annuente Præposito, *Constantium* fratrem illorum, qui cognominatur *Bruno*. Ab Incarnatione Domini millesimo centesimo tricesimo anno. Cuius conditionis vel reinuestionis testes sunt *Theodericus* prædictus, *Iohannes* Sutor, *Ferlaudus* Laïcus, *Ricardus* Vastellifex. A Année 1130.

TAM præsentibus quàm futuris notum facere disponimus, quod *Constantia* Salinensis femina, reddidit se Deo & S. Stephano Diuionensis Ecclesiæ, pro conuersa; quæ dedit Canonicis prædictæ Ecclesiæ, in michio suo, quatuor denarios, in vna quaque septimana, ex quibus quatuor denarijs, Canonici habeant duos, in vna quaque septimana, quandiu ipsa manebit, in domo sua in Salinensi villa. Cum autem venerit ad Diuionense Monasterium sancti Stephani, causa conuersionis, habeant alios duos, ita vt quatuor sint in singulis septimanis, aut si apud Salinum morte præoccupata fuerit, similiter. Dedit iterum dimidium casale, & dimidiam vineam. Hoc donum concessit & laudauit *Petrus* eius filius. S. *Girardi*, S. *Valterij*, S. *Viberti*, S. *Arduini* de Ponte, S. *Odonis* militis, S. *Vuillermi* pueri, cui *Odo* pater suus, ad memoriam huius testimonij, torsit aurem. S. *Martini* Palloti.

ABBATI sancti Stephani Diuionensis, *Bernardus* Salinensis, salutem. Quia non minimam spem & fiduciam in vestris orationibus habeo, caritate vestri fretus, vestram misericordiam implorare non dubito; rogans, quatenus memoriam animæ meæ, matrisque, v. nonas Octobris habeatis. Mando etiam vobis, quod *Vido* miles, *Hermenfredi* filius, & *Helysabet* vxor eius, quæ meæ matris fuit neptis, vnum bulionem, quem in vadimonio habent, in michio, quod est iuxta fontem de *Sals*, post decessum ipsius *Vidonis*, in eleemosyna vobis concedunt, & in vita sua propter inuestituram, in vno quoque anno, duodecim nummos prædictus *Vido* vobis donabit. Vos autem orate pro patre suo defuncto, & predecessoribus suis, & suæ vxoris. Ego *Bernardus*, huius doni testis, & *Lanbertus* Sacerdos, & *Hugo* meus capellanus.

QVONIAM debilia fouendo sustentare, male acta in melius mutando corrigere, fortia ad meliora prouehere, Episcopalis officij est. Ego *Vuilencus* sanctæ sedis *Lingonorum Episcopus*, breuitate huius vitæ permotus, & veræ æternitatis auidus, gaudens & videns ordinem Canonicorum sancti Stephani assidue florere, & in Religione crescere, statui eos obsequiis honorare,

& muneribus augmentare. Ne quis ergo succedente multitudinis vel obliuione opinetur, vel contentionis magis cupidus quam veritatis, peruertere audeat, vel mutare valeat, quod pro salute nostra, & vtilitate Canonicorum sancitum esse, & ratum decreuimus, legentium memoriæ per apices & scedulam commendari necessarium duximus. Dedi ergo prænominatis Canonicis Diuionensibus, Ecclesias de *Colummerio*, & de *Buxeroles*, cum appendiciis suis, vt abundantia nostra illorum sit inopiæ supplementum, vt carnalia seminantes, spiritualia eorum, iure debito colligamus. Quia si parentes carnales filios desiderant ampliare, nos spirituales filios, non solum in diuinis, sed etiam in transitoriis magis conuenit adiuuare. Fortior est enim connexio spiritalis quam carnalis. Si quis ergo successorum nostrorum præscripta obseruauerit, vel prædictos Canonicos regulariter viuentes, de suis rebus ampliauerit, gratia, pax & benedictio à Deo Patre, & Domino Iesu Christo maneat super illum in æternum. Quicumque autem contra ire, vel mutare, vel fraude aliqua peruertere temptauerit, secundo tertiove commonitus, si non emendauerit, baculo Petri multatus, gehennæ incendia sustinebit. Hæc donatio facta est anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo vicesimo nono, indictione VII. in natali sancti Manmetis, in domo Episcopali Lingonis, præsente venerabili *G. Cabilonensi Episcopo*, & *Gocelino* Lingonorum Archidiacono, in manu domni *Herberti* sancti Stephani primi Regularium Canonicorum Abbatis, præsente etiam *Garnerio* ipsius Ecclesiæ Præposito, & *Petro* Canonico, & *Hugone* Grammatico. Hoc laudauit, *A.* S. Canonicus Archidiaconus ipsarum Ecclesiarum, Abbates Cistercienses & Clareuallensis.

Année 1129.

IN nomine summæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Probabile satis est, res Ecclesiæ, consuetudinesque, literali studio ad memoriam posterorum signari, ne per successiones temporum, peruersorum machinationibus, certa habitudo ipsarum rerum valeat impediri. Tam præsentibus quàm futuris manifestum fieri volumus, quòd domnus *Mainfredus*, dedit Canonicis Diuionensis Ecclesiæ, apud *Arcum* villam, vsus suorum nemorum, ad construenda quælibet ædificia: percursus quoque in eisdem nemoribus, & pasnaticum, & ramalaticum, pasturam videlicet animalium in pratis, in quibuslibet aliis locis, atque piscationem omnium aquarum suarum, & cætera humanis vsibus necessaria, Canonicis in pace habere concessit. Si vero Canonici, in terra beati Martini homines habere voluerint, libere habeant. Item dedit eisdem Canonicis, apud *Curiam Bertodi*, vsus prædictos. Quod vero in eodem loco, in terra Canonicorum clamabat, vulpiuit; & quicquid habebant, & adepturi erant, in pace habere laudauit, & eadem libertate, qua ipse fruitur, vsibus vtriusque potestatis fruantur & ipsi. Si autem Canonici, vel eorum homines, prædicto *Maynfredo*, vel hominibus suis, in aliquo damnum intulerint, summam damni restituant, & nichil amplius emendent, omni exactione & iusticia remota, etiam de furto. Hoc denique nullum latere volumus, quòd sicut idem *Maynfredus*, dedit prædictos vsus apud *Arcum*, & apud *Curiam bertodi*, sic eosdem dedit ad necessitatem Diuionensis Ecclesiæ. Hoc donum fecit ipse, super altare sancti Stephani, laude suorum, scilicet laude vxoris suæ *Bonadomina*, & *Gauterij* fratris sui, & *Olrici* militis. Acta sunt hæc VII. idus Maij, in præsentia domni *Herberti* Abbatis. Signum *Garnerij* eiusdem Ecclesiæ præpositi, S. *Aldonis*, S. *Raltery*, S. *Hugonis*, Canonicorum, S. *Matildis* Ducissæ, S. *Kautery*, S. *Petri* Teloneariorum, S. *Carpini*, S. *Odonis* fratris eius, S. *Aldonis de Tilecastro*, S. *Thoderici*, S. *Frogery*. Hoc idem donum *Gauterius*, frater *Mainfredi*, ex sua parte fecit, & laudauit; sed tamen hoc solum sibi retinuit, quod si homines sancti Stephani, vel pecora, aliquod dampnum, quod sit euidens, sibi vel hominibus suis fecerint, dampnum quæret; & si quis sibi damnum restaurauerit, nul-

lam emendationem præter istam accipiet : dampnum autem si restauratum non fuerit, Abbati monstrabit, & per manum Abbatis restaurationem dampni accipiet, sine alia emendatione, si sibi fecerit. Abbas vero, si per incuriam hoc facere neglexerit, *Gauterius* supradictus, vsque ad quadraginta dies Abbatem expectabit, & post quadraginta dies, dampnum iterum quæret, & emendationem dampni cum dampno habere volet. Huius rei testes sunt ex parte Gauterij, *Hugo de Besua*, *Stephanus Fricheldus*. Ex parte Abbatis *Guido de Lanbreyo*, *Lanbertus*, *Gauterius* ventarius.

SCIANT tam præsentes quàm futuri, quòd *Huo de Curbetone*, cum fratre suo *Valterio*, ob remedium animarum suarum, sancto Stephano dederunt, apud *Curtembetonis*, quatuor iornales, & ad pratum agendum, quoddam conturnum & petiolam prati, quæ *Seua* dicitur. Et hanc donationem super altare beati Stephani fecerunt, coram his testibus, *Aldone* Priore, *Humberto*, *Petro*, *Iohanne*, Canonicis. *Rodulfo*, *Nolberto de Salci*, *Girardo* Presbytero de Archo, *Valterio* Ventario Diuionensi, *Stephano de Aqueductu*. Vxores vero eorum, & filij, hoc laudauerunt, coram *Aldone* Priore, & *Girardo* Presbytero, & *Berengario* famulo.

CANONICIS Ecclesiæ Diuionensis *Richardus de Fraimont* concessit, ac super altare beati Stephani, donatione legati obtulit, vt aratra illorum, illam terram, quæ communia *Curbetonis* dicitur, quantum illis sufficerent, excolerent, atque sine aliqua redditione quæ sibi competeret, fructum exinde recolligerent. Dedit etiam mansum quoddam iuxta mansum *Aullebaudi*, quod idem *Aullebaudus* sancto Stephano antea dederat. Huius donationis testes *Girardus* Presbyter, *Aimo li bornus de Beria*, *Vualdinus* miles *de Diuione*.

AD memoriam posterorum est prænotatum, quòd in terra communi, quæ est in confinio *Alta villa*, & *Aqueductus*, quæ est villa sancti Stephani Diuionensis, homines de *Aqueductu*, pasturam & nemus per vsuarium habebant. Domni vero *Alta villa* illud vsuarium calumpniati sunt. Homines autem de *Aqueductu*, pro hoc vsuario duellum firmauerunt, & ad hoc diffiniendum, Diuionem in curiam Ducis deuenerunt, ibique supradicti calumpniatores, *Auynus* scilicet *de Beria*, & *Auynus de Aceleth*, in præsentia domni *Vilenci Lingonensis Episcopi*, & *Hugonis Ducis Burgundiæ*, & *Matildis* vxoris suæ, per manum domni *Herberti* Abbatis sancti Stephani Diuionensis, calumpniam illam prorsus dimiserunt, & pasturam, & mortuum nemus, & retortam de qualibet arbore, hominibus de *Aqueductu* in perpetuum concesserunt. Huius rei testes sunt, ex parte Canonicorum, domnus *Garnerius* Præpositus sancti Stephani, domnus *Ayrardus* Lingonensis Ecclesiæ Decanus, *Vido* Archidiaconus, *Teodericus de Fauerniaco*, *Lanbertus Diuionensis*. Ex parte illorum *Vuirricus Diuionensis*, *Hilbertus Diuionensis*, filius *Gonterij de Curteaonis*. Hoc autem vxor *Auyni de Beria*, & filius *Auyni de Aceleth*, ex sua parte laudauerunt: & istius .... laudationis ex parte Canonicorum testes sunt *Vuido de Lanbreiaco*, & *Hugo* filius *Alinardi*, & *Vuido* Præpositus sancti Iuliani, *Stephanus* Maior *Aqueductus*, *Humbertus*, & *Lanbertus*, & *Constantius*. Ex alia parte *Hilbertus* filius *Gauterij de Curteaonis*, *Ricardus de Fragmonte*, *Robertus Gastoldus*, *Gonterius de Beria*. Præterea sic definitum est, si homines Canonicorum, in prænominata pastura dampnum alicui intulerint, sine exactione dampnum solummodo restituant. Si vero amplius quam præscriptum est, in eadem pastura, & in eodem nemore per vsuarium habere voluerint, querere per iustitiam licebit. Facta sunt autem hæc, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo vicesimo octauo, indictione VI. regnante *Ludouico* Rege Francorum feliciter. Année 1128.

NOTVM sit omnibus, tam præsentibus quàm futuris, quòd *Auynus de Aceleth*, cum laude filij sui *Hugonis*, & *Gaudinus Diuionensis*, ad laudem vxoris suæ *Emengardæ*, & *Vuilermi* filij sui, calumpniam quam habebant in via molendini sancti Stephani Diuionensis, quod est in *Calma*, omnino dimiserunt, euntibus ad molendinum supradictum, & regredientibus cum asinis & equis, viam concesserunt. Præterea, ea quæ erant molendino in aquis, in siluis, in terris cultis & incultis adiacentibus, Deo & beato Stephano, & *Herberto* Abbati, & successoribus suis, & Canonicis præsentibus & futuris. Ex parte Canonicorum testes sunt, dumnus Abbas *Herbertus*, & Præpositus *Vuarnerius*, *Andreas* Canonicus, *Teodericus*, *Lanbertus*, *Ottrannus*, *Gauterius*, *Costerius*, *Vuido de Casneth*, qui erat custos molendini. Ex parte illorum *Auynus*, & *Hugo* filius eius. *Gaudinus*, & *Ermengarda* vxor eius, & *Vuillermus* filius eius, & *Gauterius* frater *Gaudini*, & *Fulco de sancto Iuliano*, & *Girardus* Minister *Auyni*, *Saphyrus* frater *Girardi*, *Vuido Carbonellus*, *Maynfredus*, & vxor eius.

QVONIAM refrigescente caritate, abundat iniquitas, & paulatim diminuitur veritas à filiis hominum, ne contra ipsam vmquam præualeat falcitas, litteris istis præsentium ac futurorum tradimus noticiæ: *Bartholemeum* dominum de *Fontanis*, in capitulo beati Stephani Diuionensis quondam venisse, & domno *Herberto* Abbate, atque *Vuarnerio* Præposito, cæterisque Canonicis ibi residenbus, iornalem quendam terræ incultæ, ante portam sui castri positum, vt sibi suisque heredibus, qui primus ipsius castri domini essent, censualiter ab eis daretur petiuisse. Quod domnus Abbas, laude & consensu totius Capituli illi concessit; tali scilicet tenore, vt si ipse vel successores eius, certum debitum tempore constituto non redderent, excommunicarentur, donec illud persoluerent. In Kalendis igitur Septembris, die natalis sancti Ambrosiniani, qui ibidem colitur, sex nummos constituerunt ei reddere vno quoque anno. Huius rei ex parte *Bartholemei* sunt hi testes, *Vuido de Monreyr*, *Vuido de Alta villa*, *Paganus de Chax*, *Guido de Eschanna*, milites, *Robertus* maior ipsius, & *Vastins* frater eius, *Vlricus*, *Vuarnerius*. Ex parte autem Canonicorum *Engalrannus* Minister eorum, *Lanbertus* Furnarius, *Girbertus* sutor. Et de *Aqueductu*, *Ansius*, *Amicus*, & *Iohannes* frater eius, & alij plures.

Bulle du Pape Calixte, par laquelle il introduit la Regle des Chanoines Reguliers de S. Augustin, à S. Estienne de Dijon.

CALIXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis, *Galoni* Priori, & fratribus in Ecclesia sancti Stephani Diuionensis castri regularem vitam professis, tam præsentibus quàm futuris, imperpetuum. Ad hoc vniuersalis Ecclesiæ cura nobis à prouisore omnium bonorum Deo commissa est, vt religiosas diligamus personas, & beneplacentem Deo Religionem studeamus modis omnibus propagare: nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex caritatis radice procedens, à puritate Religionis fuerit conseruatus. Oportet igitur Christianæ fidei amatores, Religionem diligere, & loca venerabilia, cum ipsis personis diuino seruitio mancipatis, attentius confouere. Quapropter, vestris in domino, karissimi filij, peticionibus, assensum præbentes, vitæ Canonicæ ordinem, quem secundum beati Augustini regulam in nostra Ecclesia professi estis, auctoritate sedis Apostolicæ confirmamus. Statuentes, vt defunctis nunc Abbate *Garnerio*, & *Garnerio* Præposito, nullus ibi Abbas sæcularis, vel Præpositus substituatur, sed ille omnibus proponatur, quem regularem regulares fratres vel fratrum pars sanioris consilij, secundum Dei timorem, & beati Augustini regulam, prouiderint eligendum. Præcipimus etiam, vt decedentibus istis qui supersunt, Clericis sæcularibus, nullus in Ecclesia vestra, eorum loco, nisi regularis substituatur Canonicus. Ecclesias autem, capellas, & cætera quæ Ecclesia vestra legitime possidet, vel in posterum iustis

modis, largiente Domino, acquisierit, præsentis priuilegij pagina roboramus. Videlicet Ecclesiam sancti Stephani, cum Ecclesiis suis, & villis, & seruis, ancillis, & terris suis: Ecclesiam sancti Medardi, Ecclesiam sancti Michaëlis, cum cimiterio, & decimis: Ecclesiam sancti Aniani *Aqueductus*, cum cimiterio, cum decimis, & terris suis: Ecclesiam sancti Martini de *Quintiniaco*, cum cimiterio, decimis, & terris suis: Ecclesiam sancti Maricij *de Siliciaco*, cum cimiterio, decimis, & terris: Ecclesiam sancti Germani *de Copiaco*, cum cimiterio, decimis, & terris: Ecclesiam sanctæ Mariæ *de Marceniaco*, cum terris: Ecclesiam sancti Andreæ de *Parriniaco*, cum decimis, & terris: Ecclesiam sancti Florentij *de Tylecastro*, cum capella sanctæ Mariæ, & cimiterio, decimis, terris, & cum aliis pertinentiis earum: Ecclesiam sancti Petri *de Mirebello*, cum cimiterio, decimis, terris, & appendiciis suis: decimam *de Geyaco*: decimam de *Cuciaco*: Ecclesiam sancti Martini *de Prato*, cum cimiterio & capella *de Fontanis*, & appendiciis earum: Ecclesiam sanctæ Mariæ *de Gemellis*, cum capella *de Pycangis*, & decimis & terris: Ecclesiam sancti Andreæ *de Ormentiaco*, cum capellis, cymeteriis, & decimis: Ecclesiam *de Columnerio*, cum capellis & appendiciis earum: capellam quæ est inter *Lenglerium*, & *sanctum Fidolum*, cum appendiciis suis: locum de *Puteolo*: locum de *Agninofonte*: locum de *Galdo altrei*, cum appendiciis suis, saluo nimirum per omnia iure Lingonensis Episcopi. Præterea Ecclesiam sancti Martini de *Arco*, cum appendiciis suis: locum de *Monte Cyconiaco*, cum appendiciis suis: locum de *Franceis*, cum appendiciis suis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisue persona, hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temere venire temptauerit, secundo tertioue commonita, nisi quis satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine, districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi: Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Ego *Calixtus* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Data *Laterani*, per manum *Aymerici* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarij, quarto idus Nouembris, indictione tertia, anno dominicæ Incarnationis millesimo centesimo vicesimo quarto, Pontificatus autem domni *Calixti* secundi Papæ anno sexto. Année 1124.

NOTVM sit, tam futuris quàm præsentibus, quod Canonici Diuionenses dederunt apud *Marceliacum*, campum *de Lamarz*, Monachis sancti Leodegarij, pro quo & ipsi Monachi dederunt eis apud *Curtimbetonis* I. mansculum & campum, cuius fronti adiacet via, ex vtroque latere sancti Stephani terra, quæ sunt prorsus absque omni calumpnia, cum his etiam quæcumque sunt sancti Leodegarij, intra eiusdem villulæ metas. Testes huius excambij ex vtraque parte sunt, *Girardus de Arco*, *Petrus de Estiual*, Sacerdotes, *Otrannus de Quintiniaco*, cum fratre, *Herbertus* & *Huo* cum fratre, *Aymo*, *Vualterius*, *Brutinus de Arco*, *Vualterius*, *Teobaudus*, *Albricus*, *Torex de Acelet*. Hæc facta sunt tempore *Herberti* Regularis Abbatis.

MANDANDVM est litteris, quod seruandum posteris iure decernitur. Sic quippe vt in plurimis experimur, prior sæpe studio vt industria vtiliter sane præsentium vel præceptum est fraudi, vel prouisum errorum. Ob istiusmodi ergo cautelam, ego quoque *Vuilencus*, Dei aut voluntate, aut permissione, *Lingonensis Episcopus*, per hoc memoriale scriptum & nostrum silgillum transmitto noticiæ futurorum, qualiter vetus querela, quæ de duabus Ecclesiis, *Sta-*

Iugement de Vuillencus Eusque de Lãgres, en faueur des Religieux de S. ...

ne, contre l'Abbaye de S. Seyne. *bulis* scilicet, & *Dalreis*, inter Canonicos sancti Stephani Stephani Diuionensis, & *sancti Sequani* Monachos diu extiterat, nostra demum cura, & in nostra curia iudicio terminata sit. Cum enim crebro me Canonici aduersus Monachos compellassent, & de ipsis à nostra qualicumque auctoritate iusticiam flagitassent, diem tandem præterminandæ causæ Lingonis vtrisque statuimus. Quo conuenientibus vtriusque Ecclesiæ Abbatibus, productum ad medium est à Canonicis, scriptum, quod cuiusdam nostri prædecessoris antiqua donatione, prædictas Ecclesias, Ecclesiæ sancti Stephani, tanquam membra capiti, cum earum appendiciis assignaret. E contra eas suo vendicare iuri iure tricennalis possessionis Monachi nitebantur, sed eam infirmare pars altera satagebat: asserebat enim, se exinde sæpius Monachos ad ius appellasse, illos renuisse iusticiam, subterfugisse iudicium, idque se posse legitimis probare testibus præsumebat. De his itaque venerabilis frater & Coepiscopus noster *Galterius Cabilonensis*, & reuerendus Abbas *Girardus Besuensis*, nec non & *Ayrardus*, nostræ Ecclesiæ Decanus, cum duobus Archidiaconis nostris, *Iocelino*, & *Garnerio*, ac nonnullis aliis Clericis, euntes in partem, diligenter inter se differuerunt, studioseque discussis partium ratiociniis, communi tandem sententia, Canonicis Ecclesias adiudicauerunt; si tamen probare possent, quod de possessionis concussione prædixerant. Recepto itaque ab vtraque parte, laudatoque iudicio, diem alium producendi & examinandi testes apud Diuionem constituimus. Quo cum in nostra rursus præsentia conuenissent, iudicio ex ordine, sicut Lingonis factum fuerat, recensito, à partibus recognito, denuoque laudato, Canonici quidem canonice implere quod promiserant parati fuerunt, sed Monachi tergiuersantes, grauari quippe vel à iusticia grauiter ferebant, illorum probationem nec infirmare valuerunt, nec tamen recipere voluerunt, indicioque minime executo recesserunt. Nobis vero visum fuit, non irrationabiliter vt putamus, debere iam nichilominus inuestiri Canonicos, vt pote qui irrefragabiliter per omnia iudicio acquiescerent, & ordine iudiciario partes suas sufficienter persecuti fuissent. Itaque, iudicio & consilio prædicti Cabilonensis Episcopi, simulque Abbatum, Religiosorum, qui & præsentes tunc forte fuerunt, *Cisterciensis*, *Besuensis*, *Clareuallis*, Canonicos de præfatis Ecclesiis, ipsarumque appendiciis hoc ordine & hac ratione inuestiuimus, imo Ecclesiæ ius suum antiquum, dictante æquitate, restituimus. Post hoc, Monachis minime quiescentibus, ipsorum studio & opera factum est, vt res in noticiam quoque venerabilis *Raynaldi*, Metropolitani nostri, perueniret; sed quid apud ipsum conqueri ausi sunt, quod quasi præiuditium sustinuissent. Cæterum, vir prudens & rectus, rei gestæ seriem diligenter auscultans, nil quod æquitati aduersari videretur aduertit, ita vt & iudicium approbaret, & inuestituram sigilli sui munimine confirmaret. Facta sunt hæc hoc anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo vicesimo nono, epacta XXVIII. concurrente prima indictione VII. præsidente in sede Apostolica *Honorio* Papa, regnante Rege Francorum *Lodouico*. Année 1129.

REVERENTISSIMO patri suo, & domino, *Raynaudo*, Dei gratia primæ sedis Ludunensi Archiepiscopo, & totius Galliæ primati, *Guillencus* eadem gratia Lingonensis Episcopus, salutem & debitam subiectionem. Quod dominum & amicum in litteris vestris Excellentia vestræ paternitatis nos dignata est appellare, formidamus, sed seruum & filium vestrum in Domino nos esse profitemur. Quod amicitiam nostram & debitam reuerentiam in omnibus obseruare cupitis, & iudicio nostro nullatenus aduersari vultis, gratias agimus, & nostrum seruitium per omnia propter hoc impensius offerimus. Quod *Abbas sancti Sequani* ad vos venit, & conquestus est, sibi præiudicatum esse de duabus Ecclesiis; Sciatis non ita esse, sed iudicium cui interfuit Episcopus Cabilonensis, & Abbas Besuensis, & Archidiaconi nostri, & maior pars curiæ Lingo-

henſis laudatis, ipſe & ſuis confirmauit, & coram omnibus iuſtum eſſe teſtatus eſt. Poſtea vero, apud Diuionem, me præſente, & domino *Cabilonenſi*, & *Ciſtercienſi* Abbate, & *Clareuallenſi*, & *Beſuenſi*, & Duce, & pluribus Baronibus Burgundiæ, & ipſo de quo loquimur, & ſuis, iudicium reiteratum eſt, & ab vtraque parte confirmatum eſt. Dum vero Canonici vellent complere quod iudicatum fuerat, quia videbat ſe grauari, cœpit tergiuerſari, & Romanam audientiam inordinate appellare: inſuper, ad contumeliam noſtram, armata manu, cum quingentis hominibus, vnde Canonicos ſancti Stephani, conſilio domni *Cabilonenſis*, & prædictorum qui aderant, ſecundum Canonica decreta inueſtieramus, inuaſit, rapuit, ſecum tulit. Quia vero vobis placet ſic nos omnia negocia noſtra paternitati veſtræ referre, ſi bene factum non eſt, vbi & quando vobis viſum fuerit, parati ſumus, ſecundum contriciam, emendare. Valete.

RAYNAVDVS *Lugdunenſis Archiepiſcopus*, *Guilenco* venerabili *Lingonenſi Epiſcopo*, dilecto domino & amico, ſalutem. Iudicium in curia veſtræ dilectionis factum, ab honorabili fratre & amico noſtro *Cabilonenſi Epiſcopo*, ex ordine nobis relatum eſt, ſimulque indicatum eſt nobis, quod vtrinque laudatum ſit, ab Abbate videlicet *ſancti Sequani*, & Abbate & Canonicis *ſancti Stephani*. Quod etiam ab eodem Cabilonenſi Epiſcopo, aliis, in præſentia Abbatis Clareuallis relatum eſt, & ab vtraque parte conceſſum. Ideo nos, & Epiſcopali iudicio, & amori veſtro iuſticiæ, quam in iudicio illo recognouimus, dignam deferentes reuerentiam, illud confirmamus, & iuſte tenendum decernimus; inueſtituram quoque, conſilio religioſorum virorum à vobis factam, ratam eſſe concedimus.

INNOCENTIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri *Guilenco Lingonenſi Epiſcopo*, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ne occaſione alicuius controuerſiæ, quies Monachorum, & fratrum Religionis conturbetur, ſummopere prouidendum eſt. Ideoque, ſicut præſentes tibi iniunximus, ita per Apoſtolica ſcripta fraternitati tuæ præcipimus, quatenus, aſcitis tecum dilectis filiis noſtris, *S. Ciſtellenſi*, & *B. Clareuallenſi*, Abbatibus, controuerſiam, quæ inter Eccleſiam *S. Stephani* & *S. Sequani* agitatur, Canonico fine decidas, aut concordiam & pacem componas. Ad hoc Canonicis & Monachis prædictarum Eccleſiarum mandando præcipimus, vt quod à te, conſilio prænominatorum fratrum iudicatum fuerit, abſque retractatione obſeruent. Datum apud *Clarummontem*, tertio nonas Decembris.

INNOCENTIVS ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri *Guilenco Lingonenſi Epiſcopo*, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Controuerſia, quæ inter filios noſtros *Herbertum ſancti Stephani* Diuionenſis, & *Herbertum ſancti Sequani* Abbates agitatur, dilectis filiis noſtris, *S. Ciſtercienſi*, *B. Clareuallenſis* Abbatibus, & aliis quos ſibi adhibere voluerint, commiſimus terminandam. Quocirca fraternitati tuæ mandamus atque præcipimus, vt quod ab ipſis, per contriciam vel concordiam, ſuper hoc ſtatutum fuerit, irrefragabiliter facias obſeruari. Quod ſi aliqua partium eorum, iudicio parere contempſerit, tam in contemptorem, quam etiam in res eius, debitam ſententiam proferas. Datum *Altiſiodori*, III. Kalendas Ianuarij.

INNOCENTIVS seruus seruorum Dei, dilecto in Christo filio, *St. Cisterciensi Abbati*, salutem & Apostolicam benedictionem. Quoniam turbatus & inquietus animus, non potest Deo dignum famulatum impendere, nostrum est, paci & tranquilitati Ecclesiarum, & seruorum Dei, auxiliante Domino, propensius prouidere. Controuersiam siquidem inter filios nostros *He. sancti Stephani Diuionensis*, & *Har sancti Sequani Abbatis* accepimus agitari. Quia igitur, te sapientem, discretum & religiosum virum esse cognouimus, dilectioni tuæ mandamus, quatenus statuto vtrique parti termino, causam audias, canoniceque diffinias, & auditis vtriusque partis rationibus, quod inter eos discretio tua statuerit, inuiolabiliter obseruetur. Datum *Remis*, II. Nonas Nouembris.

INNOCENTIVS seruus seruorum Dei, dilecto filio, *Heberto sancti Stephani Abbati* Diuionensis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ex administratione officij nobis à Deo iniuncti, est imposita nobis necessitas, vt Religionem satagamus statuere, & stabilitam summa diligentia propagare. Et sicut sacramenta Ecclesiastica magis diuino numini sunt accepta, ita per discretas & idoneas personas debent ad salutem animarum cum deuotione & humilitate attentius ministrari; ideoque per Apostolica scripta tibi concedimus, atque mandamus, vt si Ecclesias tuas vacare contigerit, in eis, libere & absque contradictione aliqua, sapientes & discretos Canonicos Regulares substituas, qui & curam animarum suscipiant, & earum saluti prouidere cognoscant, salua nimirum diocesani Episcopi iusticia & reuerentia. Data *Altisiodori*, XV. Kalendis Ianuarij.

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio *Heberto Abbati Ecclesiæ sancti Stephani* Diuionensis, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Quemadmodum ea quæ à nobis statuuntur, firma volumus & illibata persistere, ita ea quæ à fratribus nostris rationabili prouidentia, siue per contriciam, seu per concordiam, stabilita sint, illibata volumus permanere. Controuersia siquidem, inter vos & *Herbertum Abbatem sancti Sequani*, de duabus Ecclesiis, *Stabulis* scilicet, & *Dalreis*, est olim diutius agitata. Tandem in præsentia venerabilis *Guilenci* Episcopi vestri, sicut ex eius scriptis accepimus, iudicantibus *Gauterio Cabilonensi Episcopo*, & *Gerardo Besuensi* Abbate, & *Ayrardo* Lingonensi Decano, & duobus Archidiaconis, *Iocelino*, & *Garnerio*, earumdem Ecclesiarum vobis est cum decimis adiudicata possessio. Sed quoniam animus Abbatis sancti Sequani de repetendis Ecclesiis non pausabat, nos vtriusque Ecclesiæ paci & quieti prouidere curantes, causam ipsam dilecto filio nostro *Stephano Cisterciensi Abbati* ita commisimus terminandam, vt quod ab eo per iusticiam vel concordiam statuerentur, ratum auctoritate Apostolica permaneret; ipse vero, tanquam vir Religiosus, & pacis amator, auditis tam tuis quam alterius partis rationibus, & diligenter inspectis, consilio carissimi filij nostri *Bernardi Clareuallensis Abbatis*, & aliorum Religiosorum virorum, prænominatam de duabus Ecclesiis controuersiam hoc modo per concordiam terminauit, vt videlicet ipsarum Ecclesiarum, tam tu quam fratres tui, dimidiam portionem, & Ecclesia sancti Sequani reliquam medietatem optineat. Quia igitur quæ ad pacem sunt in Ecclesia Dei debemus statuere, & præfato filio nostro *Stephano* Abbate, concordiam stabilitam auctoritate Apostolica roboramus, & vt nulli super hoc vestram Ecclesiam liceat infestare, præsenti decreto sancimus: Si quis igitur huic nostræ constitutioni scienter contraire temptauerit, anathematis sententia percellatur. Ego *Innocentius* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Data *Cluniaci*,

niaci, per manus *Aymerici* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi, Cardinalis, & Cancellarij, II. idus Februarij, Pontificatus vero domini *Innocentij* II. Papæ anno II.

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, venerabili fratri *Petro Lugdunensi Archiepiscopo*, Apostolicæ sedis Legato, salutem & Apostolicam benedictionem. Fraternitati tuæ notum facimus, quoniam fratri nostro *Guilenco Lingonensi Episcopo*, per scripta nostra præscripsimus, quatenus dilecto filio nostro *Herberto Abbati sancti Stephani* Diuionensis, super Ecclesiam sancti Michaëlis, neque ab *Humberto* Presbytero, neque ab alia submissa persona, aliquam molestiam inferri permittat. Id ipsum quoque experientiæ tuæ iniungimus, vt qualiter idem Abbas præfatam Ecclesiam quietè ac pacificè habeat, omnino prouideas: Etenim veridica relatione didicimus, quod præfatus *Humbertus* eandem Ecclesiam iuste ammiserit. Data *Parisiis*, III. nonas Nouembris.

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, venerabili fratri *Guilenco* Lingonensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem. Fraternitati tuæ viua voce iniunximus, vt religiosos viros diligeres, eosque pro commisso tibi officio confoueres. Hoc profecto intuitu, per Apostolica tibi scripta mandamus atque præcipimus, quatenus dilecto filio nostro *Herberto Abbati sancti Stephani Diuionensis*, super Ecclesiam sancti Michaëlis, neque ab *Humberto* Presbytero, neque ab alia submissa persona, aliqua molestia vel iniuria inferatur; sed vt idem Abbas eamdem Ecclesiam de cætero quietè possideat, omnimodis cures efficere. Data *Parisiis*, III. nonas Nouembris.

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto in Christo filio, *Hugoni* illustri *Burgundiæ* Duci, salutem & Apostolicam benedictionem. Controuersia quæ inter filios nostros *Herbertum Diuionensem Abbatem*, & Monachos sancti Sequani iamdudum agitata est, dilecti fratris nostri *Stephani Cisterciensis Abbatis*, sapientis siquidem viri, cui eam per iusticiam vel concordiam terminandam commisimus, extat prouida discretione decisa. Verum præfati Monachi spiritu superbiæ inebriati, non solum concordiam ab eodem fratre nostro statutam minime seruarunt, quin potius, quamdam villam Ecclesiæ sancti Stephani peruadentes, vina fratrum ipsius loci fuderunt, vasa vinaria confregerunt, & eandem villam, tam animalibus quam rebus aliis spoliarunt. Quod nimirum tanto grauius ferimus, quanto hæc ipsa tuo fauore perpetrata esse accepimus. Nos igitur, quorum præcipue interest malefactores debita sententia cohercere, in eosdem Monachos iamdudum prolatam excommunicationem innouamus, & omnes qui opem & consilium in eodem maleficio præbuerunt, donec supradicta dampna restituantur, pari sententiæ subiacere præcipimus. Nobilitati ergo tuæ mandamus, vt iam dictam concordiam, quæ per tam sapientem virum & industrium facta est, facias obseruari, & ne prædictus Abbas, propter hoc vlterius molestetur, studeas prouidere. Alioquin timendum est, ne tibi imputetur, si quod possis malum prohibere, non prohibes. Dilectam filiam nostram ducissam, vxorem tuam, in Domino salutamus ac benedicimus. Data *Laterani*, XIV. Kalendas Iunij.

EO tempore, quo Papa *Innocentius* persecutionem Petri Leonis declinans, Galliam deuenit, Concilium statuit apud *Clarummontem* Aruernis, in quo inter innumera Ecclesiæ negocia, *Herbertus* Ecclesiæ beati Stephani Diuionensis Année 1133.

O

Abbas, conquestus est de Monachis sancti Sequani, quod Ecclesias de *Dalreis*, & *Stabulis*, cum decimis & appendiciis earum iniuste possidendo, auferrent suæ Ecclesiæ, quæ Lingonum Episcopi, multorum virorum sapientum placitatione adiudicata ei erant. Cuius iustam aduersus Monachos querimoniam audiens venerabilis Papa, quia sibi tam grauioribus causis occupato terminare non licuit, vsque ad Concilium quod sequenti anno Remis statuerat, distulit. Quo cum adessent Abbas sancti Stephani, & Abbas sancti Sequani, ipsorumque ratio tunc non terminanda inter Cardinales diu foret ventilata, ad vltimum, idem Papa discordiam hanc finiendam *Stephano Cisterciensi Abbati*, & *Bernardo Clareuallis Abbati* commisit, & quod ipsi inde diffinirent, ab vtrisque inrefragabiliter teneri iussit, atque Episcopo Lingonensi præcepit, vt si qua harum Ecclesiarum illorum diffinitioni non acquiesceret, & in ipsam & in res eius vindictam excommunicationis daret, donec satisfaceret. Accepto igitur Papæ præcepto, iam dicti Abbates, illis Ecclesiis prouidentes statuerunt, vt prænominatarum parochiarum beneficia, decimas scilicet & oblationes, per medium partirentur, & si quid in Ecclesiis illis prouidendum foret, aut agendum, vtrique æqualiter decernerent. Monachi itaque, excommunicationi subiici, quam Apostolicis parere præceptis maluerunt, plus in *Hugone Duce*, qui Ecclesiæ eorum erat protector, quam in Deo, spem ponentes, anno integro & duobus mensibus in excommunicatione pertinaces manserunt. Iniurias vero, quas Canonicis intra hoc tempus intulerunt, memorare longum est, sed ex multis duas ad memoriam his litteris reuocamus. Cum vnus Canonicorum, iussu Abbatis, die paschæ, ad Ecclesiam *Darilla* venisset, vt iuxta constitutum, medietatem oblationum acciperet, Monachi cum manu armata illic ad eundem necandum venerunt; sed Dei misericordia, aliorumque hominum deductione, inde illæsus ereptus est. Sexta quoque die post octauas Epiphaniæ, cum innumerabili rusticorum multitudine ad *Aqueductum* villam irruentes, tam Canonicorum quam hominum ibi commanentium res inuaserunt, Ecclesiam & atrium violauerunt, cicla sciderunt, vina fuderunt, annonas sparserunt, & cuncta quæ poterant secum tollentes, diripuerunt, damno precij decem librarum & plus, illis illato. Hoc audito, quidam milites Diuionenses, equis conscensis, illos insequentes, nimiam multitudinem subito turbauerunt, ac præda erepta, quisque quantos & quos & quò voluit, nullo obstante captiuos duxere. Diuina siquidem virtute cæcitate & formidine pressi, nec mulieribus se ligatos ducentibus resistere valuerunt, atque Monachi eis ducatum præbentes, cum turpi infortunio aufugerunt. Tandem, ipsorum Abbas & aliqui ex eis, cognoscentes non boni consilij esse, Deo velle resistere, coram Episcopo apud *Besuam* pœnituerunt, & secundum quod Abbates constituerant, concesserunt; hoc tantum retento, quia si sibi aliquando liceret, apud Romanum Pontificem se præiudiciatos quererentur. Abbas vero sancti Stephani, qui in hac re voluntati sui Episcopi semper paruerat, & quamuis sæpe interpellatus, sine Episcopo concordare hæc noluerat, nec excommunicationem laxari permiserat, dampna sua hominumque suorum tali tenore remisit, vt si se vltra exinde ad placitum prouocarent, sicut excommunicatis & raptoribus responderet, inuasasque res suas, ac hominum, reddendas expeteret. *Hugo* etiam *Dux*, ibi præsens, pollicitus est, Monachos S. Sequani, & homines eorum hoc cogere laudare. Qui autem quietus esse nollet, ab Ecclesia eiiceretur. Actum est hoc anno Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo tricesimo tertio, indictione XI. sexto decimo Kalendis Iulij. Testes huius rei sunt, ex parte Monachorum, *Hugo* Dux, *Hugo* Sacerdos de *Aschalo*, *Humbertus de Fessa*, *Hugo de Frodura*, milites.

MVNDANI iuris periti hoc proprium habent, vt in executione iusticiæ, & iniuriosa puniant, & benefacta confirment. Quanto magis nos, qui cælestis iuris periti esse debemus, ad hoc vacare oportet, vt quæ recte facta sunt, contra perfidiam roboremus. Quapropter has litteras, quantum in nostra possumus auctoritate, confirmamus, & tenementa fratrum *Agnuifontis*, quæ in hac carta continentur, perpetua nostri sigilli impressione munimus. In eodem quippe loco, Ecclesiam & cimiterium sacrauimus, qui scilicet locus, antiquo vocabulo *Agnuuinus* fons appellatur. Quicumque ergo ipsum locum multiplicauerint, diuina & nostra benedictione multiplicentur, & veniam suorum peccaminum accipere mereantur. Qui vero, his quæ hic scripta sunt, iniuriosa contemptione contraierint, æternas suæ contumaciæ pœnas soluant, nisi conuenienter satisfecerint: non enim parui criminis reus est, qui pauperes Christi exasperat; quia ad diuinam iniuriam refertur, quicquid seruis eius iniuriose infertur. Facta est autem prædicta consecratio, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo tricesimo quinto, indictione XIII. epacta XV. concurrente primo pridie nonas Octobris. Année 1134.

EGO *Stephanus de Maresc*, cum vxore mea, & fratre meo *Aldone*, atque socer meus *Raynerius*, cum filio suo *Gosberto*, diuisionem terræ nostræ, quam fecimus fratribus *Agnuini Fontis*, volumus vniuersaliter innotescere, & nostra omniumque hominum laude ratam æternaliter consistere. Iccirco enim, ad eosdem fratres dilatandos, nostros fines curtauimus, vt qui propriis culpis ligamur, eorum meritis à pio iudice absoluamur. Sciant itaque omnes Dei fideles, dedisse nos eis, sub iure perhennis allodij, totam terram quæ est intra terminos prædictæ diuisionis, vt ab ipsis amodo possideatur, eo prorsus modo, quo possessa est à nobis & antecessoribus nostris. Præterea non minorem eis libertatem in tota *Ormenciaci* potestate indulsimus, vt vbicumque terram vacantem repererint, ad nutum suum excolant eam, & exerceant eam, ita quod nec de cultura, nec de pastura, neque de inuentis, siue quibuslibet aliis necessariis, alicui respondeant. Quod si etiam terra occata & culta fuerit, & cultor eis suum laborem vendere voluerit, facto de labore conuenienti placito, ipsam terram deinceps possidebunt pro alodio. Acta sunt hæc in manu domni *Berengarij* Sacerdotis, & *Fulchonis* nepotis eius, atque *Lanberti*, postea Canonici & Rectoris prædicti loci, præsidente Lingonis domno *Goceranno* Pontifice. Testes sunt domnus *Hugo Morellus de Maresco*, *Hugo Bertrannus de Valle Brionnis*, *Henricus* Præpositus *Archi*. Testes etiam sunt septem libræ nummorum, quas ab ipsis accepimus.

NOTVM sit omnibus cultoribus veritatis, quod *Girardus* miles de *Molerie*, dedit sancto Stephano & Canonicis *Agnuini fontis*, terram suam, quæ dicitur ad mansum, ad omnes vsus omnesque culturas, laudante domno suo Comite *Vuichardo*, à quo ipsam terram tenebat. Inde testes sunt *Aynardus* Præpositus eiusdem Comitis, *Odo* cognatus Aynardi, *Mauricius* sororius eius, & *Oliuerius* miles, *Arnulfus de Viler Villicus Girardi*, cum filio suo *Garnerio*. Hoc donum confirmatum est à supradicto *Girardo*, coram domno *Herberto* Abbate, & Canonicis, *Bosone*, & *Lanberto* prædicti loci Rectore. Confirmationi huic affuerunt testes, *Bartholomeus* filiaster *Girardi*, *Teboldus de Figneù*, *Petrus de Viler*, & *Malgerius*, *Valterius* famulus Canonicorum, & *Arbertus de Ormence*. Vxor etiam *Girardi* confirmauit, apud Prouencherias, teste *Petro* & *Theoderico* fratre eius. Testes nichilominus sunt huius dationis & confirmationis, septem libræ argenti, quas *Girardo*

Canonici dederunt, in pactum pacis & securitatis.

HENRICVS de *Rupe Inscisa*, cum vxore sua, & filiastro, & *Huo Rubeus*, cum vxore sua & filiis, atque *Oldierius* sororius Hugonis, cum laude vxoris suæ, & filiorum, dederunt, sub censu, fratribus *Agnuinifontis*, tres petias prati; vnam scilicet ad *Rupetum*, alteram sub natatoria *Faueroles*, tertiam ad *Viale* de latere semitæ *Faueroles*; acceperuntque perinde à Canonicis ingressum XII. solidorum, census autem octo nummorum, qui soluentur singulis annis in Paschalibus feriis. Præterea *Henricus*, & *Huo Rubeus* tradiderunt sub censu V. nummorum & vnius minuti, quicquid habebant & possidebant in *Prato Ricardi*, laudante hoc & confirmante vxore *Henrici*, & filiastro eius. Ad ipsum vero pratum pertinet quædam portiuncula prati, quæ est in *Vilai*, ad quam respicit adiectio ipsius minuti. Soluetur ergo census iste, in sancti Mammetis solempnitate, filio *Vidonis* venatoris *de Lusa*. Item *Hugo Rubeus* dedit dimidium prati ad fontem *Pesant*.

Hugo, & *Anno*, & *Paganus de Viuenecurte*, dederunt sancto Stephano & Canonicis *Agnuinifontis*, cum laude dominæ *Blancha*, totum quod habebant in *Riuobouali*, acceptis perinde VI. solidis. Item, idem *Anno* & *Paganus*, adcensauerunt eidem domui, vnam astam prati, ad *Roserias* positi, sub censu trium nummorum, soluendorum in septimana Paschali. Testes sunt *Hugo Morellus de Maresc*, & *Huo Rubeus*. Testes etiam sunt decem octo nummi, *Annoni* & *Pagano* dati, & duodecim alij à domina *Blancha*, quæ hoc confirmauit, accepti. Sunt item duæ petiunculæ prati in *Viali*, quas tenet domus *Agnuinifontis* ab *Agnnone* & *Huone*, sub censu quatuor nummorum, requirendorum & soluendorum in prædicto termino.

Henricus maior *de Maresco*, & *Gyslebertus*, atque *Rodulfus Scorians sanctos*, donauerunt fratribus *Agnuinifontis*, tres petias prati, quarum duæ sunt in *Viali*, tertia est iuxta viam quæ ducit de *Viler* ad *Maresc*: & sciendum est, huius beneficij gratia, septem solidos eis fuisse datos. At vero iuxta eandem viam est alia petiola prati, quam dedit *Petrus de Canali*. *Vuillermo* etiam tribuerunt Canonici solidos duos, pro quadam petiola in viali posita. In eodem quoque confinio est alia prati portiuncula, quam *Odo bonscor Agnuino fonti* gratis tribuit.

Helbertus miles, dedit sancto Stephano & Canonicis de Agnuino fonte, totum alodium suum, quod est in finibus *Maresc*, & *Faueroleis*, & in *Riueria Suisseta* dimidium prati, cuius alterum dimidium tenet domnus *Molmenti*. Testes inde sunt *Petrus de Viler*, & *Malgerius*. *Milo miles de Coclea*, & *Hugo* atque *Gauterius*, nepotes eius, conuersionis voto ad puteolum venerunt, vbi fratres de *Agnuino fonte* prius habitauerunt, qui de sua salute soliciti, dederunt eisdem fratribus, totum alodium suum, quod ad *Roserias* possederunt. Dedit ergo idem *Milo*, integrum *Viridarij* mansum ad *Roserias* situm, quod ei specialiter mater eius *Arsendis* attribuit. Testes sunt *Bartolomeus*, & *Rodulfus*, fratres Hugonis *de Maresc*, qui etiam dederunt quod ad *Roserias* possidebant. Idem *Hugo Morellus*, & *Hugo de Gieyo*, cum coniuge sua, & filio *Odone*, dederunt terram *Veneritij* filij *Dauid*: Item, *Hugo de Gieyo* dedit vnam secturam prati ad *Montem Bruxonem*, cum laude vxoris suæ, & filij, acceptis perinde duobus solidis. Item, apud *Roserias* possidet domus *Agnuinifontis*, pratum *Girodi*, quod dederunt ei *Petrus de Viler*, & *Durannus*, cum laude fratris sui *Raynaudi*. Item, *Hugo Morellus* dedit omnem terram iuris sui, sitam in *Riuo bouali*. Item, in *Riuo bouali*, dedit omne quod possidebat *Petrus* filius *Algerij*, laude *Duranni* comparticipis sui. In summitate *Riuibonalis*, est petiola prati, quam dedit *Fulco*, cum consensu *Iohannis* filij sui.

Fulco de sancto Lupo, qui apud Tilecastrum obiit, fratribus Tilecastrensibus totum quod habebat ad *Tarnach*, dereliquit; sed Canonici Agnuifontis, ipsum deinceps possederunt, datis pro redemptione eiusdem terræ viginti octo solidis,

domno *Pontio de sancto Lupo*, qui eam tenebat in vadimonio. Factum hoc est nutu Tilecastrensium Canonicorum, ab *Aldone*, & *Gerardo*, & *Lanberto* Canonicis Ecclesiæ Diuionensis, & Obedienciariis Agnuinifontis. Laudauit etiam hoc, *Drogo bornus* frater *Falconis*.

Notandum est de omnibus prædictis censibus, quod requisiti ab eis quibus debentur, infra octo dies requisitionis licenter soluentur.

Notum sit omnibus, quod *Drogo bornus* miles *de sancto Lupo*, donum quod prædictus *Falco*, frater suus, fecerat Ecclesiæ beati Stephani Diuionensis, de parte sua quam habebat in prædio quod dicitur *Tarnach*, ex toto laudauit, & percursum, quem frater suus, si aduiueret, in parte propria haberet, eidem Ecclesiæ penitus concessit. Post decessum vero suum, pro remedio animæ suæ, peccatorumque remissione, suam partem ipsius prædij prædictæ Ecclesiæ dedit. Factum est hoc in *Gyeio* villa, præsente domno *Herberto* Abbate, à quo idem *Drogo* beneficiorum Ecclesiæ participationem expetiit, vt si cordi suo complaceret, & sæculo abrenuntiaret, in eadem Ecclesia conuerteretur: si autem ei obitus in sæculo contingeret, & oportunitas loci id donaret, à Canonicis vt confrater sepeliretur. Huius rei testes *Milo* Canonicus, *Hugo* Capellanus, *Euurardus* Clericus, *Hugo de sancto Lupo* dominus, *Tebaudus de Molandum*, *Rodulfus de Meillan*, *Tebaudus* ipsius *Drogonis* nepos, *Natalis* famulus Abbatis, *Tecelinus*, & *Roaldus de Gieyo*.

IN nomine & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ego *Raynaldus Burgundiæ* Comes, recognoscens circa me gratiam summi Dei, qui ob id, vt reor, michi immerito potestatem contulit terrenam, vt peccata mea eleemosynis redimam, dono æternaliter & inrefragabiliter Canonicis S. Stephani Diuionensis, consuetudinarias ventas, & pediagia, reliquasque persolutiones, quas in terra mei iuris quomodolibet soluere solebant, scilicet apud *Salinum*, *Dollam*. Hanc autem donationem, de intimo meo procedente aspectu, eo tendere certum sit, vt anima mea, quæ ex suo merito timet supplicium, salutare aliquod obtineat remedium, meritis & precibus bonorum virorum prædicto Protomartyri famulantium, nec solum mea, sed & antecessorum meorum, quos eiusdem Ecclesiæ familiares fuisse non est dubium. Actum *Bisontij*, in *Lobio Guidonis* filij *Constantini*. Anno millesimo centesimo tricesimo quinto, indictione decima tertia. Testes sunt *Hugo de Canisiacho*, *Bernardus de Tremeliaco*, *Guido de Quingiaco*. Année 1135.

Bulle en faueur de S. Estienne de Diion.

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio *Herberto* Abbati Ecclesiæ beati Protomartyris Stephani, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum. Venerabilium locorum cura nos ammonet, de eorum quiete & tranquilitate solicite cogitare, vt qui diuina disponente clementia, ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas & à prauorum hominum nequitia tueamur, & sedis Apostolicæ priuilegio pariter roboremus. Quamobrem, dilecte in domino fili, *Herberte* Abbas, tuis iustis desideriis paterna benignitate impertimus assensum, & Ecclesiam beati Protomartyris Stephani, cui auctore Deo præesse dinosceris, cum omnibus ad eam pertinentibus, præsentis scripti suffragio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo Canonicus qui secundum beati Augustini Regulam ..... in eadem Ecclesia noscitur institutus, perpetuis futuris temporibus ibidem inuiolabiliter obseruetur. Quascumque præterea possessiones, quæcumque bona, idem locus in casamentis, terris, Ecclesiis, capellis, villis, seruis, ancillis, seu aliis rebus inpræsentiarum iuste & canonice possideret, aut in posterum concessione Pontificum, liberalitate regum, vel principum oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio poterit adipisci, firmæ tibi tuisque successoribus & illibatæ permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Videlicet matricem Eccle-

siam, in honore sancti Protomartyris Stephani dedicatam, cum cimiterio, infra murum castri: Ecclesiam *S. Medardi*, cum decimis: Ecclesiam *S. Michaëlis*, cum cimiterio & decimis, extra murum sitam: Ecclesiam *sancti Aniani Aqueductus*, cum cimiterio, decimis, & terris suis: Ecclesiam *sancti Martini de Quintiniaco*, cum cimiterio, decimis, & terris suis: Ecclesiam *sancti Mauricij de Silciaco*, cum cimiterio, decimis, & terris suis: ius quod habetis in Ecclesia *sancti Genesij de Dearilla*, & capella *de Stabulis*, cum cimiterio, & parte decimarum: Ecclesiam *sancti Martini de prato*, cum capella *de Pontanis*, cimiterio, & pertinentiis earum: Ecclesiam *sanctæ Mariæ de Gimellis*, cum capella *de Picangis*, cimiterio, terris, & decimis: Ecclesiam *sancti Florentij de Tylecastro*, cum capella sanctæ Mariæ, & cimiterio, decimis, terris, & pertinentiis earum: Ecclesiam *sancti Petri de Mirebello*, cum cimiterio, decimis, terris & appendiciis earum: decimam *de Geiaco*, decimam *de Cureio*: locum capellæ qui est inter *Leuglerium*, & sanctum *Fidolum*, cum appendiciis suis: Ecclesiam *sancti Andreæ de Ormentiaco*, cum capellis, cimiterio, & parte decimarum quæ Presbyteratui congruit: locum de *Puteolo*, locum de *Annino Fonte*, cum appendiciis suis: locum *de Galdo Altrey*, cum appendiciis suis: Ecclesiam *sancti Martini de Archo*, cum cimiterio, & appendiciis, suis: locum *de Monte Cyniaco*, cum appendiciis: locum *de Franceis*, cum pertinentiis suis: locum de *Bona valle* iurensi, cum appendiciis suis: Ecclesiam *S. Germani de Copiaco*, & capellam *sancti Andreæ de Parriniaco*, cum decimis: capellam *sanctæ Mariæ de Marcenniaco*, cum cimiteriis, & terris earum: ius vestrum de Ecclesia *de Sauiniaco*, cum cimiterio, & medietate decimarum & terrarum. Præsenti quoque decreto sancimus, vt decedente *Garnerio* eiusdem loci Præposito, aut aliis sæcularibus Canonicis, nullus eis, nisi Regularis Præpositus, seu etiam Canonicus, substituatur. Obeunte vero te, ipsius Abbate loci, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi cuiuslibet subreptionis astucia seu violentia præponatur, nisi quem fratres, aut fratrum pars, consilij sanioris, secundum Dei timorem, & beati Augustini Regulam, eligendum prouiderint. Prohibemus etiam, vt nullus infra terminos parochiarum eiusdem Ecclesiæ, Ecclesiam, capellam, aut cimiterium construere vel consecrare præsumat. Adicientes insuper, vt præfatæ Ecclesiæ Regulares Canonici, libere & absque contradictione, curam & administrationem parochialium Ecclesiarum suscipiant, & commissarum sibi animarum saluti, Domino auxiliante, prouideant. Nulli etiam Canonicorum vestrorum licentia pateat, post factam in eadem Ecclesia professionem, absque Abbatis vel fratrum licentia inde discedere, vel ad loca alia transuolare: discedentes vero, nullus Episcoporum vel Abbatum suscipere audeat, vel retinere. Porro de laboribus, quos propriis manibus sumptibusque colligitis seu etiam de nutrimentis vestris, iuxta quod à nobis in generalibus est statutum Conciliis, à vobis exigi decimas auctoritate Apostolica interdicimus. Præsenti quoque decreto sancimus, & parochianorum vestrorum sepulturam libere habeatis, nisi forte aliqui eorum, se in aliis decreuerint Ecclesiis sepeliri. Decreuimus ergo, vt nulli omnino hominum fas sit, prædictam Ecclesiam super hac nostra constitutione temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisue persona, huius nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temere venire temptauerit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua emendatione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei ac Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine, districtæ subiaceat vltioni. Conseruantes autem hæc, omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius benedictionem & gratiam consequentur. Amen, amen, amen.

Ego *Innocentius*, Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi: bene valete. Ego *Gerardus* Presbyter Cardinalis tituli sanctæ Crucis in Ierusalem, subscripsi. Ego *Lucas* Presbyter Cardinalis tituli sanctorum Iohannis & Pauli, subscripsi. Ego *Yuo* Presbyter Cardinalis sancti Laurentij, tituli Damasi, subscripsi. Data *Laterani*, per manum *Aymerici* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cancellarij, XVIII. Kalendas Maij Dominicæ Incarnationis anno millesimo centesimo tricesimo nono, indictione secunda, Pontificatus domni *Innocentij* Papæ II. anno decimo. Année 1139.

ANNO ab Incarnatione Domini millesimo centesimo tricesimo septimo, indictione decimaquinta, vigilia Apostolorum Petri & Pauli, diuino iudicio, castrum Diuion. cum omni circumposito & Ecclesiis, incensum est, & præter indicia murorum, intus & extra, pene ex toto cumplanatum. Hinc contigit, altare intra muraneæ Ecclesiæ gloriosi Protomartyris Stephani, ciborio quod inerat, ardente, confringit, sed Dei repropiciatione, & multorum collatione, eadem Ecclesia cum officinis restaurata à donno *Gotefrido Lingonensi Episcopo*, Episcopatus eius anno secundo, & *Galterio Cabilonensi* Episcopo, cum altare innouato sollempniter consecrata est, indictione IV. anno millesimo centesimo quadragesimo primo, quinto Kalendas Maij. Traditum enim erat ab antiquis, qui priori benedictioni interfuerant, vnciam manus *beati Stephani* cum ampulla sanguinis eius in altari esse, qui tempore quo Episcopi totius Galliæ conuenerunt Besuntium, ad participandum de brachio beati Stephani, ibidem allata est, quæ in locello lapideo, plumbo interius illito, reperta est, cum ampulla & aliis reliquiis, Deo soli quorum sanctorum sint, cognitis. Ipsa vero vncia, in pixide eburnea remota est, & aliæ reliquiæ de osse *sancti Laurentij*, de *sancto Sebastiano*, & *sancti Genesij*. In alio vasculo vitreo reliquiæ *sancti Manmetis*, cum aliis reliquiis, quæ in prædicto loculo sunt repositæ. Positum est ibi vas marmoreum, in quo reliquiæ de puluere *sancti Prudentij*, & boxta vitrea, in qua reliquiæ *Bartholomæi* Apostoli, de veste eius & de capillis, de pallio *sancti Michaëlis*, de *sancto Benigno*, *Vincentij* Martyris, *Mauricij*, sociorumque eius, *Medardi* Episcopi, *Cornelij* Papæ, *Vedasti* Episcopi, de calciamento *sancti Martini*, *Mariæ Magdalenæ*, *Reginæ* Virginis, & aliorum multorum Sanctorum. Est in prædicto vase marmoreo, ampulla, & extra ipsum vas, alia ampulla ansulata, in quibus inuentæ sunt reliquiæ altaris basilicæ *sancti Vincentij*, de quibus tale indiculum reperimus. Reliquiæ de *sancta Maria*, *Petri & Pauli* Apostolorum, *Andreæ* Apostoli, *Christophori* Martyris, *Honorinæ* Virginis. Anno autem transacto, id est ab Incarnatione Domini millesimo centensimo quadragesimo, XVII. Kalendas Iunij, consecratum est altare sancti Martini in Ecclesia beati Stephani Diuionensis, à domno *Gotefrido Lingonensi Episcopo*, & positæ in eo reliquiæ de calciamento *sancti Martini*, de sancto *Panchratio*, de sancto *Pantaleone*, de sepulchro Domini, de sancto *Nazario*, de sancto *Sebastiano*, de sancto *Ambrosio*, de sancto *Valentino*. Anno etiam ab Incarnatione Domini millesimo centesimo tricesimo nono, indictione II. consecratum est altare sanctæ Crucis, à domno *Gauterio* Cabilonensi Episcopo, in honore eiusdem Crucis, & beatæ Margaretæ, & omnium Virginum Christi. In ipso altare conditæ sunt reliquiæ de *sancta Maria*, de sepulcro Domini, de *Barba sancti Petri*, de cruore *sancti Andreæ*, de sancto *Stephano*, de sancto *Cornelio* Papa, de sancto *Gregorio* Papa, de sancto *Leone* Papa, de sancto *Proiecto* Martyre, de sancta *Margareta* Virgine, & aliorum multorum. Hoc factum est VII. Kalendas Iulij. Ipsa die consecrata est crux, & eleuata, & in ipsa reliquiæ de ligno Domini, & de sepulcro Domini, & de *sancta Maria*, de sancto *Vincentio*, de sancto *Gregorio*, de sancto *Christophoro*, de sancto *Pantaleone*, de sancto *Iohanne*, de Monte Caluariæ, de sancto *Ambrosio*, de sancto *Concalo*, & de vestimento *sancti Iohannis Baptistæ*, & multorum aliorum.

Année 1137. Année 1141. Année 1140. Année 1139.

In alia siquidem benedictione, quæ fertur tempore *Raynardi Lingonensis* Præsulis, à *Guarmundo Viennensi* Archiepiscopo, aliis Episcopis coadiuuantibus, facta pridie Kalendas Iulij, altare sanctæ Mariæ, & sancti Bartholomæi, & sancti Laurentij, nec non sancti Desiderij, vno die consecrata referuntur. Altaris vero sancti Iohannis Euangelistæ, quod est in cripta, ipsiusque scripta consecratio, facta fuit VI. nonas Iulij. Benedictio autem altaris sancti Petri, IX. Kalendas Aprilis. Australis quoque terris altare in honore sanctæ Dei Genitricis & sancti Andreæ consecratum fuit, VII. idus Decembris. Hæc altaria credimus & scimus & eorum in quorum honore habentur, & aliorum insignita reliquiis, licet inertia Priorum, nulla nobis de eis indicia reliquerit.

INTER omnia quæ docuit ac tenenda instituit patrum antiquitas, absque dubio præcellit ab eis tradita litterarum auctoritas; quibus, quodammodo præterita velut præsentia inscientibus monstrantur, & cum fallacium repressione similatrix mortis obliuio deletur. Vnde nos, non solum voluntate, sed & necessitate cogente, priorum nostrorum in hoc quoque morem sequentes, præsentium ac futurorum noticiæ, his litteris resignamus, quod non obliuisci eis vtile nouimus. *Pontius* miles de *sancto Lupo*, vxorque sua *Lancenna*, dederunt Ecclesiæ B. Stephani Diuionensis, in manu domni *Herberti* Abbatis, quartam partem census atrij, in villa quæ dicitur *Auiurra*, nec non & quartam partem omnium decimarum eiusdem villæ, tam in annonis quam in bestiis. Hoc donum *Raymundus de Grancein*, de quo in fedo tenebat, & vxor eius *Ducissa*, eidem Ecclesiæ, præsente prædicto Abbate, laudauerunt, coram *Gisleberto* Canonico, fratre ipsius *Raymundi*, & *Guidone de Ransinertis*, & *Ricardo* præposito Episcopi, Castellionullo, & *Ricardo* Capellano Tilecastri. Ipse *Poncius*, vxorque eius, dederunt etiam, partem quam habebant in loco molendini de *Gieio*, & pratum quod est superius. Vtrumque autem donum laudauerunt & concesserunt, *Guido Cabut* frater *Poncij*, & vxor eius *Ermynia*, filiique eorum *Iohannes*, & *Guibertus*, & filia *Elisabet*, cum marito suo *Teobaudo*. Huius donationis & concessionis testes, *Hugo* Capellanus, *Hugo* domnus *de Gieyo*, & *Odo* eius filius. *Teobauldus de Monlandum*, *Guido de Mesllan*, *Drogo bornus*, milites, *Hugo* cliens, & *Hugo* filius eius, *Simon*.

Aliam partem in loco molendini, pro remedio animarum suarum & antecessorum suorum, in manum *Herberti* Abbatis dederunt, *Hugo* Capellanus, & fratres sui, *Lanbertus* maior, *Odo*, *Guido*, *Iosmertus*, sororque eorum *Rimoldis*, vxor *Hugonis* clientis, & *Berta* vxor *Alinardi* fratris eorum, iam defuncti; cum filia sua *Teza*, & filij *Lanberti* maioris, *Lanbertus* & *Constantius*. Hoc idem fecerunt cognati eorum *Arnotus*, *Constantius*, *Vuilencus*, *Lanbertus*, filiique eorum, *Hugo*, filius *Arnoti*, *Constantius* & *Martinus* filij *Constantij*, & filij *Lanberti*, *Iohannes Gitbertus*, sororque eorum *Eldearda*, cum marito suo *Humberto*. Hi omnes, cœlestia pro terrenis optantes, Ecclesiæ beati Stephani, partes sedis molendini sibi competentes, benigne & absolute dederunt. Quia autem solent Domini dona ministerialium vel villanorum suorum, quamuis iniuste, plerumque calumpniari, *Hugo* dominus *de Gieio*, & vxor eius *Eloiz*, cum *Odone* filio suo, vxoreque eius *Regina*, ne qua ex sua suorumque parte contra donum eorum vnquam reclamatio fieret, donum concesserunt. Quorum concessioni affuerunt *Galo* Canonicus, *Auynus* conuersus, *Hugo* Capellanus, *Poncius*, *Guido Cabul* frater eius, *Teobaudus de sancto Lupo* gener Guidonis, *Tebaldus de monlandum*, *Vido de Meslan*, *Drogo bornus*. Donationis vero *Hugonis* Capellani, & fratrum eius, & cognatorum, sunt testes *Ebrardus* sutor, *Ebrardus* Clericus, *Gunterius* nepos ipsius *Hugonis*, & *Lanbertus* frater *Humberti*, & de *Monlandum Teobaudus*.

NOVVM

NOTVM sit omnibus, quod *Maynfredus de Arco*, mansum & terram quam tenebat in *Aqueductu*, pro anima sua & pro antecessoribus suis, atque pro filio suo, qui Canonicus erat Ecclesiæ beati Stephani, concessit. Hoc tamen donum Ricardus de *Framont* calumpniatus est, dicens mansum & terram se à *Maynfredo* in fœdo tenere. Tandem conuenientes ad Aqueductum, prius colloquium, isdem Ricardus Ecclesiæ vuirpiuit quod calumpniabatur, & *Maynfredus* cognouit & confessus est, mansum & terram iuris Ecclesiæ sancti Stephani potius esse quam sui, seque pœnituit iniustè tenuisse. Affuerunt donationi & guirpitioni Ricardi, *Herbertus* Abbas, *Garnerius* Præpositus, *Tebaudus* Canonicus, *Herbertus* Canonicus, & *Hugo* frater eius Præpositus sancti Iuliani, *Humbertus de Cortblanchin*, *Aimo Bornus*, hi etiam cognitionem *Maynfredi* audierunt, indeque testes existunt. Eadem die, prædictus Abbas, cum *Tebaldo* Canonico, ad Arcum perrexit, atque ipsum donmum, filij *Maynfredi*, & filia vxor eius, & vxor filij eius, laudauerunt, & concesserunt, coram *Andrea* & *Huone de Esibrio* militibus, & *Valdino* cliente *Maynfredi*.

PRÆSENTIBVS ignotescat & futuris, quod *Galterius de Monte medio*, Iherosolymam iturus, fratribus loci, qui dicitur *Capella*, guirpiuit partem terræ, quæ sibi competebat, à viuerio vsque ad riuum, vnde eos diu placitauerat. Præsentes fuerunt, *Drogo* Canonicus, *Lebaldus* conuersus, *Geilo* miles templi, & famulus eius *Odo*. Postea Diuion. veniens, & societatem beneficiorum Ecclesiæ humiliter expetens, id ipsum in capitulo fecit. Insuper quartam partem potestatis, quæ dicitur *Villa ferraria*, pro redemptione peccaminum suorum eis concessit, si contingeret eum à Iherosolyma non redire. Quam quartam partem, cum alia terra, pro quatuor libris & dimidiis, *Vuido Rauinellus* in vadimonium habebat, & eam, si non rediret, Canonici non ex toto, sed secundum quantitatem quartæ parti competentem, redimerent. Factum est in capitulo Diuionensi, fratribus præsentibus, & *Kalone de Granceio*, & *Rodulfo Bicheto*, & *Humberto de Canali*. *Odo* frater eius annatus, orationum & beneficiorum fratrum particeps factus, donum fratris concessit, & contra quoslibet calumpniatores se manutenere spopondit.

NOTIFICAMVS tam præsentibus quam posteris, quod *Otto Dominus de Mirebello*, coruatam suam ibidem sitam, decem iornales terræ fere habentem, Deo & sancto Stephano Diuionensi, sanctoque Petro, in cuius honore ipsius castri consistit, pro animæ suæ antecessorumque requie concessit, & iure hereditario, in perpetuum possidendam tradidit. Hoc fecit laude & consensu fratrum suorum, *Huonis* scilicet & *Rainaudi*, acceptis ex dono Ecclesiæ sexaginta solidis. Testes huius rei, *Vuido*, & *Petrus Constantius*, Canonici, Capellanus, *Vualterius* Sacerdos, *Eruardus* Clericus, *Vuillerius* & *Hugo* fratres *Pagani*.

NOTVM sit omnibus, quod *Galterius de Hescbire*, qui nomine baptismi *Hugo* dictus est, ad conuersionem veniens, partem quam habebat in foresta *Milonis*, Deo & Ecclesiæ sancti Stephani Diuionensis dedit. Ipso defuncto, paruoque tempore transacto, *Henricus* filius eius, ipsam partem cœpit calumpniari, donec monitus, & male se agere cognoscens, guirpiuit prius in manu domni *Herberti* Abbatis, coram *Garnerio* Præposito, & *Odone de Hesbereio*, & *Odone Malnurri*, ac postea donum patris, ipse cum vxore sua *Poncia*, & filio *Aimone*, super altare obtulerunt, præsentibus, Prædicto Abbate, & Præposito, & *Petro* cliente *Aymo-*

P

nis Rufi, & *Galterio ventario*, & *Duranno Eſcharrzum*, & *Conſtantino* famulis.

MANIFESTVM ſit omnibus, quod *Brictius*, & *Robertus* frater eius, & *Rodulfus de Toorna*, qui ſororem eorum vxorem duxerat, obtulerunt ſuper altare S. Stephani, pratum quod dicitur *Exactum Arnulfi* & iurauerunt protectionem terræ contra omnes calumpniatores: Et de hoc dederunt fideiuſſores *Mauricium* fratrem *Guidonis de Parriniaco*, & *Guidonem Cornerium*, & *Stephanum* maiorem de *Marcennaco*, & *Guidonem* filium ipſius *Rodulfi de Toorna*. Teſtes huius rei, *Varnerius* Præpoſitus, *Galo*, *Girardus*, Canonici, *Andreas Dubitatus*, *Vuillelmus* Præpoſitus, *Petrus* cliens *Aymonis*, *Bernardus* maior, *Bernardus de Quintiniaco*, *Durannus*, *Aymo*, *Vuilencus de Quintiniaco*, *Laurentius*, *Durannus*, *Vuarnerius*, *Vianna de Diuione*.

EGO *Gilbertus Vicecomes Diuionensis*, Ieroſolymam iturus, ad meam protectionem glorioſum Protomartyrem Stephanum terrenæ meæ hereditatis feci participem, vt ipſius eique famulantium preces peccatorum mi veniam æternamque ſalutem conferrent. Ipſum autem donum ſub turre ſancti Petri, iuxta ingreſſum clauſtri prius diuiſum, poſtea ſuper altare, teſtibus ſubſcriptis præſentibus obtuli, & ad rei firmitatem præſentium futurorumque noticiæ litteris commendari volui. Dedi igitur terram ad exitum Diuionis, vltra domum Dei, inter terralia ſcilicet, & extra, quæ eſt ſecus chiminum de *Bra*; ita quod ipſum chiminum medium eandem terram hinc inde habeat, & terram quam *Guido de Vrtierio* eis dederat, quam reclamabam, nec non & terram quam *Petrus* Præpoſitus *Aymonis Rufi* tenebat: omnem videlicet terram vndique ibidem ad me pertinentem. Inſuper, quicquid habebam in terra quæ ſubiacet muro Diuionenſi exterius, quantum ad Vicecomitatum pertinebat, liberè & abſque vlla reclamatione concedo. Teſtes huius rei, *Herbertus* Abbas, *Galo*, *Galo de Renanis*, *Giſlebertus*, *Robertus*, Canonici, *Huo Candart* frater *Galonis* Monachi ſancti Benigni, *Vuido de ſancto Michaële*, *Vuido Aillenardus* milites, *Vuillermus* Præpoſitus, *Bartholomæus de Cauennaco*, *Galterius* & *Paganus*, ventarij, *Conſtantinus Craſſus*, *Durannus Eſcharizon*, *Natalis*. Factum eſt hoc, feria ſecunda ante ſeptimanam Rogationum, præſente & Billone cliente Vicecomitis, cuius vxore ſequenti tertia feria defuncta, ipſe in craſtinum domini ſuum expeditus ſequutus eſt. Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſi-
Année mo quadrigentiſimo quinto, indictione VIII. Hoc donum, vt prædictum eſt,
1145. *Gertrudis* Vicecomitiſſa ex integro laudans, confirmauit, præſentibus *Galone* & *Giſleberto* Canonicis, *Odone Pancerio* Sacerdote, *Aymone Bucha* de firmitate, *Hugone* Præpoſito Vicecomitis, *Bartolomæo de Cauennaco*, *Vuillermo* Præpoſito, *Duranno Rufo*, *Galterio* & *Pagano* ventariis, *Conſtantino Craſſo*, & *Natali*.

NOTVM ſit omnibus, quod *Henricus Canlata*, & vxor eius *Flora*, laudantibus filiis ſuis & filiabus, ſuper altare ſancti Stephani guirpiuerunt, & obtulerunt terram *Quintiniaci*, vbicumque eſſet, & qui de illa Canonicos placitaret, aduerſus eum protectionem omnino ſe ferre promiſerunt. Teſtes ex parte eorum, *Vuillermus* Præpoſitus Vicecomitis, *Iohannes Tardix*, *Petrus* cliens *Aymonis Rufi*, *Florentinus*. Ex parte Canonicorum *Iosbertus Rufus*, *Odo Caynus*, *Odo de Eſchireio*, *Vido Aillenardus*, *Huo de Marmaeſſa*, milites, & famuli *Galterij*, & *Paganus* ventarius, *Durannus Eſcharizon*, *Conſtantinus Craſſus*, *Natalis*: præſentibus quoque *Herberto* Abbate, *Garnerio* Præpoſito, & omni pene Conuentu.

NOTVM fit omnibus, quod *Bernardus Salinensis*, qui habebat filiam *Petri de Hispanis*, querelam qua vexabat Canonicos sancti Stephani, de terra *Quintiniacensi*, hortatu domni *Bernardi* Capellani sui guirpiuit, & si quid exinde sui iuris erat, super altare sancti Protomartyris obtulit. Testes huius rei *Robertus* Decanus, *Petrus Manans*, *Ebrardus de sancto Michaele*, *Tebaldus de Marcenna*, *Maynfredus de Arco*, *Vlricus* miles eius, *Petrus* cliens *Aymonis Ruffi*, *Paganus* Venatarius, *Vuillermus* famulus. Ex parte *Bernardi*, *Bernardus* Salinensis Presbyter, *Guido* nepos eius, *Goselinus* filius *Hugonis de Besua*, *Ebrardus Siccus*. Apud *Salinum*, vxor prædicti *Bernardi*, quod maritus suus Diuione fecerat, laudauit, & guerpiuit omnem calumpniam Deo & sancto Stephano & Canonicis, laudantibus filiis suis, & filiabus, quibus domnus *Garnerius* Canonicus dedit vnicuique nummum, propter signa, & *Iohanni* maiori filio, caligas duodecim nummorum. Affuerunt testes, *Bernardus* Sacerdos, *Berengarius* nepos eius, Sacerdos, *Niuo* Clericus, & filius eius *Odo*, *Martinus* scriba, *Ricardus* Clericus, *Georgius* frater donni *Bernardi*.

SCIANT omnes, quod donum quod *Girardus de Moleria* fecit, de terra quæ dicitur ad mansum, superius adnotatum est. Denique aliquanto prius tempore, quibusdam querelis obortis, donum ipsum causare cœpit; sed proborum hominum ratione & consilio conuictus, laudante filio suo, quod prius fecerat, confirmauit, & fratribus *Agnuinifontis*, ipsam terram in perpetuum liberam tenendam vterque concessit. Facta est donatio hæc, apud *Relenpuntem*, in manu donni *Herberti* Abbatis. Testes sunt, *Rodulfus de Cublens*, & *Vuido* Venator, Canonici Lingonenses. *Hugo de Tuneria*, & *Vuilencus* milites *de Nonjant*, *Ebrardus* magister molinenti. Hanc donationem laudauit vxor *Girardi*, apud *Clarummontem*, & filia eius, præsentibus *Gisleberto* & *Sequino* Canonicis sancti Stephani, & *Duranno Roncha* Canonico Lingonensi. Affuerunt testes, *Vlricus* Capellanus Clarimontis, *Boninus* Clericus, *Hugo* miles *de Ello*, *Girardus* famulus. Apud Varennas laudauerunt hoc donum, filiæ Girardi, *Agnes* vxor *Arlebaudi*, & *Letuidis* soror eius, coram *Vuilenco de Chosiul* Priore de Varennis, & *Petro* Monacho, & *Dominico* Presbytero, & *Mathia* famulo Monachorum. Præterea rememorandum videtur, quod ipse *Girardus*, filium suum, *Galterium* dictum, pro Canonico reddidit, hoc pacto interposito, quod per accessum temporis, si puer leuitate animi inde moueretur, nullum tamen detrimentum, & remotionem, prædictum donum proinde consequeretur. His affuit, & omnino, vt prædiximus, concessit, filius eius *Fulco*, apud *Relenpuntem*, quando & pro huius rei recognitione & confirmatione, ab *Aymone* Priore Agnuinifontis sexaginta solidos acceperunt.

OMNIBVS præsentibus & futuris innotescat, quod *Hugo Luscardus de Blascio*, & fratres eius, cum Canonicis sancti Stephani Diuionensibus, conuentionem fecerunt, quam ad profectum succedentium litteratum noticiæ tradimus. *Hugo Luscardus*, & fratres eius, vendiderunt Canonicis, potestatem *Nuiliaci*, quæ media allodij est franci, & media tenetur in casamento, ipsiusque casamenti domnæ *Gertrudis*, videlicet vxor *Nocherij*, & filij eius, *Aymo*, & *Ermingardis*, quos genuit de *Rocelino*, integre hoc laudauerunt. Vendiderunt quoque, forestam quæ dicitur *Lumini*, mediam, medietas namque alia sancti Sequani est, quarterium cuius tenet ab eodem sancto *Guillermus de Blascio*. Sed pactio hæc, quod Canonici & homines eorum, pro nullius portione dimittent facere quod eis placuerit in foresta. Facta est hæc venditio & concessio ab *Hugone Luscardo*, & *Galterio grosso villano*, & *Nocherio*, fratribus eius, & ab *Hugone Derobato*, filio *Hugonis Luscardi*, qui omnes super altare sancti Stephani iurauerunt, omni tempore, contra omnes, hanc venditionem in pace manutenere, & garenthiam ferre, &

vxores, & filios suos, & propinquos, laudare facere. *Hugo* etiam *Derobatus*, hoc in sacramento suo addidit, quod si sibi frater aut soror prius ea nascerentur, & propinqui aliunde orirentur qui hanc venditionem querelare vellent, cum recto & ratione eos pacaret. Canonici vero, eos in benefactis & fraternitate sua susceperunt, & octoginta librarum nummos dederunt, & quinque solidos, *Derobato*, & filiis prædicti *Rocelini*, de quo medietatem alodij *Hugo Luscardus* & fratres eius in casamento tenebant, id est *Aymoni*, & *Ermengardi*, Cappam, & Bliandum. Factum est hoc, feria v. primæ ebdomadæ in quadragesima, anno ab Incarnatione
Année 1147. Domini millesimo centesimo quadragesimo septimo, indictione decima, tertio idus Marcij. Affuerunt testes *Severicus de Bruce*, *Vuillermus de Orgiul*, *Humbertus de Arco*, *Odo de Eschire*, *Odo Malnurrit*, *Aymo* filius *Huonis Candardi*, *Vuido de Vucheio*, *Vuido Ailenardus*, *Andreas Dubitatus*, hij milites. *Vuillermus* Præpositus Vice-Comitis, *Billonius*, *Vualterius & Paganus* ventarij, *Vuillelmus* Dominici Salici, *Vuido Niger*, *Vualterius* filius *Pagani* Carpentarij, *Vuilencus de Quintiniaco*. Laudauerunt hoc, & concesserunt vxores eorum & filij. *Donna* vxor *Hugonis Luscardi*, & filij *Galterius*, *Andreas*, & *Margareta*, vxor *Galterij Soroot*, & filij *Poncius*, *Iohannes*, *Herluinus*, vxor *Nocherij*, *Gertrudis*, & filij *Guido*, *Arnulfus*, & *Donna*. Ex parte illorum testes, *Vualo Burrellus de Meillan*, *Vuarnerius de Meillan*, *Henricus* Præpositus de sancto Sequano, *Drogo* maior *de Pasca*, *Ebrardus*, qui prædictorum militum, & ipsius terræ fuerat ministralis, *Andreas de sancto Sequano*, *Petrus de Giureio*. Sequenti ergo Dominica, ad cognitionem & determinationem perrexerunt, ex Canonicis, *Gislebertus Milo*, *Andreas*, *Lanbertus*, *Garnerius*, *Lanbertus* Conuersus. Ex militibus *Aymo* filius *Huonis Candardi*, *Vuido Ailenardus*. Ex familia *Vuarnerius Vtanna*, & *Germanus* frater eius, *Vuillermus* filius *Dominici Salici*, *Durannus Escarizon*, *Varnerius* filius *Guidonis Porcarij*, & *Guido* frater eius, *Robertus Pelletarius*, & *Theodericus* frater eius, *bonus Amicus*, *Martinus de Aualone*, *Robertus Pes Asini*. De Aqueducto, *Vuido Niger*, *Vuido*, & *Odo*, & *Raynaldus* filius & nepos & gener maioris, *Vuido* filius *Biluri Rufi*, *Vuido* filius *Grimaudi*, Constancius filius *Lanberti Palmerij*, *Humbertus* nepos *Barnierij* Conuersi, *Milo de Dalreis*. De ab Stulis *Oldericus Rufus*, *Barnierius* filius *Bisontij*. De Pascha *Bruno mille Collus* filius *Iosbylini*, *Bartholomæus* Clericus, filius *Tebaldi*, *Humfredus*, *Durannus* filius *Fulconis*. De Pangis, *Stephanus* nepos Petri Presbyteri, *Huo Vulferius* nepos *Hugonis Ecardi*, *Balduinus* Armiger ipsius. H. P. *Ebrardus* sororius. H. L. *Vuido* maior *de Blasi*, & frater eius *Olardus*. Est autem hæc determinatio, ab illa parte qua *Pangis* villa est, vltra crucem modicam, quæ est in publica strata veniens à *Floreio* ad sanctum Sequanum, ab ipso chiminio incipit molarium separans tenementum *Pangis*, & *Nusliaci*, & infra ipsum molarium, totum est Canonicorum, præter *Brollum* quatuor secaturarum, quod ipsi milites dederant Monachis *de Troalt*, pro antecessoribus suis. Ipsum molarium flectitur versus tenementum de *Esuile*, & in circum voluitur per rupes, infra quas cumba est per maxima, tendens ad cursum fusionis, & per ipsum cursum pergit vsque ad terram vnde fruunt olle. Ibique ipsa terra de *Pasca*, & de *Nuilliaco* diuiditur, cumba sursum, vergente vsque ad boscum de Pasca. In fine vero forestæ de *Lumini*, est pratum ipsorum militum, quod est inter calmas de *Ance* & *Blaseio*, & prædictam forestam. Tempore itaque sequenti, *Guillermus de Blaseio*, filiique eius, de emptione *Nuiliaci* quartam partem calumpniantes, placita multa commouerunt. Contraque *Hugo*, & frater eius, protectionem ferre parati, quæ promiserant & iurauerant quantum ad se exequuti sunt. Tandem, Dei instinctu, multorumque hortatu, illi resipiscentes, de placitis & iniuriis quos mouerant, rectum fecerunt, & quicquid iustè vel iniustè ibi calumniabantur, Deo & sancto Stephano guirpiuerunt. Dedit ergo idem *Guillermus*, filium suum, & pro Canonico sancto Stephano reddidit, petens etiam pro se, vt in fine suo, obsequium pro eo tanquam pro Canonico fieret. Ipse vero & filij eius, dederunt & cesserunt sancto Stephano & eius Canonicis, à *Asannia* & percursum plenarium in omnibus terris suis, siluis & planis, & pascuis, tam hominibus, quam animalibus. Quar-

tam quoque partem forestæ de *Lumini* dederunt, nec non pratum de *Nuiliaco*, quod erat Monachorum de *Troalt*, à Monachis excambiare, & Canonicis liberum dare promiserunt. Quod donec explerent, in electione Canonicorum foret, de tribus pratis inter *Turré* & *Troalt*, quod vellent eligerent, tresque feni karratas, ibidem singulis annis caperent. Item ad villam quæ dicitur *Balma*, habebant molendinum, ad quod dederunt vsuarium habitatoribus domus *Nuiliaci* molere quantum vellent, absque molitura, suum, & molendinarij sui ex eorum annona redditum, omnino dimittentes. Dederunt etiam in eadem villa, in alio molendino, duodecim nummos census quot annis, in vigilia natalis Domini: Et si forte molendinum in desertum veniret, aut redditor census illud desereret, Canonici percursum & pertinentia eius in dominio haberent, & molendinum sibi facerent, omnia ei necessaria in silua & terra, & aqua libere sumentes, sicut vnquam melius molendinum prius habuerat. Hæc dona fecerunt ad villam *Bussi*, *Guillermus*, & vxor eius *Agnes*, & filij eorum *Hugo*, *Rodulfus*, *Garnerius*, & filiæ, *Ogdoardis*, & *Agnes*; præsentibus Canonicis *Philippo*, & *Garnerio*, & testibus eorum *Bartholomæo*, & *Aalardo* Presbyteris, & *Roberto* maiore *de Fontanis*, & *Drogone* maiore *de Pasca*, & *Guillermo Salici*. Testes ex parte militum, *Iohannes* Presbyter de Bussi, & *Aymo* frater eius, *Garnerius*, & *Petrus* maiores ipsius villæ, *Humbertus* filius *Garnerij*, & *Tebaldus* gener eius, *Hymbertus*, & plures alij, quibus omnibus, pro recognitione, Canonici sextarium vini tantum emerunt. Postea, idem *Guillermus*, & prædictus filius eius, ipsa dona, & filium, ad altare sancti Stephani obtulerunt, ibique iurauerunt, quod si quislibet suorum calumpniam inferret, ipsi calumpniam extinguerent, & contra omnes omnino manutenerent. Et si quid in dono de feodo esset, ipsi & heredes eorum, feodum à domino deseruirent. Affuit & laudauit hæc dona, *Hugo venator*, qui filiam *Guillermi* vxorem habebat. Testes affuerunt, Canonici, *Bartholomæus*, & *Aalardus* Presbyteri, & milites de Diuione *Iosbertus Rufus*, *Odo de Eschire*, *Odo Malnurrit*, *Vuido de sancto Appollinare*, *Vualterius*, & *Paganus* ventarij, *Stephanus* maior Aqueductus, *Robertus de Fontanis*, *Drogo de Pascha*, *Guillermus* famulus, *Guilencus de Quintiniaco*, & multi alij.

SCIANT à prioribus traditum habemus, præsentium & futurorum noticiæ tradimus, quod eorum saluti & paci prodesse nouimus. *Otto* dominus *de Mirebello*, concessit Ecclesiæ S. Stephani Diuionensis, & domui Canonicorum de Mirebello, in manu *Herberti* Abbatis, terram quolibet modo ab eorum hominibus & animalibus excultam, ita vt terciis redditis pro alodio, eam haberent, vt nec pro se nec pro alio eis vnquam tolleretur. Concessit quoque, vt ad opus suum furnum in dominio facerent. Si de milite qui furnum Mirebelli in feodo ab eo tenebat, hoc adquirere possent, decimas lucri sui quas reddere nolebat, exinde redditurum se fidem dando spopondit. Quia cimiterium rumpens stagnum suum firmauerat, pro forefacto cimiterij, & pro eleemosyna quinque iornales terræ in eorum vicinio dedit. *Ogerium* nepotem *Galterij* conuersi, eis francum guirpiuit. Hæc omnia se tenere, & filium suum concedere facere promisit, & in manu *Herberti* Abbatis fidem suam dedit, quicquid in decimis de *Baie* ex parte vxoris suæ calumpniabatur, güirpiuit, & quia calumpniam iniuste fecerat, rectum fecit, & capitale redidit. Affuerunt Canonici, *Milo* Cantor, & *Girardus de Aspero monte*, & *Gislebertus de Granceio*, duo Presbyteri *Constantinus* de Acels, & *Martinus* de Mirebello, *Galterius* & *Hugo* conuersi, *Guido Niger* famulus. Milites & hi, *Odo de Eschireio*, *Odo Malnurrit*, *Odo Grossus*, *Huo* & *Lebaldus de Eschiré*, *Rodulfus de Furno*, *Poncius de Fontanis*, *Poncius de Arna*, *Aimo Bornus de Berya*, *Vrricus de Acellis*. Hæc omnia concessit, *Legardis* vxor eius, præsentibus Canonicis *Girardo* & *Gisleberto*, *Brutino* Decano, *Ricardo*, *Hymberto* de Arco, *Poncio de Garna*, *Girardo* Canonicô Lingonensi.

NOTVM sit omnibus, quod *Dominicus de Quintiniaco* moriens, & de punitione peccatorum suorum metuens, ob redemptionem eorum dedit sancto Stephano, omnem terram quam habebat vltra *Basmont* vsque ad *Tilan*, cultam & incultam, & adcensuatam, nec non quod ibidem habebat, in siluis, pratis, aquis, & molendinum. Dedit quoque *Quintiniaco*, pratum iuxta aqua ante Ecclesiam. Fecit cum eo hoc donum, & facere iuuit, frater ipsius Petri, & post mortem prædicti Dominici, super altare sancti Stephani obtulit, retento sibi & filio suo, si haberet, quod in silua illa caperet, forum & clausuram camporum & vinearum suarum, alij vero nullomodo daret aut venderet. Testes huius rei *Odo de Eschiré*, *Huo de Eschiré*, *Andreas Dubitatus*, *Guibuinus*, & *Paganus* frater eius, *Iocelinus*, *Balduinus*, & *Raynaldus Bigot*, *Iohannes Rufus*, *Galterius* ventarius, *Natalis*, *Iocelinus*, *Robertus Vaschot*, *Theodericus de Quintiniaco*, filij *Lanberti*.

SCIANT præsentes & posteri, quod *Hugo dominus de Gié*, in Ecclesia sancti Stephani, ad conuersionem veniens, dedit S. Stephano in ipsa villa *Gié*, mansum quod tenebat *Ebrardus* filius *Tetardi*, cum omnibus appendiciis ipsius mansi. Dedit etiam dimidiam decimam *de Crucé*, grossam & minutam. In *Gié* quoque erat suus ministralis, qui decimarum redecimam capiebat, ipsamque ministerialitatem totam liberam dedit, vt Canonici ad velle suum decimatorem ponerent. Dederat autem prius, & partim vendiderat Canonicis, ante molendinum, duos iornales terræ arabilis. Pro vxore vero sua, similiter ad conuersionem veniente, dedit in prædicta villa, mansum quod tenebat *Arnaldus*, cum omnibus manso pertinentibus. Dedit quoque retro domum *Lanberti* maioris, in *Gié*, tres iornales bonæ terræ, qui vertuntur in manso *Hugonis* clientis. Hæc dona concessit filius eorum, *Odo dominus de Gié*, & *Renina* vxor eius, laudantibus filiis suis, *Raynerio* & *Agnete*. Addiderunt insuper, & firmiter concesserunt, quod si quis ex eorum casamento, pro anima sua sancto Stephano daret, quantum vellet, & sicut vellet, quasi alodium tribueret, quantum Canonicis, & eorum famuli de terra qua in dominio haberent, excolerent, absque terciis velut propria tenerent. Dederunt etiam pro filia sua *Eleuisia*, quam cum amita posuerunt, duos iornales terræ arabilis, & duas secaturas prati. Prioris doni quod *Hugo* per se fecit in manu *Herberti* Abbatis, sunt testes, *Gislebertus* Canonicus, *Hugo* Capellanus, *Natalis* famulus, *Argrinus de Castellione*, *Huo de Ermenceio*, *Vuido Cabut*, *Tebaldus de sancto Lupo*. Secundo dono quod factum est ad sanctum Lupum, prima die Martis, inuestiuit *Odo* pro matre sua, per baculum, *Milonem* cantorem, præsente & petente *Hugone* patre suo, iam tamen Canonico. Inde sunt testes *Hugo* Capellanus, *Vuido de Chalgneceio*, *Rodulfus de Meillan*, *Vuido Cabut*, *Tebaldus* gener eius, *de sancto Lupo*, *Hugo* cliens iam conuersus, & *Simon*, & *Hugo*, & *Odo* filius eius. Per prædicta namque mansa plenarium percursum & alodiale in siluis, & planis, & aquis, per omnem potestatem *Giei*, habet Ecclesia sancti Stephani Diuionensis.

PRÆSENTIBVS sit cognitum & futuris, quod *Fulcho* domnus *de Mailleio*, in Ecclesia sancti Stephani Diuionensis venit, ac fideli dono super altare ipsius obtulit, quod exinde Canonici, & homines eorum, & animalia quolibet modo, per Malleium transirent, & cum de Salino redirent, passagium non darent. Si quidem piorum dono hoc ipsa Ecclesia ibidem habuerat, sed malorum subreptione ablatum fuerat. Prædictus ergo *Fulcho*, adstante *Guidone Trosello*, & suam partem passagij concedente, hoc omnino dedit. Recipiens vterque à fratribus participationem beneficiorum Ecclesiæ, & quod eis abeuntibus, si loci

foret oportunitas, corpora eorum illic deferrentur, atque more fratrum sepelirentur, & nomina eorum in Kalendario scriberentur. Præterea, si *Guido Trosillus*, & Ponticinarius, & Boteillarius, & Coquus domini de *Mailleio*, in festo omnium Sanctorum Diuione venirent, panem & vinum, & annonam equis, de Ecclesia percipient, nec non & dominus, semel in anno scilicet, & duobus vel tribus sociis, cum equis, præbendam suam haberet. Testes huius rei *Vuillermus de Marine*, *Vuillermus de Orguil*, *Aymo de Marrine* filius *Doonis*, *Vualterius*, *Arnaldus*, & *Humbertus* nepos eius, *Iocelinus* filius *Hugonis de Besua*, *Petrus* Præpositus *Aymonis Rufi*, *Rodulfus Rufus* de Trecis, *Valterius Minnius* gener *Theoderici* militis, *Martinus* Criator vini, ex familia Canonicorum. *Paganus* ventarius, *Iocelinus*, *Constantinus Grassus*, *Durannus Escharizun*, *Natalis Caluinus*, qui pro colapho fleuit, *Robertus de Verrangis*.

NOTVM sit omnibus, quod *Guillelmus dominus de Tylecastro*, quicquid calumpniabatur de decimis *Marcilleij*, iuxta Tylecastrum, guirpiuit, & dono super altare S. Stephani obtulit. Insuper consuetudines concessit Ecclesiæ sancti Stephani & sancti Florentij, quas sui dederant antecessores, & quisquis casamentum suum pro anima sua cuilibet Ecclesiarum ipsarum dare vellet, sicut proprium allodium libere dimitteret. Affuerunt, & hoc testantur, *Hynbertus* Lingonensis Decanus, & *Girardus de Grandi Rua*, & cum Abbate totus fere conuentus, & famuli eorum. *Galterius* & *Paganus* Ventarij. Ex parte *Guillelmi Vuillermus de Munure*, *Vuido Taliuat*, & *Nocherius* frater eius, *Vaslerius*, & *Vido Beroerius*, *Lanbertus* maior *de Marcillé*.

SCIANT præsentes & futuri, quod *Guido* miles de *Genleio*, qui vocabatur *Vernotus*, reddidit se Deo & S. Stephano in manu *Herberti* Abbatis, deditque pro anima sua, alodium suum quod habebat in pratis, & terris cultis & incultis. Dedit etiam in *Genleio*, mansum vnum & hominem in eo manentem, nomine *Aymonem*, cum vxore & filiis. *Theodericus* quoque frater eius, Iherosolymam iturus, calumpniam quam de decimis pratorum Canonicorum agebat, ipsius rogatu sponteque sua in pace dimisit. Hæc dona fratres eius concesserunt, *Hugo Cassotus*, *Salomon*, *Theodericus*, *Poncius*, & *Petrus* sororius eorum, & ob concessionis suæ confirmationem, super sanctum Euangelium iurauerunt Ecclesiæ sancti Stephani, contra omnes pro posse suo donum hoc manutenere. Fecerunt hæc in manu *Girardi* eleemosynarij, qui dono & concessione per librum missalis reuestitus est, coram *Galone* Canonico. Testes huius rei sunt *Hynbertus* Capellanus, *Robertus Debillé*, *Hugo de Vucheio*, *Hynbertus* frater eius, *Andreas Dubitatus*, & *Lanbertus* frater eius, *Dominicus Conuersus*, *Dominicus de Genleio*, & *Martinus* frater eius, & multi alij.

MEMORIÆ omnium his litteris adsignamus, quod *Christianus* Prior de Longorado, & *Stephanus* frater eius, & *Hugo*, & *Guido*, Canonici, aliique ipsius loci fratres, tam Clerici quàm Laïci, locum qui dicitur *Louineius*, Ecclesiæ sancti Stephani Diuionensis, per manum *Herberti* Abbatis dederunt, & perpetualiter habendum concesserunt. Hoc donum *Odo* dominus *de Ganceio* calumpniari cœpit; vnde ab ipso Abbate & à fratribus Conuentus, locum ipsum libere sancto Stephano concessit, laudante vxore sua *Noua*, & fratre suo *Raynaldo*. Nam nichil in contentione vel proprio detinentes, loci ipsius prata, terras cultas & incultas omnino concesserunt. Tunc affuerunt cum Abbate, Canonici, *Gislebertus*, *Girardus de Aspero monte*, *Vuido de Langorado* : & milites, *Iosbertus* frater *Gisleberti*, *Raynerius de Frollois*, *Bardox de Grance*, *Raynaldus Coldarum*, *Iohannes* Præpositus de

Grancé, *Astornellus* mimus, *Henricus* filius Lanberti de *Auiurra*, *Natalis* & *Arius*, famuli.

SVPERIVS annotatum est, & memoriæ traditum, quod *Auynus de Acelet*, & *Vuadinus de Diuione*, filij quoque eorum, calumpniam de via molendini de calma, qua sæpius Canonicos placitabant, omnino dimiserunt, & euntibus ac redeuntibus viam liberam concesserunt. Denique, non multo post, *Guillermus de Orgiul*, prædicti *Vaudini* filius, illam querelam remouit, pratumque *de Cansibel* simul calumpniari cœpit. Vnde Conuentus & placitum ad rectum reductus, viam molendini liberam, sicut in priori dono, & calumpniam prati omnino guirpiuit. Hoc fecit in manu *Herberti* Abbatis, cuius etiam tempore pater suus fecerat, laudante & consentiente *Humberto* ipsius *Guillermi* fratre, præsentibus Canonicis, *Galone* fratre *Aymonis*, *Iohanne de Arco*, *Guidone de Longorado*, *Girardo de Aspero monte*: & militibus, *Aymone de Diuione*, *Odone de Eschiré*, & fratre eius *Henrico*, *Duranno Escharizion* famulo Canonicorum.

IN nomine Domini fiat manifestum, quod posteris nostris obesset occultum. Filij *Maynfredi de Archo*, dona quæ pater ipsorum Ecclesiæ beati Stephani antefecerat, non bene concedebant, sed per dies assiduos Canonicos eorumque res factis & verbis infestabant, vnde conuenti, & à pluribus pro temeritate prehensi, apud sanctum Apollinarem conuenerunt, & præsentibus *Herberto* Abbate, & *Galone de Renauis*, ac *Girardo de Asperomonte* Canonicis, & cum eis *Guidone Allenardo*, & *Odone de Eschiré*, atque *Guillermo* Præposito; Ex parte autem filiorum *Mainfredi*, præsente eorum matre *Bona Domina*, & *Vasleto de Balcuains*, vtrinque concessum est. Quod sicut pater & mater eorum, & *Girardus de Aspero monte*, ac *Guillermus* Præpositus, prædictusque *Vasletus*, anteriora dona recognoscerent, sic illi milites concederent, & omnino tenerent. Sunt autem eorum nomina, *Humbertus* primogenitus, *Ricardus*, atque *Girardus*. Venientes itaque prænominati ad S. Benignum, ante *Maynfredum* veraciter cognouerunt, quod ipse *Maynfredus* S. Stephano plenarium vsum & percursum in omnibus siluis & aquis suis concesserat. Hoc donum fecit domui sancti Stephani Diuionensis, & horreis, de quibus ipsi domui annona & vinum in cellario Diuionensi deferebatur. Homines quoque & animalia domus *Curbetonis*, si cuilibet suorum dampnum inferrent, capitale tantum redderetur. Hæc recognitio facta est ante Abbatem sancti Benigni, & coram Monachis eius, *Lanberto* Cantore, *Humberto* Camerario, *Petro de Marrine*, & *Huone de Vennurico* Cellarario, præsente *Herberto* Abbate, & *Girardo de Asperomonte*, & *Odone de Eschiré*, & *Vuillermo* Præposito.

NOTVM sit præsentibus & futuris, quod *Guiardus Grassus* miles *de Virgeio*, gener *Vuillermi de Fossatico*, Canonicis sancti Stephani guirpiuit, quicquid calumpniabatur in decimis lucri eorum, quantum ad parrochiam sancti Martini, vel sancti Michaëlis attinet, nec non & terram, quam idem *Guillermus* pro censu duorum solidorum eis tribuerat, soluto censu singulis annis, in pace omnino tenere concessit. Factum est hoc *Mirreio*, in manu *Herberti* Abbatis, præsente *Raynardo* Abbate *Cisterciensi*, cum duobus Monachis *Iocelino*, & *Aymone*. Affuerunt quoque, *Garnerius* Præpositus Diuionensis, & *Girardus* Canonicus, & *Arnulfus* Decanus *de Virgé*, & *Odo de Eschiré*. *Gertrudis* prædicti Guiardi vxor laudauit hoc, *Virgeio*, præsentibus Canonicis *Gisleberto*, & *Girardo*. Ex parte illorum, testes, *Arnulfus* Decanus, *Guido de Lanbreio*, *Artaldus* miles, & *Guillermus* Clericus, frater prædicti *Guiardi*, & *Lebaldus Rebustes*. Ex parte Canonicorum, *Odo de Eschiré*, *Milo de Longouico*, *Paganus* ventarius.

NOTVM

NOTVM ſit omnibus, quod *Guiardus Graſſus* miles *de Vergeio*, pro terra ſancti Martini, ſingulis annis duorum ſolidorum cenſum à Canonicis accipiebat. Pro ipſius ergo anima, in feſto Apoſtolorum Simonis & Iudæ, defuncti vxor eius *Gertrudis*, præſente & laudante filio ſuo *Lebaldo*, ipſum cenſum ſuper altare ſancti Stephani obtulit, & in perpetuum dimiſit, orans vt pro marito ſuo Canonici exorarent, & anniuerſarium eius agerent. Aderat teſtis Abbas *Herbertus*, *Gislebertus*, *Boſo*, & alij Canonici. *Odo de Eſchireio*, & vxor eius, & *Natalis* famulus.

SCIANT præſentes & futuri, quod placitum quod *Guiardus Graſſus* Canonicis, apud *Mirreium* fecerat, longe poſt mortem eius, *Gertrudis* vxor ipſius, quorumdam prauorum inſtinctu, querelari cœpit, & eos in ſæpius iniuriari. Vnde à probis hominibus conuenta, malefacta corripuit, & quod prius maritus ſuus fecerat & ipſa laudauerat, recognouit, tamque ipſa cum filiis *Lebaldo*, & *Guillermo*, & filia *Regina* vxore *Henrici de Eſchiré*, plenarie & libere concedentes, ſuper altare ſancti Stephani per librum obtulerunt. Placitum vero fuit, quod decimas lucri Canonicorum, quantum ad parochiam ſancti Martini pertinet, omnino dimiſerunt. Pro alia filia nomine *Donna*, & marito eius *Hugone de Baiſſé*, *Artaldus* frater *Guiardi Graſſi*, in manu *Iocelini de Beſua* fidem dedit, quod vſque ad natale Domini ipſis faceret concedere: Quod facere ſi differrent, ipſe Artaldus in obſidione Diuione maneret, indeque nullatenus exiret, donec illi libere concederent. Cenſum quoque duorum ſolidorum, ſicut prius fecerant, tunc & iam & illa pro marito, & filij pro patre, voluntarie obtulerunt. Aderat teſtis Abbas *Herbertus*, & pene omnis conuentus Canonicorum fuerunt, hinc & interfuerunt teſtes milites, *Odo* & *Henricus* frater eius *de Eſchiré*, *Odo Malnurrit*, & *Aymo Bornus* frater eius, *Vuido Taſſuz*, *Artaldus* frater *Guiardi*, *Vuillermus de Orguil*, *Odo Groſſus*, *Iocelinus de Beſua*. Ex familia Canonicorum *Galterius* ventarius, *Durannus Eſcaritum*. *Iocelinus*, *Chriſtianus de Coquina*, *Vuido* Sutor. Ex parte *Gertrudis*, *Stephanus de ſancto Martino*, *Vuido de Tylecaſtro*.

NOTVM ſit omnibus, quod *Thomas*, & vxor eius *Gilla*, atque filij eorum, *Odo*, & *Petrus*, quicquid in terra *Quintiniaci* calumpniabantur, iuſtè ſiue iniuſtè, guirpiuerunt, atque ſuper altare ſancti Stephani obtulerunt, ac de omnibus vicinis & poſteris ſuis pacem facere ſpoponderunt. Fecerat hoc ipſe *Thomas* altera vice, ſed per obliuionem querela remota, acceptis ſexaginta quinque ſolidis, cum vxore ſua, quæ vulgato nomine vocabatur *Cara*, cum prædictis filiis & filiabus ſuis. Affuerunt teſtes cum Abbate *Herberto* & Canonicis, *Guillermus* Præpoſitus Vicecomitis, *Petrus* Præpoſitus Aymonis, *Gislebertus de Viſa Silua*, *Nicolaus* Sacerdos, *Guido* & *Ebrardus* Sutores, famuli Canonicorum. *Albertus* puer *de Aqueducto*, *Humbertus de Acellulis*, *Petrus de Fontanis*. Poſtea, ante *Mariam Duciſſam*, idem *Thomas* donum recognouit, & ſe ſuoſque pacem Eccleſiæ tenere promiſit, coram *Guidone de Fauerneyo*, & *Guillermo de Orgeuil*, & *Humberto* fratre eius, militibus, & *Ebrardo* Capellano, *Humberto Albaſpini*, & *Humberto* nepote eius, & *Pagano* ventario, *Petro* Præpoſito.

MANIFESTVM ſit omnibus præſentibus & futuris, quod *Vlricus de Longo campo*, & *Aymo* filius eius, dederunt ſancto Stephano Diuionenſi, & fratribus *Montis Ciconij*, quartam partem terræ *Breiarum Lennonarum*: & huius donationis fuerunt teſtes, Canonici, *Girardus* Prior Montis Ciconij, *Guido Rufus*, *Girar-*

dus Cellerarius, *Stephanus*, milites, *Vuido de Fauerneio*, *Vuido Aillenardus*, *Theodericus de Genleio*, clientes, *Guillermus* Præpositus, *Petrus* Præpositus, *Paganus* filius *Guidonis Garnerij*, *Stephanus de Fauerneio*. Hoc donum laudauerunt vxores *Vlrici* & *Aymonis* ...... *& Emilina* coram prædicto *Girardo* Priore, *Oldeberto* Sacerdote de Parriné, *Girardo* Clerico de Longocampo.

IN nomine sanctæ Trinitatis, ego *Godefridus*, Dei gratia *Lingonensis Episcopus*, propter bonum pacis & caritatis, ad informandam religionem Ecclesiæ sanctorum Geminorum, constituo inter ipsam & Ecclesiam S. Stephani Diuionensis, huiusmodi societatem, vt eiusdem moris sint, eosdem habeant ritus, venientes ad alterutrum, tanquam fratres & domestici, in omnibus recipiantur, obeuntibus exequiæ communiter persoluantur. Fratres sanctorum Geminorum eligant sibi Priorem de Ecclesia beati Stephani, vel de sua, cum consilio Abbatis sancti Stephani, & electum habeant liberum. Abbas sancti Stephani veniens ad sanctos Geminos, locum teneat Abbatis, tam in choro quam in capitulo; excepto quod nullum promouebit aut degradabit, nec recipiet aut eiiciet, præter voluntatem Prioris. Porro, si qua forte querela aduersus Priorem emerserit, indicent eam Canonici prius Abbati; & si ille, per se vel per suos potuerit eam compescere, fiat; sin autem, ad Episcopum Lingonensem referatur. Vt vero rata & inconcussa in posterum maneat hæc institutio, auctoritate nostra eam confirmamus, & sigilli nostri impressione munimus. S. *Humberti* Decani, S. *Gocelini* Archidiaconi, S. *Fulconis* Archidiaconi, S. *Stephani* Archidiaconi, S. *Poncij* Archidiaconi, S. *Garnerij* Archidiaconi, S. *Hugonis de Riueriis*, S. *Arnaldi* Decani. Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo septimo, indictione x. mense Ianuario, regnante *Ludouico* Rege, data venerabili *Herberto* Abbati sancti Stephani Diuionensis.

Année 1147.

NOTVM sit omnibus tam præsentibus quàm futuris, quod *Vinardus Crassus* miles *de Vergeio*, & *Gertrudis* vxor eius, dederunt sancto Stephano, quicquid habebant apud *Essiré*, in terris, in pratis, in decimis, in censu, de terra quam habebant à domno *Guillermo de Fessio*, laudantibus & concedentibus filiis suis. Postea, defuncto ipso *Vinardo*, *Petrus* Clericus, filius eius, calumniauit Canonicis sancti Stephani quicquid eis pater suus donauerat, dicens se donum non laudasse. Proinde Canonici volentes eum habere propitium aut benignum, dederunt ei quindecin solidos, tali conditione, vt prædictum donum concederet; & sic donum laudauit, concessit, & confirmauit, data fide, ipse & mater eius *Gertrudis*, & fratres sui *Lebadus* & *Theobadus*, in perpetuum, in præsentia domni *Arnei* Abbatis, videntibus, & audientibus, & testificantibus, *Galone Rufo*, & *Galone de Renauis*, & *Humberto* cognato suo, & *Virrico* Canonicis, *Vuillermo de Orgeol*, *Girardo de Arco*, *Humberto de Porta*, *Aymone de Magrene*, *Odone* fratre *Virrici de Vergé*, *Guidone Allinardo*, *Odone Grosso*, militibus, *Vuillermo Tafu*, *Odone de Nerum* filio *Carpini*, famulis, & pluribus aliis.

OMNIBVS notum sit, querelam illam, quam *Ralo* filius *Raymundi*, habebat aduersus Ecclesiam sancti Stephani Diuionensis, de Terciis de *Cure*, & de quadam parte decimæ eiusdem villæ, hoc modo in capitulo Lingonensi terminatam fuisse. Si quidem statuerunt, vt Canonici totam decimam perpetuo deinceps tempore in pace possiderent, tercias autem per medium partirentur, ita vt Canonicorum medietatem, & *Ralonis* altera medietas esset : ministralem communiter eligerent, & mitterentur ad portandas easdem tercias, & si de ministrali discordarent, liceret Canonicis ponere quem vellent. Ministralis autem, siue am-

borum sit, siue solummodo Canonicorum, fidem faciet coram Sacramento & Canonicis, & *Raloni*: Quod si pro eodem ministrali ponendo, aliquid beneficij Canonici, seu *Ralo* receperint, vel etiam ab eodem, postea, aliquo modo aliquid extraxerint, vel extorserint, communiter sibi parcientur. Hoc etiam adiunctum est, vt præfatus *Ralo*, suam partem terciarum, nullomodo à se vel ab Ecclesia prædicta alienaret, nec ab aliquo, nisi ab Abbate eiusdem Ecclesiæ, in casamento acciperet, & non nisi eidem Ecclesiæ eleemosynam inde faceret. Hæc pactio facta est *Lingonis*, in præsentia domni *Galterij Lingonensis Episcopi*. Testes sunt, *Ma.* Decanus, *Garnerius*, *Poncius*, *Hugo*, *Fulco* Archidiaconus, *Raynaudus* Monachus Claremontensis. Hanc pactionem ipse *Ralo* Prior ibidem laudauit, & nichilominus postea, se eam perpetuo tempore esse bona fide tenere, super altare sancti Stephani Diuionensis iurauit, audientibus *Arueio* Abbate, *Aynardo*, *Ioanne*, *Iocelino*, *Constancio*, *Huone*, Canonicis, & militibus *Raynaudo de Verneio*, *Girardo de Archo*, *Tirrico de Genleio*.

SCIANT præsentes & futuri, quod domnus *Guiardus de Fauerné*, terram quæ vocatur sancti Petri, quam tenebat de Abbate sancti Stephani in casamento, pro remedio animæ suæ & antecessorum suorum, donauit & guirpiuit, prædicto Abbati & prædictæ Ecclesiæ. Hanc eleemosynam fecit idem *Guiardus*, dum adhuc esset sanus & incolumis, & inuestiuit de ea eundem Abbatem, germanum videlicet, ita statuentes, vt quandiu idem Germanus suus viueret, siue Abbas, siue non Abbas, eiusdem terræ reddditus in dominio possideret; post mortem vero ipsius, in dominium Ecclesiæ rediret. Testes sunt *Guillermus de Oriul*, *Girardus de Archo*, *Odo Emmalricus*, *Petrus* famulus Abbatis, *Humbertus de Espiré*, *Guillermus Ortolanus*, *Diionellus*.

OMNIBVS notum sit, quod *Hugo* filius *Pagani de Baisseio*, pro sorore sua, quam in conuersam suscepimus, donauit nobis quoddam pratum apud *Touveram*, de quo debent nobis Alexandrini duos solidos censuales. Dedit igitur nobis apud *Longas Carterias*, duas minas, & duos sextarios annonæ, & duos solidos; quos scilicet debent reddere per singulos annos, *Petrus Crassus*, vel heredes ipsius. Nec non apud *Tremoladum* dedit nobis, duodecim denarios, quos debent reddere per singulos annos, *Lambertus de Salinx*, vel heredes eius. Duo etiam correreia, quæ querelabat, quita clamauit, & de decimis quas habemus apud *Bassé*, vt nostram deinceps voluntatem faceremus liberè concessit, nam antea tractum eiusdem decimæ calumpniabatur. Testes sunt, *Girardus de Asperomonte*, *Guido Rufus* Canonicus, *Hugo* Capellanus de *Vgess*, *Paganus* Capellanus de *Longo Corte*, *Girardus* Capellanus de Basseio, *Hugo* miles *de Ageio*, *Ainardus de Longa Corte*, *Petrus*, & *Stephanus de Roura*.

PRÆSENTIBVS & futuris notum sit, quod *Humbertus* miles *de Orjul*, guirpiuit in manu *Arueij* Abbatis, quicquid calumpniabatur apud *Espiré*, & quicquid habebat in pratis, quæ sunt à Reso *Espire* vsque ad *Albuce*, donauit Ecclesiæ sancti Stephani Diuionensis, laudante fratre suo *Guillermo*.

ANNO ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo decimo, consecratum est altare in Ecclesia beati Stephani Protomartyris, à domino *Valone* Micolensi Episcopo, in honore B. Augustini Episcopi, & B. Mariæ Magdalenæ, & S. Catharinæ Virginis, positæque fuerunt in eo reliquiæ de sepulchro Domini, de pane Domini in cena, de sepulchro beatæ Mariæ, & de vestimentis eius, de san- Année 1210.

cto Andrea Apostolo, de capite beati Protomartyris Stephani, & Reliquiis beatæ Mariæ Magdalenæ, de ossibus beatæ Catharinæ, & Cordulæ, Virginum, de sanguine beati Thomæ Cantuariensis, reliquiæ Lungini Martyris, de vestimentis Martyrum in monte Sinaï.

TEMPORE *Hismari, Comitis villæ Diuionis*, Dei misericordia præstante, eiusque probitate cooperante, corpus B. Medardi in Ecclesiam Protomartyris Stephani transferri fecit. Fuerant ordinata quædam dona panis, pro remedio animæ eius & prædecessorum suorum, in curte sancti Stephani, scilicet in ebdomadæ sanctæ die Iouis, & tribus annis continuis, ac sæpe deficiente pane mutuo capiebant ab Abbate, completo tempore eleemosynæ, pauperes clamabant, ad quod Abbas proprietate continuit eleemosynam de suo per dimidium anni vel circa, contra voluntatem Conuentus sui, imo in capitulo, dictus Conuentus contradixit, quod non obstante, dictus Abbas pius donauit semper, continuauit, & est consuetum.

REVELATVM est gloriosissimum corpus sancti Medardi & honorifice conditum, in Ecclesia beati Protomàrtyris Stephani, à venerabili patre domno
Année *Iacobo* Cardinali, tunc Legato in Francia, anno Domini millesimo ducentesimo
1238. tricesimo octauo, in crastino Natiuitatis beatæ Mariæ Virginis.

Année ANNO Domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, die Veneris,
1392. vigilia Inuentionis beati Stephani Protomartyris, secunda Augusti, fuit positum beatissimum corpus S. Medardi, super altare prædicti Protomartyris sancti Stephani, per reuerendum Priorem & dominum dominum *Robertum de Baubigneyo* doctorum doctorem, Abbatemque prædicti Monasterij, præsentibus fratres, *Petro de Lyreto* Priore eiusdem Monasterij, *Guidone de Arcu*, *Galtero de Rupeforti*, *Petro d'Auteroiche*, *Philippo de Grane*, *Guillelmo Perrelli*, *Pariseto de Lux*, *Maxello de Verrangiis*, *Philiberto de Villa*, *Regnaudo de Perreria*, *Hugone Bousonalle*, *Petro de Tanneria*, *Iohanne Laurentij*, & *Guillelmo Vergerij* Sacerdotes; de pueris, fratres *Perrenetus de Greyaco*, *Iohannes de Veronis*, *Iohannes de Lusonio*, *Micael Columbier*, & *Petro de Hedua*, ibique deuote assistentibus, & psallentibus in Hymnis & Canticis.

Vita domni Garnerij, *Præpositi sancti Stephani Diuionensis.*

IN memoria æterna erit iustus. Nostrorum mos priorum extitit, describere sua ætate viriliter agentes, vt virtutes eorum & opera, non sepulchris conderentur, sed recreationi & animis viuentium, ad sequendum, litteris panderentur. Excepta quippe moralitate, & sacratis figurationum alegoriis, quis in veteri Testamento non stupeat, & stupendo amirari debeat, Dauid adolescentem, inscium bellandi, arma etiam ferre nescientem, timidum, multis milibus gigantem, tam audaci animo solum inuadere, atque inuadendo deicere? Quis cum dulci speculatione in nouo Testamento non miretur, Agnem beatissimam, tredecim annorum puellam, castitatis & martyrij amore, præfecti vrbis filium spernere, quem & ducere si vellet, ac fortasse amoris nimietate, ad quod vellet inflectere posset? Quod certe hæc & alia singularia exempla non solum suos actores magnificant, sed ipsos quoque relatores, & depulsores obliuionis honorandos prædicant. Denique, dudum, tempore persecutionis primi sæculi, par pœna erat martyrem sepelire, & martyrium ferre. Eodem nempe modo gloria dignus est, non tantum

magna faciens, sed etiam magnifica ne deleantur referens: non autem huius memoriæ respectu sancti & animosi bona fecisse putantur, sed potius vt æterna, non transitoria mercede ditarentur. Ditantur pro certo, quia & viriliter egerunt, honesteque & curialiter viuendi semitam posteris monstrauerunt. Licet ergo, dum viuerent, duro certamine carnis inerciam vicerint, pro se tamen, & pro his quos exemplo animarent, mercedis duplos manipulos colligunt. A pio itaque remuneratore, qui suos in misericordia & miserationibus coronat, nulliusque benefacti vel laboris esse immemor, omnimoda impertit benedictio, vt quosdam magnificentia & virtute operum ditet, alios eorum imitatores mercedis etiam tribuat participes, tardiores & inertes ad operandum, si ad salutem sequentium bene acta retinuerint & narrauerint, nec ipsos gloria defraudet. Ea propter, quoniam generatio præterit, & generatio aduenit, terra vero in æternum stat, si nostri anteriores prudentes & loquaces, domni *Garnerij* Præpositi fortia facta narrassent, sequentibus vtique placere & prodesse potuissent; quoniam qui viderent, vel recenter visa, & adhuc quasi fumantia audierant, indubitanter posteris referent. Quod quia neglexerunt, & propriis intendentes, generalia spreuerunt, nos licet infacundi, tanti viri non passi penitus obliterari, ac velut cinerescere memoriam, pauca de magnis ab antiquis & veracibus audita, quasi scintillas quasdam ex magnis copiis legentes, informi descriptione adumbramus. Maluimus enim illiterati videri, quam pij prouisores, & excellentis patroni beneficia atque virtutes ex toto obliuisci.

Igitur, quoniam hac tempestate, capud ducatus Burgundiæ castrum Diuionense reputatur, & capud Diuionis Ecclesia beatissimi Protomartyris Stephani fore perhibetur, cui ab antiquis regibus & præsulibus, intus & extra, multa collata sunt, locuturi de venerabili *Garnerio* eiusdem Ecclesiæ Præposito & Restauratore, cuius tempore à Rege *Roberto*, & Regina *Constantia* filius eorum *Robertus Dux* primus ibi positus est, dignum videtur breuiter annotare, & qualiter hæc mutatio potuit peruenire. *Ludouicus* filius *Karoli Calui*, biennio vix regno functus, dimisit filium adhuc in cunis, & qui *Karolus simplex*, siue *Karlomannus* dictus, cui proceres regni Francorum *Odonem* dederunt tutorem. *Karolo* iam adulto, *Odo* regnum reddidit, à quo pro bonitate parte regni muneratus est. Ipse *Odo* & *Robertus*, fuerunt filij *Roberti* Andegauorum Comitis, fratres *Hugonis* cognomento *Abbatis*, qui quondam à Normannis & barbaris Gallias potenter eripuit. Mortuo *Odone*, *Robertus* frater eius, parte regni quam frater habuerat, à *Karolo* priuatus, indignatus est, & se regno sublimari faciens & coronari, post annum à ducibus *Karoli* occisus est, licet eos prius deuicerit. Huius *Roberti* filius, *Hugo Magnus*, totius Galliæ Dux strenuus fuit, *Karolus* Rex, ex *Headgiua* Regis Anglorum filia, genuit filium *Ludouicum*. Quo iam adulto, & captus ipse Rex ab *Herberto Vermandensi Comite*, & vsque ad mortem in carcere detentus, interim regnauit *Rodulfus* filius *Ricardi* incliti *Ducis Burgundiæ*. Nam *Ludouicus* filius *Karoli*, proditores timens, ad parentes matris suæ transfugit in Anglia regione. Anno autem circiter ab Incarnatione Domini nongentesimo tricesimo septimo, indictione decima, mortuo Rodulfo Rege, *Hugo* magnus *Ludouicum* reduxit, atque regno restituit, quem etiam, quoad vixit, strenue iuuit. Post decem & nouem annos, obeunte *Ludouico*, successit in regnum filius eius *Lotharius*, & qui vicesimo quinto Regni sui anno, comperiens defunctum *Vuidricum Lingonensem Episcopum*, *Brunoni* cognato suo adhuc adolescenti, Lingonensis vrbis dedit Pontificatum. Nam vicesimo quarto ætatis suæ anno, à *Burchardo Lugdunensi Archiepiscopo*, in Ecclesia S. Stephani sacratus, triginta quinque annos in Episcopatu peregit. Cuius consecratio, & in Lingonensi cathedra receptio, fuit ab Incarnatione Domini nongentesimo octogesimo vno, indictione nona. Anno denique nongentesimo octogesimo septimo, *Lothario* Rege defuncto, *Ludouicus* filius eius regnare incipiens, citâ morte præuentus, & absque herede, Francorum reliquit regnum: posteritas enim *Pipini*, quem Papa Stephanus secundus, cum filiis *Karolo* & *Karlomanno*, in

Année 937.

Année 981.

Année 987.

Reges vngendo sacrauerat, quin etiam *Bertrandam* vxorem eius in Reginam benedixerat, vsque ad hæc quæ narrauimus tempora, non solum Francorum regnum, set & alia regna strenue gubernauerat. Non ociosum autem vel graue videatur lectori, diuerticulum aliquod de Regum relatione hic inseri, & quibus Chronicæ maiores non habentur in promtu, ad cognoscendam eorum successionem, tantilla hac narratione se recreare poterunt. Ante inunctionem huius *Pipini*, imo ipse, & priores sui, Maiores domus dicebantur : & quoniam proceres regni, & duces, voluntate eorum & consilio, iura prouinciis dabant, *Pipinus*, & *Karlomannus* frater eius, pene quinque annis Francorum regnum strenue rexerunt & auxerunt. Obierat namque iam *Childericus*, in quo defecerat generatio *Clodouei* regis, qui eo vsque tempore regnauerat. Dehinc, *Karlomannus* relicta cura regni *Pipino* fratri, Romam perrexit, atque prius in *Monte Sorapti* Monachus factus, postea in *Montem Casinum* ad habitandum cummigrauit. Horum pater *Karolus*, propterea *Tutides* appellatus, quidam malleus fabri; & quia sicut malleo vniuersa tunduntur, ita *Karolus* omnia regna sibi vicina adiunxit; cuius pater *Pipinus* prior fuit, vir omni sapientia & virtute adornatus, in cuius ditione & exercitu beatissimus legitur fuisse *Gengulfus*. Ipsius pronepos *Pipinus*, de quo prædiximus, cum
Année vxore & filiis à Stephano Papa in regnum sublimatus anno Incarnati Verbi septingentesimo quinquagesimo quarto, indictione octaua. Postquam filius eius *Karo-*
754. *lus*, qui *Magnus* dictus est, ita regnum Francorum nobiliter ampliauit, vt pene duplum illi adiecerit, qui postea industria & fortitudine sua Imperator Romanus factus, decessit anno Domini octingentesimo quintodecimo, ætatis suæ sexa-
818. gesimo secundo, & ex quo regnare cœperat, quadragesimo septimo, quinta Kalendas Febroarij. Hic, antequam decederet, cum consilio primorum imperij & regni, filium suum *Ludouicum Pium*, Imperatorem & Augustum appellari iussit. *Ludouicus* itaque *Pius*, post patrem, sedem imperij per annos viginti quinque magno moderamine disposuit; qui licet plures filios habens, imperium & regnum inter eos diuiserit, inter quos per longum tempus multa simultas viguerit, minori tamen filio *Karolo*, qui *Caluus* dictus, Monarchia principatus ad vltimum deue-
871. nit. Anno siquidem Domini octingentesimo septingentesimo vno, *Karolus Caluus*, regens Francorum regnum, erga cultum Ecclesiæ Dei fuit studiosissimus, qui multa gloria diu fretus, tandem in finibus Lugdunensium vita functus, per reuelationem Angelicam Parisius translatus, in Ecclesia sancti Dionysij regali sepultura est tumulatus. Successit patris in solio *Ludouicus*, biennio vix regio nomine functus, & de quo & suis successoribus in inicio huius operis, quantum opus fuit, prælibauimus, vsque ad tempora *Brunonis Lingonensis Episcopi*; cuius tempore, *Ludouico* filio *Lotharij*, qui *Brunonem* Lingonis præfecerat, cum progenie deficiente, biennio fere transacto, *Hugo* magnus Dux Franciæ, præfati *Hugonis* magni filius, qui *Ludouicum* patrem *Lotharij* regno restituit, & omnium proce-
990. rum & ducum assensu, in regnum sublimatus est, anno ab Incarnatione Domini nongentesimo nonagesimo, indictione tertia, qui senectuti suæ & labori prospiciens, filium suum *Robertum*, in regem vngi, & secum regnare fecit. Nec multo post, *Hugone* deficiente, totius regni monarchiam *Robertus* solus obtinuit. Hic vnum filiorum suorum, *Henricum* nomine, in regnum Franciæ, alium nomine *Robertum*, in ducatum *Burgundiæ* sublimauit. Ex eo tempore castrum Diuion. ab Episcopis Lingonensibus ante possessum, in potestatem & principatum ducatus deuenit. Imminente denique hoc volubili & tempestuoso tempore, domnus *Humbertus de Malleio*, & venerabilis vxor eius *Anna*, huius prouinciæ nobiliores, custodiam Diuionensis castri, & regimen terræ à *Comite Bellimontis Hugone*, tenebant, principante secum suo consanguineo *Guidone* agnominato *Diuite*, *Diuionensi Vicecomite*. Ipse enim *Hugo* Comes, dominium terræ ab Episcopo Lingonensi tenebat, quod præfatis viris nobilibus tradiderat, quod in tanta viuacitate tenuerunt, vt cum Rex *Robertus* & eius coniux *Constantia*, prouinciam hanc sæpius attereret, eius impetum omnino nichili penderent. *Brunone* namque Episcopo

ſuperſtite, in Diuionenſi poteſtate Rex nichil habebat, quam ſucceſſor ipſius *Lanbertus*, vt fertur, pro adeptione Epiſcopatus regi conceſſit, ſicque ad detrimentum Cleri & Eccleſiarum, ſicut de Ieruſalem dicitur, quæ erat libera, facta eſt ancilla. Idem itaque Robertus, monarchiam regni ſolus obtinens, cum audiſſet in partibus iſtis quoſdam exiſtere, qui circumquaque res alienas violenter rapientes, vt liberius inpunéque retinerent, firmitates & caſtella noua ſibi conſtruxerant, cum copioſo, vt regem decebat, exercitu, *Miribellum* ad expugnandum & diruendum aduenit. Erat enim illud vna ex manſionibus raptorum; quod & Deo fauente in breui effecit. Supraſcriptus nempe *Humbertus*, & *Anna*, venerabilem hunc, de quo loqui nitimur, virum genuerunt, decus generis & patriæ, tam corporis pulchritudine quam morum elegantia futurum. Quem parentes Clericali officio tradentes, Eccleſiæque beati Stephani Canonicum attitulantes, & patrimonij ſui magnam partem diuidentes, liberam ei dederunt, qua non ſolum ſe ſuamque familiam, vt dignum erat, ſublimiter regeret, & verum etiam accidenti tempore, pro requie animarum ſuarum, Deo etiam & Sanctis eius contraderet. Prouidentia quoque ſuperna, qui omni habenti dat vt abundare poſſit, ei adunxit. Quoniam cum fuiſſent ſeptem illuſtres fratres, vno patre & vna progeniti matre, & longe ante eum ſex obeuntes monarchiam & gubernationem totius patrimonij & hæredum illi dimiſerunt. Quæ ipſe, vt fidelis ſeruus & prudens, vt intret in gaudium Domini ſui, & ſapienter diſpenſauit. Ergo quoniam vt inertes ſcriptores ſcrupuloſa narratione peracta, ad ipſum tandem vix euaſimus, quatuor virtutum ſpecimina, quibus in vita hominis nichil vtilius fore Salomon atteſtatur, in eo fuiſſe oſtendamus, quatenus per hæc cætera quoque bona eum repleſſe monſtremus: ac primum de temperantia videndum, & quia in nobilibus & iuuenibus, vix aut numquam reperitur. Denique in primæua iuuentute, cum & decor corporis & affluentia copiarum ad leuitatem eum inflectere poſſent, coæui ſui nobiles, ſicuti talibus mos eſt, vt concubinam ſumeret, & per eam ſæculi laſciuiam temperaret, perſuadebant. Quid multa? dies ſtatuitur, & ad iniciandam talem conuentionem non minimo ſumptu conuiuium præparatur. His cognitis, venerabilis pater eius, ſumptis ſociis, die conſtituto inſperatus aduenit, iamque fere menſa parata, oſtium pulſauit, ac interiores, comperto eo, per oſtium exterius cum muliere citiſſime diffugerunt, & cum paucis velud in theatro iudicij iuuenem pauidum reliquerunt. Ingreſſus itaque pater, cum ira ignem huc illucque diſpergit, & carabum cum carnibus effudit, menſam cum apparatibus ſubuertit, vixque à dilecti filij verberibus ſe continuit. Sed ille, cui naturalis inerat modeſtia, ſupplici affatu dulcique precatu patrem temperat, ac pro certo, numquam patrem talibus ſe offenſurum veracibus verbis aſſecurat. Exinde, Deo volente & donante, ita mutatus eſt ad maturitatem, vt ſenſu mentis corpoream omnimode deuinceret leuitatem. Comparanda eſt ſi placet, huius honorabilis iuuenis temperantia, cum quorumdam immoderata peruicacia: multi namque, nec amicorum precibus, nec vicinorum conſiliis, nec etiam Sacramenti conſtrictione, ab inceptis deſiſtunt. Hunc vna correptio patris ad honeſtatis reduxit ſtatum: illos plerumque à ſtultitia non reuocat egeſtas, hunc non detinuit in laſciuia opum abundans facultas. Magna nempe debetur merces cuilibet iuueni proprie & occulte reſiſtenti titillationi, & ne dum iſti cui & opes & coæui nobiles ſuggerebant fauere iuuentuti. Apparet ex hoc, non à corde eius proceſſiſſe leuitatem, ſed aliunde per quemlibet immiſſam, quæ extirpari potuit tam facili increpatione. Dehinc eius conuerſio & immutatio cunctis eſſe cœpit ſtupori & ammirationi, dicentium, hæc eſt mutatio dexteræ Excelſi. Nec longe poſt hæc, electus à Diuionenſi Clero, communi omnium voto, honore ſacerdotis & dignitate præpoſituræ ſublimatur. Iure etenim aliis ex tunc dominus & paſtor eſt inſtitutus, qui ſuæ voluntati dominari, & eam ad honeſtatem deducere prius procurauit. Iuſticiæ itaque operibus deinceps ſe plene conferens, ſubiectus, non dominum ſed patrem ſe præſtabat, & nutritorem. Oſtium eius viatori patuit,

ocellus fuit exco, & pes claudo: viduarum & oppressorum potens extitit liberator. In iudicio curiæ eius, numquam vel suspicio fuit dandæ mercedis, sed rectitudo & exequutio iusticiæ ab omnibus ibi cernebatur. In Ecclesiasticis intentus & peruigil, & Dei laudes nocte dieque Canonicis honeste & curiose soluendas monebat. Quod autem aliis iussit, aut ipse prior solus, aut cum cæteris competenter exercuit. Præterea, affectu quo erga beatissimum Protomartyrem Stephanum feruebat ignitus, singulis annis, in festo eius, missam celebraturus, & ipsi suo dilecto patrono seruum & ancillam liberos offerebat, prius tamen in pulpito post processionem conscendens, omnesque de cognatione sua, qui donis suis calumpniam vel dampnum inferrent, æterno dans anathemati, nisi resipiscerent. Nec his contemptus, sæpius in Italiam & alibi, causa orationis pergebat. Multorum Sanctorum reliquias & serica ornamenta, quibus casulæ, cappæ, aliæque vestes, ad decorem domus Dei fierent, deferre studens, & nichil non quælibet viliora & cito peritura, sed potius cariora ac durabiliora coëmebat. Inter quæ, casulam purpuream nigram, & eiusdem coloris cappam, atque aliam crocei coloris cappam, simulque fimbriis albis ornatam, nec non & pallium optimum, pauonibus ordinatis intextum, quæ adhuc ad indicia eius probitatis manent: cruces, candelabra, & alia multa, quæ malorum nequitia, post mortem ipsius, ab Ecclesia furto sunt subducta. De possessionibus vero & mansis, ita domum commissam ampliauit, & vt præbendæ, quæ vsque ad suum tempus tenues erant & perpaucæ, tam suis quam aliorum donis duplicarentur. Tempore namque ipsius, *Hugo Lingonensis Episcopus*, & *Aymo Tilecastri* dominus, Ecclesiam ipsius castri in honore sancti Florentij Martyris dicatam, cum appendiciis omnibus & magnis redditibus, ipsi suisque successoribus perpetuè possidendam tradiderunt. Quidam etiam miles, *Hugo Foardus* nomine, in villa *Cortarnulfi*, iusticiam, latronam, falsam mensuram, & in nemoribus ceparium, venationem, & in aqua piscationem, sicut in carta scriptum habetur, dedit. *Guido diues* miles, de quo supradiximus, in villa *Bresconi*, mansum vnum dedit, cum seruis, & ancillis, mansum, & quæ appendebant culturantibus, in vineis, in siluis, in planis, & aquis, absque exactione & exenio, omnino liberum. Item quod alius nomine *Rocelinus*, qui & *Romestannus*, dedit alodium suum de *Fissëio*, & mansum de *Bargis*, cum vineis & omnibus manso pertinentibus, & quicquid in *Parriniaco*, in vineis & campis tenebat, vel alius per eum, & ad *Corcellas*, mansum cum omnibus manso pertinentibus, & boscum versantem, & seruum *Aldonem*, cum infantibus, & de siluis quæ vocantur *Cormeel*, siluæ *Colsari Petri* communis, *Calcenolca*, & de *Nois* partem suam, *Acercé* mansum cum omnibus appendiciis, & *Quintiniaco* mansum cum omnibus pertinentibus. Decimo fere antè hoc anno, adhuc *Brunone* Episcopo viuente, proclamantibus huius Ecclesiæ Canonicis, reddi fecerat, & ne vltra refelleretur sub anathemate interdixerat; ipse Episcopus Ecclesiam *Mirebelli*, cum appendiciis suis, & terram de *Acellis*, quæ sancto Stephano mali homines diu abstulerant, fuerunt, & alia multa, quamplures Ecclesiæ sancti Stephani, eodem honorabili *Garnerio* Præposito commonente & perquirente, tribuerunt, de quibus socordia Priorum nullam tradidit memoriam sequentibus, quin potius per inerciam rectorum, de notis & ignotis aliquanta sunt perdita, quam cum non est qui teneat, abundat qui deripiat. Mater etiam eius *Anna*, pro se suoque viro & filiis, dedit *Giurelo* quinque iornales vineæ, in campo *Arueÿ*, & in *Carue*, & vineto, & *Sumbardesqueca*, & *Praelis* vineas quas habebat: tres denique mansos apud *Marcilleium*, cum hominibus eos tenentibus, vineisque, ac siluis, terris quoque cultis & incultis, atque consuetudines, quæ eisdem mansis debentur. Præfata mater, hortatu kari filij, suæ oblationi adiecit. Viuens quoque pater, cum vxore dederunt, in insulis *Genleti*, prata in fine qui vocatur *Lampona*: vltra *Dollam*, supra *Dubium* fluuium, dedit *Raynardus* pater *Odonis* miles de *Diuione*, sancto Stephano, ad *Criceium*, mansum cum hominibus illum culturantibus, nulli ius vel grationem siue consuetudinem debentem. Hæc de aliorum donis, qui instinctu

stinctu & tempore eius hæc Ecclesia adquisiuit. Sed ipsius memorabilis *Garnery* dona illis omnibus semper eminent. Dedit namque villetam, quæ vltra prædictum cicerium est, cum seruis vtriusque sexus. Quosdam denique eorum liberos cum facultatibus inde adduxit, quos in clientela sancti, cum aliis ordinauit. Dedit alodium in villa quæ vocatur *Arcis*, cum terris cultis & incultis, ad illud pertinentibus: *Quintiniaco*, cum Ecclesia & decimis, omnem suam hereditatem: Apud *Cauenniacum*, vnum pratum: *Siliciaco*, decimas, & vnum mansum, cum omnibus pertinentibus, in quo ipsius tempore *Engelio* Gallicus Ecclesiam incoauit, & post eius obitum consummauit: *Meruello* dedit omnem terram quam habebat: *Cremelex*, vnum pratum: *Sampaniaco*, quod est inter Marcennacum & Giurcium, vnam vineam. Ecce vere Israëlita, in quo dolus non extitit, qui Deo dicere fidenter potuit, *Tu es qui restitues hereditatem meam mi*, de quo etiam conuenientissime potest dici, quod felici commercio pro terrenis cælestia, pro præteritis æterna commutauit: qui etiam ne virtute careret, quam sancti præ oculis mortem habentes, timore & amore futura prouidenter dispensare constituit, vnde panis, vnde vinum, vnde species herbarum ad potum conficiendum, vnde fercula carnium, vnde nouæ scutellæ, in die anniuersarij sui quotannis ad refectionem fratrum prouenirent. Quod sequaces studiosè explentes, vsque ad hæc tempora diligenter obseruarunt, cum fratrum refectione, aliis sacerdotibus & clericis, nec non & pauperibus abunde eo die ministrantes, insuper sicut in festo sancti Stephani, militibus & amicis partes ad honorem pij & boni prouisoris dirigentes. Dignè itaque *iustitia huius manet in sæculum sæculi, qui propria dispergens dedit pauperibus*, illum secutus, *qui cum diues esset, pro nobis pauper factus est, vt illa inopia nos ditaremur.* Transeamus autem de genere ad speciem, vt continentiam eius monstremus, vicisse radicem omnium malorum cupiditatem. Quædam matrona *Tecilina* nomine, vxor *Balduni* diuitis, quem Dux *Robertus* secum de Gallia adduxerat, pro auxilio constructionis templi, vnde suo loco in posterum narrabimus, prædicto venerabili Præposito scifum aureum, viro suo nesciente, obtulit. Erat vero miri & magni operis, plus triginta librarum valens precij, quem ille licet inuitus suscipiens, quem Dei domum de iustis potius & dignis mercedibus volebat construere, contra morem multorum, non sibi retinuit, nec expendit, sed archimandritæ seruandum commisit. Transacto denique ferè quinquennio, quidam ex clientela scilicet huius rei conscius, ad *Balduinum* veniens, si sibi merces daretur quæstum magnum se indicaturum promisit; cui ille Gallicè respondens, *Tirnicellam* & caligulas pro mercede spopondit; cumque cliens, rem vt erat, indicasset, *Balduinus* vxorem suam affligere, filiamque suam repetere anxiè cœpit; quo comperto, vir Dei, mulierem non ausam sibi indicare, aut à se reposcere, per nuntium euocat, scifum intactum reddens, repræsentat. Quod illa insperanti marito resignaret, *Balduinus* facti pœnitens, me miserum, inquit, quia nec huic ero ditior, & ille beatus pro hac repetitione amodo meum exosum habebit adiutorium. Quod & factum est, nam extunc Præpositus memorabilis eius oblationem spreuit, licet post eius mortem terram Australem cum signis maioribus nominibus suis dicatis, *Balduinus* cum vxore expleuerunt. Verum clienti pro delatione mercedem repetenti, tunicellam & caligulas puero vnius anni vix sufficientes dedit, sicque miser pro proditione, & domni sui familiaritatem, & cupitæ mercedis amisit expectationem. Nunc ad incepta redeamus, & huius magnanimi Prælati fortitudinem, pro nostro posse, vtcumque monstremus. Relatum fuit huic reuerendo viro, quadam die Sabbati, iussu Ducis *Roberti*, cuiusdam de familia sancti Stephani, in cimiterio sancti Michaëlis iuuencam carnifices rapuisse, & occidisse, quo cognito Præpositus ipsum Ducem conuenire studuit, & malefactum emendare monuit: At ille, vt homo ferocis gestus & tumentis animi, monitum spreuit, superbè dicens, de pecuniis terræ vbicumq; & vndecumq; captis principem & officiales debere viuere; venerabilis Præpositus tali repulsa affectus, in crastinum, die Dominica, processione peracta, ad quem more solito ipse Dux

cum populo conuenerat, pulpitum ascendit, publicaque proclamatione coram omnibus, candela ante pedes Ducis proiecta, eum excommunicauit. Tunc ille frendens & minans, cum ira recessit nimia, in proximo vindictam de eo & rebus Ecclesiæ se capturum promittens. Præposito autē illius minas non appretiante, dicens namq; scriptura, *iustus vt Leo confidit;* die sequenti, feria scilicet secunda, Duce ad Ecclesiam veniente, cum iam pedem in ostio ponere vellet, portas ei contra faciem clusit, publicè clamans, indignum eum intrare domum Dei, quem adhuc feteret carnes rapacitatis. Dux verò vltra modum turbatus, & iam pene insanus, recedens, se miserum coram omni sua familia testabatur, si hanc iniuriam ad plenum non vlcisceretur. Missis itaque tantùm quatuor parasitis, nam cæteri obedire verentes diffugerant, mulum quo spaciari solitus erat, de eius domo rapuerunt: his compertis, iam dictus *Humbertus* domnus *de Fauerneio*, sumptis secum decem militibus, venit ad Ducem. Quo viso, Dux priùs cœpit ad patrem de filio interpellare se immerito iniuriatum, clamare, & querelas immensas velut iustas prætendere. Pater autem, vt vir nobilis & potentissimus, respondit se suosque omnes facto Ducis nimium dehonestatos, à sæculo inauditum fore quemlibet de sua parentela tali iniuria affectum. Cuius animositatem Dux veritus, iustam vel iniustam haberet causam, ad libitum patris omnia se emendare & promisit, & fecit. Mulus autem ad nobis guarcionibus reductus, ab eodem virili cordis proposito de domo expulsus est, dicente non sibi competere quod diabolus sua sibi rapacitate venditauerat. Ita per totum oppidum pene tres septimanas mulus oberrans, stramine & sterquiliniis pastus, tandem ab vno eius asino captus est & retentus. Ecce virum virtute fortitudinis præcelsum, iuxta Domini mandatum, oppresso subuenire paratum, & propria non repetere, sed magis spernere, & suam iniuriam negligere studiosum. Apponatur quiddam simile, & quia perrarus imitator modo quolibet est nimium laudabile. In crastino Natiuitatis, cùm celebraretur venerabile festum sancti Stephani, mos est censuales ad altare venire, ministrisque astantibus debitum soluere. Quidam itaque præpositus Vicecomitis Diuionis, cuius nomen præterimus, ne heredibus eius qui militari honore præfulgent, graue videatur, quasi pro sui reuerentia, antequam officiales conuenirent, teste nullo, super altare, capitis censum deposuit: hora ergo processionis, memorabilis Præpositus, ministris occurrentibus interrogat, si iam ex integro census redditi essent, illis respondentibus excepto prædicto viro censum omnes persoluisse, domnus *Garnerius* coram omnibus, eo conuento, vellet nollet, prius processionem, populo præsente, iterum super altare censum coëgit offerre. Hæc de tribus virtutibus insipidè depictis, prudentiæ colorem Deo iuuante annectamur. Quoniam ipse Saluator in Euangelio commendans: *Filij*, inquit, *huius sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.* Hic itaque venerabilis Præpositus, & cum maxima reuerentia nominandus *Garnerius*, non nobilitate sæculi, qua excellenter pollebat, elatus, non diuitiis, quibus Dei dono abundabat, resolutus, vt plerisque moris extat, sui est oblitus, sed potentiam nobilitatis, & diuitiarum luxum, ad æternam domum in cœlis sibi construendam seruire coëgit. Denique, post ædificationem Ecclesiæ sancti Michaëlis, quam eo adiuuante venerabili *Valdterio* fecerat, quamque *Lambertus Episcopus Lingonensis*, ipso petente, sacrauerat, & secundæ, quam in proprio allodio suo *Fauerniaci*, in honore sancti Georgij incoauit, quamque post eius obitum *Stephanus* nepos eius, *Fauuernei* dominus, consummauit, summæ & indiuiduæ Trinitati volens in omnibus se subditum & deuotum monstrare, magnis impensis & laboribus innumeris fabricam huius incœpit Ecclesiæ, in quam Agni immaculati carnes, & laus Dei continua pro se proque cunctis Dei fidelibus decenter offerrentur. Ea propter non sic filius huius sæculi terræ adhæsit, sed sicut filius lucis, quod verè erat, præsentibus & futuris prudentiæ suæ exemplum reliquit. Omnes denique sanctos, vt eorum consors & ciuis supernæ Iherusalem, vbique recolens & venerans, ac se suaque affectuosè illis commendans, præcipuè beato Protomartyri Stephano, sincero & fideli hæsit amore, & feruenti semper eum coluit venera-

tione. Ecclesia quippe oppidana in ipsius martyris honore antiquitus constructa, licet longissimo tempore Canonicali officio competens extitit, longitudine atque decentibus picturis, quibus superius decorabatur, & pauimentis interius suo tempore vigens, iam tamen vetustate diruebatur, atque sui terminum ruinis & scissionibus quibusdam minabatur. Huc quoque accesserat, quod corpus venerandi Pontificis Medardi ab *Ademaro* Comite, & vxore eius *Lampadia*, de Galliis, sicut in gestis scriptum est, in eadem Ecclesia fuerat aduectum, & ob insignia virtutum, quæ ad declaranda sancti merita Deus ibidem frequenter operabatur, iam non Ecclesia sancti Stephani, sed sancti Medardi vocabatur. Anno siquidem ab Incarnatione Domini nongentesimo primo, indictione quarta, partim iusto Dei iudicio, partim principum inertia, Galliæ multis barbaris expositæ, incendio, rapina, ac innumerabilium hominum nece, sunt vehementer attritæ. Dumque non esset qui resisteret, quicumque aliter se sibique cariora saluare nequibat, fugæ præsidium inquirebat. Inde contigit multa sanctorum corpora à Galliis in Burgundiam deferri. Tunc illo in tempore, in mense Maio, vt iam compendiose diximus, idem gloriosus Confessor delatus est. Ea tempestate *Benedictus* quartus in Papatu vigebat, Rex *Karolus*, qui Simplex dictus est, à suis hominibus infideliter Peronnæ incarceratus erat, *Arguimus* bonæ memoriæ *Præsul Lingonicæ Ecclesiæ* præsidebat. Ipsius namque Pontificis diebus, vt in veteribus cartis dignoscitur, vna ex generalibus synodis, quibusque annis, in eadem Ecclesia beati Protomartyris ab eodem regebatur, quod etiam anteriorum & successorum suorum temporibus creditur factum, quandiu mansit in potestate Episcopali Diuionense castrum. De hac videlicet Ecclesia in vita sancti *Gregorij Lingonensis Episcopi* legitur, quod gestatores corporis eius, à Lingonis eum deferentes, ad intramuraneam ipsius castri Ecclesiam detulerunt. Aduenientibus vero quinta die Episcopis, ad basilicam sancti Iohannis tumulandum reportarunt: nec multo post, quidam vinctus à militibus, per portam castri adductus, cùm ante atrium Ecclesiæ venissent, Dei miseratione, & optemptu sancti Confessoris quem inuocauerat, solutus, eandem Ecclesiam petens, per ipsam euasit. Est alia basilica à parte Septentrionali, secus ipsam, in honore sancti Vincentij gloriosi martyris Christi dicata, de qua in prædicta beati Gregorij vita scriptum est: Quod domus eius baptisterio adhærebat, ab officio baptizandi sic nominata, quod ibidem sæpius fiebat. Prudens itaque, iste de quo cœpimus referre, casum sæpedictæ Ecclesiæ iamiamque cernens imminere, magnificentius & fortius iam cogitauit restaurare. Data igitur Deo iuuante temporis oportunitate, Duce *Roberto* ad fratris sui Regis Henrici curiam aliquantum ibidem moraturo pergente, ipse adunata magistrorum & operariorum turba, potenti virtute à turre vsque ad turrim aliam, murum castri euertit, atque decenti ac fortissimo opere capud Ecclesiæ foris efferens, tribus cancellis distinctum construi fecit. Quod opus animo virili & copiosa largitate accelerans, ad summum vsque apicem, vt decebat, productum est. Et quoniam Deo, vt credimus, reuelante; nam qui adhæret Domino vnus spiritus est, tam immensum & gloriosum opus se sciuit non consummaturum, timens ne inertia & parcitas sequentium minus capiti competens, corpus Ecclesiæ construerent, spiritu Dei dictante, vt agendum volebat, prouidit, modumque qualitatis & quantitatis, vsque ad portas anteriores statuta vnius hominis à fundamento per circuitum protraxit. Prouidit etiam & perquisiuit curiose, vt tam adiutoriis vicinorum, quam ope redditiuum cœptum opus compleretur; quod post eum Canonici & oppidani iusta constitutionem & voluntatem pij patris amplectentes, licet non ea acceleratione qua ipse, nobilissime tamen & strenue peregerunt. Eo quippe decedente, vsque ad vltima *Rainardi Episcopi* tempora pertractum est; tuncque, sicut in quodam indiculo reperimus, anno Incarnati millesimò septuagesimo septimo, indictione quinta decima, epacta quarta, pridie Kalendas Iulij, *Aguarmundo Viennensi Archiepiscopo*, & aliis Episcopis, ipsa Ecclesia consecrata est. Tercia dehinc die, id est sexto nonas Iulij, ipsius Ecclesiæ cripta cum altare pro-

Année 901.

Année 1077.

prio est dedicata. Proposuerat autem idem memorabilis *Garnerius*, sacrato numero duodecim altaria in ipso templo fieri, licet vsque nunc decem tantum extiterint; è quibus quinque specialibus patronis denominauit; maius quippe altare cum totius veneratione templi, proprio protectori, beato Protomartyri contulit Stephano; retro ipsum superius gloriosæ Dei Genitrici, in Ecclesiæ decentiori loco. In turri, à parte Australi, oratorium Principis Apostolorum. Alia de parte fratris eius sancti Andreæ oratorium, quod de priori Ecclesia in honore sanctæ Mariæ cum turre fuerat relatu maiorum. Sub altare perpetuæ Virginis inferiorem criptam, quam decenter transuoluere cœperat, attribuit dilecto Dei Iohanni Euangelistæ, quatenus ipse operi suo fundamentum foret, & fulcimen, quem Christus in cruce positus matris suæ fecit custodem. Libet huius venerabilis prælati intueri feruentem affectum, qui si posset, ad tuitionem sui templi visibilem præstasset custodiam Angelorum. Mox denique vt artifices ad planum terræ opus traxerunt, locum cathedræ Pontificali beati Gregorij iussu eius fecerunt, quam ibidem reponi faciens, præsidem & inspectorem huius loci tam summum adoptauit pastorem. Quæ cathedra à tempore ipsius Confessoris beati, in veteri Ecclesia seruata, multos febricitantes sæpius iuuit & ægrotantes, vt priores nobis retulerunt, si cum fide eam eluissent, & in potum sumpsissent. Attendenda est sane & diligenter inspicienda huius pij patris voluntas & prudentia, in sacræ ædis dictamine & expletione, dicens enim prædicator egregius, *De cætero nemo michi molestus sit, ego enim stigmata Iesu in corpore meo porto.* Et iterum, *michi autem absit gloriari nisi in cruce Domini mei Iesu Christi, per quem michi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Proinde, vt populus Christi sanguine per Crucem redemptus, iugiter salutis suæ recordetur effectum, templum Deo constructum forma crucis interius & exterius decenter est constructum. Quisquis ergo oblationem precum vel holocaustum laudum, vis offerre, vigilanti animo in cruce te positum esse perpende. Suspensus autem omni corporis parte, impotens & ligatus, monstrat tibi quod dum hic es, conuiciis & concupiscentiis carnis debes esse mortuus. Si vero, sicut in libro beati Iob legitur, nichil in terra fit sine causa, multo magis credendum, quod absque ratione nichil prorsus in sancta fit Ecclesia. Cum enim in veteri lege, Moysi tabernaculum fœderis facturo, Dominus dicat, vide vt secundum exemplar quod tibi monstratum est in monte, omnia facias: quis dubitare debeat quod tabernaculo vmbræ & figurarum templum veritatis præcellat? Spem igitur Dei hunc venerabilem virum prælatum prædocuisse & ei inspirasse creditur, vt structuram visibilem domus Dei in occulta & inuisibili spiritus prædestinatione sculptam inspiceret, & ad eius modum eam foris effigiaret. Vere enim hic beatus & omni veneratione dignus, orientem illum mundi cordius conspexerat, de quo dicitur, *visitauit nos oriens ex alto*, qui parietem Orientalem, antequam vitam finiret, præsentem omnino perfectum, etsi est qui attendat, spiritali virtute dimisit insignitum. Verum exacuenda est mentis ebetudo, & vt non corpora tantum, sed excelsiora & latentia perpendat contemplatio. Auidius autem requiruntur quæ latent, & preciosius est quod cum fide quæritur. Sacrato itaque & rationabili fenestrarum numero, domnus *Garnerius*, in domo quam Deo construebat, non solum lumen spiritale attendentibus & intelligentibus, set etiam temporale & materiale prouidit vt proueniret. Qualicumque denique hora templum intraueris, sursum respice, memorque sis verborum Apostoli dicentis, *Si conresurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, & quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* Quicquid namque corporaliter agitur, vel ab exterioribus internis meditationibus inmergitur, visu, auditu, odoratu, gustu, siue tactu percipitur. Vt itaque intellectum atque operationem tuam, quæ quinque sensibus & administrantur & exercentur, non in infirmis, set in cœlis colloces, quinarius te superior fenestrarum numerus illustrat & conmonet: si vero tibi adhuc insipidus iste videtur sensus, ad interiora dirigere; & excellentiorem intelligentiam perpende; Conditor etenim noster & Redemptor,

manibus & pedibus in cruce violenter terebratis, ad vltimum lanceæ infixione Sacramenta nostræ salutis profudit, sicque quinque misericordibus plagis cælestia atque terrena reddimens, pacificauit. Hæc memorare, hæc iugiter cogita, ad hæc te quatuor foraminum rotunditas & quintæ fenestræ longitudo perlustrat. In cæteris quoque fenestris, septenarij, ternarij, siue vnitatis sacratum numerum excedere noluit, quarum si cum superioribus summam apponas, triginta tres repperies, vt in hac domo, Trinitati laus & gloria semper resulter. His tanti viri semper extollenda est prudentia, nec non de alio corpore Ecclesiæ longitudinis, latitudinis atque altitudinis mensura, si nostra inops & debilis ad hæc pertingere posset scientia. Sed nos ea dimittentes Geometricis & nobis sapientioribus, narrationi huius virtutis finem faciamus. Iesu pie, Iesu bone, viuax vnda mundans, vita, cui non pereunt moriendo non solum corpora, set nec iustorum desideria, tu huius tui omni tempore sæcli, in bonum perfice votum, atque domum tibi dicatam ad laudem tui nominis, rege & extolle in æternum. Computatur itaque præpositura eius spacium, ab vltimo tempore *Brunonis* Episcopi, qui triginta quinque annis Episcopatum rexerat, vsque ad *Harduinum* Episcopum, inter quos *Lambertus* quindecim annis, *Ricardus* quinque mensibus, *Hugo* viginti annis, Episcopatum tenuerunt, quamuis ipse *Hugo* in Concilio Remensi à *Leone* Papa sit depositus, licet Romam postea pergens, indulgentia ipsius Papæ fuerit absolutus. Qui in reditu apud *Biternam* defunctus est, & sepultus, & in loco eius substitutus est *Harduinus*; cuius tempore hic vir venerabilis, sua ætate, religione, karitate, & prudentia præcellens cæteris, & Deo volente & vocante, ab huius sæculi labore migrauit in æternæ quietis splendorem. Nec enim ambigitur de eo, quod illorum perfruatur collegio, qui hic viuens iugi famulabatur obsequio. Contulit excessu suo patriæ & subditis intolerabilem luctum, quibus videbatur se non posse sufficere ad debitum planctum. Sepultus est pridie idus Ianuarij, à sinistra parte, intrà Ecclesiam sancti Michaëlis Archangeli, quoniam altera de parte ipse tumulari fecerat corpus *Galdiery* sui consacerdotis. Super eum à Canonicis sepultura competens iussa est fabricari, ad quam in anniuersario eius, cereis hinc inde accensis, à vesperis vsque post maiorem missam, pallium solet extendi. Ipso die præter singulare sacrificium, quod sacerdotes singuli pro eo persoluunt, ad maiorem missam, quæ pro eo celebratur, oblatio panis & vini à cunctis offertur. Quæ traditio ab ipso etiam in anniuersariis & præsentia fratrum defunctorum constituta fuisse in hac Ecclesia refertur, ad quam rem duas decentes ampullas saphirinas ab Italia detulerat, quibus vinum offerretur; quas nostra adhuc ætate vidimus, quæ cum multis aliis rebus, incendio Diuionensi perierunt. Honestatis nempe & Religionis amator, vt apis prudentissima, moribus bonis vbicumque repertis, domum suam farsire & ornare studebat: verum quoniam sapientissimus Salomon adhortatur, *laudet te*, inquiens, *alienus*, & non ostium, ac verior atque credibilior laus videtur quam profert qui hominem facie tenus nouit. Nos, qui post centum amplius mortis eius annos, audita non visa referimus, quamuis multa propter tædium omiserimus, vt nostri sit operis confirmatio, aliorum testimonium annectamus. Anno siquidem quo defunctus est, ad impetranda pro anima eius orationum suffragia, Canonici per Galliæ Ecclesias rotulum direxerunt, in quo Monachi Besuenses tali epilogo responderunt.

Dilectis in Christo fratribus Protomartyri Stephano digne famulantibus, Besuenses monasticè degentes, prosperos vtriusque vitæ successus. Communis anxietate mœroris vna vobiscum, nos quoque credatis constringi, quia commune solatium omnium nostrum, rerum potens à nobis sustulit, id est donnum *Vuarnerium*, qui nos karitatiua compassione solabatur, in huius quam patimur fluctiuagi perturbatione exilij. Et quidem ille lutea carnis mole relicta, felicia laborum suorum nacturus præmia, præsentis sæculi qua tribulabatur, ereptus est pressura; nos tamen dicessu suo contristat consilij & solatij sui indigentia continua;

quibus consulens, omnibus afflictis & oppressis indefesse inpendebat beneficia, & sicut dicit Apostolus, *Gaudendum cum gaudentibus, flendum cum flentibus*, pro posse suo & velle omnia semetipsum impendebat omnibus, & sibi omnimodis existens parcus, aliis profecto viuebat largus: æmulatorque omnium virtutum iugiter perseuerans, quid imitandum, quid sequendum foret, omnibus sibi adhærentibus intimabat: verbo & opere fideliter administrabat quæ ex Ecclesiastico possidebat iure, paterno affectu subiectos studens regere, & semetipsum ad Sacerdotij gradum, quod digne administrabat, aptum & idoneum efficere. Ergò quia *pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius*, vna nobiscum vobis suademus, tristiciæ & mœroris deponere fletus; quia non interitus mors illius est credenda, set transitus. Ecce qualiter sibi applaudunt & consonant eloquia videntium, & eorum qui audita non visa referunt, quamuis ipsius magnificentiæ multum minor sit vtrorumque atestatio, Quis enim dignè referat, qua nobilitate & libertate terram & familiam sancti rexerit, & regendam posteris dimiserit? Non solum plura donorum ipsius ab omni exactione & consuetudine, atque terciarum & decimarum redditione omnino libera erant, sicut prata *Lampone*, & vineæ quæ dicuntur campus *Aruetj*, & mansa *Villeta*, set etiam dona quæ ab aliis excipiebat, liberrima esse faciebat. Inde est mansus de *Brisione*, quem *Guido Diues*, vt prædiximus, tradidit, eiusmodi libertatis, vt quicumque in eo quolibet modo culpatus refugeret, sicut in Ecclesiæ asilo tutus maneret. De hominibus sancti nullius iudicis minister quamlibet repetebat offensam, nisi prouisori Ecclesiæ prius proclamationem fecisset. Quicumque vero de clientela sancti, libram panis integram vel dimidiam de curia sumebat, emere & vendere in foro absque reditus, qui vulgo ventæ dicuntur, liberè poterat, & in domo sua vel aliena vinum proprium.

Année 1137. ANNO ab Incarnatione Domini millesimo centesimo tricesimo septimo, indictione decima quinta, vigilia Apostolorum Petri & Pauli, diuino iudicio, castrum Diuion. cum omni circumposito burgo & Ecclesiis incensum est, & præter indicia murorum, intus & extra pene ex toto cumplanatum. Hinc contingit altare intramuraneæ Ecclesiæ gloriosi Protomartyris Stephani, Ciborio quod inerat ardente, confringi. Sed Dei repropitiatione, & multorum collatione, eadem Ecclesia cum officinis restaurata, à donno *Gotefrido Lingonensi Episcopo*, Episcopatus eius anno secundo, *Galtero Cabilonensi Episcopo*, cum altare inno-
1141. uato, solemniter consecrata est, indictione quarta, anno millesimo centesimo quadragesimo primo, quinto Kalendas Maij. Traditum erat enim ab antiquis, qui priori benedictioni interfuerant, vnciam manus beati Stephani, cum ampulla sanguinis eius, in altari esse, quæ tempore quo Episcopi totius Galliæ conuenerunt Bisuntinum ad participandum de brachio *beati Stephani*, ibidem allata est, quæ in locello lapideo, plumbo interius illito, reperta cum ampulla alia & aliis reliquiis, Deo soli, quorum sanctorum sint, cognitis. Ipsa vero vncia in pixide eburnea remota est. Ibidem etiam erat lapis, in quo pedes beatissimi *Benigni*, cum plumbo remisso tempore Martyrij afixi fuerant. Hic lapis cum ciborio eodem incendio confractus erat; & in quatuor partes diuisus, quarum partes in angulis altaris repositæ sunt. Fuerunt ibi & aliæ reliquiæ positæ de osse *sancti Laurentij*, de sancto *Sebastiano*; dens sancti *Genesij*: in alio vasculo vitreo reliquiæ sancti *Manmetis*, cum aliis reliquiis quæ in prædicto loculo sunt repositæ. Positum est ibi vas marmoreum, in quo reliquiæ de puluere *sancti Prudentij*; & boxea vitrea, in qua reliquiæ *Bartholomæi* Apostoli, de veste eius & de capillis: de pallio sancti *Michaëlis* Archangeli à monte Gargano, de la.... de sancto *Benigno*, *Vincentij* martyris, *Mauricij*, sociorum eius; *Medardi* Episcopi, *Cornelij* Papæ, *Vedasti* Episcopi: de calciamento sancti *Martini*, Mariæ *Magdalenæ*, Reginæ Virginis, & aliorum multorum sanctorum. Est in prædicto vase marmoreo, ampulla,

& extra ipsum vas alia ampulla ansulata, in quibus inuentæ sunt reliquiæ antiquæ basilicæ sancti *Vincentij*, de quibus tale indiculum reperimus. Reliquiæ de sancta *Maria*, *Petri* & *Pauli* Apostolorum, *Andreæ* Apostoli, *Christofori* martyris, *Honorinæ* virginis.

ANNO etiam ab Incarnatione Domini millesimo centesimo tricesimo nono, indictione secunda, consecratum est altare sanctæ Crucis, à domno *Gauterio Cabilonensi Episcopo*, in honore eiusdem crucis & beatæ Margaretæ virginis, & omnium virginum Christi. In ipso altari conditæ sunt reliquiæ de sancta *Maria*, de sepulcro Domini, de barba *sancti Petri*, de cruore *sancti Andreæ*, de sancto *Stephano*, de sancto *Cornelio Papa*, de sancto *Gregorio Papa*, de sancto *Leone*, de sancto *Protecto* martyre, de sancta *Margareta* virgine, & aliorum multorum. Hoc factum est septimo Kalend. Iulij. Ipsa die consecrata est crux, & eleuata, & in ipsa reliquiæ de *ligno Domini*, de *sepulcro* Domini, & de sancta *Maria*, de sancto *Vincentio*, de sancto *Gregorio*, de sancto *Christophoro*, de sancto *Pantaleone*, de sancto *Iohanne*, de monte *Caluariæ*, de sancto *Ambrosio*, de sancto *Concalo*, & de vestimento sancti *Iohannis Baptistæ*, & multorum aliorum. Année 1139.

INCIPIENTE anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo septimo, indictione quinta, feria sexta, pridie nonas Ianuarij, donnus *Gotfridus Episcopus* sacrauit altare sancti Laurentij, in Ecclesia sancti Stephani Diuionensis, ibique posuit reliquias de osse ipsius sancti *Laurentij*, sancti *Mammetis* martyris, sancti *Leodegarij* martyris, sanctæ *Genouefæ* virginis. Tertiò die, idem, in die Epiphaniæ, in eadem Ecclesia sacrauit altare Dei Genitricis, quod est recto maius altare, & de ipsa positæ sunt ibi reliquiæ de cingulo eius, de veste sancti *Iohannis Baptistæ*, de barba sancti *Petri*, sancti *Stephani* protomartyris, de *Innocentibus*. Année 1157.

ANNO ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo nono, epacta prima, solaris cycli tertia, consecratum est altare in scriptis sancti Stephani, à donno *Guichardo Ludunensi* Archiepiscopo, in honore Dei & sanctæ eius Genitricis Mariæ, & sancti Iohannis Baptistæ, & sancti Blasij, & sancti Egidii, & omnium sanctorum. Positæ sunt ibi reliquiæ de *ligno* Domini, de *sepulcro* Domini, de *sepulcro beatæ Mariæ*, & sancti *Petri* Apostoli, de vestimento sancti *Iohannis Baptistæ*, de osse *sancti Laurentij*, sancti *Leodegarij*, sancti *Medardi*, sancti *Ambrosiniani*, sancti *Honorati*. Eodem die, idem idus Septembris consecratum est cimiterium ab eo Archiepiscopo ante Ecclesiam sancti Stephani, ab elemosina à domo *Guidonis Ellimardi*, à domo Petri *Bergoti*, à domo *Vallerini*, circa Ecclesiam sancti Vincentii & sancti Medardi, vsque infra Ecclesiam, per portas sancti Stephani. 1159.

ANNO autem transacto, id est ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo septimo, Kalendis Iunii, consecratum est altare sancti Martini in Ecclesia beati Stephani, à donno *Gotefredo Lingonensi Episcopo*, & positæ in eo reliquiæ de calciamento sancti *Martini*, de sancto *Pancratio*, de sancto *Pantaleone*, de *sepulcro* Domini, de sancto *Nazario*, de sancto *Sebastiano*, de sancto *Ambrosio*, de sancto *Valentino*. 1157.

IN alia siquidem benedictione, quæ fertur tempore *Raynardi Lingonensis Præsulis*, à *Guarmundo* Viennensi Archiepiscopo, aliisque Episcopis coadiuuantibus, facta pridie Kalendas Iulij, altare sanctæ Mariæ & sancti Bartholomæi, & sancti Laurentii, nec non sancti Desiderii, vno die consecrata referuntur. Altaris verò sancti Ioannis Euangelistæ, quod est in scripta, ipsiusque scriptæ consecratio, facta fuit sexto nonas Iulii. Benedictio autem altaris sancti Petri in *Carcerem*, nono Kalendas Aprilis. Australis quoque partis altare in honore sanctæ Dei Genitricis, & sancti Andreæ consecratum fuit, septimo Idus Decembris. Hæc altaria credimus & scimus, & eorum in quorum honore habentur, & aliorum, insignita reliquiis, licèt inertia Priorum nulla nobis de eis indicia reliquerit.

NOTVM sit omnibus, quod domnus *Vuillermus de Tilecastro*, apud *Nogentum* castrum obiit, & ante diem mortis suæ, pro anima sua, beato Florentio donauit, quicquid tenebat in Terciis *Gemellarum*, sine vlla retentione. Quod postea Lingonis in monasterio sancti Amatoris, vbi domnus *Gotefridus* Episcopus tunc altare quoddam sacrabat. Cognouit dominus *Bartholomæus* frater domini Vuillermi, & *Albricus* miles de *Boncort*, & *Oldierius de Chalfur*, coram domno *Gysleberto* Abbate, quem domina Clarimontensis ibidem inuestiuit de elemosina mariti sui.

NOTVM sit omnibus, quod *Humbertus* miles de *Cumniaco*, defuncta vxore sua, guilpiuit super altare beati Stephani, quicquid ex parte coniugis ipsius querelabatur antea in territorio *Nathacensi*, anno dominicæ Incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo septimo, acceptis inde septem solidis & capa. Testes *Odo Grossus*, *Paganus* ventarius. Concessit hoc & laudauit *Aymo* frater vxoris *Humberti*, & iurauit in cripta super altare sancti Iohannis, se tenere inde pacem omni tempore.

Année 1157.

NOTVM sit omnibus, quòd *Hugo Bouirix*, clamauit quietam querimoniam illam quam habebat de præterita mensura modiationis decimæ *Aqueductus*, ad eum pertinente, & in futurum promisit, quod quacumque mensura nuntius eius modiationem acciperet, post acceptionem numquam de mensura querimoniam faceret, quod & ius habebat. Clamauit nihilominus quietam querelam illam quam mouebatur de quadam parte oblationum Annalium altaris prædictæ villæ.

NOTVM sit, quòd *Mauricius de Marcennai*, dedit Ecclesiæ sancti Stephani Diuionis, quatuordecim nummos censuales in manso, quod dominus *Tebaudus* Capellanus de *Marcennai* dederat Ecclesiæ prædictæ, cum domo sua ibidem existente, laudante vxore sua *Aalasia*, & genere suo *Symone*, cum filia *Maria* vxore *Symonis*: qui etiam promiserunt se garantiam portaturos, & heredibus suis portare mandaturos, aduersus omnem querelantem. Hoc factum est anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo octauo. Testes *bonus Amicus* Sacerdos, *Garinus* Sacerdos de domo Dei de Brifcon, *Vuido Villicus* dictus, *Theodericus* minister Canonicus, *Bernardus*. Item *Bernardus*, qui se reddidit in domo Dei, dedit tres obolos censuales in eodem manso, laudante filio suo *Vuirico* dedit etiam vnum iordanem in *Vigneretis*, in allodium perpetuum, sancto Stephano.

Année 1158.

NOTVM

NOTVM sit omnibus, quod *Rogerus de Corrabot*, vuilpiuit domui de capella, querelam quam habebat pro decima *Dulchalmei*, & insuper accensauit duas ferè partes decimæ de *Non* & do *Ase* prædictæ domui, censu sex sextariorum ad mensuram Castellionis; trium scilicet Tritici, & trium Tremensis: ferè autem dictum est, quia ipsarum duarum partium aliquantula portio dominorum de *Buris*. At Canonici pro his omnibus neptem *Rogeri* in eadem domo pro conuersa receperunt. Hæc facta fuerunt per manum *Vuillermi Abbatis Fontenetis*, & *Nicholai Abbatis Castellionensis*. Sed post hæc, orta dissentione inter *Rogerum* & *Gislebertum de Grisigné*, à quo decima illa mouebat, *Gislebertus* ipse proposuit inde querelam aduersus Abbatem sancti Stephani Diuionensis *Gislebertum*, quam tamen querelam tandem pro remedio animæ suæ vuirpiuit: censum laudauit sibi persoluendum quandiu casamentum ipsum in manu sua teneret. Dedit etiam fidem suam in manu *Iosberti* Vicecomitis Diuionensis, & responsores posuit, ipsum Vicecomitem, & domnum *Iosbertum de Gran:e:o*. De his pactis quæ secuntur; videlicet quod garanthiam inde portabit aduersus omnem hominem, & nominatim contra domnos, & casatos suos, ad quos res pertinere videtur, & contra hæredes ac cohæredes suos, & quod nullus ab eo inuestietur de casamento ipso, donec accensationem prædictam laudauerit: & si domno Abbati prohac causa quippiam ablatum fuerit ab aliquo casato suo, similiter tenebit in manu sua casamentum, donec domno Abbati de damno satisfactum fuerit. Fecit hæc omnia apud Diuionem, anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo octauo, præsente domno *G*. Abbate. Viderunt hoc, & audierunt prædicti duo *Iosberti*. Année 1158.

NOTVM sit omnibus, quod domnus *Vuillermus de Orgoil* calumniabatur domno *Gisleberto* Abbati, terram de *Espiré*, quæ vocatur terra sancti Martini, dicens eius terræ partem pertinere ad finagium de *Rofeio*. Canonici verò affirmabant se tenuisse eam triginta & vnum annis continuis: iudicatum est, quòd si Canonici possent habere probationes possessionis tricenariæ, in pace deberent esse. Probatores ergo qui iurauerunt, fuerunt hi, *Stephanus* de sancto Martino, *Amiculus* de sancto M. *Iosbertus de Pulleio* ministerialis Canonicorum, *Vuido*, *Garnerius*, *Paganus* Ventarius. Testes *Odo Malnorrit*, qui eschuauit iusiurandum, *Bonet de Pulle*, *Oldemarus* Carpentarius, *Demingius Cholez*.

De Pastura Altæ villæ.

COGNITVM fuit olim tempore *Auyni de Beria*, & *Auyni de Acels*, in præsentia *vv. Lingonensis Episcopi*, & *Hu. Ducis Burgundiæ*, quod Canonici Diuionenses, & homines eorum de *Aqueductu*, habent plenarium vsuarium in Pastura *Altæ villæ*, & districtu, liberè, omnibus animalibus, & mortuum nemus, & retortam de qualibet arbore, sicut continetur in carta quæ sic incipit. Ad memoriam S. Iterum mota fuit querela de hoc ipso, ab *Hugone de Acels*, & à *Guillermo*, atque *Aymone de Beria*. Quod ipsa etiam querela pacificata fuit per manum *Ducis O*. coram ipso & clientibus eius, & multis aliis. Recognouerunt & concesserunt Canonicis & villæ prædictæ, vsuarium quod prædiximus, laudante matre *Vuillermi de Beria*. Iterum *Vuillermus Conestabulus* calumniam mouit super hac eadem re, sed tandem & ipse & cognouit, & concessit, laude vxoris suæ & filiorum, plenarium vsuarium, sicut prædictum est. Testes de concessione Vuillermi, *Benedictus* & *Galox* Canonici, *Aymo Rufus*, *Vuillermus de Orguil*, *Petrus* præpositus Aymonis, de laude vxoris & filiorum Odonis & Aymonis, apud *Iuxe*. *Galo* & *Benedictus*, *Aymo Brunus*, *Stephanus* Cocus.

S

Année 1171. AVINVS *de Fossato* querelam mouit contra domum de *Fagia*, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo primo, de terciis agriculturæ domus ipsius, in finagio *Fontanarum*, & apud *Besuam*, in præsentia domni *Gisleberti Abbatis*. Cognitum fuit iniustam esse querelam illam, & iccirco iurauit ipse *Auinus*, quod pacem teneret prædictæ domui, de terciis terræ, quam domus illa tunc possidebat in finagio prædicto, & similiter in finagio de *Serune*, & de *Fagia*. *Robertus* etiam frater *Auini* iurauit, quod si *Auinus* ab hoc iuramento aberraret, ipse Diuionem veniret, nec inde abscederet, donec domnus Abbas sancti Stephani permitteret. Vuilpiuit nihilominus idem *Auinus* tenementum *Hugonis Amasati*, apud *Serune*, in siluis & planis, villanis & villanabus; quod scilicet tenementum ex parte vxoris suæ ad se pertinere putabat, vuilpiuit ita inquam, si probari posset testibus idoneis, *Hugonem Amasatum* fecisse inde elemosinam domui de *Fagia*, & iurauit se deinceps nihil super hac re querelaturum, coram *Gaufredo Abbate Besuæ*, & Decano Besuæ, *Henrico de Chenanis*. Die constituta testes iurauerunt apud Besuam, quod tenementum illud de quo querela erat, liberum alodium erat *Hugonis Amasiati*, & non pertinebat ad *Auinum*, neque ad vxorem eius, & domnus *Hugo* donauerat illud per elemosinam, beatæ de Fagia Mariæ, absque vlla retentione. Testes autem fuerunt hi, *Galo Amasiatus*, *Milo* & *Nocbertus de Serune*. Affuerunt isti probationi, domnus *Girardus* Archidiaconus, *Constantinus de Acels*, *Aymo de Vgne*, Sacerdotes.

DOMINVS *Milo de Fossato*, laude fratrum suorum, vxoris & filiorum, donauit per elemosinam sanctæ Mariæ de Fagia, liberam agriculturam in omni terra sua, quæ est in territorio *Fontanarum*, & liberum vsuarium ad omnia necessaria, in planis & siluis & aquis: sed post hæc, malo consilio violenter accepit
Année 1159. tercias de agricultura elemosinæ suæ, anno millesimo centesimo quinquagesimo nono ab Incarnatione Domini, super qua iniuria sequenti anno conuentus est à donno G. Abbate sancti Stephani Diuionensis, tandemque negare non valens, confessus est reatum suum, & recognouit atque confirmauit donationem quam fecerat sicut diximus, posuitque eam in manu prædicti Abbatis, & tercias quas acceperat, se redditurum spopondit, dato inde fideiussore in manu eiusdem Abbatis, & nihilominus vuaranthiam se portaturum promisit de elemosina ista, contra omnem querelantem. Hæc audierunt *Garnerius* Capellanus *Tilecastri*, *Iohannes*, *Orandus*, Clerici, *Nocherus Taleuar*, *Vuillermus de Chasoit* milites. *Tebaudus* præpositus Tilecastri, *Tebaudus Demons*, *Vuido Marescaudus*.

NOTVM sit omnibus, quod *Armundus* villicus *de Cudot*, & *Amicus* frater eius, guirpiuerunt, & quietam clamauerunt querelam quam habebant aduersum nos de redecima decimæ, & volgrano & conreio, & de domo quam habemus ibidem, omnes etiam querelas quas aduersum nos habebant, guirpiuerunt, in manu *Arney* Abbatis, præsentibus & audientibus *Rodulfo* tunc Priore sancti Stephani, & *Huberto* Priore Tilecastri, præsentibus etiam eiusdem villæ hominibus, *Orando*, *Humberto* filio Neriot, *Huberto Lepore*, *Petro* filio Roberti.

NOTVM sit omnibus, Canonicos sancti Stephani Diuionensis plenarium habere vsagium in nemore de *Marmeth*: sed cùm Templarii, quorum ipsum est nemus, incertum haberent, vtrum prædicti Canonici tam querere quàm alia habere deberent in vnum, cum Canonicis conuenientes, & de veritate diligenter inquirentes, cognouerunt ipsos Canonicos in dicto iam nemore viuum sicut

& mortuum vniuersaliter habere; excepto quod si Templales ipsum nemus indefensum ponerent, & ipsi & homines alij ab vsagio eius abstinerent, canonicique querere viuum non acciperent; cætera vero omnia prout vellent tollerent. De cætero cum tempus & locus fuerit, ius suum requirere non tardabunt Canonici. Factum fuit hoc in præsentia domni *A.* Abbatis, & *Guidonis Rufi*, & Canonicis, & *Henrici de Chenaues*, & *Vuillermi de Ortul.*

TAM præsentibus quam futuris notum esse volumus, quod *Vlricus de longo campo*, ad canonicalem conuersionem veniens, in nemoribus suis plenarium vsagium Ecclesiæ sancti Stephani, *Aymone* filio suo laudante, concessit. Post aliquantum vero temporis spatium, eo videlicet *Vlrico* vsque ad mortem egrotante, in præsentia *Aymonis* filii sui, donum quod fecerat recognouit. Filius autem suus, & donum & modum recognitionis laudauit. Facta est itaque recognitio ista, in præsentia domni *Arueyi* Abbatis. Testes sunt, *Galo Rufus*, *Guido Rufus*, *Petrus*, *Guido Diuionensis*, Iohannes *de Villers*, & multi alii. Et *Altaudus* & *Viardus Allenarx* milites, & Robertus de *Bruce* famulus.

CERTVM sit tam præsentibus quam futuris omnibus, quod *Aldo de Fontenellis*, filius *Henrici* fili *Aldonis*, dedit pro amore Dei Ecclesiæ sancti Stephani Diuionensis, & domui de iuridifonte, pratum de molino, quod est apud Altre libere, & in Alodium concessit. Donum autem hoc fecit in monasterio prædicti martyris Stephani per librum collectarium, quem super altare posuit. Huius autem doni testes sunt, *Girardus de Aspremont*, *Galo de Renanes*, *Iohannes Vrsus*, *Ioffredus* conuersus, *Guido Alenarh* miles, *Robertus* famulus Abbatis, *Rodulfus*, & *Petrus* pueri, & fratres, & quidam alii.

GIRARDVS filius *Huonis de Archo* habebat querelam aduersus Canonicos sancti Stephani Diuionensis, dicens se debere habere Michiam de Cellario prædictorum canonicorum, quotiens pro negotio suo Diuion. iret. Quod quia iam dicti canonici non recognoscebant, donum quod pater suus fecerat in terris & pratis calumpniare cepit. Tandem salubri ammonitione conuictus, & donum sicut pater fecerat recognouit, & concessit, & michiam condonauit, & super altare sancti Stephani per librum collectarium guirpiendo deposuit. Quapropter Abbas, Karitatis gratia, ei decem solidos dedit. Huius rei testes sunt ipse Abbas ex parte nostra, & *Guido Rufus*, & *Iohannes de Archo*, & *Iohannes Vrsus*, canonici, ex parte sua *Garnerius* Capellanus de Arco, & *Vvaterius* villicus de eadem villa, & *Vgo* frater eius, & etiam *Tebaldus* conuersus de Curbetum. Hoc autem certum fiat.

EGO *Arueyius* Dei gratia sancti Stephani Diuionensis Abbas, & modernis & posteris notum facio, quod *Seynus* præpositus de *Saz.* humiliter à nobis petiit, quatinus filium suum nomine *Iacobum* pro Canonico reciperemus, insuper, & vt alteri filiorum suorum, aut sibimet, aut etiam vxori suæ, locum in Ecclesia nostra concederemus. Cuius petitioni ex consensu fratrum nostrorum benignè annuentes, prædictum Iacobum Canonicum fecimus, & locum postulatum, vni supradictorum concessimus. Ipse autem præpositus, vxore sua & filiis suis, & *Nicholao* genero suo, laudantibus, donauit nobis quicquid habeat in villa *Aqueductu*, & in territorio eius, exceptis tantummodo quibusdam gageriis, quas redimere nobis licebit cum voluerimus. Testes sunt *Aynardus*, *Galo*, *Martinus*, *Huo*, *Aymo*, *Richardus*, *Robertus*, *Humbertus*, & alii

quam plures Canonici, & *Nicholaus* gener præpositi, & *Robertus* famulus noster.

MANIFESTVM sit omnibus præsentibus & futuris, quod domnus *Arneius* Abbas sancti Stephani Diuionis, visitauit domnum *Aymonem Rufum* infirmitate laborantem, qui de præsentia Abbatis exilaratus, gratia deuotionis cumpunctus, & affectu pietatis viuens, vel moriens, pro remedio animæ suæ, dedit Ecclesiæ sancti Stephani, per vnum lapidem, in manu prædicti Abbatis, quicquid habebat in decimis *Aqueductus*, in Vino & Annona. Quod factum est præsentibus filiis suis, & laudantibus, scilicet, *Huberto* Lingonensi Canonico, & *Odone* milite. Huius rei sunt testes, *Galo* Canonicus, *Petrus* Capellanus, *Iohannes de Villa*, Canonici Regulares. *Vvillermus de Orsul*, *Hubertus de Porta*, milites, & famuli prædicti Aimonis. *Petrus Asnerius*, *Augrimus*, *Vvalterius*, famuli, & *Petrus* famulus Abbatis.

MATHÆVS Lingonensis Canonicus, nepos *Garnerij* Lingonensis Archidiaconi, qui Ecclesiam de *Cheueignè* cum aliis beneficiis dedit Canonicis sancti Stephani, ad laudem & consensum prædicti *Mathei*, guerpiuit in manu domni *Milonis* Abbatis, Casamentum de decimis de *Cheueignè*, quod suum erat proprium, & quod possidebat sine alicuius dominio, liberè. Idem etiam *Matheus* recepit hoc prædictum Casamentum à prædicto Abbate & ab Ecclesia, ita quod post obitum suum, pro se de hoc Casamento fieret sancto Stephano elemosina. Hoc factum est in præsentia domni *Iohannis* Prioris Cisterciensis, & magistri *Galterij* monachi & medici, *Nicholai* Capellani Ducis, *Petri Rodulfi*, *Hugonis* Canonicorum. Ex parte *Mathei* fuerunt, *Dominicus* Capellanus, & familiaris *Lambertus*.

CVM multociens beneficia Ecclesiis à fidelibus collata aut cupiditate successorum inficiando retrahuntur, aut posteritate temporum obliuioni traduntur, vt vigili memoria teneantur, non inconuenienter vtili prouidentia Kartulis inscribuntur, vt facilius ad memoriam reuocentur. Ea propter, volumus hac præsenti descriptione omnibus notum fieri, quod *Vvido* filius filiæ domni *Garnerij de Blasceio*, territorium de *Cheure*, cum nemore & pratis, & suis appendiciis, sicut prædictus *Garnerius* auus suus Ecclesiæ sancti Stephani Diuionensis ante dederat, & ipse concessit, & dedit, & super altare sancti iam dicti Stephani, in præsentia domni *Milonis* Abbatis, per quendam librum posuit. Huius donationis testes sunt, de Canonicis *Iohannis* prior, *Guido de Beaumont*, magister, *Hugo*, *Eraudus de Tilecastro*, *Iohannes de Barra*, *Ioterannus* Lingonensis, *Arnetus* puer: de militibus *Galterus* frater prædicti *Garnerij*, *Iohannes Grosvslen*, *Guiardus de Granceio*, *Vvillermus de Orgeul*. De aliis Petrus *Brio*, *Vgo de Blasceio*, *Odemarus*, & *Petrus de Aqueductu*, & multi alij.

NOTVM sit omnibus præsentibus & futuris, quod homines de *Demois*, debent Ecclesiæ sancti Stephani Diuionensis, decem minas bladij, medietatem Auenæ, & medietatem frumenti, & id ad festum sancti Remigii.

NOTVM sit præsentibus & futuris videntibus & audientibus, quod *Addo de Fontenellis* miles, plurima dampna intulerat iniustè Ecclesiæ sancti Stephani & eius membris, maximè domibus de *Fagia* & de *Viridi fonte*, tandem

pœnitentia ductus, venit in præsentia donni *Milonis* Abbatis eiusdem Ecclesiæ, & *Guidonis de Folato* Prioris, & *Ricardi* tunc subprioris, & domini *Aymonis* militis cognomine *Chanlart*, & humilians & ei satisfaciens Abbati, guerpiuit quicquid calumniabat in terris, in pratis, in nemoribus, in domibus quæ pertinent ad Ecclesiam sancti Stephani, præsentibus & testibus de Canonicis *Constantius*, *Nicholaus*, *Clemente*, & *Mauricio* & *duranno* conuerso. Abbas vero pro memoria decem solidos ...... prædicti militis redemit, & ei quartam vini transmisit.

HVIVS scripti testimonio notum sit præsentibus & futuris, quod cum *Guibertus* Canonicus Capellæ ducis graui detentus infirmitate in extremis laboraret, conuocatis ad se quibusdam de Canonicis Ecclesiæ sancti Stephani Diuionensis, *Constantio* scilicet priore, *Aymone dubitato*, *Girardo de sancta Maria*, & aliis quam pluribus de furno Castri diuionis qui est iusta domum *Gileberti Furnerij*, quem Ecclesiæ sancti Stephani Diuionis fine alicuius parte multi esse asserebant, memoriter & sub periculo animæ suæ rei veritatem exposuit. Sed etiam ipse prædictum Furnum, vna cum *Gileberto Furnerio*, sicut ex confessione sua patuit, per multos annos iniustè tenuerint, tandem pœnitentia ductus super tantam incommoditatem præfatis Canonicis veniam petens in præsentia donni *Milonis* Abbatis, astantibus duobus nepotibus suis *Stephano* & *Henrico*, recognouit, quod neque ipse, neque *Gilebertus*, in eodem Furno aliquid hereditario iure reclamare deberent, sed quicquid in eodem Furno, siue iustè, siue iniustè tenuisset, aut viueret aut moreretur, liberè Deo & Ecclesiæ beati prothomartiris Stephani guerpiuit. Præterea vineas de Tilecastro, in territorio *Aqueductus* sitas, quas pro quadraginta libris pignori obligatas tenebat, Ecclesiæ similiter donauit. Donauit etiam Ecclesiæ nostræ pro remedio animæ suæ, vnum iornale vineæ & dimidium, in monte qui dicitur *Talant*, perpetuo possidendum. Sciendum est etiam, quod idem *Guibertus* domum suam lapideam, muro Castri diuionis contiguam, quæ est contra cellarium sacristæ, ante Ecclesiam beati Michaëlis, *Stephano* nepoti suo, & Clerico, quandiu viueret possidendam donauit; tali tamen conditione, quod idem *Stephanus*, neque *Henricus* frater suus, neque alius aliquis ad quem hereditas domus de iure redierit; nulli hominum ducis vel cuilibet alii, nisi de potestate & dominatione Ecclesiæ beati Stephani fuerit, nullatenus vendere vel pignori obligare poterunt.

Epitaphium domni Garnerij præpositi quondam huius monasterij.

Magnus prosapia, magnus de sanguine magno,
Claruit hac patria Garnerius, M. L. in Anno.
Canonicus degens, præpositus Ede sub ista,
Moribus effulgens, Annos per septuaginta
Hoc templum domino præstante reedificauit,
Et sancto Stephano sua se totumque dicauit.
Hic humilis tumulus tegit hunc humilem modo factum,
Quem laudum cumulus tantum prouexit in altum.
Da sibi summe pater, æternum cernere lumen,
Et nobis pariter secum feliciter, Amen.

ADDITIONS IOINTES.

V. Aubertum Miræum in libro donationum Belgicarum fol. 245. c. 118. Errauit dū dicit in Cœnobio S. Benigni, quando inter Canonicos vita communis defierit. V. Molanum lib. de Canonicis.

HENRICVS, Henrici tertij *Brabantiæ Ducis* filius, Anno probationis expleto apud Canonicos Regulares Cœnobij S. Stephani, in vrbe Diuionensi & Ducatu Burgundiæ, solemnem professionem emittit, Anno 1269.

Nos S. Benigni Diuionensis, & nos S. Petri Besuensis Abbates, nos frater *Iacobus* Prior S. Benigni Diuionensis, nos *Petrus* dictus *de Barro*, decanus Capellæ Ducis, & magister *Albericus* Decanus Christianitatis Diuionensis, nos *Robertus* cantor prædictæ Capellæ, & magister *Theobaldus de Diuione* Canonicus Lingonensis, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quod frater, *Henricus*, filius inclytæ recordationis quondam *Ducis Brabantiæ*, Anno suæ probationis, in monasterio S. Stephani Diuionensis ordinis sancti Augustini Lingonensis Diœcesis (sicut ab ipso Henrico & à pluribus fide dignis cognouimus) elapso & amplius nobis in festo beatorum Remigij & Germani in iam dicto monasterio S. Stephani, præsentibus videntibus & audientibus, fecit professionem solemnem, secundum Regulam sancti Augustini, & eamdem scriptam & ore suo proprio lectam obtulit super altare sancti Stephani memorati. Promisit etiam ibidem, in præsentia nostra viro religioso fratri *Amedeo Abbati* eiusdem monasterij, obedientiam vsque ad mortem. In cuius rei testimonium, nos omnes prædicti ad hoc ibidem specialiter euocati, præsentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Et nos frater *Amedeus* Abbas memorati monasterij S. Stephani, vna cum sigillis omnium prædictorum, præsentibus litteris sigillum nostrum apposuimus in testimonium prædictorum. Datum & Actum in festo beatorum Remigii & Germani, in capite Octobris, Anno 1269.

Année 1269.

Teutbaldus Episcopus commutat terras cum Ailberto ex *Chartulario S. Benigni.*

IN Dei nomine placuit atque conuenit, inter venerabilem virum *Teutbaldum* Episcopum, & ab alia parte *Ailberto* vicedomino, vt paginolas de terris, tam de iure Ecclesiastico quam de propria possessione inter se commutare deberent, quod & ita fecerunt. Inprimis, dedit vir venerabilis *Teutbaldus* Episcopus, vna paginola de terra, de ratione sancti Benigni, ex beneficio Andraldo; quæ est in pago Diuionense, vel in acto *Oscarinse*, & infra *Plumberense* terminat de vno latere terra, *Adberto*, & de alio latere & vno fronte terra sancti Benigni, pro alio fronte *Oscara* fluuius decurrit. Habet in longum perticas agri pennales xv, & in ambis frontibus perticas III, & per medium XXII. Infra istas terminationes & mensuras dedit Teutbaldus Episcopus partibus Ailberto, ad proprium possessionem ad integrum. E contra ad inuicem in aucmentum reddendi, dedit Ailbertus, alia paginola in campo, in ipso pago, & in ipso fine. Terminat de ambis lateribus & vna fronte terra sancti Benigni, pro alia fronte via publica, habet in longum perticas agri pennales XXXII. & in ambis frontibus perticas IIII. Infra istas terminationes & mensuras dedit Ailbertus Teutbaldo Episcopo, ad iure & merito sancti Benigni, & ad beneficium *Andraldi*, ad propriam possessionem ad integro, taliter ex vtraque parte conuenit, & inter se confirmauerunt & vna quaquæ pars tam Basilica, quam & ille proprio iure possidere debeat hoc quod accepit habeat teneat atque possideat, & faciat exinde quod voluerit & expedit faciendi. Et si qua pars contra partem alteram aliquam calumniam generare temptauerit, ex inde nichil euindicet, & insuper inferat cui repetit, duplum tantum quantum ipsa res melioratas valere estimantur coactus desoluat, de reliquo vero partibus fisci satisfactione cogatur adimplere, & nichilominus præsens commutatio firma & stabilis permaneat stipulatione subnixa. Actum Diuion. Castro publicè, S. *Ailberto*, qui commutationem istam fieri & firmare rogauit. S. *Etmerico*. S. *Vuldono*. S. *Amalrico*. S. *Ageuerto*. S. *Rotberto*. S. *Alerico*. S. *Christiano*. S. *Agebardo*. S. *Ainrico*. S. *Amalfredo*. S. *Betono*. S. *Suanilono*.

Ego *Blitaldus* presbyter subscripsi. *Adalbertus* Clericus Notarius scripsi & subscripsi. Datum ipso die VI. Kal. Augustas, anno II. regnante domino nostro *Karolo* Rege. Année 841.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Karolus* gratia Dei Rex. Regalis celsitudinis moris est, fideles suos honoribus multiplicibus, & beneficiis ingentibus honorare, atque sublimare; proinde ergo comperiat omnium Dei sanctæ Ecclesiæ nostrorumque fidelium præsentium siue futurorum industria, quia concedimus cuidam fideli nostro, nomine *Niuelongo*, sub deuotione seruitii sui, quasdam res iuris nostri sitas in pago *Otisioderinse*, seu *Vuastinense*, *Curtem* videlicet *Hermoldi*, super fluuium *Betus*, mansos videlicet triginta, cum tertia parte Capellæ ibidem consistenti, & cum mancipiis vtriusque sexus, cæterisque adiacentiis: in pago denique Otisioderinse, in villa nuncupante *Villa Salum*, mansa videlicet decem, cum Capella constructa in honore sancti Martini super fluuium *Corr.* Vnde & hanc nostræ firmitatis auctoritatem scribere iussimus, per quam memorato fideli nostro, supra taxatas res, iure proprietario cum omni eorum integritate concedimus, cum mancipiis, terris, vineis, pratis, siluis, aquis, molendinis, cæterisque adiacentiis: ea videlicet ratione, vt quemadmodum de suis reliquis proprietatibus abhinc per hoc nostrum præceptum in omnibus habeat potestatem faciendi quicquid elegerit: & vt hæc nostræ largitionis auctoritas per futura tempora pleniorem obtineat firmitatem, manu nostra subter confirmauimus, & anulo nostro sigillati decreuimus. Signum Karoli gloriosissimi Regis. *Iohas* Notarius, ad vicem *Ludouici* recognoui & subscripsi. Data idibus Ianuarii, anno III. indictione VI. regnante *Karolo* gloriosissimo Rege. Actum *Valentianas*, Regio Palatio, in Dei nomine feliciter, Amen.

Karolus Caluus Rex, Niuelongo fideli suo concedit curtem Hermoldi cum pertinentiis suis, ann. Christi DCCC.XLIII.

Année 843.

PLACVIT vtrisque partibus, inter *Erlerio* & vxore sua, & ab alia parte *Vualdrico*, per iussionem & consensum domni *Tetbaldi* Episcopi, aliquid de terris inter se commutare vel procamiare; quod ita in præsenti fecerunt. Dederunt *Erlerius* & vxor sua *Rodlendis*, partibus *Vualdrici*, de suo proprio, ad ius illius, & ad beneficium sancti Benigni recipiendum, mansum vnum qui est situs in pago *Colombarensi*, in fine *Curterotmoniacensi*; vel in ipsa villa *Corotmundo*. Ipse mansus habet terminationes, de vno latere *Sichelinus*, & *Germundus*, de alio latere aqua percurrit. De vno fronte terra sancti Petri & sancti Preiecti, de alio verò fronte terra *Gaudini* & *Vuichelini*, & strada publica pergit: & habet in longo perticas agripennales XVI. & pedes III. & in lato perticas V. infra istas terminationes vel perticationes. Istud mansum cum exo & regresso, & cum omnibus adiacentiis ad ipsum adspicientes, totum ad integrum commutauerunt *Herlerius* & vxor sua, partibus *Vualdrici.* Similiter alias terras per ipsas fines super iam dictas, tam oleis, campis, pratis, siluis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, omni ex integro tradiderunt, *Herlerius* cum vxore sua, *Vualdrico*, ad suum proprium beneficium, ad partem & ius sancti Benigni recipiendum. Similiter dedit *Vualdricus Herlerio* & vxori suæ *Rotlindæ*, de suo beneficio, de terra sancti Benigni, mansum vnum cum suprapositto, cum exo & regresso, & omnibus adiacentiis ad ipsum mansum aspicientibus, qui est situs in pago *Magnomontense*, in fine *Coionense*, vel in ipsa villa *Coiono* (*Coyon est vn village appellé à present Sainte Marie, dependant de Sombernon.*) Ipse mansus habet terminationes de vno latere terra sancti Marcelli, de alio latere terra sancti *Victoris*, & exitu communali. De vno fronte strada publica pergit, de alia verò fronte, *Oscara* fluuius decurrit. Habet in longo perticas agripennales XIX. in ambis verò frontibus, & in medio, perticas VIII. & pedes IX. infra istas terminationes vel perticationes, totum ad integrum commutauit *Vualdricus* partibus *Herlerij* &

Commutatio terrarum inter Tetbaldum Episcopum, & Erlerium.

vxoris suæ, ad ius eorum proprium recipiendum. Similiter alias terras, in ipsis finibus supra iam dictis, tam oleis, campis, pratis, siluis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, exus & regressus, omnia commutauit ex integro, *Vualdricus*, partibus *Herlerij* & vxoris suæ *Rotlindæ*, ad eorum ius proprium: & repromittunt inter se vnusquisque par contra parem suum, de eo quod accepit, quod calumniam dicere vel repetere non debeat; quod si fecerit, inferat calumniator in duplum, tantum quantum ipse mansus, vel ipsæ quæ ad eum pertinent terræ, eo tempore immelioratæ valuerint, fisco verò auri libras duas: & hoc procamium inter ipsos factum omni tempore firmum & stabile permaneat, stipulatione subnixum. Actum Diuion. vico sancti Benigni, publicè. S. *Herlerij*, & vxoris suæ, qui commutationem istam fieri & firmare rogauerunt. S. *Vualdaleni*. S. *Vuandalmari*. S. *Alarici*. S. *Vuarnerij*. S. *Brunengi*. S. *Alboini*. S. *Ingelmari*. Egoin Dei nomine *Tedrinus* Clericus scripsi & subscripsi, dataui die Martis, quod est IV. Kal. Ianuarii, anno V. regnante domino nostro *Karolo* Rege.

Année 845.

Arnaldus Presbyter vendit sancto Benigno vineam.

DOMINIS Fratribus Congregationis sancti Benigni martyris, tam Presbyteris & Diaconibus, quàm cæteris Clericis, ego *Arnaldus* Presbyter, venditor, vendidisse me vobis constat, & ita vendidi, vineam iuris mei, quæ est sita in pago *Oscarense*, & in fine *Lariaco*, in loco qui vocatur *Cortilo*: terminatur ipsa vinea, de vno latere & vna fronte *Dodo* tenet, de alio latere *Agolinus* tenet, ex alia fronte strada publica, infra istas terminationes totum ad integrum vobis vendo, trado, atque transfundo, ipsam vineam superiùs nominatam, & de me iure & dominatione in vestram potestatem & dominationem iure perpetuo ad possidendum, ita vt ab hac die habendi, tenendi, vendendi, seu commutandi, vel quicquid exinde facere volueritis, tam vos quàm successores vestri, liberam & firmissimam in Dei nomine habeatis potestatem, nullo contradicente. Si quis verò, quod futurum esse noncredo, si ego ipse, aut vllus de hæredibus meis, aut prohæres, aut quislibet vlla emissa persona, contra hanc epistolam venditionis vllam calumniam agere aut repetere voluerit, non valeat euindicare quod repetit, sed inferat vobis vestrisque successoribus in duplum, tantum quantum ipsa vinea meliorata apparuerit, fisco verò auri sol. III. coactus exsoluat: & hæc venditio omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum vico sancti Benigni, publicè. Signum *Arnaldi* Presbyteri, qui hanc venditionem fieri & firmare rogauit, S. *Erauiy*, & Germanæ suæ *Enectæ*, qui consenserunt, S. *Alexandri*. S. *Eldebranni*. S. *Seuuini*. S. *Framilrij*. S. *Vuitgerij*. S. *Adalfei*. S. *Amonis*. S. *Flaunulfi*. Presbyteri. *Aynus* Presbyter rogatus subscripsit & scripsit. Datauit die Mercoris VI. Kal. Nouembris, anno sexto regnante *Karolo* Rege.

Année 846.

Erembertus & Ademarus terras inter se cōmutant.

AVXILIANTE Domino, placuit atque conuenit inter *Eremberto*, & ab alia parte *Ademaro* Presbytero, vnà cum iussione vel consensu domno *Teotbaldo* Episcopo, vt aliquid de terris eorum inter se commutare vel procamiare deberent; quod & ita in præsente fecerunt. Dedit *Ademarus* Presbyter, de suum proprium, partibus *Eremberti*, ad suum beneficium recipiendum, à parte sanctæ Mariæ *Colnense*, qui est situs ipse campus in actu *Oscarense*, in fine *Longouiana*, in villa *Marcenniaco*, qui terminat ipse campus de vno latere, & vno fronte terra sancti Benigni, de alio latere *Regulus* tenet, de alio verò fronte *Dominicus* tenet. Habet in longo perticas agripennales XXXIV. in vn fronte perticas VII. in alio verò fronte perticas VI. pedes VIII. infra istas terminationes vel perticationes, totum ad integrum. Similiter dedit *Erembertus*, ad vicem, de de suo beneficio, de ratione sanctæ Mariæ *Canensis*. Adamaro Presbytero, ad proprium recipiendum, campo vno qui est situs in actu *Vscarinse*, in fine *Cuptaciense*, qui terminat ipse campus de vno latere, & vno fronte *Adamarus* Presbyter tenet,

tenet, & sui hæredes, de alio latere terra sancti Benigni, de alio verò fronte strada publica pergit. Habet in longo perticas agripennales XVIII. in ambis frontibus perticas IV. infra istas terminationes & perticationes, totum ad integrum; & repromittunt inter se pars contra pari suo, de hoc quod accepit, quod nulla calumnia dicere vel repetere non debeant: quod si fecerint, inferat pars parti custodi, in duplum, tantum quantum ipsa res valuerit, & in fisco auri vncias II. Et hic procamius, vel commutatio facta, omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum Diuion. vico sancti Benigni, publicè. S. *Andraldi*. S. *Rotberti*. S. *Eraclij*. S. *Leotulfi*. S *Vulfanni*. S. *Deotelini*. S. *Bonifredi*. S. *Ingelmari*. S. *Vuarnigarij*. Ego *Aynnus* Presbyter rogatus scripsi & subscripsi. Dataui die, mense Iulio, anno VI. regnante Domno nostro *Karolo Rege Burgundionum*. Année 846.

Teutbaldus Episcopus, & Vdulgerius, terras inter se mutant.

AVXILIANTE Domino nostro Iesu Christo, placuit atque conuenit inter domino *Teutbaldo* Episcopo, & ab alia parte *Vdulgerio*, vt inter se aliquid de terris eorum commutare vel excamiare deberent; quod ita & fecerunt. In primis dedit domnus *Teutbaldus* Episcopus, de suum beneficium, de ratione sancti Benigni, partibus *Vdulgerio*, vinea vna, quæ est sita in pago *Vscarense*, & in fine du *Mes*, & habet ipsa vinea terminationes, de vno latere ipse *Vdelgerus* tenet, de alio latere *Richadis* femina tenet, de vna fronte terra sancti Nazarij, ex alia fronte strada publica pergit: habet ipsa vinea in longum, perticas agripennales XXIII. in vna fronte perticas VI. ex alia fronte perticas V. infra istas terminationes totum ad integrum. Similiter dedit *Vdulgerius*, de proprium suum, partibus domno *Teutbaldo* Episcopo, vna vinea ad rationem sancti Benigni recipiendum, quæ est sita in pago *Vscarense*, & in fine du *Mes*: habet ipsa vinea terminationes, de vno latere terra sancti Benigni, de alio latere *Fresgerius* tenet, in vna fronte *Isaac* tenet, ex alia fronte *Grifoinus* tenet, habet in longum perticas agtipennales XLVIII. in vna fronte perticas IV. pedales VII. ex alia fronte perticam I. pedes VI. Et dedit in alium locum campo I. de terra arabili, qui est situs in ipso pago, & in ipsa fine: habet ipse campus terminationes, de vno latere *Vudulgerius* tenet, de alio latere terra sancti Benigni, de vna fronte *Milo* tenet, ex alia fronte *Tritgerius* tenet, habet in longum perticas XXVIII. in duos frontes perticas II. pedales VI. infra istas terminationes vel perticationes, totum ad integrum, & repromittunt inter se vnusquisque, de hoc quod accepit, quod nulla calumnia dicere nec repetere debeat; quod si fecerit, inferat vnusquisque in duplum, tantum quantum ipsa terra meliorata apparuerit, fisco verò auri vncias III. coactus desoluat: & hoc procamium inter ipsos factum omni tempore firmum & stabile permaneat stipulatione subnixum. Actum *Diomes villa*, publicè. Signum *Vdulgerio*, qui hoc procamium fieri & firmare rogauit. S. *Vuarnero*, S. *Ergaudo*, S. *Palfeno*, S. *Grifono*, S. *Beringerio*, S. *Adelgaudo*, S. *Alcaudo*; *Aynus* Presbyter rogatus scripsit & subscripsit. Datum die Martis, Nonis Nouembris, anno VIII. regnante *Karolo* Rege. Année 848.

Tetsa dat vineam sitam in villa Bargas.

IN nomine Domini Iesu Christi, & in honore sancti Benigni Martyris, ego in Dei nomine *Tetsa*, femina, donaui medietatem de iornale de vinea, qui est situs in pago *Oscarense*, in villa *Bargas*, & in ipsa fine: habet ipsa vinea terminationes, de vno latere *Adalgus* Presbyter tenet, de alio latere & vno fronte de ipsa hæreditate, & de alio fronte *Saifarilus* tenet, infra istas terminationes totum ad integrum tibi dono, trado, atque transfundo, ad Rectores tuæ Ecclesiæ, & tibi seruientibus, & de meo iure & dominatione in tua trado potestate, & denominatione superius denominatam rem iure perpetuo ad possi-

T

dendum, nullo contradicente. Si quis verò, quod futurum esse non credo, si ego ipsa, aut vllus de hæredibus meis, vel prohæredibus, seu quislibet vlla opposita persona, quæ contra hanc donationem venire, aut vlla calumnia agere vel generare præsumpserit, non valeat euindicare quod repetit, sed insuper inferat tibi tuisque hæredibus, in duplum, tantum quantum ipsa vinea emeliorata valuerit, fisco verò auri denarios III. componet, & donatio ista omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Diuion.* castro. Signum *Tetsana*, quæ hanc fecit, & firmare rogauit. S. *Radulfo* filio suo, qui consensit, S. *Eldemanno*, S. *Bartholomæo*. S. *Salacono*, S. *Erlero*, S. *Erlifredo*. Ego in Dei nomine *Tetardus* Clericus scripsi & subscripsi, datavi, die Mercori, XI. Kal. Martij, anno IX. regnante *Karolo* Rege.

Année 849.

Teutbaldus Episcopus commutat terras cum Samsone.

IGITVR quicumque de rebus Ecclesiarum Dei ad propriam possessionem vtiliter commutare vult, oportet vt vtræque partes prouideantur. Dedit igitur *Samson* partibus domino *Teutbaldo* Pontifici, & parte sancti Benigni, campos II. in pago *Attoary*, in villa quæ *Elperici curtis* dicitur, in fines *Stabulense*, qui vnus campus habet terminationes, de vno latere & vno fronte terra sancti Sequani, de alio latere terra *Gunteru*, de alio fronte terra ipsius *Samson*. Habet in longo perticas XLII. in lato perticas VI. pedales III. infra istas terminationes ad integrum. Alius campus habet terminationes, de vno latere terra *Arrido*, de alio latere terra *Gunterio*, de vno fronte terra ipsius *Samson*, de alio fronte terra *Adalferante*: habet in longo perticas XXXI. in lato perticas II. infra istas terminationes ad integrum. Similiter è contra dedit domnus *Teudbaldus* Episcopus, ex terra sancti Benigni, partibus *Samson*, campum vnum qui terminat, de ambis lateribus terra ipsius *Samson*, de vno fronte strada publica, de alio fronte terra *Tetbodo*: habet in longo perticas CVII. in vno latere perticas II. de alio latere perticas duas, pedales III. in medio perticas II. pedes VI. infra istas terminationes ad integrum; ea verò ratione, vt vnusquisque quod accepit, habeat, teneat atque possideat, nullo contradicente: & si qua pars pari suo aliquam calumniam inferre voluerit, non valeat euindicare quod repetit, sed has commutationes pari tenore conscriptas firmæ & stabiles permaneant, stipulatione subnixæ. Actum *Lingonis* ciuitate, publicè. Signum *Samson*, qui firmare & fieri rogauit. S. *Blitbodo*, S. *Arredo*, S. *Suraudo*, S. *Maurino*, S. *Mariario*, S. *Vualtario*, S. *Erlaico*, S. *Folberto*, S. *Amalrico*, S. *Rotberto*. S. *Medardo*, S. *Sauarico*, S. *Atono*. Ego *Hisleuertus* Presbyter rogatus scripsi & subscripsi, datavi, die veneris proximo, II. idus Iunij, anno XII. regnante *Karolo* Rege.

Année 852.

Adalranus vendit S. Benigno campum in fine Fontanense.

DOMINO, fratribus, cuncta Congregatione sancti Benigni, Diaconibus, Subdiaconibus, siue Clericis emptoribus, ego in Dei nomine *Adalrannus* venditor, vendidisse me constat vobis, & ita vendidi, campum iuris mei, qui est situs in pago *Diuionense*, in fine *Fontanense*, in loco vbi vocabulum est *Vinense*: terminat ipse campus, de vno latere *Erlaumoldus* tenet, de alio latere de ipsa hæreditate, in ambis frontibus terra sancti Benigni, habet in longo perticas agripennales LXIV. in ambis frontibus perticas agripennales IV. infra istas terminationes vel perticationes, totum ad integrum vobis vendo, trado, atque transfundo, & accepi à vobis pretium, valente in contra argento solidos XV. & pro ipsa pretia prædicto campo, de meo iure & potestate in vestra trado potestate & dominatione, à die præsenti, faciendi quid volueritis, nullo contradicente. Si quis verò, quod futurum esse non credimus, si ego ipse, aut vllus de hæredibus meis, vel quislibet vlla opposita persona, qui contra hanc venditionem mea voluntate conscriptam vlla calumnia agere vel generare præsumpserit, induplum, tan-

tum quantum accepi persoluat, fisco vero auri vnciam I. & hæc venditio inter nos omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Divioni*, vico sancti Benigni, publicè Signum *Adalranno*, qui hanc venditionem fieri, & firmare rogauit, S. *Arlengrana* vxoris suæ, S. *Sanaredo*, S. *Eptagio*, S. *Salomani*, filiorum eorum, qui consenserunt, S. *Benedicto*, S. *Vuiniualdo*, S. *Arberto*, S. *Ansoino*. *Teutfretus* Leuita, subscripsi, Dataui die Iouis proximo, in mense Aprili, anno XIII. regnante domno nostro *Karolo* Rege. Année 853.

IONAS superna permittente clementia *Eduorum Episcopus*, sedulo perpendens mortales Deo seruire diu non posse, sine terrenarum rerum adminiculo, atque pastoris officium esse, gregibus sibi creditis geminam impendere pastionem, spiritualem videlicet & carnalem; quia dum carnalis impenditur, spiritualis vberiùs crescit: adhibito Presbyterorum, Diaconorum, & sequentis ordinis eiusdem Ecclesiæ consensu, ob diuini cultus amorem superaddere studui, quæ ratio dictauit, atque necessaria fore existimauit: Quare, licèt iam antea quædam res ad Canonicorum victum administrandum à prædecessoribus essent collatæ quia tamen pro quantitate sui, & itineris longioris difficultate, quotidiani victus penuriam sæpe paterentur Canonici, *Simpeniacum* villam indominicatam, cum omni integritate sua, ad quotidianum eorum potum administrandum concessit, beneficium superaddens, quod ex eodem fundo *Ragopedus* habebat; vt idem prædictum cum omnibus ad se pertinentibus, ipsorum vsibus in integrum deseruiret, quatenus ad supplementum sui suffulti, in Christi militia deuotiores existant, nec solùm pro principibus, vt sanctus instituit *Leodegarius*, sed pro rectoribus totius Ecclesiæ & vniuerso grege, iugiter diuinam exorent misericordiam. Et quia sæpissime euenire solet, vt quæ piè & deuotè ad diuini cultus honorem ordinantur, occasione multi foris conuelluntur, necessarium iudicauit, priuilegium illud authoritate Pontificali firmandum, quatenus de supradictis vobis occasione qualibet nihil à successoribus auferatur, aut pro eisdem aliquid terreni seruitij aut muneris exigatur. Actum in territorio *Lingonensi*, in Abbatia sanctorum Geminorum. Signum *Peusippi*, *Eleusippi* & *Meleusippi*, XIII. Kalend. Maij, XVIII. *Karoli* gloriosissimi regis, indictione VII. Testes adfuerunt infra scripti, quos synodalis celebritas conuocatat, *Remegius* Gratianopolitanus, Godescaldus *Cabilonensis*, Grundicus *Matiscensis*, Abbamaurus *Geneuensis*, Remegius *Diensis*. Batherius *Valentinensis*, *Ebrardus* Chorepiscopus, Bernardus Abbas, Melendensis. Cartam confirmauit *Karolus*, Ludouici Augusti filius, *Karoli* item Augusti nepos, *Tusiaci*, XVIII. Kalend. Iulij, eodem anno quo facta est, confirmauit, item *Ioannes* Pontifex, procurante *Heriuao*, *Hirmingardis* Comitissæ *Cabilonensis* filio, Episcopo *Eduensi*.

Ionas Episcopus Eduensis, Ecclesiæ, Canonicis Simpiguecum donat. Ex Chart. Edue si.

Année 859.

CVM resedisset *Isaac* dono Dei Episcopus, & *Odo* Comes, vel missi dominici, in *Luco* villa, in mallo publico, ad vniuersorum causas audiendas, vel recta iudicia iudicantes, vel dirimendas vna cum scabineis, & aliis plures hominibus, qui ibidem aderant, veniens homo aliquis ibi nomine *Alcaudus* aduocatus sancti Mammetis, vel *Isaac* Episcopi, mallauit hominem aliquem nomine *Hildebernum*, & dixit quod ipse *Hildebernus*, & sui serui, & sui franci, venissent in fine *Bruciacensi*, *Gediacensi*, & in *Saciacensi*, in terra vel in silua sancti Benigni, & ibi tallassent vel occidissent vno casno de sancto Benigno, de villa *Saciaco*, ordinante *Hildeberto*, malo ordine; & dixit quod tales testes haberet, & per iudicium Escabineorum *Vualdricus*, arramiuit post XL. noctes in proximo Mallo, quod in *Vscarense*, & in *Atoeriis* ipsi missi tenent, ipse *Alcaudus*, cum sua testimonia *Hildeberno* adprobare faciat. Hi sunt qui præsentes adfuerunt, *Deodatus*, *Godono*, *Arembertus*, *Durant*, *Odelerio*, *Vulfrico*, *Mimiono*, *Vualdrico*, *Bru-*

Vindicatur S. Benigno, in Mallo, res in villa Saciaco. Ex Chart. Benign.

Année 867.

nart, *Annarno*, *Helifio*, *Achiuo*, *Blislodo*, *Fldij*, *Hifnart*, *Armant*, *Andrij*, *Defiderio*, *Seruadi*. Ego *Otrannus* leuita, fcripfi & fubfcripfi, dataui, die Martis in menfe Decembri, in anno XXVII. regnante *Karolo* Rege.

Aldo, cum Ermenrada vxore, dat campum, in fine Gocilinenfe. Ex Chartul. Benignian.

SACROSANCTÆ Bafilicæ fancti Benigni martyris, fub oppido Diuionis conftructæ, vbi venerabilis vir dominus *Ifaac* præeffe videtur Pontifex, & *Bertilo* Corepifcopus Abba, cum omni congregatione Monachorum, ego *Aldo*, & vxor mea *Ermenrada*, Dei intuitu cogitantes remunerationem perpetuam, pro remiffione peccatorum noftrorum aliquid de rebus noftris ad ipfum locum fanctum, vel Monachis ibi Deo famulantibus, concedere decreuimus; quod ita in Dei nomine agere procurauimus: hoc eft in pago Diuionenfe, in fine *Gocilinenfe*, campum arabilem, qui habet terminos, ex ambis lateribus ftradas publicas, de vne fronte *Eldinus*, & *Gotefcalcus* fratres tenent, ex altera fronte terra fancti Marcelli, infra iftas terminationes totum ad integrum quicquid in prædicto campo vifi fuimus habere vel poffidere, ad memoratam Bafilicam fancti Benigni martyris, Monachifque in eodem loco Deo feruientibus, cedimus atque transfundimus de noftra poteftate & dominatione, pro fpe falutis æternæ, vel caufa fepulturæ noftræ; & quicquid ab hac die & deinceps tam ipfi quàm fucceffores eorum facere voluerint, liberam in omnibus habeant poteftatem. Si quis verò, quòd futurum effe non credimus fi nos ipfi, aut vllus de hæredibus noftris, aut quælibet appofita perfona, contra hanc epiftolam ceffionis venire aut agere conauerit, nullo modo valeat euindicare quod repetit, fed inferat vobis veftrifque fuccefforibus, ad augmentum eiufdem Bafilicæ, auri libras II. & nichilominus, præfens hæc ceffio firma permaneat, ftipulatione fubnixa. Actum *Diuion*. in Bafilica fancti Benigni, publicè. Signum *Aldonis*, & vxoris fuæ *Ermenradæ*, qui hanc ceffionem fieri & firmare rogauerunt. S. *Brunard*, S. *Acheati*, S. *Elifei*, S. *Amalrici*, S. *Auuarni*, S. *Gisleberti*, S. *Attonis*, S. *Beraldi*, S. *Arendei*, S. *Aglardi*, S. *Meralfi*. Ego *Vuarnarius* Presbyter, rogatus fcripfi & fubfcripfi, anno XXVIII. *Karoli* Regis.

Année 868.

Alcaudus aduocatus, vendicat res S. Benigni, in Saciaco. Ex Chartul. Benignian.

NOTITIA Geift cartæ, qualiter *Heldebertus* geitiuus apparuit pro ea caufa, vnde *Alcaudus* aduocatus fancti Stephani & fancti Benigni, vel *Ifaac* Epifcopi, in *Luco* villa, in Mallo publico, ante prædictum *Ifaac* Epifcopum, & *Odilonem* Comitem, & *Hifdebaldum* Abbatem, fiue *Bertrannum*, miffos dominicos, & alios plures, qui ibi adfuerunt ad multorum caufas audiendas, vel recta iudicia facienda, prædictus *Alcaudus* ipfum *Heldebertum* mallauit, & dixit quod idem *Heldebertus*, cum fuis, tam francis quam feruis, in fine *Bruciaci*, vel in *Gilbuacenfe*, feu in *Saciacenfe*, in filua fancti Benigni veniffent, & ipfo *Heldeberno* præcipiente, Cafnum mortificaffet malo ordine: ipfe autem *Heldebernus* refpondit ei, quod non iuftè, fed iniuftè eum mallaffet, *Alcaudus* verò contra eum *Vuidridum* ftipulauit, vnde ante hos dies, per iudicium *Scabiniorum* ad refpectum fuerunt. Tunc ipfi *Scabinei* decreuerunt iudicium, quod poft XL. noctes, in proximo mallo, ipfe *Heldebernus* contra *Alcaudum* iuraffet, aut quod lex eft feciffet. Deinde, poft legitimas noctes, in proximo mallo, in *Curagone*, ante *Ifaac* Epifcopum, & *Odonem* Comitem, ipfe *Alcaudus* venit, *Heldebernum* ibi fecundum legem clamauit. Cùm verò *Heldebernus* ibi non effet, *Alcaudus Vuidridum* iurauit: fed quia *Heldebernus* ibi non venit, nec fuam *Aclomiam* denunciauit, in omnibus *Geitiuus* apparuit, tunc iudicauerunt ipfi *Scabinei*, vt *Alcaudus* hanc noticiam *Geift* cartæ acciperet, quod & fecit his præfentibus. Signum *Radulfi*, S. *Odebrici*, S. *Eldij*, S. *Elitbodi*, S. *Odelerij*, S *Ifnandi*, S. *Vulfrici*, S. *Mummij*, S. *Armanni*, S. *Adalberti*, S. *Sigemunni*, S. *Andrici*, S. *Vuineuerti*, S. *Vuidrici*, S. *Defiderij*, S. *Seruadi*. Ego *Norgaudus* leuita, fcripfi & fubfcripfi, dataui menfe Februario, anno XXVIII. regnante Domino noftro *Karolo* Rege.

Année 868.

NOTITIA euindicationis, qualiter veniens *Alcaudus* aduocatus sancti Benigni & sancti Stephani, in Mallo publico, in villa quæ dicitur *Curtanonus*, ante *Isaac* Episcopum, & *Odonem* Comitem, siue *Bertrannum*, missos dominicos, & alios plures qui ibi adfuerant ob multorum causas audiendas, siue recta iudicia terminanda: interpellauit seu mallauit quemdam hominem nomine *Hildebernum*, & dixit, quod *Hildebernus*, ante hos dies, per iudicium *Scabineorum* ad respectum fuissent super res sancti Benigni, quas idem *Hildebernus* iniustè retinebat, & prædictus *Alcaudus* iudicium & *Gecist* cartam in manu tenens, vnde in alteros mallos, de duobus casnis mallatus fuit ipse *Hildebernus*, & sacramentum afframiuit; vnde Gietiuos remansit, & de tertio casno preiudicium *Scabineorum*, in altero mallo eumdem *Hildebernum*, cum testibus adprobauit. Ipse verò *Hildebernus*, ante prædictos missos stans, nulla certa valebat dicere, cur ipsos casno siue terram ipsam retineret; tunc iudicatum est à supradictis *Scabineis*, vt de ipsis casnis, quos mortificauit, legem faceret & renuadiaret; seu supradictam terram legaliter redderet, quod & fecit. Denique, idem *Hildebernus*, super ipsam terram venit in fine *Renualdense*, & à publica via quæ vadit de *Cernana* ad *Renualdicum* villam, vsque ad vallem iuxta illam villam vbi Riuulus decurrit, & desursum vsque ad siluam, quantum ipsa finis continet, supradicto *Alcaudo* Aduocato, per herbam & cespitem, ad partem sancti Benigni reddidit vurestitum, fecit his præsentibus. Signum *Remesiany*, S. *Guntardi*, S. *Radulfi*, S. *Bertery*, S. *Carli*, S. *Reulfi*, S. *Blithodi*, S. *Madalaldi*, S. *Ornadi*, S. *Brinardi*, S. *Aganonis*, S. *Odilonis*, S. *Andrici*, S. *Ingalgary*, S. *Odelgisi*, S. *Godebaldi*, S. *Acheni*, S. *Vualdonis*, S. *Fromaldi*, S *Amely*, S. *Eilberti*. Ego *Bernardus* Diaconus, hanc euindicationem scripsi & subscripsi, dataui, die Martis in *Curtanono*, anno XXX. regnante domino nostro *Karolo* Rege.

Alcaudus persequitur ius sancti Benigni, in mallo publico. *Ex eodem Chart. Benign.*

Année 870.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Karolus* Dei gratia Rex. Si reuerendorum Pontificum petitionibus, quibus pro sacris locis sibi commissis nostram supplicauerint clementiam, aurem libenter accommodamus, easque ad effectum perducimus Regum exercemus consuetudinem, & ob id, eos in nostræ fidelitatis obsequiis deuotiores efficimus, & ad animæ nostræ salutem nobis profuturum omnino confidimus. Comperiat igitur omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium & futurorum solertia, quia karissimus nobis *Isaac* venerabilis *Lingonensis* matris Ecclesiæ *Episcopus*, ad nostram accedens altitudinem, innotuit, qualiter Monasterium, vbi sanctus Benignus martyr corpore requiescit, iuxta Diuionense castrum situm, quondam Religiosorum turma Monachorum refectum, nunc pessundatum, & pene adnullatum, diuino cooperante adminiculo restruere & restaurare, & Monachos ibi sub Regula sancti Benedicti iugiter Deo militaturos statuere, & ad pristinum statum reducere, ac suæ sepulturæ locum ibi velit præparare: humiliter efflagitans vt quasdam eiusdem potestatis res & mancipia, ad ipsum Monasterium restaurandum, & in vsus ac stipendia Monachorum ibi Deo inibi famulaturorum deputaremus, & deputando, perpetim habendas confirmaremus. Id est in eodem pago, in prospectu ipsius Monasterij, terram dominicatam, vbi possint seminari modij CCL. vineas vbi possint colligi vini modij quingenti, prata vbi possint colligi fœni carræ L. siluam vbi possint saginari porci sexenti, forestam piscium in aqua, à ponte Diuionis castri vsque ad *Rorsacum*, farinarios VI. terras aptas vbi possint seminari modij CL. colonicas X. cum mercato & burgo, & in *Lariaco*, colonicas X. in *Diciaco* colonicas VI. & dimidiam, in *Colonicis* colonicas VI. in *Siliniaco* colonicam vnam, in *Scontio* colonicas IV. & dimidiam. in *Villari* colonicas III. & farinarios duos, in *Lentiniaco* colonicam vnam, & dimi-

Karolus Caluus Rex, Monasterium S. Benigni restituit, ad preces Isaac Lingonensis Episc. *Ex Chartul. Benig.*

diam, in *Gyroni* colonicas II. inter *Corcellas* & *Flauiniacum* colonicam vnam, in *Diemise* colonicam dimidiam, in *Prouiso* colonicam dimidiam, in *Camboyo* colonicam dimidiam, inter *Martiniacum* & *Patriniacum* colonicam vnam, in *Quintiniaco* colonicas II. in *Sayssinico* colonicam vnam, in *Cromaco* colonicas II. in *Agulliaco* apellam, cum manso vno & dimidio, in *Rufiaco* colonicam dimidiam, in *Bargis* colonicam vnam, in *Missiniaco* colonicas III. in *Norgis* colonicam, in *Asiriaco* capellam cum colonica vna, in ipsa villa colonicas VI. & dimidiam, & farinarium vnum, & terram dominicatam, vbi possunt seminari modij C. & prata vbi possunt colligi fœni carræ CL. in villa *Karli* mansum dominicatum, cum Ecclesia, & quicquid ibi adspicit, in *Prumide* mansum dominicatum, & quicquid ad ipsum beneficium pertinet, cum omnibus earumdem rerum appendicibus, cunctisque sibi pertinentibus rebus, & mancipiis; cuius iustis & rationabilibus, animæque nostræ proficiens, postulationibus libentissimè fauentes, hoc altitudinis nostræ præceptum fieri, eidemque sancto loco dari iussimus; per quod præfatas res cum Ecclesiis, domibus, ædificiis, curtiferis, viridiariis, hortis, vineis, siluis, terris, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, piscatoriis, farinariis, mancipiis vtriusque sexus desuper commanentibus, vel ad easdem res iustè & legaliter pertinentibus, ad ipsum locum restaurandum, & in ius ac stipendia Monachorum inibi Deo famulaturorum, iure Ecclesiastico, æternatim tenendas deputamus & confirmamus; ita vt eiusdem Monasterij Abbas, eiusque futuri successores, ipsas res & mancipia, cum omni integritate regulari, & Canonica auctoritate teneant, & nulli præfatæ matris Ecclesiæ Antistitum, eiusdemque Monasterij Abbatum, liceat ex eisdem rebus quicquam subtrahere aut minuere, aut in alios, præter quos constituimus, vsus retorquere, & quicquid diuina pietas per quoslibet se metuentes ibi in futuro augere voluerit, sit eisdem Monachis in supplementum, vt pro nobis, coniuge, & prole, totiusque regni nostri statu, continuis precibus Dei misericordiam implorent. Vt autem hæc nostræ confirmationis auctoritas, inuiolabilem obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmauimus, & anuli nostri impressione sigillari iussimus. Signum *Karoli* gloriosissimi Regis. *Hildeboldus* Notarius ad vicem *Goslini* recognoui, & subscripsi,
Année 859. datavi, XII. Kal. Augusti, indictione II. anno XXX. regnante *Karolo* gloriosissimo Rege. Actum apud *Pistus* villam, in Dei nomine feliciter. Amen.

Vindicantur res sancti Benigni, apud Ischiriacum. Ex Chart. Benig.

NOTITIA, qualiter veniens in castrum Diuion. *Bertilo* Corepiscopus & Abbas sancti Benigni, in solarium sancti Stephani super muros positum, coram missis domni *Isaac* venerabilis Episcopi, *Berfredo* videlicet Abbate & *Mummione*, atque *Brunardo*, vasallis ipsius, cæterisque quampluribus, interpellauit quosdam homines sancti Benigni *Bonefridum*, & *Euerfredum*, ac *Radulfum*, cohæredes quoque eorum, de rebus beati Benigni sitis in villa *Ischiriaco*, proclamans quoniam pater eorum *Burigerinus*, & filii eius *Euerfredus*, & *Batlus*, eas pro beneficio tenuerat, & illi malo ordine in propriis vsibus vsurpabant alodum: & de hoc testes adhibuit prædictus Abba, qui ita esse in omnibus attestantes, affirmauerunt sicut ille dicebat, his nominibus, *Trudulfum*, *Seruadum*, *Vulfinnum*, *Moysem*, *Madelgaudum*, *Ysembertum*, *Magnarium*, *Grimbertum*, *Baldoinum*, *Alduinum*. Cumque quamdam aduersum hos testes notitiam ostendissent, & lecta in conspectu bonorum hominum ibidem adstantium, falsa fuisset comprobata, diiudicatum est, vt interrogarentur si testes ex parte sancti Benigni reciperent qui hæc testabantur, quod cùm deuecti ita se facere respondissent, præsentes iudicauerunt *Scabinei*, cum aliis adsistentibus hominibus, vt res secundum legem redderent supradictas, sicque facientes, cum festuca se in omnibus exutos dixerunt, & per vuadium præfato Abbati & missis domni *Isaac* reddiderunt. Facta est hoc lege, his præsentibus, *Berfredus* Abbas subscripsi. Signum *Mummionis*, S. *Brunardi*, S. *Achæ*, S. *Auarni*, S. *Odilonis*, S. *Bisonis*, S. *Auolony*, S. *Elisei*, S. *Anthen-*

drici, S. *Huonis*, S. *Moyse*, S. *Alarico*, S. *Atalfei*, S. *Vuandaleno*. Ego *Airardus* Presbyter, hanc noticiam relegi & subscripsi. Datum XI. Kal. Maij, indictione III. anno XXX. regnante *Karolo* Rege. Annéo 870.

SACROSANCTÆ Basilicæ Monasterij sancti Benigni, vbi vir venerabilis *Ingo* Abbas præesse videtur, cunctisque sub eius regimine constitutis Monachis. Ego in Dei nomine *Salamannus*, & vxor mea *Gotselidis*, pro Dei intuitu, vel pro remedio animarum nostrarum, vel pro minuendis, donamus ad ipsam casam sancti Benigni, & suis rectoribus Monachis, campum vnum, qui est situs in pago *Vscarense*, in fine *Aziriaca* villæ, vbi vocant in plana Liscuria. Terminat ipse campus, de vno latere de ipsa hæreditate, ex alio latere terra sancti Benigni, & de ipsa hæreditate, in vno fronte terra sancti Benigni, in alio fronte *Oschara* fluuius decurrit, habet in longo perticas agripedales LXX. & in latum perticas II. infra istas terminationes vel perticationes, totum ad integrum, ad ipsam casam Dei donamus, tradimus, atque transfundimus, ita vt ab hac die, habendi, tenendi, seu commutandi. vel quicquid à die præsenti, in honore sancti Benigni, eius loci rectores facere voluerint. liberam & firmissimam in omnibus habeant potestatem, nullo contradicente. Si quis verò, quod futurum esse non credimus, si nos ipsi, aut vllus de hæredibus nostris, vel prohæredes, vel quislibet vlla opposita persona, contra hanc donationem, aliquam calumniam mouere præsumpserit, non valeat euindicare quod repetit, sed inferat ad ipsam casam Dei, vnà cum socio fisco, auri vncias III. coactus componat. Et hæc facta epistola omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Aziriaco* villa, publicè. Signum *Salamanni*, & vxoris eius *Gotselsis*, qui hanc eleemosynam fieri & firmare rogauerunt. S. *Aroardi*, & vxoris eius *Fusbel*. S. *Bisari*. S. *Leutgisi*. S. *Adalberti*. S. *Saiuardi*. S. *Vuolfardi*. S. *Mungini*. S. *Aimeradi*. S. *Fulcradi*, & vxoris eius *Teutburgis*. Ego *Moringus* Laïcus, præsens fui, scripsi, dataui, die veneris, in mense Maio, in anno primo regnante *Karlomanno* Rege. Année 879.

Salamannus cum vxore dat campũ apud Aziriacum ex eodem Chartul.

cedit S. Benigno. Ex Chart. Benign.

& ante conspectum *Bertilonis* Abbatis, & omnium Monachorum ibidem Deo famulantium, res quæ sunt sitæ in pago *Oscarinse*, in villa *Ascirriaco*, vel in ipsa fine, quas pretio dato, videlicet libras XVI. inter aurum & argentum comparauit de *Heldeardo*, & vxore sua *Arnais*, condonauit ad ipsam Ecclesiam Dei, quæ est constructa in honore sancti Mauricij, vbi & beatus Benignus iacet, pro remedio animæ suæ, vel stabilitate sua; hæc sunt mensa IV. cum omnibus ædificiis & suprapositis, cum exis & regressis. Terminat vnus mansus, de vno latere Ecclesia sancti Benigni, quæ est constructa in honore sancti Albini, de alio latere & vno fronte terra S. Benigni, de alio verò fronte *Vscara* fluuius decurrit, & habet inlongum perticas agripedales XXIV. & per transuersum perticas XI. infra istas terminationes, totum ad integrum. Alius mansus terminat, de ambis lateribus & vno fronte terra sancti Benigni, de alio verò fronte strada publica pergit, & habet in longum perticas XII. & per transuersum V. dimidiam. Tertius mansus, cum vinea, terminat, de vno latere *Barlus* tenet, de alio latere terra sancti Benigni, de vno fronte de ipsa hæreditate, de alio verò fronte *Vscara* fluuius decurrit, & habet in longum perticas XX. & per transuersum III. Quartus mansus terminat, de vno latere terra sancti Benigni, de alio latere *Fulcardus*, de vno fronte senterius communalis pergit, de alio verò fronte strada publica pergit, & habet in longum perticas XXXVII. & per transuersum perticam cum dimidia, infra istas terminationes vel perticationes, totum ad integrum, cum mancipiis VI. quorum hæc nomina, *Anserannus*, & vxor sua *Landilana*, & infantes ipsorum *Maria* & *Vualennus*: *Vualigis*, & vxor sua *Telenna*, & etiam alias res ad ipsos mansos aspicientes; hoc est, terris, pratis, siluis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, exis & regressis, cultis & incultis, quicquid ad eos pertinet. Sunt etiam terræ ad seminandum modios CIV. prata vbi possunt colligi de feno carræ L. Hæc omnia supradenominata vel determinata, supradictus *Mummius*, de sua potestate in potestatem rectoris Ecclesiæ sancti Benigni & sancti Mauricij, pro remedio animæ suæ & stabilitate tradidit, ita vt ab hac die liberam in omnibus habeat potestatem tenendi, commutandi, nullo contradicente. Si quis verò, quod futurum minimè credo, si ego ipse, aut vllus de hæredibus meis vel prohæredibus, contra hanc donationem spontanea mea voluntate factam venire, aut aliquam calumniam inferre temptauerit, non valeat euindicare quod repetit, sed insuper inferat partibus Ecclesiæ sancti Benigni, vna cum socio fisco, auri libras L. Et præsens traditio omni tempore firma & stabilis maneat, stipulatione subnixa. Actum Diuion. in Ecclesia sancti Benigni, publicè. Signum *Mummionis*, qui hanc traditionem fieri & firmare rogauit. S. *Arendeo* filij eius, qui consensit. S. *Formaldi*, & *Arnaldi* filiorum ipsius, qui consenserunt. S. *Heldeardi*. S. *Fulchardi*. S. *Eldeberti*. S. *Radulfi*. S. *Vuichelnij*. S. *Guntardi*. S. *Atrberti*. Ego *Saifardus* Aduocatus, præsens adfui. Ego *Vulfardus* Clericus, scripsi & subscripsi, dataui, mense Decembrio, anno XXXVII. regni domini nostri *Karoli* Regis, imperij verò secundo.

Année 877.

Betta dat pro anima Comitis Vufridi res in pago Dusmense.

DOMINO sacro cœnobio almi Benigni, iuxta Diuion. castro, vbi ipse in corpore requiescit præfatus testis Christi. Ego in Christi nomine, *Betta*, cogitans casum humanæ fragilitatis, condonaui ad præfatum locum, domno Benigno, & Monachis ibidem Deo famulantibus, ob remedium animæ senioris mei *Vnfridi Comitis*, atque retributionem vitæ æternæ animæ meæ, res proprias sitas in pago *Dusmense*, in villa *Colonica*, in fine *Baiodrinse*; videlicet tria mansa, cum mancipiis, quorum hæc sunt nomina, *Ansberto*, & vxore sua *Vuangelberge*, & filio *Adalelmo*, & filiabus *Ansberta* & *Attila*. Similiter donaui *Allono*, & vxore eius *Erloeta*, & filio eius *Vualdino*, & filia *Ragina*, & *Madriarda*: Similiter *Reginardo*, & vxore eius *Ermingarda*, & filio *Emmone*, & filia *Estridia*, donatumque

in perpetuum esse volo, & decreui, à die præsente, de meo iure & potestate, in potestate & dominatione sancti Benigni, & Monachis ibidem deseruientibus, & Abbati loci illius *Bertiloni* Corepiscopo, trado in perpetuum possidendum, habendi, tenendi, commutandi, & quicquid exinde agere voluerint, liberam habeãt potestatem. Terminat verò vnus mansus, de vno latere via publica, de alio de ipsa hæreditate, & de vno fronte similiter, de alio fronte *Agil.* tenet. Alius mansus terminat, de ambis lateribus de ipsa hæreditate, de vno fronte terra S. Sequani, de alio via publica. Tertius mansus terminat, de ambis lateribus & vno fronte de ipsa hæreditate, de alio fronte via publica. Hæc omnia terminata cum omnibus appendiciis suis, exis & regressis, siluis, aquis, aquarumq; decursibus, cedo in perpetuum S. Benigno suisque rectoribus, sicut iam superius dictum est; vt quicquid exinde voluerint agere, liberam & firmissimam in omnibus habeant potestatem, nullo contradicente. Si quis verò, quod futurum esse minimè credo, si ego ipse, aut vllus de hæredibus meis, seu quælibet opposita persona, contra hanc donationem mea voluntate factam venire, aut vllam calumniam agere, seu repetere conauerit, nullo modo valeat euindicare quod repetit, sed insuper inferat vobis, vnà cum socio fisco, auri libras IV. argenti verò X. Et hæc donatio firma stabilisque permaneat, stipulatione subnixa. Actum Diuion Ecclesia sancti Benigni, publicè. Signum *Bettane Comitissæ* Deoque sacrata, quæ hanc donationem fieri & fimare rogauit. S. *Ermentrudis* filiæ eius, quæ consensit. S. *Adalmani.* S. *Lettmo.* S: *Geralui.* S. *Gisoni.* S. *Lengulfi.* S. *Berulfi.* S. *Vuizzonis.* S. *Vuitardi.* S. *Adalardi.* Ego *Vualfardus*, acsi indignus Leuita, scripsi & subscripsi, dataui, die Mercoris, mense Nouembri, anno primo regni domni nostri *Ludouici* Regis filij *Karol.* Imperatoris Augusti. Année 878.

Salamannus cum vxore dat campũ apud Aziriacum. Ex eodem Chartul.

SACROSANCTÆ Basilicæ Monasterij sancti Benigni, vbi vir venerabilis *Ingo* Abbas præesse videtur, cunctisque sub eius regimine constitutis Monachis. Ego in Dei nomine *Salamannus*, & vxor mea *Gotselais*, pro Dei intuitu, vel pro remedio animarum nostrarum, vel pro minuendis, donamus ad ipsam casam sancti Benigni, & suis rectoribus Monachis, campum vnum, qui est situs in pago *Vscarense*, in fine *Azeriaca* villæ, vbi vocant in plana Liscutia. Terminat ipse campus, de vno latere de ipsa hæreditate, ex alio latere terra sancti Benigni, & de ipsa hæreditate, in vno fronte terra sancti Benigni, in alio fronte *Oschara* fluuius decurrit, habet in longo perticas agripedales LXX. & in latum perticas II. infra istas terminationes vel perticationes, totum ad integrum, ad ipsam casam Dei donamus, tradimus, atque transfundimus, ita vt ab hac die, habendi, tenendi, seu commutandi, vel quicquid à die præsenti, in honore sancti Benigni, eius loci rectores facere voluerint, liberam & firmissimam in omnibus habeant potestatem, nullo contradicente. Si quis verò, quod futurum esse non credimus, si nos ipsi, aut vllus de hæredibus nostris, vel prohæredes, vel quislibet vlla opposita persona, contra hanc donationem, aliquam calumniam mouere præsumpserit, non valeat euindicare quod repetit, sed inferat ad ipsam casam Dei, vnà cum socio fisco, auri vncias III. coactus componat. Et hæc facta epistola omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum *Aziriaco* villa, publicè. Signum *Salamanni*, & vxoris eius *Gotselsis*, qui hanc eleemosynam fieri & firmare rogauerunt. S. *Aroardi*, & vxoris eius *Fulshel.* S. *Bisari.* S. *Leutgisi.* S. *Adalberti.* S. *Saiuardi.* S. *Vuolfardi.* S. *Mungini.* S. *Aimeradi.* S. *Fulradi*, & vxoris eius *Teutburgis.* Ego *Moringus* Laïcus, præsens fui, scripsi, dataui, die veneris, in mense Maio, in anno primo regnante *Karlomanno* Rege. Année 879.

Attila, cum filio Rodulfo, dant vineas apud Patriniacum. *Ex eodem Chartul.*

SACRO Monasterio sancti Benigni, sito iuxta Diuionem castrum, vbi ipse Beatus in corpore quiescit. Adueniens quædam fœmina, *Attila* nomine, cum filio suo *Rodulfo*, condonauerunt ad ipsum locum sanctum, ac Monachis ibi Deo seruientibus, ex proprio alodo, vineas duas sitas in pago *Oscarense*, in villa *Patriniaca*, fine *Longontana*. Terminat de vno latere terra sancti Benigni, de alio latere strada publica, do ambobus frontibus strada pergit, & habet in longum perticas agripennales XV. & per transuersum perticas II. & dimidiam. Alia vinea terminatur, de vno latere terra sancti Sequani, de alio latere terra sancti Leodegarij, de vna fronte terra sancti Stephani, de alia fronte *Ermingerius* tenet, & habet in longum perticas XVI. & per transuersum perticas duas, & pedes V. Hæc omnia denominata & determinata donamus atque transfundimus de nostra potestate in potestatem sancti Benigni, ac Monachorum ibidem Deo seruientium, quo à die præsenti & deinceps liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem, quicquid exinde agere volueritis, nullo contradicente. Si verò, quod minimè futurum esse credimus, si nos ipsi, aut prohæredum nostrorum aliqua emissa persona, contra hanc donationem pro remedio animæ meæ factam, aliquam calumniam inferre temptauerit, nullo modo valeat euindicare quod repetit, sed insuper coactus vncias II. auri componat, cum socio fisco, argenti quoque libras II. Et hæc donatio firma & stabilis omni tempore permaneat, stipulatione subnixa. Actum Diuion. Monasterio sancti Benigni, publicè. Signum *Attilanæ*, quæ hanc donationem fieri & firmare rogauit. S. *Radulfi* filij eius, qui similiter fecit. S. *Gotescalci*. S. *Fantonis*. S. *Aiery*. S. *Aganonis*. S. *Vulfardi*. S. *Adonulfi*. S. *Saifardi*. S. *Iosberti*. S. *Fulbaldi*. Ego *Vulfardus* scripsi, & subscripsi, dataui, die dominico, anno II. domni nostri *Karlomanni*, filij *Ludouici* Regis.

Année 880.

Karlomannus Rex laudat permutationem quamdam rerum factam inter Geilonem Episcopum Lingonensem, & Baldricum eius fidelem.

IN nomine Domini Dei æterni & Saluatoris nostri Ihesu Christi, *Karlomannus* Dei gratia Rex. Regum prædecessorum nostrorum consuetudo semper extitit, fideles suos maximis honoribus illustrare, atque sublimes efficere, quatinus in eos & benignitatem suam ostenderent, & animos illorum arctius in suam fidelitam adstringerent. Quocirca, nouerit cunctorum fidelium Dei atque nostrorum industria, præsentium scilicet atque futurorum, quòd adeuntes nostram mansuetudinem *Geilo Lingonensis* Ecclesiæ venerabilis *Episcopus*, nec non & amabilis fidelis noster *Balaricus*, innotuerunt nostræ celsitudini, quasdam res inter se commutasse, quæ sunt sitæ in pago *Tornotrensi*, in Vicaria *Stoliciensi*, in villa *Turgiaco*, super fontem *Oroga*; quod dederit prædictus Episcopus, *Baldrico*, paginam terræ ex rebus sancti Aniani, cum farinario, continentem in se azingas duas, & quartam partem vnius iornalis, cum fonte discurrente: & è contra, *Baldricus* partibus iam dicti Præsulis dederit, ex sui proprietate, campum vnum continentem in se anzingas II. & in alio loco, in ipsa villa anzingam vnam, & quartam partem alterius, cum farinario, pro vtilitate prædictæ Ecclesiæ vel communi necessitate; poscentes vt eorumdem commutationem nostra etiam corroboraret auctoritas. Placuit ergo nobis, eorum vtilibus annuere postulationibus, iussimusque conscribi præceptum nostræ auctoritatis, per quod constituendo sancimus, & sanciendo concedimus, vt commutatio ambarum partium per omnia successorum tempora inuiolabilis permaneat, ita vt vnaquæque pars, de his quæ commutauit pro sui qualitate, facere proprio iure quicquid elegerit, habens potestatem tenendi, possidendi, ædificandi, donandi, atque distribuendi, sine alicuius contradictione. Et vt hæc nostræ auctoritatis largitio, in Deo nomine firmior habeatur, ac sempiternis valeat perdurare temporibus, anulo nostro

subsigillari iussimus. *Norbertus* Notarius, ad vicem *Vulfardi* recognouit, & subscripsit. Datum xv. Kal. Augusti, indictione xiv. anno tertio regnante *Karlomanno* gloriosissimo Rege. Actum apud *Cauciacum* villam, in Dei nomine feliciter, Amen. Année 881.

SACROSANCTO Monasterio sancti Benigni sub oppido Diuionis sito: aduenìens quidam illustris nomine *Hugo*, cogitans casum humanæ fragilitatis, habens spem æternæ retributionis, condonauit ad ipsum sacrum locum, & Monachis ibi Deo famulantibus, pro remedio animæ suæ, curtilum vnum, quē ipse de *Odelrico* emerat, situm infra castrum Diuionis, qui terminatur, de ambis lateribus terra S. Stephani, de vna fronte strada publica, de alia murus coniungitur, & habet in longum perticas agripedales XIII. de vna fronte perticas II. de alia fronte perticam I. Similiter condonauit vineam sitam in eodem pago, in villa quæ dicitur *Domni Petri*, & in eadem fine, qui terminat, de ambis lateribus terra S. Petri, de vna fronte terra sanctæ Mariæ, de alia verò terra sancti Anthiæ, & habet in longum perticas agripedales XVIII. & per transuersum dē ambis frontibus perticas XIII. & aspiciunt ibi ad prædictum curtilum in fine Diuionensi, de terra arabile iornales V. Hæc omnia denominata vel exterminata, pro remedio animæ meæ, de mea dominatione & potestate, trado atque transfundo in vestram dominationem, ita vt ab hac die & deinceps liberam habeatis potestatem tenendi, dandi, commutandi, nullo contradicente. Si quis verò, quod futurum minimè credo, si ego ipse, aut vllus de hæredibus meis, vel quælibet emissa persona, contra hanc donationem mea voluntate factam venire, aut vllam calumniam inferre conauerit, non valeat euindicare quod repetit, sed insuper, vnà cum socio fisco, libram I. auri coactus componat. Et hæc donatio firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum Diuion. Monasterio sancti Benigni, publicè. Signum *Hugonis*, qui hanc donationem fieri & firmare rogauit. S. *Hugonis*, & *Iotsilini*, & *Aremberti*, filiorum ipsius. S. *Odelgerij*. S. *Betzelini*. S. *Queltonis*. S. *Girberti*. S. *Magnerij*. S. *Vuarnerij*. S. *Gotescalci*. S. *Odelgerij*. S. *Orsnadij*. Ego *Vulfardus* scripsi & subscripsi, anno III. *Karlomanni* Regis.

Hugo vir illustris, dat curtilum infra castrum Diuionis. *Ex eod. m. Chart.* Année 881.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Ihesu Christi, notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, aduenisse virum quemdam nobilem, *Buinum* nomine, cum vxore sua nobili matrona, quæ *Tressoara* vocatur, coram bonis Catholicis viris, in *Comitatu Laticense*, in villam quam nominant *Villam*, cogitantes remedium animarum suarum, & retributionem æternam, vel etiam præsentem recompensationem, res quas habere visi sunt in centena *Roringorum*, in villa quæ vocatur *Norga*, id est, capella, & mansum indominicatum, cum omnibus appendiciis, & omnibus rebus quas in ipsa villa vel eius finibus habuerunt, Deo & sancto Benigno, Monachisque ibidem Deo famulantibus, condonauerunt, vendiderunt, & tradiderunt. Denique prædictam capellam in honore sancti Valerij dicatam, & iam dictum mansum, cum suprapositо, id est curriferis, olchis, campis, pratis, aquis aquarumque decursibus, siluis, sicut iam dictum est, in eadem villa, vel eius finibus, omnia ex integro condonauimus, ego *Buinus*, & vxor mea; ea ratione, vt quicquid prædicti Monachi, ab hodierna die & deinceps facere voluerint de eisdem rebus, liberam habeant potestatem, nullo contradicente. Si quis verò, quod minimè futurum esse credimus, si nos ipsi, aut vllus hæredum vel prohæredum nostrorum, contra donationem aliquam calumniam intulerit, non valeat euindicare quod repetit, sed auri libras V. coactus persoluat. Et hæc donatio firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum in loco qui dicitur *Villa*. Signum *Buini*, & vxoris eius *Tressoara*, qui hanc donationem fieri & firmare rogauerunt.

Buinus dat capellam cum manso in villa Norga. *Ex eodem Chart.*

Année 881. Signum *Theturgis*, quæ consensit. S. *Satfardi*. S. *Beroaldi*. S. *Boislonis*, S. *Agelinis*. S. *Edirali*. S. *Barnaconi*. S. *Aimrici*. Ego *Arno* Clericus, scripsi & subscripsi, dataui, die veneris, Octobris mense, anno III. regnante *Karlomanno* Rege.

Karolus Crassus Imperator restituit Monasterio S. Benigni XII. mansa apud Plomberias ad Luminaria. *Ex eodem Chartul.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Karolus* diuina fauente clementia Imperator Augustus. Si venerabilium Pontificum iustis & rationabilibus efflagitationibus, quas pro Ecclesiarum sibi commissarum vtilitatibus, serenitatis nostræ auribus intimauerint, assensum præbuerimus, & ad effectum perpetuæ stabilitatis perducere satagerimus, non solùm in hoc nostram imperialem exercemus consuetudinem, verùm etiam hoc ipsum ad præsentem vitam cum felicitate transigendam, & ad futuram quantocius beatitudinem capescendam, nobis profuturum esse non dubitamus. Quapropter comperiat omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque tam præsentium quàm & futurorum solertia, quia veniens *Geylo* Lingonensis Ecclesiæ reuerendus Antistes, excellentiæ nostræ innotuit, qualiter cœnobio in honore sancti Benigni martyris eximij, iuxta Diuionem castrum, in quo idem egregius Martyr requiescit, quasdam res eiusdem loci olim delegatas, atque inde subtractas, in pago videlicet *Diuionensi*, in villa *Plomberias*, scilicet mansa XII. ad luminaria eiusdem Monasterij perpetuò deseruienda, pro amore omnipotentis Dei atque beati Benigni, nec non & nostri nostræque coniugis ac prolis memoria, reddidisset. Huius ergo rei causa, ad nostram se colligens maiestatem, humiliter postulauit, quatinus pro Dei amore, & eiusdem beati Benigni honore, res prænominatas, atque præfato loco restitutas, per auctoritatis nostræ præceptum ita confirmare dignaremur, ne deinceps posteris temporibus, inde, alicuius præsumptione seu temeritate queant diminui vel auferri: cuius laudabilibus petitionibus aurem denominationis nostræ accommodantes, hoc sublimitatis nostræ præceptum fieri iussimus, per quod statuentes decernimus, & per nostram imperialem auctoritatem confirmamus, vt prædictæ res, quemadmodum ibi restitutæ videntur, ita futuris temporibus, cum omnibus adiacentiis, pratis scilicet, vineis, siluis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, & vtriusque sexus mancipiis, ad hoc quod supra ordinata sunt, perpetuò, absque alicuius inquietudine, in Xristi nomine perseuerent. Et vt hæc nostræ confirmationis seu permissionis auctoritas firma & inconuulsa omni tempore permaneat, atque stabilis in futurum consistat, manu propria subter eam firmauimus, & anuli nostri impressione in Dei nomine insigniri iussimus. Signum *Karoli* gloriosissimi & serenissimi, semper Augusti. *Amalbertus* Cancellarius, ad vicem *Luituuardi* Archicancellarij, recognouit & subscripsit. Data XIII. Kal. Iunij, anno Incarnationis Domini nostri Ihesu Xristi DCCC. LXXXVI. indictione IV. anno imperij *Karoli* Imperatoris in Italia regnantis V. in Orientali Francia IV. in Gallia I. Actum *Granta* villa, in Dei nomine, feliciter.

Vide Greg. Tur. lib. 3. cap. 19.

Année 886.

Ademarus dat capellã suam mobilem cum reliquiis. *Ex eodem Chartul.*

SACROSANCTO Monasterio Ecclesiæ sancti Benigni, quod est constructum in pago Diuionensi, iuxta ipsos muros Diuionis castri, vbi ipse venerabilis Martyr in corpore requiescit, & vbi *Lanterius* Abba, vnà cum congregatione Monachorum, Deo seruire, & ipsum pretiosum corpus, aliaque corpora Sanctorum venerari & custodire videntur. Ego in Dei nomine *Ademarus*, & coniux mea *Lampaia*, dum terrena possidemus, de cœlestibus cogitantes, pro Dei amore & æterna retributione, & veneratione atque honore ipsius sancti Benigni, & bona voluntate erga nos, & beneficio rectorum eiusdem loci, seu requie animarum genitorum nostrorum, & futuræ animarum nostrarum, cedimus ad ipsam casam Dei, cessumque vt in perpetuum maneat esse volumus, ex rebus proprietatis & iuris nostri, capellam mobilem & specialem nostram, cum

reliquiis

reliquiis Sanctorum, scilicet sancti Saluatoris, & sanctæ Mariæ, & aliorum Sanctorum, crucibusque, tam aureis quàm argenteis, & capsis, vestimentisque, & omnia ornamenta ipsarum reliquiarum; mansumque vnum indominicatum, cum supraposito, & vineam ipsi adhærentem, terrisque iuxta ipsum positis, & silua ad ipsum pertinente; Ecclesia etiam sancti Gregorij, quæ est in *Escortaco* posita villa, & quicquid ad ipsum adspicit, cum omnibus quæ in ipsa villa *Escoriaco* habere visi sumus. Qui prædictus mansus est situs in confinio pagorum & Comitatuum *Diuionensis* & *Oscarensis*, & *Atoariorum*, in fine & in villa *Rufiaco*, aspiciuntque ad ipsum mansum, exceptis terris indominicatis, colonicæ, & mansa vestita VII. cum suprapositis, & mancipiis vtriusque sexus, numero XLVIII. Ista mancipia cum prædictis rebus, & mansis, aliisque quinque mansis ab his omnibusque rebus exquisitis, in campis, siluis, pratis, oleis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, ingredinis, exis, & regressis, totum ad integrum, à die præsenti, secundùm legis nostræ Salicæ consuetudinem cedimus, atque de nostro iure & dominatione, in potestatem & dominationem prædictæ Ecclesiæ sancti Benigni, & rectorum eiusdem loci Monachorum, donamus & tradimus, atque transfundimus; eo tenore, vt quicquid exinde, à die præsenti, post discessum scilicet nostrum, pro communi sua vtilitate facere voluerint, liberam & firmissimam in omnibus habeant potestatem, nullo contradicente. Si quis verò, quod fieri non credimus, si nos ipsi, aut vllus de hæredibus nostris, vel prohæredibus, aut quælibet emissa persona, contra hanc donationem venire, aut calumniam inferre, vel aliquid repetere temptauerit, non solùm non valeat euindicare quod repetit, sed inferat partibus prædictæ Ecclesiæ sancti Benigni & Monachorum, vnà cum socio fisco, auri libras XV. quod multatus persoluat; & nisi emendauerit, & à sua præsumptione cessauerit, æternam incurrat maledictionem. Et hæc nichilominus donatio & traditio ista omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum Diuione castello, publicè. Signum *Ademari*, & vxoris eius *Lampagiæ*, qui hanc donationem fieri & firmare rogauerunt. S. *Elrannı* nepotis *Ademari*, qui consensit. S. *Rotberti* fratris eius. S. testium, *Gislebertı* Vicecomitis, *Odobrici*, *Romestanni*, *Rotardi*, *Foschary*, *Volfery*, *Adalardı*, *Gerrardi*. Ego *Tetardus* Cancellarius, scripsi & subscripsi, datavi, die veneris, in mense Madio, indictione IV. anno IV. regnante *Karolo* Rege. Année 886.

BREVE Commemoratorium, quod *Ademarus* rogauit facere, de *Estoluico*. Inuenimus ibi manso indominicato: aspiciunt ibi ancingias C. Est ibi pratus indominicatus, vbi possunt colligi carræ LX. .... ibi aquale ad farinarios III. aspiciunt ibi mansa X. & dimidium, inter *Valarias* & *Vilniaco* mansum I. & in *Proinso* mansum I. *Radalco*, & *Euroilo*, dimidium mansum, & in *Iauriaco* mansum I. *Radale*, est ibi pratus indominicatus; aspiciunt ibi ancingas DC. & amplius aspiciunt ibi vineas ad ipsum mansum, vbi possunt colligere modios C. & ista mansa seruiles reddet, vnusquisque omni tempore, in quisque ebdomada, iornales III. pullos III. cum oua & ligna carra V. & soluent carra V. de fenis, dominico, & facient ancingas & coruadas & souincta, & *Airbanno* solidos II. & denarios VIII. & sunt ibi culturas arabiles IX. Habet ibi ad seminandum modios mille D. sunt ibi siluas, inter *Estoluico*, & fine *Osclesinse*, ad porcos insaginandum CCC.

Commemoratoriũ quod Ademarus fecit de rebus Estolui. i.

ILLE bene possidet res in sæculo, qui sibi de terrenis, seu de caducis rebus, comparat præmia sempiterna. Quapropter ego in Dei nomine *Lampagia*, cogitans de Dei timore, vel æterni boni retributione, dono, trado aliquas res meas, quas ex iure maritali possideo atque habeo, ante præsentiam Dei atque bonorum hominum, ad altare sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quod constructum est in Monasterio sancti Benigni, seu cæterorum Sanctorum, quorum reliquiæ

Lampagia dat res suas sitas in Comitatu Tornetrense. *Ex eodem Chartul.*

ibidem continentur, vbi venerabilis Abba *Albericus* præesse videtur. Dono igitur, & donatum in perpetuum esse volo, hoc est res atque mancipia quæ sunt sita in Comitatu *Fornetrense*, & in fine *Stolutacense*, & in suis terminis; hoc est, mansa indominicata prope *Stolusco*, in curte quæ vocatur *S yro*, cum omnibus suprapositis, & farinarium, seu & alias res ad ipsum indominicatum mansum continentes vel aspicientes; hoc est mansis, olchis, leminis, terris arabilibus, cultis & incultis, siluis, ingrediciis, aquis aquarumque decursibus, vineis, seruis, & ancillis desuper commanentibus: quicquid ad ipsum mansum aspicit, vel aspicere videtur, totum cum omni integritate dono & trado, atque transfundo, & per festucam propter peccata mea & senioris mei, vuerpisco, sanctæ Dei Genitricis Mariæ, coram famulis eiusdem altari deseruientibus infra Monasterium sancti Benigni, vt ab hac die liberam habeant potestatem habendi, commutandi, vel quicquid voluerint faciendi. Si verò, quod futurum esse minimè credo, vllus de hæredibus meis, vel prohæres, vel quælibet emissa persona, contra hanc donationem venire aut repetere, seu aliquam calumniam inferre voluerit, nullo modo valeat euindicare quod repetit, sed insuper coactus componat Monasterio sancti Benigni, vnà cum socio fisco, auri libras VII. Et hæc donatio firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum Diuion. Monasterio sancti Benigni, *Alberico* Abbate, & Monachis adstantibus, quorum hæc sunt nomina. *Guntardus* Præpositus, *Benignus* Decanus, *Fulcertus*, *Gumbertus*, *Tetrannus*, *Gironslanterius*, *Vutuo*, *Adalbertus*, *Ermenaldus*, *Fanto*, *Vuido*, *Kostantius*, *Hunoldus*, *Vmfredus*, *Bernaldus*. *Petrus*. Ego *Tedulfus* Sacerdos, scripsi & subscripsi, an. II. post obitum *Rodulfi* Regis Francorum, *Hugone* principatum tenente.

Rodulfus Francorum Rex, deprecantibus Gauselino Lingonensi Episcopo, & Manasse Comite, Monachis S. Benigni laudat omnia priuilegia, & restitutionem villæ Saciaci, Abbatiolæ sancti Ioannis, & Mercati. *Ex eodem Chartul.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Rodulfus* diuina propitiante clementia Francorum Rex. Si petitionibus seruorum Dei aurem serenitatis nostræ libenter accommodamus, Regium exequimur cultum, & eos ad nostram fidelitatem promptiores esse putamus. Quapropter notum sit omnium fidelium nostrorum, tam præsentium quàm etiam futurorum solertiæ, quoniam adiens excellentiam nostræ serenitatis *Gauzselinus Lingonensis* Ecclesiæ *Episcopus*, cum fideli nostro *Manasse Comite*, deprecati sunt, vt Monachis Monasterij sancti Benigni Martyris Xristi, quod est situm in suburbio Diuionis castri, præceptum nostræ auctoritatis, de rebus quas dominus *Isaac* miræ sanctitatis *Episcopus*, nec non & *Argrimus*, & alij omnes tam Reges prædecessores nostri, quàm etiam Episcopi Lingonenses, & Deo deuotissimi viri, ibidem condonauerunt per eleemosynam, simul & remissionem peccatorum nostrorum, nec non vt pro salute & pace totius Regni Francorum, liberiùs supradicti Monachi Deum exorarent, concederemus. Igitur postulationibus illorum aurem serenitatis nostræ accommodantes, & reipublicæ deprecationem omnium fidelium nostrorum necessariam prospicientes, concedimus, & omni tempore concessum volumus, vt de rebus quæ datæ sunt, & in futuro condonandæ, ad stipendia fratrum, regulariter potestatem habeant tenendi & possidendi. Nominatim etiam deprecatus est prædictus Præsul *Gauzselinus*, vt *Sacciacum* villam, quam sui prædecessores tenuerant, siue *Agrimus*. & *Varnerius* Præsules sancto Benigno reddiderant, cum Ecclesia & omnibus ad ipsam villam pertinentibus, quæsitis & inquirendis, & mancipiis vtriusque sexus, siluis, pratis, omniaque quæ inibi olim potestas Episcopalis tenuerat: Abbatiolam etiam sancti Ioannis, mercatum quoque die Saturni, quod est in Burgo, omnibus septimanis, & medietatem annalis, quod est in festiuitate sancti Benigni; pratum etiam in *Asiliaco* villa, quod *Varnerius* Antistes in fine mortis suæ concessit inibi, per regiam excellentiam & auctoritatem donaremus Deo & sancto Benigno, ad mensam Monachorum inibi seruientium; quod & fecimus animo deuoto, sicut fidelis noster deprecatus est. Concedimus etiam per ipsam inscriptionem, mansa VIII. in Comitatu *Alsensi*, in villa *Nermedis*, cum mancipiis vtriusque sexus, quos du-

dum ſancto Benigno reddidimus: & in *Gibriaco* villa, in Comitatu *Belnenſi*, fauente & deprecante fideli noſtro *Manaſſe* Comite, damus manſum vnum, quod *Jurannus*, cum *Amadeo* Comite, de Abbatia ſancti Coſmetis, quam in alodo tenebat, concamiauerat, & ſancto Benigno dederat. Vt autem hæc ſcriptio firma & ſtabilis in æuum permaneat, & à nullo noſtrorum ſucceſſorum ſit permutanda, nomine noſtro inſigniri, & anuli impreſſione iuſſimus ſigillari. Signum *Rodulfi* Regis glorioſiſſimi. *Rainardus* ad vicem *Abbonis* Pontificis recognouit, & ſubſcripſit. Actum *Artiaco* villa, ſupra fluuium *Ararim*, III. Kal. Iunij, indictione XIII. anno IV. regnante domno *Rodulfo* Rege glorioſiſſimo. Année 925.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Rodulfus* diuina propitiante clementia Francorum Rex. Regiæ celſitudinis magnificentia ſolemniter exigit, vt fideles noſtros claris debeamus honoribus ſublimare; idcirco nouerit totius regni noſtri venerabilis fidelitas, quoniam accedentes ad ſerenitatem noſtram *Anſulus* Epiſcopus, & *Gauzfredus* Comes, humiliter noſtram deprecati ſunt clementiam, quatinus *Adelardo* fideli noſtro, & vxori eius *Plectrudi*, atque nepoti eius nomine *Geiloni*, quaſdam res, quæ ei iure beneficiario conceſſæ fuerant, noſtræ regalis celſitudinis præcepto confirmare dignaremur. Quorum petitionibus eò magis aſſenſum præbuimus, quò eos noſtris ſeruitiis habiliores & promptiores recognoſcebamus: ideoque ad deprecationem iam prædictorum fidelium noſtrorum iuſſimus præfato *Adelardo*, ac vxori eius, vel nepoti ſuo, hoc regale præceptum fieri; in quo confirmando decernimus, & decernendo firmamus. Sunt autem hæ res ſupradictæ, Senonicæ ciuitati contiguæ, videlicet caput Abbatiolæ ſancti Pauli, ex ipſo ſcilicet Comitatu, cum manſis LX. ex *Vuaſtinemenſi* Comitatu, excepto Eccleſia de *Cretaria*, cum mancipiis vtriuſque ſexus, vineis, pratis, ſiluis, molendinis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, habeant, teneant, atque poſſideant ſinguli eorum, abſque alicuius contradictione. Vt autem hæc noſtræ munificentiæ largitio firmior habeatur, & inuiolabiliùs conſeruetur, manu propria illud ſubterfirmauimus, & anuli noſtri impreſſione iuſſimus ſigillari. Si autem hæ res præfatæ, de Epiſcopatu tractæ fuerint, nonas & decimas, ſicut mos Eccleſiarum eſt, ſine alicuius contradictione perſoluant. Signum *Rodulfi* glorioſſimi Regis. *Hugo* Cancellarius, ad vicem *Anſuli* Epiſcopi recognouit. Datum V. Kal. Ianuarij, indictione VI. anno VIII. regnante *Rodulfo* Rege. Actum *Autiſiodoro*.

Rodulfus Francorum Rex, ad petitionem Anſuli Epiſcopi, & Gauzfredi Comitis, Adelardo ſuo fideli, & vxori eius Plectrudi, & nepoti eorum Geiloni confirmat Abbatiolam ſancti Pauli in Comitatu Senonico, cum manſis LX ex Vuaſtinemenſi Comitatu. *Ex eodem Chart.*

Année 933. Selon l'indiction.

ANNO ſacratiſſimæ Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCC. XVIII. indictione ſeptima, *Vualo*, ſuperna diſpenſante miſeratione *Eduorum Epiſcopus*, omnibus piè in Chriſto viuere cupientibus, & ad ſpem cæleſtis patriæ tendentibus, notum fieri volumus, quoniam ſeruientes Congregationē præfatæ ſanctæ matris Eccleſiæ, ſtipendiis alimentorum neceſſariis nimia difficultate careret: pro quo, nec paſtoralis exhortationis vigilantia, nec collaboratorum noſtrorum exemplaris correctio, variantibus vndique ſæculi perturbationibus, ad diuinorum obſequiorum ſtudia prouocare quorumdam fratrum ipſius loci intentionem valebat; & ſollicitè perpendentes, quod paſtoris curæ eſt, gregum ſibi commiſſorum inopiæ prouidere, & ſine quibus ſubſiſtere nequeunt, neceſſaria alimenta miniſtrare; dignum fore duximus, ne in huius corporis ocio diuinæ miliciæ cultus ſuffocaretur, de rebus ipſius Eccleſiæ aliquod præbere ſubſidium. Proinde, amore diuino tracti, & conſilio fidelium eiuſdem ſanctæ Eccleſiæ & noſtrorum roborati, adhibito etiam hortamento & auxilio Domini *Richardi* excellentiſſimi Ducis, cuius defenſione & protectione per Dei adminiſtrationem hæc ipſa exiſtit Eccleſia, villam *Tillionacum*, ſitam in Comitatu *Oſcarenſi*, ſupra fluuium *Sagonam*, ad ſtipendia ſupradictæ Congregationis miniſtranda, Comita-

Extrait du Chartrier de l'Abbaye de S. Nazaire.

Année 918. Selon l'indiction il faudroit lire 919.

tus *Oscarensis*, mancipauimus, cum omni sua integritate, sicut à beato *Leodegario* eiusdem nostræ Ecclesiæ quondam Pontifice, ex proprio eidem fuit collata, & postmodum per præcepta regum restituta & confirmata, & insuper apostolico priuilegio roborata; quatinus sublata omnis indigentiæ occasione, liberiùs & vigilantiùs grex ipsius collegij, Deo & sancto Nazaerio militari valeat, & attentiùs pro remedio animarum domini *Karoli* serenissimi Augusti, & coniugis illius *Hymintridis*, & totius proles illorum, sed & pro absolutione domini *Odonis* gloriosi Regis, & nobilissimi fratris illius domini *Roberti* illustris Marchionis, cum præcedente progenie & subsequente posteritate illorum, & omnium largitorum & restauratorum, & earumdem rerum, ipsi Ecclesiæ Dominum nostrum implorare studeat, pro diuturna quoque tranquillitate & quiete domini *Richardi* piissimi Ducis, & nobilissimæ coniugis illius, ac clarissimorum filiorum illorum, & omnium fidelium suorum, quatenus defuncti, æternam mereantur omnium peccatorum indulgentiam & remissionem, & viuentes, optabilem prosperitatem & sanitatem: & ad defensionem sanctæ Ecclesiæ, & gentium sibi commissarum sub munimine diuinæ dexteræ laudabilem & acceptabilem Deo virtutem, atque pro immenso labore dignæ mercedis remunerationem. Omnem igitur huius rei summam, memorati principis domini *Richardi* defensioni & protectioni, & per eum filiorum eius cooperationi, in Dei nomine tuendam committimus; pro cuius amore, qui omnium benefactorum certissimus remunerator est, tantam impendere non grauentur eleemosynam, quantam ab eo non possunt diffidere se percepturos, cum plenitudine cœlestium premiorum gratiam. Quia ergo diuina pietas nos ad hoc perscrutandum atque exhibendum prouocauit, nostramque humilitatem ad suam voluntatem implendam & prædicandam excitauit, humiliter imploramus, vt supradictarum precum oblatione adiuti, eorumdem præmiorum participes fieri mereamur. Pro misericordia autem, quæ se in tribulatione querentibus nulli denegat, pro fratris nostri *Manasse* absolutione, simili prece obsecramus, vt qui illicita & periculosa temeritate hanc ipsam villam malè vsurpauerit, & ad gremium sanctæ Matris Ecclesiæ confugiens, pœnitendo per prænominatum principem suo interuentu restitui fecerit, & beneficiis supradictarum omnium consolari mereatur. Successorum itaque nostrorum reuerendam deprecamur paternitatem, vt huius nostræ institutionis testamentum ita inuiolabiliter obseruent, & suis diebus obseruari faciant, quemadmodum id quod piè agere decreuerint, à suis successoribus obseruari optabunt, quo participes eiusdem mercedis fieri mereantur, qua nos credimus Deo propitio, pro talibus remunerari piè deuotionis institutis. Si qui fortè contrarij vel inuasores extiterint huius nostri decreti, & eum in aliquo violare, aut subtrahendo diminuere præsumpserint, eos auctoritate tremendæ Trinitatis, & beati Petri potestate, & sanctorum Canonum discussione, & nostro vel omnium Episcoporum ministerio excommunicamus, anathematizamus, & à conuentu fidelium, seu à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ secernimus & sequestramus, vsque ad condignam emendationem & satisfactionem: & nisi citò ab hac præsumptione resipuerint, in sortem inde traditoris Christi increpando sociamus, atque Datan & Habiron, quos viuos terra absorbuit, & infernus excepit, dampnamus, & in baratrum perditionis demergimus: obseruatores autem & defensores huius piæ constitutionis, omnium benedictionum plenitudinem consequantur. Et vt hoc nostræ cessionis testamentum, & super aduocata dampnationis plaga, in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, non solùm meis, sed & cæterorum Episcoporum manibus firmari decreuimus, & tam memorati Principis ac filiorum eius, quamque fidelium illorum nominibus roborari postulauimus. Actum *Augustiduno* ciuitate, feliciter, in Domino. Amen. *Vualo* sanctæ Eduensis Ecclesiæ humilis Episcopus, hoc testamentum fieri iussi, atque signum *Rodulphi* illustris Comitis, qui permissionem prænominati patris sui, in conspectu illius, sua & eius vice firmauit, & manu propria. *Ardiardus* Cauilonensis Ecclesiæ Episcopus. *Du-*

rannus Præpositus. *Fulco* Archidiaconus. S. *Vuanieri*. S. *Ragenardi*. S. *Odonini*. S. *Berlauij*. S. *Alexij*. S. *Bodonis*. S. *Audonis*, *Ecdradi*. S. *Vualnardi*. S. *Elnuarini*, *Binthfonis*, *Vualcandi*, *Landrici*, *Arnulfi*, *Bortuini*, *Adfonis*, *Rodulphi*, *Vualterij*, *Gantherti*, *Letherici*.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Ludouicus* gratia Dei Rex. Si fidelium nostrorum congruis petitionibus aures accommodamus, prædecessorum nostrorum Regum consuetudines obtinemus, eisque nostræ celsitudini magis familiariores reddimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus nostris, tam præsentibus quamque futuris, quòd inclitus Comes *Vgo* nostram adierit præsentiam, deprecatusque sit, vt quasdam Abbatias cuidam fideli nostro, nomine *Adalardo*, suæque coniugi *Addila*, eorumque hæredibus daremus, sitas in pago *Portensi*; quarum Monasteria, vnum dicitur *Fauerniacum*, dicatum in honore sanctæ Mariæ, alterum dicitur *Offonis villa*, dicatum & ipsum in honore sancti Leodegarij Martyris. Fauentes itaque libentissimè precibus præfati gloriosi Comitis *Vgonis*, concedimus eisdem *Adalardo*, vxorique eius *Addila*, cum omni integritate, supradictas Abbatias; hoc est, *Fauerniacum*, cum omnibus appenditiis suis, videlicet cum Ecclesiis, villis, mancipiis vtriusque sexus, campis, pratis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, exitus & regressus, quæsitum & inquirendum: Sanctum Leodegarium similiter, totum & integrum, similiter cum omnibus ad se pertinentibus; ita duntaxat, vt hoc præcepto altitudinis nostræ, quod fieri, eisdemq; dari iussimus, quamdiu aduixerit ipse *Adalardus*, & vxor eius iam dicta, & hæredes illorum, assumptas Abbatias teneant atque possideant: post illorum verò quandoque decessum, ad id quod hactenus fuisse noscuntur, eædem Abbatiæ, absque diminutione, siue determinatione reuertantur. Et vt hoc firmius statutum nostrum permaneat, hoc eis præceptum exinde fieri iussimus, & anulo nostro insigniri. Signum domni & gloriosissimi *Ludouici* Regis. *Odilo* Notarius, ad vicem *Heirici* Episcopi summique Cancellarij, recognouit. Datum XVI. Kalendas Martij, regnante gloriosissimo Rege *Ludouuico*, anno III. indictione XIII. Actum villa *Gurziaica* super *Madernam* fluuium. Année 940.

Hugo Comes, impetrat pro Adalardo, Fauerniacum & Offonis villã. Ex eodem Chartul.

DOMINIS & venerabilibus in Christo fratribus, Sacerdotibus, Leuitis, Lectoribus, vel omni Clero Basilicæ domni Benigni, vbi ipse in corpore requiescit, die noctuque reddunt officium, vel vbi venerabilis vir *Aridius* præesse videtur Abba: *Dodolenus*, siue *Dodo*, filius *Arnulfi* quondam, seruus seruorum Dei, dum in hoc loco adolescens meam dimisi comam, ibidem fui nutritus, modo tempore vitæ in ipsa stabilitate sum dicendus. Dum inspiratione Dei commonitus, in meis propensans animis, vt in iam dictis vnde in futuro vel aliquantulum locum repausationis per eorum intercessionem percipere merear, aliquid de rebus meis conferre debuerim; quod ita plenissima voluntate cognitus sum fecisse. Ideoque cedo ad iam dictum locum, domno Abbati, vel ad memoratam Congregationem, à die præsenti, vel successoribus eorum qui in ipso loco deseruituri erunt, cessumque in perpetuum esse volo, quicquid in villa *Sancto-Colonica*, siue *Bargis*, quod ex successione parentum meorum michi aduenit, curtiferis, ædificiis desuper positis, vineis, campis, pratis, aquis aquarumque decursibus, accessisque omnibus, egressus, & regressus. Hæc omnia superscripta, præter quod habet meritos meos, reseruaui, quicquid in iam dicta villa, vel in fine ipsa, tam de alodo, tam de conquisito, vel de adtracto, aut vndecumque ad me peruenit aut peruenire potest, quæ portio mea est, ad integrum, aut quisque vllius cuiuscumque spontanea traditione memorati fratres mei in Christo, iure proprietario in eorum reuocent dominationem, & ipsi bene meri-

Dodolenus dat res suas sitas in villa Bargis.

ti mei ibidem consistant, & desuper ipsa terra Pontificium non habeant discedendi, & per ipsos reddatur de iam dicta terra, annis singulis, vna die, ad memoratos Clericos qui ibidem deseruire noscuntur; ad eorum mensam, panem modio vno, vinum modio vno, ceruisa modios duos, pulmentaria quod colligit in denariis XII. amplius ex hoc eis non requiratur: & cedo his prædictis Clericis similiter, in villa quæ dicitur in *Monte Karulfo*, quicquid portio mea est, ad integrum medietatem. Hæc omnia, sicut superius antefirmauimus, à die præsenti memoratus domnus venerabilis *Aridius* Abba, vna cum iam dictis Clericis, & qui eo tempore fuerint, & ibidem deseruierint, reuocare in Dei nomen debeant perpetualiter possidendum. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego, aut aliquis de hæredibus meis, vel quislibet vlla opposita persona, qui contra hanc cessionem voluntate mea conscriptam venire, aut aliquid attemptare voluerit, aut vllam calumniam generare præsumpserit, inferat ad iam dictos Clericos qui eo tempore fuerint, vnà cum sociante fisco, auri libram I. Et nichilominus præsens cessio omni tempore inuiolatam obtineat firmitatem, vnde michi adplacuit, stipulatio subnixa. Actum Diuione, ad basilica domni Benigni, publicè. Signauit *Dodolenus*, siue *Dodo*, qui hanc cessionem à me factam relegit, & subscripsit. S. *Berfrigus* Presbyter. S. *Leudebertus*. S. *Amalbertus*. S. *Deodatus*. S. *Ermentricus*. In Christi nomine, ego *Landebertus* Presbyter, hanc epistolam cessionis scripsi & subscripsi, notaui, die Mercoris proximo ante mense Octobris, anno XIV. regni Domini nostri *HLodouici* Regis.

Année 954.

Girardus Leucorum Episcopus, dat decimas Bertiniacæ curtis.

IN nomine Domini Saluatoris Dei, nouerit omnis Sanctorum, tam præsentium quàm futurorum successio, quòd *Girardus* sanctæ Leucorum sedis Præsul, ob suæ remedium animæ, ad locum sancti Benigni Martyris in castro Diuionensi sito, tradidit decimas cuiusdam villæ *Bertiniaca* curtis dictæ. Et quia beneficium ipsius capellæ ad prædictum locum respiciens erat, altare quod iuris erat Episcopi, perpetuò Monachis concessit, ea conditione, vt annuatim, pro censu duos denarios ob memoriale signum subiectionis debitæ aut soluant, aut excusent, synodali termino. Dehinc, indultis omnibus seruiciis, quæ synodalis consuetudo exigit, Presbyterum vicarium, qui curam animarum gereret, subrogari præcepit; quo defuncto vel mutato, sine renouatione doni, altaris quod semel Monachis concessit, alter succedat. Quod vt immobile perseuraret, & præscripto loco domnus iam dictus Pontifex exemplar huius subscriptionis firmitatisque fieri iussit, ne quisquam suorum successorum hanc donationem euacuare præsumeret, interminatione damnationis perpetuæ ab omnipotente Deo substituens, qui huic notioni infracturam temtauerit inferre. Actum Tulli, in plenaria synodo, III. idus Iunij, anno ab Incarnatione Dominica DCCCC. XCII. indictione V. Signum domni ac venerabilis *Girardi* Præsulis, qui hanc noticiam fieri iussit, totius sui synodalis conuentus Archidiaconorum suorum seu Decanorum, *Rotberti* Præpositi, *Arnulfridi* Archid. *Ansfri* Archid. *Odelrici* Archid. *Herberti*, *Rotgerij*, *Sichelmi*, *Vuezilonis*, *Lamberti*, Abbatum quoque *Duringi*, *Rotberti*, *Adelmanni*, *Dauberti*, Decanorum, *Fraberti*, *Lamberti*, *Arembaldi*, *Vuidonis*. Ego *Bernierius* Notarius, ad vices *Vuizilonis* Cancellarij, recognoui.

Année 992.

Fondation du Prieuré de Pareu, tirée sur l'Original.

OMNIBVS in vnitate fidei viuentibus, Christique misericordiam præstolantibus, & Verbi diuini pabulo mentis ..... sermo intonet diuinus, quod ita dispensatio Redemptoris contulit ditibus, vt ex propriis rebus, quas transitoriè possident, centuplicatum valeant acquirere fœnus, si modò eisdem bene vtendo rebus, ea quæ habent studeant erogare pauperibus: quod videlicet esse possibile ostendemus, atque ad hoc omnino suademus, ... diuitias nisi redemptio

animæ eius, & iuxta egregij prædicatoris vocem, dum adhuc vacat, dumque tempus acceptabile, & dies salutis instare videntur, & donec hodie currendum & agendum est summopere, quod in perpetuum nobis expediat: quæ scilicet causa nulla specie vel modo perfectiùs geri à quolibet creditur, nisi ab his, qui postpositis sæculi impedimentis, absumptisque omnibus .... sub monastico .... Sponso qui in cœlis est, perenni habitu, gestu, atque actu applicare se se maluerunt; quibus tantùm viuere Christus est, & mori lucrum. Igitur sinceris sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quàm futuris, notum esse volumus, quòd beatæ memoriæ Comes *Lambertus*, per cuncta laudandus, nullique suis temporibus sub tamide .... Imperij in Christiana Religione secundus, ob amorem Dei omnipotentis, cooperante in hoc ipsum domino *Maiolo* Abbate, quoddam cœnobium, quod *Vallis aurea* dicitur, in proprio construxit solo, in *Augustudunensi* pago, in honorem Domini omnipotentis, & gloriosæ Mariæ Virginis, ac beati Iohannis Christi Præcursoris; ea siquidem fide, ea spe atque deuotione, vt quamuis ipse cuncta contemnere nequiret, tamen dum mundi contemptores, quos iustos pro certo credebat, suscipere mercedem iustorum perciperet, decreuit etiam eumdem locum liberum esse ab omni cuiuspiam loci subiectione, ac sæculari dominatione, ita vt liceret monachis inibi degentibus, Domino seruire sub proprio pastore, ac pro statu totius Ecclesiæ Domino infatigabiliter preces effundere: qui etiam quandiu rebus humanis interfuit, ipsum locum decenter in omnibus adornare curauit; quem quasi quodam amoris priuilegio, pro omnibus dilexit. Sed quoniam refrigescente caritate, supercrescens iniquitas, iam iamque in cordibus quorumdam principatum sibi vindicat, venerabilis *Hugo* filius eius, gratia Dei supereminente, quæ eum segregauit ac prædestinauit præsulem fore, suæ sanctæ Ecclesiæ Altitonantis intuitu, prospiciens mundanos casus semper in deterius ruituros; simulque considerans, supradictum locum, in eodem statu quo pater suus accreuerat, omnino per se stare non posse, cum consilio gloriosi regis *Roberti*, atque eorum qui simul aderant. Episcoporum, nec non *Henrici* Ducis, iam dictum cœnobium, cum omni integritate, tradit beatis Apostolis Petro & Paulo, & Cluniacensi Monasterio, cui præest domnus *Odilo*, ita vt habeat, tam ipse quàm etiam sui successores, firmam auctoritatem, eumdem locum regere, gubernare, ac secundùm Domini voluntatem disponere, cum omnibus inibi pertinentibus Ecclesiis, villis, mansis, familiariis, seruis, & ancillis vtriusque sexus atque ætatis, vniuersis campis, egressibus & regressibus, totum ad integrum. Facit autem hanc donationem præsul *Hugo* domino deuotus, primò pro amore Dei, deinde pro anima patris sui *Lamberti*, ac matris suæ *Adelherdis*, ac gloriosi *Roberti* Regis, atque *Henrici* Iudicis, nec non pro animabus fratrum ac sororum, nepotum, ac omnium vtriusque sexus propinquorum, pro statu etiam & incolumitate Catholicæ Religionis. Postremò, sicut omnes Christiani vnius compage caritatis ac fidei tenemur, ita pro cunctis per futurum, scilicet ac futurorum seu præsentium, ortodoxis, hæc donatio fiat. Placuit etiam huic testamento inseri, vt ab hac die, nec nostro, nec parentum nostrorum, nec cuiuslibet terrenæ potestatis iugo subiiciatur idem locus, sed habeant præceptorem ac gubernatorem Dominum nostrum Iesum Christum, simulque dominum *Odilonem*, Abbatem Cluniacensem, eiusque successores, in futura tempora, & generationes generationum. Si quis verò, quod minimè per Domini misericordiam euenire credimus, vel ex propinquis, vel extraneis, vel ex qualibet conditione vel potestate, qualicumque qualitate, contra hoc testamentum aliquam concussionem inferre tentauerit, primùm quidem iram Domini omnipotentis incurrat, auferatque Dominus partem illius de terra viuentium, & deleat nomen eius de libro vitæ, sitque pars illius cum Iuda traditore Domini, ac imis cruciatibus cum eo in inferno retrusus: secundùm misericordiarum verò regem, iis quibus litem

intulerit, centum auri libras exsoluat, & conatus ipsius nullum vigorem obtineat; sed hæc donatio omni auctoritate fulta, in perpetuum firma permaneat. Actum suburbio Cabilonensi, cœnobio beati Marcelli, in præsentia Regis *Roberti*. Signum *Hugonis* Episcopi, qui hanc donationem fieri & firmare rogauit. S. *Henrici* Ducis. S. *Othonis* Comitis. S. *Guidonis* Comitis. S. *Mariy* Comitis. S. *Roberti* Vicecomitis. S. *Gofredi*. S. *Richardi* Comitis. S. *Rogery* Episcopi. S. *Regnaldi* Episcopi. S. *Gilberti*. S. *Hugonis*. S. *Audalgary*. S. *Remigy*. S. *Vualtery* Episcopi. S. *Aucelisi*. S. *Girardi*. S. *Guilengui*. S. *Bernardi*. S. *Guidonis* Abbatis. Data mense Maio, indictione XII. anno Incarnationis Domini DCCCCXCIX. *Roberto* Rege, anno IV. regni eius. *Vdebaldus*, licèt indignus Sacerdos & Monachus, scripsit.

Année 999.

Sur l'Original est écrit fundatio Paredi anno nogentesimo nonagesimo nono.

Hugo & Ermengardis dant Vuillelmo Abbati sancti Benigni III. iornales in Comitatu Alsensi ad Sarmatij castrum. *Ex Chartul. Benignano.*

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; ego *Hugo*, trado & dono Domino, & sanctæ Mariæ, sanctoque Benigno martyri Xristi, pro remedio animæ meæ, & vxoris meæ *Ermengardis*, præcipuè pro sepultura filij mei, tres iornales de terra arabili in Comitatu *Alsensi*; quorum duo sic iacent, ex vna parte est aqua currens, de alia parte terra senioris *Humberti*, & de alia parte terra Francorum de *Prussiliaco*. Tertius ita iacet, ex duabus partibus est terra fiscalis, & de duabus terra sancti Sequani, & I. iornalis est de vinea, ex omni parte habens terram senioris *Humberti*. Ea duntaxat conditione, vt dominus Abbas *Vuillelmus*, & eius monachi, successoresque eorum iam supradicti Monasterij S. Benigni, omni tempore teneant. Si quis verò, quod accidere non credo, si ego, aut vllus successorum meorum, vel quislibet futurus peruersus, peruertere aut subtrahere, mutare, minuere, seu impedire cessionem meam omnimoda caritate collatam temptauerit, non valeat euindicare quod repetit, sed institutionibus & iudiciis legum conuictus & constrictus, insuper monachis auri libras X. persoluere cogatur, posteaque hæc præsens largitio inuiolabilis omni tempore perseueret. Hanc manu propria cartam, meo nutu peractam, subterfirmaui, manibusque bonorum hominum solidandam tradidi. Actum *Sarmatij* castro. Ego *Hugo* hanc cartam facere præcepi, & firmaui. S. *Humberti*. S. *Gotefredi*. S. *Hunebaldi*. S. *Odilonis*. Datum feria V. VII. Kal. Decembris, anno XV. regnante *Rotberto* Rege.

Année 1003.

Vualterius Episcopus Eduensis, vult & decernit vt Ecclesia Cellæ Belnensis sit in collatione Oddonis, & Hingolæ vxoris.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Vualterius*, Dei adminiculante omnipotentis miseratione *Heduensium Præsul*: si cunctis quæ ad Ecclesiasticam pertinent prouidentiam, quæque nostri ordinis vel correctione indigent vel opitulatione, pro posse nostro rectitudinis moderamen intendimus, non solùm in hoc piorum ac Deo deuotorum prædecessorum nostrorum facta imitamur, sed etiam animæ nostræ perpetuæ beatitudinis gloriam adquirimus; vnde iustis assensum præbentes petitionibus cuiusdam bonæ deuotionis viri nomine *Oddonis*, atque vxoris eius nomine *Hingolæ*, Ecclesiam quam prope mœnia Belnensis castri, per centum curricula & eo amplius annorum destructam, modò, pro animarum suarum remedio, ad laudem & gloriam Domini Dei Saluatoris reedificare contendunt, non solùm ad profectum deducere cohortamur, sed etiam cuicumque ipsorum largitionis dono præfata Ecclesia collata visa fuerit monasterio, cum omnibus quæ ex suis patrimoniis, iureque auctoritate regia, seniorisque sui illustrissimi, scilicet Comitis *Ottonis*, Deo, huius rei gratia contulerunt, vel contulerint, perpetuò sancimus habere: & quoniam locus ille, vbi supradicta dedicanda est Ecclesia, inter duas vias est, habens à sinistro latere fluuium qui dicitur *Bolesa*, & ab occidente denominatum castrum, quod nostræ iuri Ecclesiæ minimè pertinere dignoscitur, vt nullus inde successoribus nostris per succedentia tempora patere calumpniæ vnquam queat

locus,

locus, per huius noticiæ decernendo decernimus decretum; vt sine violentia vllius, Abbas, vel monachi Diuionensis cœnobij, cui à supradicto viro *Oddone*, & vxore eius *Hingolá* subiuganda præfata decernitur Ecclesia; secundùm timorem Dei, tum ex ea quam ex omnibus suis pertinentiis & collatis quoque vel conferendis, à iamdictis iugalibus seu quibuscumque fidelibus, faciendi quæcumque voluerint liberam habeant potestatem. De terris verò in nostro Episcopatu manentibus, quæ à fidelibus viris datæ sunt vel dabuntur præfatæ Ecclesiæ; decimas earum ipsi perpetuò habere concedimus. Determinationes quoque Cimiterij huius Ecclesiæ, sicut à glorioso Rege *Rotberto* distinctæ sunt, nos approbamus & confirmamus. Quæ omnia, vt inconuulsa permaneant, stipulatione subnixa, tam à nobis quàm à nostris suffraganeis firmari pontificali auctoritate ratum duximus; quatenus secundùm prædictorum cartelam, regalisque præcepti auctoritatem, Episcopalis censura, & Christo de suis conferentium corroboret donum, & rapacitatis ausum cohibeat inuasorum. Ego *Vualterius* Episcopus subscripsi manu mea. Signum meum. S. *Huboldi* Abbatis. S. *Hermuini* Abbatis. S. *Gerardi* Abbatis, *Hunrici* Abbatis, *Richardi* Archidiaconi, *Ansesi* Cantoris, *Ainaldi*, *Hugonis*, *Rainaldi* Cancellarij. Actum est *Belno*, in curia *Ottonis* Comitis. Signum *Ottonis* Comitis, anno incarnati Verbi M. IV. indictione 2. epacta XXVI. concurrente VI. regnante *Rotberto* Rege anno septimo decimo. Année 1004.

Bertoldus Leuchorum Episcopus, dat Altaria Algisi & Buciniacæ Curtis. *Ex eodem Benigniano Chartul.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, diuinâ largiente clementiâ ego *Bertoldus* Leucorum Præsul, à venerabili Lingonum Pontifice domino *Brunone*, ac *Vuillelmo* Burgundionum Comite, interueniente religioso Diuionensis cœnobij Abbate *Vuillelmo*, interpellatus, oratorio sancti Benigni, *Bertiniaca Curtis*, duo altaria concessi, *Algisi* scilicet *villa*, & *Businiaca Curtis*; eâ videlicet conuentione, vt idem locus à domno *Iacob* huius quondam sedis Episcopo, monachis sancti Benigni Diuionensis, ex proprio iure olim traditus, ab eodem Abbate monastica Religione insigniretur, pro statu regni & incolumitate regum, simulque remedio & salute animarum & corporum huius Ecclesiæ Pontificum & Clericorum. Concessimus etiam, vt quidquid prædecessorum, & successorum nostrorum temporibus in hoc Episcopio adquisierint, qualicumque modo, siue prædia, siue altaria, vel Ecclesias, liberè & absque inquietudine Pontificum, Archidiaconorum, vel Decanorum, possideant; ita tamen, vt vicarios more Ecclesiastico, qui debita synodalia soluant, & curam animarum gerant, in Parochiis constituant; insuper etiam, ne ab iniquis oues Christi turbentur, pastorali cura & protectione tueantur. Hæc omnia rogata venerabilis consacerdotis nostri domni *Brunonis*, præcellentissimi quoque Comitis *Vuillelmi*, cum laude fidelium nostrorum, ac totius Cleri, præfato Abbati, suisque in posterum concessi, & hanc nostræ auctoritatis cartam in synodo confirmatam tradidi, & sicut beatæ memoriæ domnus *Gerardus* Præsul de Altario *Businiacæ Curtis*, quod eidem loco donauit, anathema inuexit; ita nos, auctoritate Pontificali, laude totius synodi, omnes qui ex his aliqua demere, vel calumniam ipsi loco inferre præsumpserint, perpetuo anathemate nisi resipuerit, damnamus. Signum domni *Bertoldi* Episcopi. Signum *Rotberti* Primicerij. S. *Herberti*, Archid. S. *Alberici* Decani. S. *Odelrici*. S. *Vualterij*. S. *Stephani*. S. *Leotbaldi*. S. *Benzonis*. S. *Teuducij*. S. *Vuitardi*. S. *Aynardi*. S. *Quildonis*. S. item *Vualterij*: hi sunt Clerici. Laïci verò, *Odulricus* Comes, *Raimbaldus* Comes, *Ratbodus* Præpositus, *Vuillelmus*, *Iohannes*, *Heinricus*, filius *Adaz*. Acta sunt hæc quando fuit placitum, de Abbatia *Poloniacensi*, inter domnum *Bertoldum*, & domnum *Brunonem* Episcopos, in *Dudonis Curte* iuxta quercus, præsente *Vuillelmo* Comite, & *Vuillelmo* Abbate, multisque magnis & nobilibus viris; deinde in plena synodo corroborata, omnium Clericorum laude, III. idus Iunij, anno Dominicæ Incarnationis millesimo quinto, regnante *Heinrico* Romanorum Augusto. Ego *Bernerius* Notarius, ad vices *Vuilelmi*, recognoui & subscripsi. Année 1005.

Bertoldus Episcopus confirmat præcedentem donationem.

PRÆSENTIBVS ac posteris notum esse cupimus, quòd domnus *Bertoldus* Episcopus, pro solo orationum præmio, tradidit sancto Benigno ac Diuionensi Congregationi perpetualiter habenda, dico altaria, scilicet *Businctacæ Curtis*, & *Agisi villæ*, per manum domini *Vuillelmi* Abbatis, quando placitum fuit inter prædictum Præsulem, & domnum *Brunonem* Lingonicæ sedis Episcopum, ac *Vuillelmum* Comitem, pro Abbatia *Pulinciaca*, in *Dodonis Curti*, iuxta quercus. Huius rei testes sunt *Lambertus*, *Vuido*, item *Vuido* Comes, *Rotgerus*, *Theodericus*, *Odelricus* Comes, *Vuillelmus*, *Ioannes*. Hæc quoque donatio postea renouata est ab eodem Episcopo, per manum domni *Anscherij*, in castro *Bricheiaco*, mense Iunio. Cui sanè renouationi postmodum cùm *Odelricus* Archidiaconus hæc omnia adnullare, & prædicta altaria non esse data conaretur astruere, *Herbertus* Archidiaconus, & *Albricus* Decanus se interfuisse, alter quidem multa verborum assertione, alter autem sacramento testati sunt, audientibus *Odelrico*, *Vualterio*, *Stephano*, *Lebaldo*, *Benzone*, *Tenducio*, *Gislebertο*, *Lupo*, *Bertino*, *Vuibardo*, *Aynardo*, *Queldone*, *Martino*, *Vuarnerio*, item *Vualterio*.

Rotbertus Francorum Rex, in ipsa obsidione Auilonis castri, confirmat quasdam possessiones datas S. Benigno & cellæ sancti Stephani Belnensis, ab Ottone Vicecomite Belnocastri, & spatium sepulturæ eiusdem cellæ extendit, anno Domini M. V.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, diuinâ fauente Clementiâ *Rotbertus* Francorum Rex clementissimus. Notum sit omnibus præsentibus & futuris, quod adierit *Oddo* Vicecomes Belnocastri, serenitatem nostram, interuentu *Ottonis* Comitis, & *Vualterij* Augustidiensis Episcopi, petens auctoritate nostra firmari quasdam sic res nominatas: villam *Empilles sicci*, infra Comitatum qui vocatur *Dumensis*, cum omnibus appenditiis, terris indominicatis, mansis, campis, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, exitibus, & reditibus, mancipiis vtriusque sexus ad eam villam pertinentibus, & cum omnibus consuetudinariis exactionibus, ab his etiam qui Francorum nomine censentur pro debito exigendis, & quod habet in *Milleponto* villa, in vineis & in terris, in Comitatu Belnense. Item in villa *Vussilias*, vnum mansum ad manendum, cum vinea & prato. Item in villa *Polmarco*, vnam vineam: insuper Ecclesiam vnam in suburbio *Belnocastri*, per centum curricula annorum & eò ampliùs destructam, ab ipso reædificatam in honore sancti Stephani: prædictas quidem res vxor eius, sibi à parentibus hæreditariè dimissas, & diu possessas, per cartelam noticiam cum illo tradidit sancto Benigno habendas, & *Vuillelmo* Abbati, sibique subiectis Monachis. Sed quia prædicta Ecclesia, in qua ab ipso Abbate *Vuillelmo* Monachorum Ordo Regularis collocandus est, super terram consistit, quam Comes *Otto* ex nobis tenet beneficiali dono; ipsius Comitis precibus, in manibus nostris receptam, sancto Benigno concedimus, pro petitione *Odonis*. Sed quia veracium relatu didicimus ipsam Ecclesiam sancti Stephani antiquitus spatiosam habuisse sepulturam, ipsa petrea sepulchra, quæ in circuitu & circumquaque longè lateque inueniuntur, testimonium perhibent, quam sepulturam non minuimus, sed his nouis determinationibus amplificatam distinguimus. Extendat igitur prædicta Ecclesia spatium sepulturæ, vsque ad murum castri ex vna parte, ex alia vsque ad cursum aquæ, quæ dicitur *Bossis*, ex tertia parte vsque ad quadros, ex quarta vsque publicam stratam, vbi reliquæ viæ sibi occurrunt. Infra has terminationes quantum necesse est, sepulturæ subiaceat: quod verò sepulturæ superfluum videtur, monachorum inibi Deo seruientium deseruiat vsibus, ea conditione, vt sicut memoratas res per cartæ traditionem habet, sic hanc terram, in qua Ecclesia sita est, cum rebus per præceptum regale firmatis, per succedentia sæcula possideat. Statuimus ergo, vt neque Rex, neque Dux, neque Episcopus, neque persona, cuiuscumque sit dignitatis, quicquam de præscriptis rebus sancto Benigno concessis afferre præsumat; sed omnis dispositio, sicut cartæ se habet relationis Ordo, Abbatis & monachorum semper subsistat arbitrio. Et nostræ Confirmationis auctoritas inuiolabilem obtineat firmitatem, manu nostra, nostrorumque fide-

lium subter firmauimus, & sigillo nostro insigniri iussimus. Signum *Rotberti* Regis. Signum Episcopi *Fulconis*, *Ottonis* Comitis, *Vuidonis* Comitis, *Hugonis* Comitis, *Rodulfi* Comitis, *Bruchardi*, *Rainaldi* Comitis, *Vualterij* Episcopi, *Odonis* Vicecomitis. Data VIII. Kalendas Septembris, anno ab Incarnatione Domini M. V. indictione 3. epacta VII. regnante *Rotberto* Rege XVII. Actum apud *Aualonem* Castrum in obsidione. *Sigilium appositum erat vt in carta immediatè sequente.* Année 1005.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Robertus* diuinâ fauente clementiâ Francorum Rex, omnibus Xristi fidelibus, præsentibus scilicet & futuris, notum voluimus fieri, qualiter *Letbaldus* miles nostram adierit clementiam, consensu & interuentu *Ottonis* Comitis, nec non & *Vualtery* Episcopi Augustidunensis; petens benignitate nostra concedi, ac regali auctoritate firmari quamdam donationem, quam pro remedio suæ animæ, Deo sanctique Benigni monasterio, apud castrum Diuion. vbi præesse videtur venerabilis Abba *Vuillelmus*, conferre deliberauerit, ex rebus sibi iure hæreditario, siue militari beneficio, quas suis progenitoribus nunc vsque iusta successione adquisitas visus est possedisse; quatinus monachos ad seruiendum Deo prædictus Abba, successoresque eius, constituant in loco qui dicitur *Puteolus*, vbi sita est Ecclesia in honore beati Petri Apostolorum Principis: quam Ecclesiam cum suis pertinentiis, quoniam ad publicum ius pertinere videtur, dilectissimi fidelis nostri Comitis iam dicti *Ottonis* precibus annuentes, concedimus regali auctoritate, ad votum præfati militis *Letbaldi*, in perpetuam possessionem, atque largimur beati Benigni cœnobio, rectoribusque eius, iure firmissimo. In Comitatu ergo *Belnensi*, secus fluuium qui dicitur *Duina*, quo sita est, seu in aliis quibuscumque locis, cum terris dominicatis, mansis, campis, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, piscatoriis, exitibus & reditibus, consuetudinariisque exactionibus, ad præfatam Ecclesiam quæque pertinere videntur, siue cultum horum quid sit, siue incultum, totum in integrum prælibato monasterio concedentes, regali decernimus auctoritate, vt quicquid præfatus miles, seu quisque in tota regni nostri amplitudine, de proprij iuris reditibus, iam dictæ sancti Petri Ecclesiæ deinceps adiiciendo largitus fuerit, sine contradictione cuiuscumque Ducis, Episcopi, Comitis, Vicecomitis, magnæ paruæque personæ diuersæ dignitatis vel officij, Rectores iam dicti Diuionensis monasterij liberè teneant, possideant, iustoque disponant arbitrio. Si quis autem, quod absit, huius nostri præcepti violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi libras triginta, medietatem cameræ nostræ, & medietatem eidem monasterio eiusque Rectoribus. Et vt hoc verius credatur, diligentiusque ab omnibus obseruetur, manu propria corroborantes, sigillo nostro subtus insigniri iussimus. Actum publicè supra Mosam, apud Regale Colloquium gloriosissimi Regis *Rotberti*, atque *Henrici* Regis serenissimi, anno ab incarnatione D. N. Iesu Christi M. VI. indictione IV. regnante eodem Rege *Rotberto* illustrissimo, anno IX. X. Année 1006.

Robertus Francorum Rex, interuentu Ottonis Comitis & Vualterij Episcopi Augustidunensis, laudat Vuillelmo Abbati sancti Benigni locum Puteolum, quem Letbaldus miles concedit ad monachos ibidē constituendos.





Attalo, Giraldus, & Mainsinda, vendũt Clericis Sarmatij Castri, quamdam terram in Comitatu Alsensi.

IN notitia traditoria vel reuestitoria, qualiter venerunt quidam homines, *Attalo, Giraldus*, & *Mainsinda*, ante præsentiam bonorum hominum vendiderunt Clericis *Sarmatij* castri Ecclesiæ, quemdam mansionile, cum vinea & terra arabili, qui coniacet in Comitatu *Alsensi*, vel in villa quæ vocatur *Prusciliacus*, & terminatur, de tribus partibus ex hæreditate ipsorum hæredum hæreditatis ipsius, & ex quarta fronte strada publica. Receperunt prædicti homines ex Clericis prædictæ Ecclesiæ, à *Vualterio* scilicet, nec non ab aliis mentione ipsius possessionis, in pretio, sol. xv. Quòd si nos, aut aliquis ex hæredibus nostris, hanc venditionem calumniare voluerit, non hoc euindicet quod repetit, vnà cum districto fisco, argenti libras tres insuper illis inferat; & hæc carta firma & stabilis perpetualiter omni tempore permaneat. Actum *Sarmatij* Castro. Firm. *Attali, Giraldi*, & *Mainsindæ*, qui venditores fuerunt. S. *Constabuli*, S. *Richerij*, S. *Norgandi*, S. *Ragnerij*, S. *Vuidonis*, S. *Ogdilonis*, S. *Eligonis*, S. *Lanberti*. Ego frater *Aimoinus* scripsi & subscripsi, regnante *Roberto* Rege anno XXII.

Année 1009.

Benedicti PP. VIII. rescriptum ad Brunonem Episcopum Lingonensem, quo confirmat priuilegia monasterij S. Benigni, Abbati Vuillelmo, & præsertim de Burgo, Claustro, Cimiterio, & quod non possint monachi interdici à diuinis.

BENEDICTVS sanctæ vniuersalis Ecclesiæ Præsul, *Brunoni* Lingonum Præsuli, salutem & Apostolicam benedictionem. Monasterij martyris Benigni, quo *Vuillelmum* in sancto proposito studiosum monachum Abbatem à te didicimus ordinatum, priuilegia prædecessorum meorum, præcepta etiam filiorum nostrorum Regum Franciæ, à te, vel ab ipso Abbate michi transmissa relegi, atque vt tua poscebat bonitas, corroboranda statui. Quicumque igitur de Burgo, Claustro, Cimeterio, potestatibus, appendiciisque omnibus, quæ iuris prædicti Sancti noscuntur, ipsi sanxerunt, & quæ antecessores tui suis decretis censuerunt, hæc Dei beatique Petri Apostoli, & nostra auctoritate, priuilegij nostri littera confirmandum decreuerunt. Horum si quis contrarius transgressor extiterit, anathematis mucrone se à nobis multatum pro certo nouerit. Monemus etiam prædictum locum tua protectione defendi ab externorum infestationibus, & à tuorum importunitatibus; & quoniam nouimus te, quod successores tuos timemus non agere proposito Religionis fauore monasticæ, & eundem locum à te construi & amari, ideo prohibemus, denominato Abbate suppliciter exorante, à te vel à tuis successoribus diuinum ibidem officium interdici; quod etiam beati Gregorij auctoritate confirmamus, qui *Ioannem* Episcopum de vrbe veteri pro hoc ipso increpat & interdicit, ne in cœnobiis diuina officia celebrari prohibeat, quia quotiens hoc vel aliquid insusitatum in monasterio geritur, tenor inde regularis impeditus, non parum à custodia Religionis relaxatur. Quo exemplo decernimus, in Diuionensi monasterio diuinum officium pro sanctæ statu Ecclesiæ continuè celebrari, quatinus frequentata celebratio missarum & orationum, turbines ac procellas infestantium valeat sedare; nisi, quod absit, Lingonensi Ecclesiæ, vel eidem monasterio, infractione, aut Præsulis prædictæ sedis proditione, siue captione aliquo modo accidente, pro quibus sponte debent ab officio cessare. Valete. Data pridie Kalendas Decembris, per manus *Petri* sanctæ Apostolicæ Sedis Bibliothecarij, indictione x.

Année 1011.

Benedicti PP. VIII. rescriptum eadem de re, iisdem die & anno.

BENEDICTVS sanctæ vniuersalis Ecclesiæ Præsul, *Brunoni* Lingonum Præsuli, salutem cum Apostolica benedictione. Monasterij martyris Benigni, quo *Vuillelmum* in sancto proposito studiosum monachum Abbatem à te didicimus ordinatum, priuilegia prædecessorum meorum, præcepta etiam filiorum nostrorum Regum Franciæ, à te & ipso Abbate mihi transmissa, relegi, atque

vt tua poscebat bonitas, corroboranda statui. Quicumque igitur de Burgo, Claustro, Cimiterio, potestatibus, appendiciisque omnibus, quæ iuris prædicti Sancti noscuntur, ipsi sanxerunt, & quæ antecessores tui suis decretis censuerunt, hæc Dei beatique Petri Apostoli, & nostra auctoritate priuilegij nostri litteta confirmandum decreuerunt. Horum si quis contrarius transgressor extiterit, anathematis mucrone se à nobis multatum pro certo nouerit. Valete. Data pridie Kal. Decembris, per manus *Petri* sanctæ Apostolicæ sedis Bibliothecarij, indictione x. *Sigillatum in plombo.*

BENEDICTVS sanctæ vniuersalis Ecclesiæ Præsul, dilecto in Christo Ihesu filio *Vuillelmo* Abbati monasterij Diuionensis, eiusque successoribus regulariter substituendis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ex iniuncto nobis officio sanctorum locorum quieti debemus inuigilare, vt quantò quietiùs, tantò deuotiùs in eis Domino seruiatur. Propterea, karissime fili *Vuillelme*, petitionibus tuis annuentes, monasterium vestrum sub protectione Apostolica conseruandum statuimus, & ne ab Episcopo Lingonensi, aut eius successoribus, diuinum in ipso monasterio interdicatur officium, prohibemus. Quod etiam beati Gregorij auctoritate confirmamus, qui *Iohannem* Episcopum de vrbe veteri pro hoc increpat & interdicit, ne diuinum officium prohibeat in cœnobiis celebrari, quia quoties hoc vel aliquid inusitatum in monasteriis geritur, tenor inde regularis impeditus, non parum à custodia Religionis relaxatur. Quo exemplo decernimus in Diuionensi monasterio diuinum officium pro statu sanctæ Ecclesiæ continuè celebrari; quatinus frequentata celebratio missarum & orationum, turbines ac procellas infestantium valeat sedare, nisi quod absit, Lingonensi Ecclesiæ, vel eidem monasterio infractione, aut prædictæ sedis Præsulis captione aliquo modo accidente, pro quibus sponte debent ab officio cessare, omnium etiam monachorum tuorum quoslibet excessus, secundùm Dei timorem, & beati Benedicti regulam, paterna animaduersione habeas castigare, nec vlli Episcoporum liceat interdicti proferre sententiam, seu quibuslibet angariis vel indictionibus fatigare, quamdiu ipsi monachi vestræ disciplinæ subdi voluerint, & regularibus institutionibus supponi. Quæcumque verò priuilegia prædecessorum meorum, quæcumque præcepta Regum vel Imperatorum, quæcumque scripta Lingonensium Antistitum, aliarumque personarum idem cœnobium noscitur possidere, nos præsenti decreto corroboramus, necnon possessiones, dignitates, atque libertates, quæ in ipsis paginis continentur annotatæ, auctoritate beati Petri & nostra integras & illibatas perpetuò manere sanximus. Horum si quis contrarius transgressor extiterit, anathematis mucrone se à nobis multatum pro certo nouerit Data Kl. Decembris, per manus *Petr.* sanctæ Apostolicæ sedis Bibliothecarij, indictione x.

Benedicti PP. VIII. rescriptum ad Vuillelmum Abbatem, pro eisdem iuribus & exemptione Episcopi, eodem anno.

BENEDICTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, *Vu.* venerabili Abbati, & in Xristo dilecto filio, salutem karissimam cum benedictione Apostolica. Auditâ vigilantiâ studij tui, quâ inuigilas super filios commissos tibi, referimus gratias Deo omnipotenti: denique comperimus te iamdiu laborare creberrimis tuorum hostium incursibus, & pæne iam destitutam Ecclesiam tuam à diripientibus & infortuniis tuis, quas forinsecus pateris, condolemus. Namque pro longanimitate patientiæ, quam huc vsque exhibuisti aduersariis Ecclesiæ tuæ, decet nos gaudere, & bonitatem tuam laudare Cæterùm, hactenus sufficiat patientiam hanc ita exhibuisse, vt impunè ad nihilum redigantur penitus res Ecclesiæ, & præ penuria inopiæ labefactetur ordo Religionis monasticæ, quæ inibi sub te dinoscitur præpollere. Habes tecum filium nostrum *Benignum* Episcopum, gratias Deo effectum monachum, quem ammo-

Benedicti PP. VIII. rescriptum ad Vuillelmum Abbatem, quo inuigit, vt Benigni quondam Episcopi, tunc monachi sui, auctoritate vtatur ad coërcendos censuris Ecclesiasti-

cis monasterij sui hostes, sine die & anno.

nemus honestè & religiosè conuersari, professionem obedientiæ, moribus & opere adtendere, in qua vocatione vocatus est, in ipsa permanere. Deinde illi iubemus cum omni imperio, vt inimicos martyris Benigni insequatur omni iustitiæ zelo, hac cum diuina auctoritate feriat eos anathemate: tibi etiam præcipimus, ne obsistas ei in hoc, sed illi auctoritatem peruasores tuos feriendi concedimus, iubemus, & imperamus, ita tibi per veram obedientiam mandamus, ne impedias eum, ne eum prohibeas quin ipsos malefactores diuini verbi gladio coërceat. Ac sic in eo corroboratur nostra auctoritas, & quoscumque ille ligauerit, Apostolicâ & nostrâ auctoritate sint ligati, & quos absoluerit, sine nostra pariter absolutione soluti. Damus etiam illi potestatem ordinandi quicquid iustè postulatus fuerit in sancta Ecclesia ordinare, verumtamen te iubente. *Sine sigillo.*

Mandatum Tullensis Episcopi pro Ecclesia Algisi villæ.

HE. gratiâ Dei *Tullensium* Episcopus, *O.* Archidiacono benedictionem. Non mihi videtur laudabile, quando vestra iussio discordat à mea voluntate; coram me & coram vobis iamdudum diffinita est iusta causa domni *Arnulfi*, quam de Ecclesia *Algisi villa* certa ratione terminauit, & vos post hæc nescio quo zelo ductus, contraire nitimini decretis meis: namque dederam monachis facultatem presbyterum ibidem, quem ipsi elegissent, constituere, & qualicumque modo, siue paruo præmio, siue gratis, ibidem sicut vellent adhibere: & vos contrà certatis, vigorem nostræ iussionis, immo eleemosynam nostræ beneuolentiæ euacuare: sequimini quod iustum est. Prædecessor meus *Bertoldus* Episcopus, monachis Cellæ Bertiniacensis illud altare dedit, & ego illud eis addidi, & addo quod suprà iam dixi; scilicet vt in eorum arbitrio, siue paruo præmio, siue gratis pendeat constitutio presbyteri. Quamobrem Decano vestro citiùs mandate, vt in Ecclesia eadem nullum vlteriùs prohibeat cantare.

Rescriptum eiusdem Episcopi pro eadem Ecclesia. Ex ead. Chart. Benign.

HERIMANNVS Episcopus, *Vualterio* Decano. Miror audaciam tuæ frontis, & præsumptionem tui cordis. Tu pessimè ausus fuisti non obedire iussioni meæ. Nonne tibi dixi de Ecclesia *Algisi villa*, vt non fuisset tibi curæ quocumque modo monachi ibi vellent presbyterum constituere, siue propter garbas xx. siue gratis; tantummodo seruitium altaris, & seruitium meum valuisset explere: tu enim dixisti, quod iussionem tui Archidiaconi nunquam præponeres iussioni meæ; & non adtendisti: nunc ergo redde licentiam, vt cantet ibi quem monachi constituerint, & hos breues porta, & defer Abbati de sancto Vrbano vnum, *Stephano de nouo Castello* alterum, & in vtroque loco perhibe testimonium, quia ego altare dedi monachis, & do; post *Bertoldum* prædecessorem meum. Si hoc non feceris, diuinum officium interdico tibi.

Rescriptum Tullensis Episcopi pro libertate Ecclesiæ Algisi villæ Abbati S. Vrbani.

H. Gratiâ Dei *Tullensis Episcopus*, domno Abbati *B.* Iustum & dignum iudicamus, vt Religiosis viris reuerentiam exhibeamus, & non facilè in iniuriam eorum quando delinquunt, prosiliamus; vnde, quando in vobis laudabile est adprobamus, quando verò emendandum, vt corrigatis ammonentes, obsecramus. Quid ergo sibi vult illa vestra prohibitio, qua vestros homines prohibuistis, ne decimationem soluerent in parochia cui subiacent, secundùm rationem Christianitatis: maximè cùm istud faciatis contra viros vestri Ordinis & Religionis? Prædecessor meus *Bertoldus* Episcopus, altare *Algisi villæ* contulit Bertiniacensis Cellæ fratribus, & nos effecti executores ipsius beneuolentiæ, ad ipsum confirmamus, & ipsam obedientiam & constitutionem presbyteri quemcumque elegerint, superaddimus, idcirco ferre non possumus,

vt contra ius à vobis molestentur, aut tortitudinem patiantur. Quod si ampliùs contigerit, illi tales fraudatores decimationum, & aliarum rerum, ab Ecclesia eliminabuntur, & pariter cum domino suo anathemate plectentur.

H. Gratia Dei *Tullensium* Episcopus, *Stephano noui Castelli* domino. Venit ad aures meas clamor, quando nuper sacrum mansum *Algisi-villæ* Ecclesiæ violastis, cuius altare prædecessor meus domnus *Bertoldus* Episcopus contulit monachis Cellæ Bertiniacensis: namque operarios monachorum de granea ipsorum eiecistis, & eos in ipso atrio flagellastis, & tortitudinem michi fecistis, quando atrium sic inuasistis; & monachis tortitudinem facitis, quando substantiam illorum tollere vultis. Nam & ego, post prædecessorem meum, hoc monachis addidi, vt secundùm voluntates suas, siue Presbyterum, siue Vicarium constituant ibi. Ideo ad iniuriam meam reputatur, quotiens inde contrarietatem monachi patiuntur. Vnde si ampliùs contradicitis, & ad aures meas peruenerit, maledictioni subiacebitis. Rescriptum Tullensium Episcopi ad Stephanum dominum noui Castelli, pro violatione mansi Algisi villæ.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti: *Bruno* gratiâ Dei humilis *Leuchorum* Præsul. Cùm primùm diuina clementia me quamuis immeritum ad pontificatus honorem prouexit, eadem miserante Dei pietate, mox anhelare cœpi ad restaurationem meæ Ecclesiæ ac monastici ordinis religionem, aut vbi erat augmentare, aut vbi perierat pro posse meo recuperare. Interea postulatus precibus venerabilis viri, domni videlicet *Vuillelmi* Abbatis monasterij Diuionensis, sed & domni *Vuidrici* Abbatis monasterij sancti Apri, fratrumque ipsorum, qui communis societatis normam concorditer retinent, adij Cellam Bertiniacæ Curtis, quæ est infra nostram diœcesim sita: quæ quidam Cella antiquitus Capella tantùm fuerat, subiecta matri Ecclesiæ inibi positæ, ac in honore sancti Martini constructæ. Sed fidelium deuotione prædiis ac rebus augmentata, in tantum excreuerat, vt missi ibi monachi regulariter viuerent, & domino concorditer deseruirent. Ibi ergo, vt dictum est, euocatus, monasterium ordinaliter constructum reperi, quod, Deo propitio, in honore sancti Benigni Ecclesiasticè consecraui. Cùm autem mecum tacitus voluerem, quid ad augmenta vtilitatis eiusdem Ecclesiæ nostra largitate contraderem, comperi antecessorum nostrorum largitione, duo altaria ibi concessa, vnum ad *Eusiniacum*, alterum ad *Algisi villam*, quæ Ecclesiæ matres appellantur. Bruno Leucorum Episcopus consecrat Cellam Bertiniacæ Curtis.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Seruorum Dei est, Ecclesiam Xristi facultatibus propriis ditare, ampliare, sublimare: nisi enim ditaretur, non esset vnde pauperes Christi recrearentur. *Facite*, inquit Xristus, *vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Huius igitur tabernaculi gaudia, ego *Vualo* vocatus *Comes*, & frater meus *Vualterius*, & *Vuarnerius Sembernon*, atque *Humbertus* aduocatus, seu frater eius *Girardus*, cogitantes, siue hoc quod etiam ipse Christus dicit, *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis*, partem hæreditatis nostræ, sitam ante portas castri *Sarmasiæ*, tradidimus sanctæ Mariæ sanctoque Benigno martyri Christi, atque monachis supradicti martyris, vt Abbas monasterij Diuionensis, vel monachi sui, liberam habeant facultatem de ipsis rebus quicquid voluerint faciendi. Est autem monasterium iam supradictæ matris Christi, constructum super ipsam terram, in honore eiusdem beatæ Mariæ, sanctique Benigni martyris Christi. Terminatur autem ipsa terra ante vualuas ipsius monasterij; in latum perticas agripennales XII. à parte Aquilonis, in longum Vualo Comes, & frater eius Vualterius, Vuarnerius Sembernô, Humbertus aduocatus, & frater eius Girardus, dant Ecclesiæ S. Benigni, & Sarmatiæ cēsũ agrum Sarmatii in Castro cōtiguum. Ex eodem Chartul.

perticas xxxiv. à parte Orientis, in latum perticas xiv. & dimidiam à meridie, in longum perticas xxxiv. & dimidiam. Si verò nos ipsi, aut aliquis parentum nostrorum, concupiscentiæ stimulis incitatus, contra hanc donationem venire temptauerit, euindicare non valeat quod repetit, sed conuictus, loco cui calumniam inferre conatus est, centum libras auri persoluat. Si autem in sua malitia perseuerare voluerit, sciat se cum Iuda traditore anathemate esse damnandum. Et vt donatio ista firma stabilisque permaneat, manibus nostris subterfirmauimus, fidelibusque nostris similiter firmari rogauimus. Signum *Vualonis* quondam *Comitis*, & vxoris eius nomine *Iudith*, & filiorum eius *Aymonis* & *Hugonis*. S. *Vualterij* fratris eius, S. *Vuarnerij*, & vxoris eius *Istiburgis*, & filiarum eius, *Anna* & *Addila*. S. *Humberti* aduocati, & vxoris eius *Ermentrudæ*, & filij eius *Hileranni*. S. *Girardi* fratris eius, S. *Bertradæ* sororis eius, S. *Teibaldi* nepotis eius, S. *Gothifridi*, S. *Gislerij*, S. *Arlebaldi*, item S. *Arlebaldi* Clerici, S. *Iosfelini*, S. *Aymonis*, & *Letaldi* fratris eius, S. *Attonis* Clerici, S. *Tezelini Rastelli*, S. *Hugonis*, S. *Aldonis*, S. *Gozelini de Sembernon*, S. *Girardi*, S. *Girberti*,

Année 1020. S. *Algerij*. Acta sunt hæc apud Sarmasiæ castrum, publicè, anno ab Incarnatione Domini mil. xx. regnante *Rotberto* Francorum Rege, anno xxv. indictione III. Ego *Girbertus* indignus Leuita, ad vicem domini *Beraldi* Cancellarij, rogatus scripsi & subscripsi.

Vuillelmus Abbas, & Monachi S. Benigni, concedunt Girardo quamdam terram in villa Vitriaco, in Comitatu Alisiensi, iure beneficiario, ad vitã. Ex eodem Chartul.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Notum sit omnibus tam præsentibus quàm futuris, qualiter ego *Vuillelmus* Abbas cœnobij sancti Benigni martyris Christi, monachique nostri, concessimus cuidam nobilissimo Clerico, nomine *Girardo*, quandam terram supradicti martyris, scilicet mansos VIII. sitos in villa *Vitriaco*, in Comitatu *Alisiensi*; eâ videlicet causâ, vt quamdiu ipse aduixerit, eos in Beneficio teneat, & immeliorare faciat, & quantum potuerit aggrescere studeat, & alteri in beneficio non tradat, neque impediat, & fratribus supradictis sub omni deuotione, cùm necesse fuerit, in adiutorium esse, prout posse potuerit, studeat; & hoc sub sacramento: post mortem verò supradicti Clerici, ad supradictum locum, cum omni melioratione reuertantur. Tenet autem idem Clericus, & monachi supradicti, etiam tres campos in eodem loco, ad medietatem, qui post mortem eiusdem, ad locum supra scriptum reuertantur; & hoc etiam sub sacramento firmauit. Quod si hoc negligens ex hoc visus fuerit, & alicui in beneficio tradere voluerit, terram perdat & ips. .... Testes hi sunt. Signum *Oddonis* maio. ... Signum *Rodulfi* fratris eius. S. *Lucis*, S. *Achardi*, S. *Guidonis*, S. *Rotberti*, S. *Ingelberti*, S. *Girardi* supradicti, qui hanc cartam fieri rogauit, & signum *Arlebaldi* clerici eius.

Année 1021. Acta sunt hæc apud castrum Diuion. feria IV. anno ab Incarnatione Domini M. XXI. epacta V. regnante *Rotberto* Francorum Rege, anno XXVI. regni eius. Ego *Girbertus* Leuita indignus, rogatus scripsi & subscripsi.

Ioscelinus & Vuido commutant monachis Sarmasiensibus vnum iornale apud Buseias, anno M. XXIV.

NOTVM sit omnibus, quod duo homines, *Iozelinus* & *Vuido*, commutauerunt monachis sanctæ Mariæ & sancti Benigni, in monasterio ante portas *Sarmasiæ* constructo, iornale I. in villa quam vocant *Busseias*, subtus rotas, & acceperunt à supradictis monachis *Ingelberto* & *Hugone*, de terra arabili, vnam ...... sub testibus his. Signum *Constabuli*, S. *Letrici*, S. domini *Humberti de Sarmasia*, S. *Ermintrudis* vxoris eius, S. *Hileranni* filij eius, S. *Teibaldi* similiter filij eius, S *Vuitbaldi* Presbyteri, S. *Gisleberti* Capusarij, S. *Ioffredi*, item S. domni *Lamberti* Episcopi, S. *Vuillelmi* Abbatis, item monachorum, S. *Ingelberti*, S. *Hugonis*, S. *Andreæ*, S. *Iohannis*, S. *Pontij*.

Année 1024. Acta sunt hæc apud Sarmasias, anno ab Incarnatione Domini M. XXIV. indictione VII. regnante *Rotberto* Francorum rege XXXVI. regni eius.

SCIAT

SCIAT posteritas præsentis æui & futuri, quòd ego *Oddilina*, veniens ad extrema, cogitans etiam districtum Dei iudicium, donaui ad locum beatæ Dei Genitricis Mariæ, sanctique Benigni, quod constructum est prope castrum *Sarmasiæ*, mansum vnum in villa *Moncellis*, cum terris & pratis. Dedi autem hoc pro anima mea, vel sepultura mea. Postea autem venientes ad supradictum locum cum corpore eius filij, firmauerunt donationem. Et vt donatio ista firma permaneret, cartam istam fieri rogauerunt. S. *Notgerij*. S. *Attonis*. S. *Lefelini*, S. *Emmæ*. S...... S. *Humberti* aduocati. S. *Ermentrudæ*. S. *Hilenandi*. S. *Esclaæ* vxoris *Alberti*. S. *Hugonis*. S. *Oddilinæ*. S. *Brunonis* Archipresbyteri. S. *Tetbaldi de Varriaco*, qui filiam supradictæ defunctæ fœminæ habuit. S. *Arlebaldi*. S. *Gundelini*. Acta sunt hæc apud Sarmasiæ castrum, anno ab Incarnatione Domini M. XXVII. indictione X. regnante *Roberto* Francorum rege. Année 1027.

Oddilina dat monachis Sarmatiensibus mansum in villa Moncellis, anno M. XXVII. *Ex eodem Carthul.*

COGNOSCAT posteritas vtriusque sexus præsentis & futuri, quod ego *Roclenus*, veniens ad mortem, cogitans futurum Dei iudicium, tradidi ad locum B. Dei Genitricis Mariæ, quod constructum est ante portas castri *Sarmasiæ*, mansum vnum cum Cauenaria, in villa quæ vocatur *Vitriaco*, seruum etiam nomine *Albertum*. Et vt hæc donatio mea firma permaneat, manu mea eam firmaui, & mater mea postea veniens ad monasterium supradictum, cum filio *Brunardo*, hanc donationem firmauerunt, testibusque firmari rogauerunt. S. *Ingelæ*. S. *Brunardi* filij eius. S. *Humberti* aduocati. S. *Ermintrudæ*. S. *Hilenandi*, *Amelini* & *Tetbaldi*. S. *Hugonis*. S. *Loselini* filij *Gothefridi*. S. *Arlebaldi*. S. *Guntelini*. S. *Lamperti* pigmenti. S. *Lamperti* fratris *Brunardi*. S. *Gotesmanni*. S. *Oddilanæ*. S. *Ingelburgis*. Acta sunt hæc apud Sarmasiæ castrum, anno ab Incarnatione Domini M. XXIX. indictione XII. regnante *Roberto* rege. Année 1029.

Roclenus dat monachis Sarmasiæ mansum in villa Vitriaco, anno Christi M. XXIX.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Radulphus* Dei gratiâ Burgundiorum Rex. Sicut certum est, quia Dei potentia sumus, quippe sine quo potestas non est, ita quoque liquet, quod potentum opera interrogabit : & ob hoc nobis summopere curandum est, vt cùm vel prodesse vel obesse ipso disponente possimus, nostris posse sub eius nutu penitus subigentes, quod honori sanctæ eius Ecclesiæ proficiat, certatim faciamus. Itaque priscæ seriem consuetudinis, regalemque Christianæ religionis morem considerantes, totis nisibus totoque mentis affectu immutari cupimus, & quod ipsi duxerunt ad Ecclesiasticæ celsitudinis curam, nos spiritualibus armis, clypeo dominicæ protectionis defendi, eandem curæ solicitudinem subiungeremus, sicut qui Deo famulantibus placabiliter, misericorditer extiterunt : quapropter, cunctis tam Regibus, quàm reliquarum dignitatum personis, præsentibus vel futuris notum sit, quod petiit à nobis quidam fidelis noster *Reinaldus* Comes, filius *Othonus* cognomento *Vuillermi*, viri illustrissimi, quatenus Cluniacensi cœnobio in honore primorum Cœli, Petri videlicet & Pauli constructo, cui præest dominus & reuerendus Pater *Odilo*, concederemus per hoc nostræ auctoritatis præceptum Ecclesiasticum, suum monasterium, in honore Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, eiusdemque Genitricis Mariæ, sanctique Petri Apostoli, nec non & beati Nicolai Confessoris almi consecratum, ad habitandum ibi Cluniacenses monachos, qui tam pro nostra quàm omnium salute Deo assiduè preces & vota persoluant. Concedimus ergo iam dicto cœnobio præfatum locum, situm in Episcopatu Besuncionensi, iuxta *Polliniacum*, in loco qui *Recte vallis* vocatur, constitutum, cum terra & decimis, seu omnibus sibi pertinentiis, & à bonæ memoriæ *Othone* cognomento *Vuillermo*, siue *Rainaldo* eius filio, vel ab

Charte de Raoul Roy de Bourgogne, en faueur de l'Abbaye de Cluny, tirée de l'Original.

aliquo possessore ibi collatis seu conferendis, & cunctis ibi vndecumque in regno nostro adquisitis, vel in perpetuum adquirendis, ad præsens quoque, quatuor ferratas caldarias, situsque earum, in salinis, & vineas, quæ quondam fuerunt *Beatricis*, & omnia quæ Cluniacenses monachi in prædicto burgo adquisierint. In burgo etiam *Gessonensi*, quod quia ibi adquisierint, vel deinceps adquirere potuerint; villam denique *Glenouensem*, cum Ecclesia & decimis, cum seruis & ancillis, cum vineis, siluulis, pratis, ruribus, campis, pascuis, cum omnimoda terra, culta videlicet & inculta, cum cunctis vbicumque positis, ad eandem villulam pertinentibus: villam quoque *Medrolanum*, Ecclesiamque, cum decimis, & omnibus suis pertinentiis, maximeque æternam consuetudinem in silua *Maydunensi*: villam etiam *Besunensem*, cum Ecclesia & decimis, & cunctis ad eandem villam pertinentibus; locum etiam qui dicitur *Mutua*, & omnia ad se pertinentia, sed & *Guntharnum Popilianensem*, cum omnibus quæ ipse visus est habere, tam in alodis quàm in beneficiis Comitum, & cuncta omnino possessione eius: piscariam quoque *Gutriacensem*, cum omni terra ad eam pertinenti. Præfati igitur *Reinaldi* Comitis nostri obtemperantes petitioni, cum consensu coniugis *Trmingardis*, concedimus, sicut dictum est, Cluniacensi cœnobio, omnia superiùs memorata, ac velut iam diximus, deinceps adquirenda, ad tenendum, & iure perpetuo possidendum, sine cuiuslibet personæ, vel nobis succedentis in regno, vel alterius cuiuscumque ordinis & dignitatis, contradictione, vel vlla ab aliquo ibi retenta consuetudine. Et hoc vt à nobis venisse credatur, & à posteris nostris non frangatur, propria manu nostra roborauimus, ac sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Signum domini *Radulphi* Regis. Actum *Loges*, anno Incarnationis millesimo vicesimo nono, regnante *Radulpho* Rege anno tricesimo quinto.

Année 1029.

Rotbertus Francorum Rex, laudat donationes Abbatiæ S. Ypoliti, sitæ in pago Belnensi, à Gauffredo Cabilonensi Episcopo factas.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Redbertus* diuinâ prouidente Clementiâ Francorum Rex. Si fidelibus nostris aliquod supplementi donum, siue hæreditatis augmentum, per nostri regium numinis præceptum, ac nostræ celsitudinis gratiam, ac excellentem beneuolentiam, iustè & legaliter conferimus, nobis id æternaliter esse ad honoris augmentum, & perpetualiter credimus firmissimè profuturum. Quocirca dinoscat omnium sanctæ Ecclesiæ Dei fidelium, tam præsentium quàm & futurorum solertia, ac præcellens astútia, qualiter adiit celsitudinem nostram *Gauffredus* inclytus Præsul Cabilonensis, obnixè postulans, vt cuidam suæ Abbatiæ in honore sancti Ypoliti dicatæ, in pago *Belnensi* sitæ, ac pertinenti ad suum Episcopatum, de villa *Luliaco* immunitatis ac concessionis præceptum facere dignaremur, & de *Prato Amblenni*, quod inter totum sunt triginta mansi & dimidius, & de luco qui vocatur *Beserta*, communi Clericorum generalitati *Paison* centum porcis, & quod necesse operi monasterij fuerit, & quod officialibus domibus, nec non & ignibus & de pascuis subiacentibus, quantum eis sufficeret, perpetualiter habere concedimus. Cuius petitionibus adhærentes, hoc præceptum Canonicis prædictæ Abbatiæ fieri iussimus, & regali auctoritate scribi & confirmari mandauimus; scilicet, vt semper Deo & sancto Ypolito seruientes, regulariter teneant, atque perpetualiter possideant, absque vlla mundana contradictione. Vt autem hæc scriptio firmior habeatur, anulo nostro iussimus insigniri, & monogramma nostri nominis decenter adscribi. Signum *Rodberti* gloriosissimi Regis Francorum.
Année 1030. Anno ab Incarnatione Domini millesimo tricesimo, indictione XIII. Actum est hoc *Argilliaco*, IX Kl. Octobris, & in quadragesimo tertio anno regni *Rodberti* excellentissimi Regis, & in quarto anno regni filij *Henrici* supradicti Regis. S. *Constantiæ* nobilissimæ Reginæ. S. *Roclens*, S. *Addeladis*, S. *Gauffredi* Episcopi Cabilonensis inibi donantis sancto Ypolito, audientibus & concedentibus omnibus sancti vicentiis seruos qui infra aquam quæ vocatur *Doena*, per-

manerent. S. *Hugonis* Episcopi Autissiodorensis, & Comitis Cabilonensis. S. *Richardi* Episcopi. S. *Elmuini* Episcopi. S. *Raynaldi* Comitis Niuernensis. Hi omnes hoc scriptum laudauerunt & confirmauerunt, & ex auctoritate Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis, & sancti Petri, omniumque Apostolorum, & omnium Sanctorum, excommunicauerunt & anathematisauerunt, vt perpetualiter in pœnis inferni permaneant homines, qui hanc donationem sancto Ypolito eiusque seruientibus vllo modo auferre voluerint. Ego *Balduinus* Regij Palatij Cancellarius, scripsi & subscripsi.



Humbertus dominus Castri Sarmasiæ, dat beatæ Mariæ & sancto Benigno mansū indominicatum in villa Sarmasiæ. Ex Chartul. Benignian.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Notum sit tam præsentibus quàm & futuris, quòd veniens nobilissimus quidam miles nomine *Humbertus*, ad locum beatissimæ Dei Genitricis Mariæ sanctique Benigni, quod constructum est ante portas castri quod vocatur *Sarmasia*, tradidit ad supradictum monasterium pro requie animæ suæ vel fratris sui nomine *Girardi*, Clerici, tunc heu pro dolor! interfecti, & pro animabus omnium parentum suorum, mansum obtimum indominicatum, in villa quæ vocatur *Sarmasia*. Tradidit etiam & seruum cum vxore & filiis, nomine *Hildemodum*; vocatur autem supradicti viri vxor *Eva*, & filij eorum *Ardecadus*, & *Tetbaldus*, & filia *Gisla*. Terminatur autem supradictus mansus, ex duabus partibus via publica, ex altera terra *Ingelburgis*, ex alia *Guntelini*. Et vt hæc donatio ista firma stabilisque permaneat, testibus his insigniri rogauit. S. domini *Humberti*, signum vxoris eius *Ermentrudis*, & signum filiorum eorum *Hilenandi*, *Tetboldi*, *Aymonis*, *Arlei*, *Vuillelmi*, & filiæ *Vuademodæ*. S. *Hugonis*, S. *Iozselini*, item signum *Hugonis de Arciaco*, S. *Vualonis*, S. *Tezelini*, S. *Arlebaldi*, S. *Guntelini*, S. *Vualteriy*, S. *Ricardi*, S. *Oddilanæ*, S. *Ingelburgis*. Acta sunt hæc apud Sarmasiam, die dominico, anno ab Incarnatione Domini M. XXX. indictione XIII. regnante *Rodberto* Francorum Rege. Année 1030.

Haymo subiicit Abbati S. Benigni Diuionensis, Capellam constructā in honore S. Flauiani. Ex eodem Chartul.

CVM multimoda esse constet misericordiæ opera, quibus vniuscuiusque peccatoris expiantur facinora, ac superni iustique Iudicis, quæ pro malis amittitur meritis, recuperatur gratia, hoc potissimum & singulare ad animarum salutem, Christique gratiam adipiscendam creditur esse remedium, quod Christi pauperibus alendis, atque Ecclesiis proficit restaurandis; his etenim periculosis temporibus, diebusque malis, quos prædixit Apostolus, speciale, vt ita dicam, Christo seruitium impendit, quisquis pauperibus eius, qui nimiis pressuris angustantur, eiusdemque Ecclesiis, quarum possessiones velut capti-

uorum spolia diripiuntur, amminiculum proprij adiutorij pro posse exhibere non negligit. Quod ego *Haymo*, peccatorum meorum conscius, vigilanti animo perpendens, tantique boni fore particeps cupiens, per consilium & laudem *Lamberti* sanctæ Lingonensis Ecclesiæ Episcopi, adij virum venerabilem *Vuillelmum*, Diuionensis cœnobij Abbatem, qui nostris temporibus in monastico pollebat Religiosior ordine, deuotâ postulans prece, quatinus locum quemdam à prædecessoribus meis in honore Dei Genitricis, sanctique Flauiani Confessoris constructum, in quo olim ordo Regularis floruerat, & malorum prauitate hominum deperierat, gubernandum susciperet, ordinemque in eo monasticum repararet : qui quod deuotè petebatur non renuens peragere, prædictum locum tali suscepit tenore, vt cunctis succedentis æui curriculis, locus prædictus possessionesque ad ipsum pertinentes, Abbatis Diuionensis cœnobij regimini subiaceant, ac de ipsis, vt de propriis, præfati cœnobij rectores ordinent & disponant. Vt autem hæc conuentionis nostræ ratio stabilem inconuulsumque obtineat vigorem, per huius litteraturam successoribus nostris iudicauimus notificandam, nobiliumque virorum qui aderunt, manibus, ac nostris obtulimus roborandam fidelibus. S. *Aymonis*, qui hanc donationem fecit. S. *Raynerij*, S. *Abulfi*, S. *Vuidonis*, S. *Vuitaldi*, S. *Masilini*, S. *Rodulfi*, S. *Gerlandi*, S. *Vuasserij*, S. *Vuarnerij*. Actum *Saxonis-fontana* monasterio, publicè, anno Incarnationis Dominicæ millesimo XXX. indictione XIII. epactâ XXV. anno regni *Roberti* XXXVIII. filij autem eius *Heinrici* VII. Ego *Halinardus* Vicecancellarius, scripsi & subscripsi.

Année 1030.

Vualterius de Iusseio cõstruit altare S. Egidij in Ecclesia Sarmatiensi, in quo Reliquias sancti Egidij deponit, & dat molendinũ apud Bonam vallem, & vsuarium siluæ.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Notum sit omnibus præsentibus & futuris, quodam tempore *Vualterium de Iusseio*, pro remedio peccatorum suorum adiisse sanctum Egidium, & exinde, pro maxima deuotione, præfati sancti Reliquias detulisse, in quarum titulo & nomine in hac *Sarmatiensi* Ecclesia fecit fieri altare: & ne de prædictis Reliquiis alicui esset dubietas, ad testimonium certæ spei & bonæ credulitatis erga præfatas Reliquias, procurauit altare quod construxerat, muneribus multis honorare, & specialiter molendino, quod apud *Bonam vallem* desursum habebat, dotare. Donauit etiam in dotalicio altaris, vsuarium siluæ, ad necessarios vsus molendini, & ad focum omnibus quandiu molerent conuenientibus. Hoc vidit, laudauit & confirmauit *Adelina* vxor ipsius *Vualterij*. Testes *Humbertus* & *Teibaldus* fratres & domni huius villæ, *Ascherius* Prior huius Ecclesiæ, *Brunardus*, *Bernuinus*, *Girardus de Diusma*, *Oddo Rufus*, *Hugo Esperu*, *Hugo Rufus*, *Raynerius* Præpositus, *Gislerius*, *Vualterius de la Chalma*, *Alerius* Præpositus monachorum, *Bernardus*, *Vuitbaldus*, *Vuimbaldus* filius eius, *Oldebertus* Ministralis ipsius *Vualterij*.

Milo dominus Sarmatiæ, dat Cellæ Sarmatiensi molendinum, quod est infra castellum: & Hugo de Flauiniaco dat x. iornales terræ de Adilio Prusiliaci. *Ex Chartul. Benigniano.*

NOTVM esse volumus præsentibus & futuris, quòd *Milo* dominus *Sarmatiæ*, ad mortem veniens, hanc Ecclesiæ Diuionensi fecit eleemosynam, scilicet molendinum quod est subtus ipsum castellum, & vnam feminam nomine *Filium*, vxorem *Vuinebaldi*, cum filiis suis: terram quoque *Dineti*, quam calumniabatur, vuirpiuit, & circam castelli quam vi extorquebat, similiter relaxauit. Ista omnia laudauit, & donationi assensit vxor ipsius *Milonis*, & filius eius *Pontius*, & super altare, vtrum scilicet sanctæ Mariæ Sarmatiæ, & sancto Benigno Diuioni posuit. Testes *Humbertus* miles *de Villiaco*, *Teibaldus de Grisiniaco*, *Hugo de Blasiaco*, *Gislerius* & *Hugo* filius eius, *Pontius* Præpositus, & *Vuarnerius* gener eius, *Petrus* medicus, *Aldo* & *Raymbertus*. Ex parte nostra, *Henricus* Præpositus, & *Girardus* frater eius, *Constantinus*, *Vualo*, & *Rodulfus* fratres, *Gislebertus* & *Girardus* fratres. *Hugo de Flauiniaco*, pro vxore sua defuncta, dedit sanctæ Mariæ Sarmatiensi, decem terræ iornales de *Adilio Prusiliaci*.

Testes *Tetbaldus de Vitellio*, *Iohannes Coiciet*, *Constantius Rinellus*, & *Tetbaldus* frater eius, *Petrus Vuaslinus*, & *Lunalo* famulus, *Andraas*.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Rodulfus* diuinâ propitiante clementiâ Rex. Si fidelium nostrorum petitionibus, quibus apud sublimitatem nostram pro sacris locis interueniat, aurem libenter accommodamus, Regiam proculdubio exercemus consuetudinem, & ob id in nostræ fidelitalis obsequiis eos deuotiores efficimus, & ad animæ nostræ salutem nobis profuturum omnino confidimus. Comperiat igitur omnium fidelium, tam præsentium quàm futurorum solertia, quoniam adiens serenitatis nostræ præsentiam, nobis valdè carissimus venerabilisque Pontifex sanctæ Sedis Vesontionensis metropolis, nomine *Hugo*, obnixè deprecatus est, quatenus priuilegium quoddam, quod Diuionensi cœnobio, nomine & corpore gloriosi Martyris Benigni sacrato, de quadam Ecclesia in honore beatæ Dei Genitricis dicata contulerat, nostra auctoritate regalique præcepto confirmare deberemus. Cuius precibus, quoniam iustæ visæ sunt, & quia idem vir valde dilectissimus nobis erat, maximè ob amorem prædicti Martyris, fratrumque inibi degentium, quibus iamdudum in *Salinarum* villa, vbi prædicta Ecclesia sita est, nostrorum bonorum aliqua ob animæ nostræ salutem concesseramus, & quorum nos orationibus commendaueramus, libenti annuens animo, per hoc nostræ auctoritatis præceptum eiuspiam voluntatem ac laudabile confirmo priuilegium, quod per omnia succedentia tempora ratum habeatur & firmum. Quod si quisquam aliquando, quod euenturum minimè credimus, huic sublimitatis nostræ edicto obuiare, præceptumve regale temptauerit vllo modo infringere, à Deo omnium Rege regum, æterno supplicio punitus, præsentique vltione multatus, decem libras auri regali Cameræ inferat, totidemque etiam monasterio præfato componat, & hæc nostra constitutio inconuulsa stabilisque & sempiternùm persistat. Signum Domini *Rodulphi* Regis Pij.

Rodulfus confirmat priuilegium Archiepiscopi Vesontionensis. *Ex Originale transumptum.*

IN nomine sanctæ Trinitatis, & vnicæ Deitatis. Cùm mundi rectores, quibus Christus Dominus noster sanctam Ecclesiam tradidit custodiendam, vigilanter obseruare debeant, qualiter populus diuino fonte renatus, temporalis viræ cursum quietè peragat, bonorum operum executione susceptam fidem imitabilem reddat; illis tamen propensiùs inuigilandum putamus, qui mundum flore suo iam aridum contempnentes, Redemptoris sui licèt dissimili tramite cupiunt fieri sequaces. Illos denique regni cœlestis beatitudine remunerandos esse noscimus, qui tam sanctæ conuersationis sectatores fideliter adiuuantes, studuerint agere, quomodo diuinæ Maiestati laudes quotidie reddantur, & hymni insuper, & fidelium erratibus obtineant veniam salutaris. Quapropter, ego *Hugo* sanctæ Lingonensis Ecclesiæ Dei miseratione Episcopus, notum fieri cupio omnibus fidelibus sub Christianitatis titulo degentibus, quia dum quodam tempore, de stabilienda eiusdem Ecclesiæ republica diligenter tractaremus, quatenus Christi suffragio ad sublimiora meliorando proueheremur: ecce venit ante nostræ magnitudinis præsentiam quidam noster fidelis *Vuido* nomine, humiliter postulans, vt sibi liceret per nostræ auctoritatis ministerium, in quadam Ecclesia in honore beati Protomartyris Stephani dedicata, tales Clericos mittere, qui inibi communiter viuendo, canonicæ regulæ se deuotè submitterent, & precum assiduitate, plebem criminum pondere subleuarent: cuius vocem despici iniquum depulantes, immo iustæ petitionis eius votis occurrere cupientes, desiderio illius satisfecimus, & ad reliqua misericordiæ opera animum ipsius plurimis adhortationum verbis incitauimus. Præterea, ne rerum inopiâ compulsi forinsecus negociis se mancipent,

Hugo Lingonensis Episcopus, instituit in Ecclesia S. Stephani Diuionensis Canonicos Regulares. *Ex Autographo S. Stephani Diuion.*

tradidimus suprascriptis Canonicis altare eiusdem Ecclesiæ, cum omnibus quæ nobis antea solitum erat persoluere, præter subiectionem, & trium solidorum prerium, quos quibusque annis, in censum, sedi nostræ reddi constituimus. Vt ergo hæc nostræ benignitatis traditio inquietantis laqueos in futuro euadere valeat, & calumniantis iaculo nostræ munitionis clypeum audaciùs opponat, litteris adnotari præcipimus, & fidelium nostrorum manibus corroborandam tradimus. Episcopus signauit. *Beraldus* Episcopus & Præpositus, *Bruno* Archeclauus, *Girardus* Archidiaconus, *Vuido* Archid. *Odolricus* Archid. *Gozelinus* Leuita, *Bibuinus* Leuita, *Teschinus* Leuita, *Berno* Leuita, *Constantius* Leuita, *Albericus* Leuita, *Ansculphus* Presbyter, *Arnulfus* Presbyter, *Arnaldus* Presbyter, *Vuidricus* Presbyter, *Dares* Presbyter, *Constantius* Presbyter, *Vgo* Presbyter, *Vuidricus* Cantor, *Hunencus* Leuita, *Oddelo* Leuita, *Aymo* Leuita, *Enrardus* Subdiaç. *Richardus* Subdiaconus, *Gotbertus* Sub. *Girardus* puer, *Eldiertus* puer, *Albericus* puer, *Milo* puer, *Bertinus* puer, *Ezelinus* puer. Actum Lingonis, publicè, anno Incarnationis dominicæ M. XXXII. indictione XV. anno primo *Henrici* Francorum Regis, & Pontificatus *Hugonis*, regnante domno nostro Ihesu Christo, cum Patre, & Spiritu sancto per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Année 1032.

Gerardus, hortatu Alenardi Abbatis, confert Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis villam seu allodum Vulferei Curtis, in Comitatu Solecēsi, supra flumen Mosuna. *Ex Chartul. Benigniano.*

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Omnibus rectè credentibus, ac sanum sapientibus liquet, prouectum perfectionemque iustitiæ, salutem quoque animarum, permaxime in eleemosynarum largitate consistere, Domino in Euangelio pronunciante, *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Quæ quamuis multiformiter à deuotione fidelium Christi membris impertiatur, vno tamen modo exhibita fructuosior, Deoque gratior approbatur, cùm scilicet sancta Ecclesia, quæ Christi sponsa esse noscitur, bonorum temporalium nobis ab ipso collatorum, munere nostro hæres efficitur. Hoc enim modo, non semel tantùm, sed perenniter & in omnibus ætatibus facimus nobis amicos spirituales, videlicet eiusdem Ecclesiæ filios, de iniquo mammona, qui nos recipiant in æterna tabernacula. Cuius vtilitatis respectu, ego *Gerardus*, cùm diuinâ opitulante gratiâ, mundanæ dignitatis multis fulcirer opibus, contuli Diuionensi cœnobio gloriosissimi Martyris Benigni præsentia nobilitato, religionisque monasticæ statu temporibus nostris famosissimo, hortatu & interpellatione *Halinardi* Abbatis prædicti cœnobii, quoddam iuris mei prædium à prædecessoribus meis hæreditaria mihi lege dimissum, de quo quidem voluntas antecessorum meorum fuerat, vt ad præfatum deueniret locum, sed obstaculo mundanæ occupationis ad nostra vsque tempora permansit imperfectum. Perpendens ergo à Deo mihi reseruatum huius beneficentiæ fructum, obtuli Deo sanctoque Martyri Benigno, pro peccatorum meorum absolutione, proque patris mei *Adalberti*, & auunculi mei *Gerardi* animarum salute, iam memoratum prædium, villam scilicet *Vulfirij Curtis*, quæ sita est in Comitatu *Solecensi*, supra flumen quod dicitur *Mosuna*, cum omnibus suis appendiciis, in primis scilicet cum Ecclesia in honore Dei Genitricis dicata, seruis & ancillis ibi commanentibus, seu alibi dispersis, campis, pratis, siluis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, cunctis insuper, ad prædictum alodum, interiùs aut exteriùs pertinentibus, quæsitis & inquirendis: totum ex integro, de mea potestate in ius præfati monasterij rectorum eius transfundo, nichil michi reseruans ex omnibus, præter Aduocati tutelam, quam retinui propter animæ meæ salutem: scilicet vt in rebus à me collatis prædictus locus semper haberet ex meis hæredibus tutorem ac defensorem. Cuius tutelæ functionem cuidam nostro fideli *Gerardo* nomine, quia vicinior erat, tali commendaui tenore, vt in prædicto alodo nihil requirat, nihil penitus accipiat; sed si fortè contigerit, vt humilitas ac mansuetudo monachorum in prædicta potestate, aut à suis aut ab extraneis pro aliquo negotio non possit iustitiam exigere, si Aduo-

catus ab eis fuerit accersitus, & legalem de re pro qua agitur, exegerit emendationem; ipsius emendationis tertiam à monasterij ministris accipiat partem. Quod præsenti cartæ idcirco inserui, vt successorum meorum industria caueat, ne eleemosyna nostra, alicuius aduocati cupiditate depereat. Quòd si quis parentum aut hæredum meorum, huic donationi, quod non reor, contradicere aliquando temptauerit, Deo sanctoque teste suo Benigno resistente, non præualeat, immo regali cameræ XXX auri libras componens, præfato monasterio totidem superadiaciat, & nostra donatio inconuulsa stabilisque permaneat. Quæ publicè ac legaliter facta, mea propria manu multorumque virorum illustrium consistit roborata. S. ipsius *Gerardi* qui hanc donationem fecit. S. *Gunteri*. S. *Oderrici* militis eius S. *Arnulfi* fratris eius. S. *Gerardi*. S. *Theoderici* Comitis. S. *Bosonis*. S. *Girardi*. S. *Conoris*. S. *Arnulfi*. S. *Gunteri*. S. *Azzelini*. S. *Herberti*. Actum monasterio *Romarici*, publicè, die Sabbati II. Kl. Iulij, anno ab Incarnatione Domini M XXXIII. anno autem regni *Chuon-Radi* Imperatoris, anno quoque regni filij eius, indictione primâ, epactâ XVII. in Dei nomine feliciter. Amen. Année 1033.

Hugo Thelonarius dictus, coram Hugone Duce Burgūdiæ, vuirpiuit omnes clamores monachis sancti Benigni Diuionensis coram pluribus testibus. Ex eadem Charta.

PRæSENTIBVS cunctis & futuris notum esse volumus, quod *Hugo Thelonearius* dictus, ministerium *Thelonei*, scilicet de recipiendis redditibus venditionum, iudicio domini Papæ Innocentij amiserit. Qui cùm hac de causâ tam per se quàm per adiutores suos plures & maximas iniurias & damna monachis postea intulisset, ad eumdem Papam de ipso & adiutoribus suis monachi clamorem fecerunt, & de iniuriis ab eis sibi illatis iustitiam eius expetierunt: qui eorum clamorem benignè audiens, ipsum *Hugonem* cum adiutoribus & fautoribus suis excommunicauit, & donec de illatis iniuriis & damnis satisfacerent, anathematis vinculo ligatos esse decreuit: *Hugoni* etiam Duci nobilissimo litteris suis missis mandauit, vt eos pro collatâ sibi potestate ab inquietudine monachorum coërceret, & de illatis iniuriis satisfacere compelleret, & nisi hoc vsque ad tempus designatum sibi fecisset, extunc ab introïtu Ecclesiæ summotum se esse sciret. Quâ sententiâ constrictus, eumdem *Hugonem* ad ius venire fecit, ibique iustitiâ cogente, ministerium illud in manu Petri Abbatis vuirpiuit; & quia illud amplius non expeteret, nec excambium, vel aliud aliquid pro illo requireret, sacramento firmauit. *Robertus* etiam filius *Humberti*, qui & ipse ministerij huius particeps erat, quicquid in eo habebat vel habere debebat, ibidem vuirpiuit, & foris iurauit. Testes *Guilencus* Lingonensis Episcopus, *Petrus* Abbas Diuionensis, *Odo* Abbas Pullacensis, *Iocerannus* olim Episcopus, *Herbertus* Abbas sancti Stephani, *Pontius* Archidiaconus, *Hugo* Dux, *Vualterius Maluaslet*. *Raynerius de Rupe*, *Matheus de Castellione*, *Vuidricus* Diuionensis, *Theodericus* Fauernensis, *Lambertus*, *Alinardus*. Post hæc itaque, *Hugone* iam mortuo, amicis illius postulantibus, placuit monachis, vt vxori ac filio eius *Iohanni* duas præbendas, vnicuique scilicet vnam, quamdiu viuerent, darent, mortuo verò quolibet eorum, & præbenda illius quasi mortua dari cessaret. Testes *Petrus* Abbas, *Vuibertus* Prior, *Hugo de Besua*, *Petrus* frater eius, *Milo de Longouico*, *Vldierius*, *Robertus* Sacrista, *Girardus* filius *Alonis*. Quod factum cùm à monachis, Episcopo & Duci relatum fuisset, iusserunt vt scriptum inde factum, sigillo eorum muniretur, ne de his aliqua inposterum controuersia oriretur.

Hugo Lingonensis Episcopus, reddit Ecclesiam sancti Petri de

OMNIBVS Ecclesiæ Christi filiis scire cupientibus manifestum esse volumus, qualiter ego Lingonum præsul *Hugo*, per deprecationem *Haymonis* Comitis fidelis nostri, vxorisque ipsius, & filiorum, reddo Ecclesiam sancti Petri sitam in *villa Mora*, monasterio cognomento *Pulchrada* vel *Saxonis fontana*; quæ

Mora, monasterio cognomento Pulchrada, vel Saronis fontanæ. Ex eodem Chartul.

olim eiusdem loci Genitricis Dei Mariæ fuerat, sed beneficij gratiâ cum cæteris rebus ablata, post hæc tamen, Deo donante, contigit, vt perpetuali dono ad sanctum Benignum domino Abbati *Halenardo*, isdem locus, monachili dignatione redinformandus meliorandusque, traderetur. Cuius videlicet rei amore & gratiâ, hanc cum aliis munificentiæ nostræ largitionibus, prædicto Abbati ac monachis sancimus & stabilimus fore perennem, scilicet, vt habeant possideantque prædictam Ecclesiam, absque vlla contradictione alicuius personæ, cuiuscumque dignitatis aut ordinis; faciantque de illa quicquid sibi opportunius visum fuerit. Si quis verò, quod absit, eis in aliquo quispiam nociuus calumniator extiterit, sentiet se continuò sub anathemate excommunicationis damnandum teneri, infernique cruciatibus abdicari, nisi cum satisfactione de præsumptione pœnituerit, ac resipiscens emendauerit. Atque vt inconuulsa hæc redditio in perpetuum vigeat, manu propria firmo, nostrisque fidelibus trado roborandam. S. *Hugonis* Episcopi, S. *Aymonis* qui fieri rogauit, S. *Conegundis*, & filiorum eius *Girardi*, & *Ottonis*, & *Vulchardi*, S. *Alulfi*, S. *Vuitaldi*, S. *Leudegarij*, S. *Burchardi*, S. *Raynerij*, S. *Hugonis* filij eius, S. *Vuarnerij*, S. *Gisleberti*, S. *Milonis*, S. *Vualterij*, S. *Heldierij*, S. *Vualterij* Clerici, S. *Constantij*, S. *Vuidonis*, S. *Bertranni*. Regnante *Heinrico* Rege anno VIII. Actum *Lingonis* publicè.

Appensum est sigillum Godefridi Lingonensis Episcopi, qui post annos amplius centum hanc cartam firmauit, quæ erat sine sigillo Hugonis.

Erlebaudus Capellanus domini Humberti domini castri Sarmasiæ, dat Cellæ Sarmatiensi duos iornales subtus molendinū Raynerij. Ex eodem Chartul.

QVICQVID à fidelibus populis matris Ecclesiæ possidendum traditur, seu quâlibet iustâ & legali adquisitione consequitur, memoriæ necesse est commendari curetur: Quod enim à quocumque piè & fideliter agitur, nec obliuioni aliquo modo tradatur, nec cuiuslibet fraude mutetur. Quapropter ego *Erlebaudus*, Capellanus domni *Humberti* senioris, *Sarmatiensis* castri domini, cogitans retributionem bonorum & malorum in die iudicij, veniens ad extrema, tradidi Deo duos iornales optimos, qui sunt subtus molendinum *Raynery*, ad exitum vadi .... desuper ad dexteram viæ quæ ducit in valle *Nulliaco*, vnum campum optimum, qui dicitur *Querra*, vbi continentur nouem iornales, pro remedio animæ meæ parentumque meorum, & pro adquirendâ mihi & parentibus meis requie æternâ. S. *Erlebaudi*, qui hanc donationem fecit. S. *Vualterij* Capellani Ecclesiæ Sarmasiæ. S. *Raynery* senioris patris, *Raynerij* iunioris. S. *Vuibaudi*, eiusdem sanctæ Mariæ famuli. S. *Constantij*, qui fuit patruus *Vualterij de Chalma*. Quòd si aliquis homo, quod absit, maligno spiritu seductus, contra hanc donationem legitimè factam venire temptauerit, euindicare non valeat quod repetit, sed insuper conuictus à iustis iudicibus, sancto loco cui calumniam inferre conatus est, xx. libras persoluat, & donatio nostra firma stabilisque permaneat. Si autem in sua malitia perdurauerit, & emendare noluerit, quod iniustè præsumpsit, sciat se cum Iuda traditore esse damnandum.

Vuido de Turciaco, & Hugo de Blasiaco, induentes habitum monasticum, dant Cellæ Sarmatiensi terram in villa Boxa, & pratum iuxta molendinum

IN nomine sanctæ Trinitatis. Notum sit omnibus, venisse ad habitum sanctæ Religionis *Vuidonem* militem *de Turciaco*, filium videlicet dominæ *Emilina* eâ vtique de causâ quòd vulneratus erat in bello, quod *Frollensis* commiserunt contra dominum *Vuidonem de monte sancti Iohannis*, ac dedisse Deo, sanctæque Mariæ de Sarmasia, omnem terram quam possidere videbatur in villa quæ vocatur *Boxa*, ob remedium animæ suæ. Postea verò, matrem ipsius, cum filia, ipsam terram calumniasse, ac accepisse à loci ipsius Priore nomine *Exuperio*, quinque solidos, pro ipsa calumnia finienda; ipsas autem ex integro, Deo, & sanctæ Mariæ, & sancto Benigno reddidisse. Testes huius rei ipse dominus *Vuido*, ac *Isido* Presbyter, *Letbaldus de Grisiniaco*, *Hugo* & *Galo*

auunculi

auunculi ipsius, mortui, *Heinricus* Præpositus monachorum, *Valoque* filius eius, *Andreas* Pistor, & *Hugo* filius *Gisleriy*. Sciant omnes præsentes & futuri, quòd domnus *Hugo de Blasiaco*, dedit Deo sanctæque Mariæ de Sarmatia, pratum quod possidebat iuxta molendinum *Raynerij*. At ibi vidit ipsius gener, nomine *Galo de Turciaco*, eum habitum monachicum induisse, cœpit non solùm ipsam terram calumpniare, verùm etiam totam decimam, quæ exit ex Parochianis *de Boxa*, qui apud Sarmasiam commorantur, quæ tota monachorum est. Quapropter, statuto placito, reddidit idem *Galo* eis, in præsentia domini *Vuidonis*; totam decimam, ac dimidium pratum. Testes *Hugo de Safra*, *Vuido*, domnus *Heinricus*, & filius eius, Præpositi, *Andreas* Pistor, *Hugo* Præpositus, *Tetbaldus de Grisinaco*, *Oddo Calles*, *Vualterius* Presbyter. Stabat Prior *Exubertus*.

Raynerij. *Ex eodem Chartul. Benigniano.*

IN nomine Dei omnipotentis, nomine triplicis, numine simplicis, *Bruno* humilis Leucorum Episcopus, Dei dono, id quod est nouerit industria fidelium Christi, tam futuri temporis quàm præsentis, quòd vice quadam, dum ex more pastorali, nostri Parochiam Pontificij perambularemus, contigit nos apud *Bertiniacam Cellam* hospitari cum fidelibus. Itaque eo loci domnus Abbas Diuionensis, *Halinardus* nomine dictus, cuius cella illa intererat, pariterque domnus Abbas *Vuidricus* noster de cœnobio sancti Apri, ambo conuersatione laudabiles, conuenere gratiâ nostri. Porro locus ille satis eleganter Dei seruitio extiterat constructus, & dedicationis benedictione nondum munitus, & quod nobis gratius, disciplinatè à monachis religiosis incolebatur. Igitur præfati Abbates petierunt illud nos dedicare oratorium, vt pote Ecclesiam nostræ diœcesis & regiminis; quorum annuendo preci, expleuimus quod nostri erat officij. Ordinatis verò de quibus interpellabamur rebus omnibus, consultu fidelium commorati sumus, & sanctum Christi martyrem Benignum, cuius honori illum sacrauimus, locum quouis donario sustentaremus; quatinus per hoc stabiliretur inibi memoriale nostri, & viui & defuncti. Diu ergo super his meditantibus, nec ad manus quod dari posset celebre habentibus, suggestum est, altaria de duabus Ecclesiis, quæ erant sancti illius, sub nostra ditione pendere, darique possibile nostro consisteret velle. Sed quia res perspicuas sæpe contingit quadam dubietatis caligine impediri, verebamur, ne illata, subita & indiscussa donatio contraheret imposterum aliquid sinistri, & ne fieret quandoque seminarium scandali: sed quoniam legis præsidio & æquitatis lance id facere conabamur, statutis induciis distulimus, quod sedem nostram repeteremus. Denique, postmodum, vna dierum conuocari fecimus nostri cleri concilium, cuius in medium recitatur petitio Abbatum prædictorum; relatum est omnium qui aderant consilio, id nec perfici nec stabiliri posse, absque testamentis vtrimque cum cyrographo notatis. Horum laude & petitione, & arctiùs cæteris domno Abbate *Vuidrico* insistente, donauimus sancto Benigno duo altaria, videlicet de *Soluis Monte*, & *Volfcrei Curte*, eo rationis tenore, quandiu inibi regulariter celebraretur ordo vitæ monasticæ, sin secus, quoniam, proh dolor! potentes sæculi tales non sunt quales antè habiti sunt, si forsan Episcopus Lingonensis, per cupiditatis zelum, vsibus suis illud rapuerit monasterium, siue pulsis exinde monachis regularibus, pomposa sæcularitas idem subintroïerit cœnobium, hæc altaria illi Ecclesiæ concessa, sine vlla controuersia, absque apostrophali garrulitate, in nostram redeant potestatem. Et quia thesaurus rerum omnium memoria est, ne posteri nostri vllo perturbationis errore præpediantur, sed conuentio ista sine velamine fieri illis aperta reueletur, hæc testamenta in alterutram partem cyrographo notare fecimus, vt in comprobatione veri testimonij sit tenentibus & tollere volentibus idoneus defensionis locus. Signum *Brunonis* Pontificis, manu propria hoc testamentum confirmantis. S. domni Abbatis *Halinardi*, S. *Gregorij* præfatæ Cellæ Prioris, S. *Vuidrici*

Bruno Leucorum Episcopus, consecrat oratoriû Bertiniacæ Curtis. *Ex eodem Chartul.*

Abbatis, S. *Hunaldi* Abbatis, S. *Norberti* Abbatis, S. *Gibuini* Primicerij, S. *Vualterij* Decani, S. *Odelbrici* Archid. S. *Lietardi* Archid. S. *Gelizonis* Archid. S. *Herberti* Archid. S. *Vuidrici* Archid. S. *Lamberti*. Archid. S. *Stephani* Archid. S. *Rodulfi* Archid. S. *Beselini* Archid. S. *Raynardi* eiusdem ciuitatis Comitis, S. *Hugonis* fratris domni Episcopi, S. *Milonis*, S. *Bruchardi*, S. *Stephani*, S. *Bosonis*, S. *Heinrici* Aduocati, S. filij eius *Sigifridi*.

Igitur quoniam secundùm Apostolum nobis est videndum quomodo cautè ambulemus, quoniam dies mali sunt, hunc censum de istis altaribus non perdonamus, sed pro solida vestitura, nobis nostrisque successoribus persoluendum reseruamus. Cùm autem contigerit ea vicariis viduari, potestatem liberè obtineant, sine respectu Episcopi & Archidiaconi, alios imponendi, & illis ea vendendi. Acta sunt hæc *Tulli*, in plenaria synodo habita VIII. idus Octobris, Lunâ XIII. epactâ primâ, concurrente IV. Bissexto, anno Incarnationis Dominicæ M. XXXVI. indictione V. anno regni *Chuonradi* XIII. imperij verò X. Ego *Dizilinus* Cancellarius, indignus Leuita domus sancti Stephani, scripsi, & publicè relegi.

Année 1036.

Raynaldus Castellionensis dominus, dat sancto Benigno Ecclesiam sancti Iuliani, sitam super fluuium Norgia. *Ex eodem Chartul.*

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Omnibus Christianæ legis cultoribus proprium debet esse & optabile, sanctam matrem Ecclesiam, ob pauperum Christi recreationem, pro posse suo ditare, pro remedio animarum suarum, & remissione peccatorum ampliare, ad honorem quoque nominis Dei & sanctorum eius sublimare. Verumtamen quicquid à fidelibus ipsi Ecclesiæ perpetuali dono traditur, monimentis necesse est cartarum commendetur, vt quod à quocumque legali consuetudine agitur, prauorum falsatione, vel posterorum inuidiosâ abolitione seu obliuione deleatur. Igitur hæc omnia cogitans, ego *Raynaldus* Castellionensis dominus, vt pote de salute & liberatione animæ meæ sollicitus, donaui quamdam partem de rebus meis, iure hæreditario à parentibus meis michi relictis, ad locum sancti Benigni Martyris iuxta Diuionense castrum siti; & sicut ego per præceptum regale ab antecessoribus meis accepi, & ex integro in alodum tenui, ita Deo & sancto eius Martyri Benigno tradidi, & in manu *Halinardi* Diuionensis monasterij Abbatis, qui me eodem die monachum fecit, deuotè mihi tenentibus mecum & dantibus eamdem donationem, propriis manibus, atque laudantibus coniuge meâ *Helisabeth*, & filio nostro *Humberto*, in præsentia quorumdam Pontificum & nobilium hominum, qui præsentes fuerant. Hoc est in pago *Atariense*, super fluuium qui dicitur *Norgia*, mansum cum Ecclesia in honore sancti Iuliani consecrata, cum omnibus vsquequaque pertinentibus, interiùs & exteriùs, siue propè, siue longè, terris videlicet indominicatis, mansis, campis, vineis, pratis, pascuis, siluis, molendinis, aquis, aquarumve decursibus, ripis, piscariis, fontibus, exitibus & reditibus, colris & incoltis, diuisis & indiuisis, cum mancipiis vtriusque sexus, seruis, & ancillis, inquisitis & inquirendis, ad iam denominatum alodum pertinentibus, & omnibus consuetudinariis pro debito exigendis, totum in integrum dono, trado, transfundo, ac de meo Diuionensis monasterij Rectoribus, monachisque ibidem Deo seruientibus concedo. Ea autem conditionis tenore, Deo & sancto Benigno hanc donationem facio, quatenus medietatem ipsius patrimonij nunc à me Diuionensi Abba accipiens, tres ibidem monachos mittat, qui quotidie pro me successoribusque meis preces Missarum offerant. Aliam verò medietatem prædicta vxor mea dotalicio iure, quo superuixerit tempore, possideat, cumque à præsenti decesserit vita, pars altera istius alodi, quam ipsa tenuerat, ad possessionem & ius sancti Benigni, sicut ei non solùm dono, sed etiam regali præcepto quod habebam donaui, sine aliqua diminutione, sine cuiusquam principis, seu successoris, aut parentis mei contradictione. Quod si quisquam, quod fieri minimè

credo, hanc donationem legaliter per omnia factam, calumniari ausus fuerit, quod iniustè appetit non obtineat, sed insuper fisco regali auri libras XL. in loco cui calumniam intulerit, argenti CCC. persoluat, pœnam cum Iuda eleemosynarum distractore passurus perpetuam. Et nostræ traditionis donatio, iuuante Deo, stabilis & inconuulsa permaneat. Testes huius donationis fuerunt hi, *Hugo* Lingonum Episcopus, *Beraldus* Suessionis Episcopus, qui & anathema intulerunt: domnus iam dictus Abba *Halinardus* cum monachis *Vudrico*, *Oddone*, atque *Richardo*. Item alij testes, *Vuarnerius* sancti Stephani Diuionensis Canonicorum Præpositus, *Vuido de Granciaco*, *Radaldus* & *Arlembaldus*, cum eo *Aduinus Beroensis*, & *Milo Frollensis*, *Constantius*, *Martinus*. Actum publicè in valle Dinato villæ adiacenti, coram multis testibus, anno Dominicæ Incarnationis M. XXXVIII. indictione VI. epactâ XII. mense Septembri, die II. eiusdem mensis, feriâ VII. regnante *Heinrico* Francorum Rege, fratre *Rotberti* Ducis Burgundiæ, anno XI. regni eius. Année 1038.

Comes Otto confirmat donationem Aymonis patris, de Abbatia Saxifontis.

IN nomine summi æternique visibilium omnium & inuisibilium conditoris Dei, ego Comes *Otto*, tam præsentes quàm futuros omnes ritè credentes credere concupisco, quod eam, quam dulcis memoriæ pater meus *Aymo* Ecclesiæ Diuionensi eleemosynam, de Abbatia *Saxio-fontanis*, pro sui parentumque suorum pio à fidelibus interuentu traditione perpetua fecit, quatinus ego quoque aliquid animæ meæ pro hoc sentirem remedium in futuro, sancto Benigno & ei iugiter famulantibus monachis, præsente eorumdem Cœnobitarum Abbate *Halinardo*, consensi & confirmaui, apud *Silmis Curtem*, præsentibus & audientibus testibus his, *Girardo de Vangio-Riuo*, & fratre eius *Rotgerio*.

Abbas sancti Benigni rescribit Ioanni PP. pro Cimeterio.

DOMINO sancto, totius orbis magistro, *Ioanni* videlicet vniuersali Papæ, *H.* humilis Abbas potestatis sancti Benigni, cum tota congregatione, sanctorum fidelium orationum seruitia. Totum non latet mundum, Romanæ Ecclesiæ Pastorem Apostolicâ vice ita fungi, vt quod ipse in Ecclesiastico ordine constituerit, ratum & stabile atque inuiolandum permaneat in æuum: dignum ergo est, vt Resolutori ciuium Philologiæ, virtutum scilicet discretionis semper habeat secum, ne videlicet ille cui potestas Ecclesiarum data est, hoc ignoranter, propter susurrones, constituat, quod, cùm veram antiquitatem nouerit destruere, non dubitet. Hoc autem, Pater, ideo vestram præoccupando faciem dicimus, quod notitiæ nostræ enucleatum est, vicinos nostros Canonicos, monasticum honorem inhiantes, surripere auctoritatis vestræ celsitudinem, patere velle, quatinus acceptâ à vobis licentiâ Cimeterium nostrum ad se trasferant in castellum. Scitis autem, quod ij qui antiquam patrum constitutionem mutare volunt, non quæ Dei sed quæ sua sunt quærunt: Rogamus ergo propter Deum, ne concedatis, & nos opportunè memoriam seruitij habebimus.

Eiusdem Abbatis rescriptũ pro eadem re.

DOMINO Ill. sacri Palatij vestarario, primo senatori, nec non vnico Romanorum Duci: Equiuocus suus nomine tenus Abbas, continuæ fidelitatis seruitium. Quos vera karitatis connexio ligat, longinqua locorum spatia nequaquam separant: quapropter, celsitudini vestræ notescat, me licèt longinquum corpore, mente tamen & spiritu vobis semper adesse, & non solum me ipsum, sed & confratres meos, sancto Benigno sedulò seruientes, immo etiam ipsum Seniorem nostrum, salutem vestram in omni prosperitate, sanctis orationibus fouere; præsentialiter quoque me non immemorem beneficiorum vestrorum, vita comite, in proximo comitem habebi-

tis in seruitium vestrum. Cæterùm quoniam in vobis multùm confidimus, quicquid nobis acciderit, fiducialiter manifestantes deposcimus, vt si aliquis noster vicinus æmulus aliquid machinari contra locum nostrum apud dominum Papam voluerit, vos, sicut bene potestis, hoc fieri prohibeatis: nos enim nihil iniustum petimus, sed antiquam legem loci nostri saluam, in sepultura quam iniustè conantur transferre, volumus. Hic vobis quondam notus, modò notior extet, quem bene si cures, non facies memores.

Beatus Papa Gregorius dicit, quia cuius corpus intra mœnia ciuitatis tumulatum fuerit, anima eius omni tempore erit errans: & in alio dicit, non esse licitum mortuum sepelire intra mœnia ciuitatis, quia Dominum legimus & nouimus extra ciuitatem & passum & sepultum, similiter & sanctum Stephanum, & multos plures, ideoque à sanctis Patribus prohibitum fuit, ne vnquam intra mœnia ciuitatis vel castelli cimiterium fieret; Christum enim in omnibus sequi debemus.

Rotbertus Dux, filius Regis Rotberti, vnà cum Helia vxore, & filiis suis, Hugone atque Henrico, dat monasterio sancti Benigni Diuionensis, saluamenta trium villarum sitarũ in Parochia sancti Apollinaris, scilicet Anguliacii, Cromaii, atque Sullei.

IN nomine Dei æterni ac Saluatoris nostri Ihesu Christi, *Rotbertus* gratiâ eiusdem omnipotentis Regis Dux & Rector inferioris Burgundiæ. Cùm diuina vox piè consulendo præcipiat huius sæcli diuitibus, dicendo, *Facite vobis amicos de mammonâ iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*, & Mariæ bonum opus in Christo factum, æternæ memoriæ prædicandum asseratur; nec non pro aquæ Calice frigidæ largienti, perenne commercium mercedis restituendæ promittatur, præcipuè quoque largitas eleemosynæ causâ solius Dei datæ, factorem suum in die iudicij à morte & pœnis inferni liberari asseratur; excitanda sunt omnium corda fidelium, compassibili pietate, quatenus quam possunt facere ex modo, fortunæ semper sui pro commodo insistant operi ipsius eleemosynæ. Potissimum verò principalis est ius dignitatis, vt quantò sublimi dominatione præest reipublicæ, tantò prompriùs honestiusve Christi Redemptoris nostri ministrando honori, deuotè titulos sanctæ sublimet Ecclesiæ; tum etenim vnusquisque principum nobili nobiliter instat regimini, dum sub dispositione stabilis & iusti edicti, Ecclesiarum consulit vtilitati, muniens arcem suæ dominationis firmis & legalibus priuilegiis. Hoc igitur considerans, iustum esse & salubre mundanâ detentos sollicitudine, notum volo fieri cunctis dominationi nostræ subiectis, potentibus, & iussioni militantibus tam præsentis quàm futuri temporis hominibus, etiam Ecclesiasticæ Religionis ordinibus, quòd ego prædictus *Rotbertus, æquiuoci Roberti Regis Francorum filius*, Dei inspiratione tactus, consilio quoque coniugis propriæ atque optimatum meorum animatus, saluamenta trium villarum, scilicet *Anguliaci*, *Cromaÿ*, atque *Sullei*, quæ pertinent ad parochiam sancti Apollinaris, beato Benigno Diuionensis monasterij Patrono, in integrum offero, dono, trado, ac de meo iure præfati sancti loci Rectoribus, fratribusque inibi Deo seruientibus, proprietariâ lege transfundo, perpetuo, cum laudatione, & volo, *Heliæ* vxoris meæ huius facti consiliatricis & auctricis, seu filiorum nostrorum, *Hugonis* videlicet atque *Heinrici*, vnà nobiscum laudatorum, & per seipsos datorum. Illustris quoque miles nomine *Vuido*, cum filio suo Vicecomite *Vualterio*, & compare sua, cæteraque prole, licèt non parua, illectus, immo compulsus, pecuniæ quantitate, quantum in se erat huic laudationi consensit, & dominationem quam eatenus in his tribus saluamentis exercuerat, perpetualiter guerpiuit, hæredesque suos alienauit. Ego autem hoc donum gloriosis Ihesu Christi martyribus, Benigno & Apollinari, eisque seruientibus, eo tenore concessi, quatenus Deo famulantibus accrescat temporale præsidium, & animabus videlicet parentum meorum iam defunctorum, meæ quoque, ac prænominatæ iugalis *Heliæ*, filiorumve nostrorum, inde æternæ salutis procedat remedium. Quapropter etiam statuo, vt pro istius

eleemosynæ nostræ largitate, benigna recompensatione, duo fratres supra solitæ quantitatis numerum, pro nostra atque prolis nostræ salute, in Diuionensi congregatione semper deinceps pascantur præbenda alimoniæ. Si qua verò potens persona hæredum prohæredumve meorum, id infringere nisus fuerit, pro nefario ausu, iræ Dei pondere, cameræ Regis centum, & monasterio cui molestiam intulerit, auri optimi libras cogatur componere centum. Ne autem in animarum fiat condemnationem, quod Deo pro illarum obtuli quiete, non solùm contradico, sed etiam per tremendum Christi Dei contestor iudicium, vt nullus Rex, Dux, Episcopus, Comes, vel etiam sancti Benigni iam dicti cœnobij Abbas, vel in proprios præsumendo vsus, vllo modo, vel militaribus beneficij gratiâ tradendo manibus, seu qualicumque impiâ peruasione, quod diuinâ inspiratione largitus sum, moliatur aufferre. Et vt nostræ traditionis donatio stabilis & inconuulsa perduret, hanc oblationis cartam, quam ego ipse legali concessione, per festucam, per cultellum, per vuantonem, per vuasonem, super sanctum altare posui, manu propriâ subterfirmaui, sicque compluribus tradidi roborandam testibus. Signum ipsius domini *Roberti* Ducis, qui hanc donationem fecit. Signum *Heliæ* coniugis eius, signum duorum filiorum eorum *Hugonis* & *Heinrici*. Signum *Fulconis* Comitis, Signum *Milonis* Comitis, Signum *Vuidonis* militis Diuionensis, Signum *Vualtery* Vicecomitis, filij prædicti *Vuidonis*, Signum *Vulenci* fratris *Vualtery*, Signum *Hugonis* Lingonici Præsulis, S. *Theoderici*, Signum *Humberti* fratris eius, S. *Vuarnery* Clerici, S. *Lamberti* Clerici, *Balduini*, *Iohannis*. Actum publicè, apud castrum *Diuionense*. monasterio sancti Benigni, ante cornu altaris ipsius, coram multis testibus, anno ad Incarnatione Domini millesimo XLIII. indictione XI. epactâ VII. secundâ ebdomadâ Quadragesimæ, feriâ tertiâ, primâ die mensis Martij, regnante *Henrico* Francorum Rege prædicti Ducis fratre, anno decimo tertio ipsius Regis monarchiæ. Année 1043.

Henricus II. Imperator, Germaniæ Rex III Burgūdionum I. ad preces Hugonis Archiepiscopi Crysopolitani, & Agnetis Imperatricis, laudat monasterio sancti Benigni Diuionensis, possessiones suas in regno Burgūdiæ sitas.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Heinricus* diuinâ fauente clementiâ Romanorum Imperator Augustus. Si iustis petitionibus fidelium nostrorum, aurem pietatis accommodauerimus, nobis ad salutem animæ nostræ profuturum minimè dubitamus. Quapropter omnium fidelium nostrorum, præsentium videlicet & futurorum, nouerit industria, qualiter sanctæ Crysopolitanæ Ecclesiæ Archiepiscopus *Hugo*, nostram adiit Imperialem clementiam, humiliter obsecrans, vt bona quæ Ecclesia sancti Benigni Diuionensis cœnobij in nostro regno haberet, nostrâ illi confirmarentur Imperiali auctoritate. Concedimus igitur, ob interuentum dilectissimæ consoralis nostræ Imperatricis *Agnetis* & corroboramus per hanc præcepti nostri paginam, & propter petitionem fidelis nostri prædicti Archiepiscopi Bisonticensis, & Comitis *Raynaldi*, quicquid in regno nostro, iure ac legaliter adquisiuit præfata Ecclesia sancti Benigni, *Albiniacum* scilicet villam, cum Ecclesia sancto Marcello attitulata; aliam in *Cimbriaco* villa, tertiam in villa quæ vocatur *Duellaris* villare, cum possessionibus ad easdem Ecclesias pertinentibus, scilicet eas cum cella & Ecclesia *Issonis villa*, antiquitus Abbatiæ in memoriæ sancti Martyris & Episcopi Leodegarij consecrata, & omnibus pertinentiis eius, sicut *Burchardus*, cuius beneficium fuit, eidem Ecclesiæ tradidit. Corroboramus etiam donum *Callariarum* in *Salinis* vico, cum sedibus suis, quas tradidit supradictæ Ecclesiæ Comes *Otto* cognomento *Vuillelmus*. Et vt in his, quæ pro expiandis peccaminibus benefactorum loci ipsius à fratribus ibi Deo famulantibus aguntur, nostræ recordationis temporibus succiduis interfuit memoria, statuimus atque decernimus, vt quod ad præfati loci vtilitatem, in iam dictis cellis emptum est, vel collatum, futurisve legaliter temporibus emendum atque donandum, per huius nostræ auctoritatis præceptum ratum habeatur ac firmum; ita vt à

nullis nostris successoribus, aut aliquibus aliis contradictoribus, aliqua possit temeritate vel ratione violari. Si quis autem, quod eventurum minimè credimus, huic nostræ auctoritatis præcepto obuiare, & præsentem donationem à nobis legaliter factam temptauerit effringere, non valeat quod cupit efficere, sed sciat se compositurum auri libras mille, medietatem cameræ nostræ, & medietatem præscripto monasterio, eiusque rectoribus. Et vt hoc verius credatur, digilentiusque ab omnibus obseruetur, manu propriâ corroborantes, sigillo nostro subter insigniri iussimus. Signum domini *Heinrici* tertij Regis inuictissimi, secundi Romanorum Imperatoris augusti, Burgundionum primi. *Hugo* Cancellarius, vice *Hugonis* Archicancellarij & Archiepiscopi, recognouit, anno ab Incarnatione Domini M. LIII. indictione VI. anno verò domini *Heinrici* tertij Regis inuictissimi, Imperatoris secundi, ordinationis eius XXVI. regni quidem XV. Imperij autem VII. Actum *Vuarmatia* feliciter, Amen.

Année 1053.

Rotbertus I. Dux Burgundiæ, concedit monachis sancti Benigni Diuionensis, tabernam vt vendant vinum proprium, etiam banni tempore.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Rotbertus* gratiâ eiusdem Dei nostri, inferioris Burgundiæ Dux. Si competentibus seruorum Dei petitionibus nostra principalis annuit clementia, non tantummodo prædecessorum nostrorum liberalia imitamur facta, verùm etiam indeficientia vitæ æternæ nobis lucramur præmia. Quapropter tam præsentibus quàm futuris notum volo esse, quia monachi Diuionensis monasterij nostram adeuntes mansuetudinem, rogauerunt obnixè concedi sibi vnam venalem tabernam, secundùm antiquam ipsius loci consuetudinem, de cuius lucri adquisitione possent quoquo modo suam sustentare paupertatem. Quorum deprecationem & multorum testimonio iustam per omnia esse didici, & hoc ipsum sancto Benigno, à patre meo Rege *Rotberto*, & ab antecessoribus eius Francorum Regibus concessum comperi, & ego concessi, tale scilicet super hoc statuens decretum, vt idem monachi, quandocumque voluerint, & quot vasa eis placuerit, in quacumque taberna claustri sui, vendant vinum, proprium videlicet, non alienum, aut ego vendam, aut non vendam vinum meum. Si autem ipsi à venditione cessauerint, & ante triduum compererit banni mei edictum, obediant banno meo per tres anni terminos, quindecim dierum spatio, quatuor scilicet septimanas pro Ducatu, & quindecim dies pro Diuionensi Comitatu quod tunc tenebam in manu mea. Si autem vendentibus eis proprium vinum, banni mei exierit edictum, quamuis alij homines à venditione vini cessent, ipsi tamen propter hoc interdictum vendere non cessabunt. Huiusmodi ergo concessionis testamentum sancto Benigno præcepi fieri in castro Diuionensi, & in domo meâ, propria stipatus multitudine populi, militaris pariter & plebeij, adstantibus quoque monachis ipsius cœnobij: statuens per hoc & confirmans, vt nullus deinceps successorum meorum, neque Dux, neque Comes, neque Episcopus, neque Præpositus, hanc largitionem à me factam tollere præsumat. Si verò aliquis contra hoc statutum quicquam fraudis machinari voluerit, non valeat euindicare quod iniquè conatus fuerit, sed insuper æternâ maledictione damnatus, cameræ nostræ talentum auri persoluat, & sancto Benigno centum librarum solutione satisfaciat. Vt verò ista autorizabilis largitio mea firma & stabilis maneat per succedentia sibi tempora, cartam huius decreti propria manu firmaui & corroboraui, & laudandam & confirmandam manibus omnium adstantium tradidi. S. *Rotberti* Ducis, auctoris huius largitionis. S........ S. *Vuidonis*, S. *Vualterij* Vicecomitis filij eius. S. *Frotmundi Iussiensis*. S. *Balduini*. S. *Odonis* Præpositi ibidem. S. *Vuarini*. S. *Vuarnerij* Canonicorum Præpositi. S. *Turschilini*. Fueruntautem & monachi sic nominati: *Aduinus*, *Albericus*, *Gibuinus*, *Theodericus*, *Ainardus*. Serui verò sancti Benigni, *Arembertus*, *Oddo* maior, *Durannus*, *Girardus*, item *Girardus*, *Humbertus* coquus, *Arnaldus* filius eius, *Hugo*. Actum publicè, castro Diuione, XVII. Kal. Febr. dominica die, festiuitate

sancti Marcelli Papæ, anno M. L. IV. dominicæ Incarnationis, regnante *Henrico* Francorum Rege prædicti Ducis fratre. Année 1054.



QVOTIENS Ecclesiæ sanctæ prouenit triumphus, apicibus est describendus, quatinus in laude Christi, qui caput illius fore dinoscitur, plebs Christiana soliditatis firmamento vigeat, & ad eius famulatum excitata, deuotior conualescat. Ideo cunctorum fidelium notitiæ præsentium atque futurorum litteris pandere decernimus, quòd Diuionensis Abbatia, quæ est secus Diuionense castrum, in honore præcipui Martyris Christi Benigni constructa, priuilegiis Romanorum Pontificum, præceptisque Regum Franciæ interuenientibus, sacræ Matris Ecclesiæ Lingonensis Præsulibus, ab omni dominatione alicuius perpetualiter effecta sit libera, bannumque & districtura, à torrente *Susione*, qui vtrumque burgum diuidit, perpetuò, Apostolica nec non Imperiali atque Regali munificentia & largitione possideat, ita vt qui aufferre ab eodem Burgo vel Claustro aliquid violenter, excepto Abbate vel monachis eiusdem loci, præsumpserit, vel qui infregerit, vel cum violentia hospitatus fuerit, auctoritate sancti Petri omniumque Romanorum Pontificum, Lingonensium quoque, atque totius Galliæ Episcoporum, anathematis vindictâ multatus, excommunicationi perpetuæ damnabiliter subiaceat. Quapropter quid acciderit tempore *Rotberti* Ducis Burgundiæ, litteris tradere decreuimus, vt cunctis præsentibus ac venturis hæc ratio innotescat, quod à calumniatoribus huiusmodi confirmationis seditio exorta, tali sit contradictione conuicta. Quidam igitur *Constantius* cognomento *Rufinus*, ex seruientibus Ducis prædicti, in atrio sancti Iohannis ædificata domo commanens, statutum bannum sanct. Benigni, in vini venditione infregit, atque suum vinum vendere cœpit: quæ causa ad aures ministrorum iam dicti Sancti peruolans, prohibita ab eis est ne fieret; quam prohibitionem grauiter ferens, cum quibusdam conuocatis, collegium in atrio atque terra sancti contra homines ipsius seditionem commouit, in qua illis pugnantibus, istis se defendendo resistentibus, aliqui interierunt ex vtraque parte, plures verò vulnerati fuerunt: de qua causa præfatus Dux conuocans Abbatem eiusdem loci, nomine *Adalberonem*, cœpit ab eo exigere huius causæ emendationem, quam nullo modo facere voluit, potiùs velle se dicens Abbatiam deserere, quàm sancti rectitudinem euertere. Quod dictum facto comprobans, monachos eiusdem cœnobij, in consimili voto perstantes, in multa afflictione relinquens, Præsulem sanctæ Lingonensis Ecclesiæ expetiit,

Emendatio Rotberti Ducis, de infractione claustri & Atriorum sancti Benigni, quam recepit Raynardus cognomento Hugo Lingonensis Episcopus.

à quo cognoscens venerandus Præsul nomine *Raynaudus*, cognomento *Hugo*, quod actum erat, vehementer indoluit, & dato die ac loco, in cœnobio sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, supra fontem *Besuæ* conuocato *Hugone* Vesonticensi Archiepiscopo, & *Aganone* Heduorum Antistite, atque *Vuillelmo* Comite, magnaque Procerum nobilium virorum multitudine, coram cunctis, priuilegia atque præcepta lucidè perorauit, emendationemque ex banno & ex fractura atriorum, nec non ex hominum sanguine, factæque seditionis, sed & de Priore, quem violenter exire de suo monasterio compulit, propria manu, in manu eiusdem Præsulis posuit. Quam suscipiens idem Pontifex, eius proprium sancto auctoritate suæ demonstrationis corroboratum restituit. Quod factum ipse Dux suo ore confirmauit, & prædictam Abbatiam liberam & quietam ab omni dominatione alicuius existere laudauit. Quemadmodum trium meliorum successorum suorum temporibus extitit, præsente *Heinrico* ipsius filio, qui huiusmodi placitum ex vtraque parte deportauit, & hoc fieri vidit, audiuit, atque laudauit. Testes hi sunt, quorum hæc sunt nomina Ecclesiæ Lingonensis, *Herlegius*, *Rotgerius*, *Girardus*, Archidiaconi. *Vuarnerius* Archidiaconus & Abbas sancti Stephani, Crysopolitanæ sedis *Hugo* Archiepiscopus, *Gotefridus* Decanus eius, Heduensis Ecclesiæ, *Agano* Episcopus, *Siguinus* Præpositus eius, *Vualterius de Monte Scotico*, *Landricus* Heduensis Ecclesiæ Archidiaconus. Abbates verò *Odo Flauiniacensis*, & *Helmuinus sancti Sequani.* Laïci autem *Girardus Fontisvennæ*, *Humbertus* frater eius, *Oddo de Monte Saluio*, *Aldo de Tilecastro*, *Hugo de Caluomonte*, *Raynerius de Notgenniaco*. Actum *Besuæ*, feriâ VI. ebdomadâ II. Kl. anno ab Incarnatione Domini M. LXVI. indictione IV. epactâ XXII. regnante *Philippo* Rege Francorum, anno VII. regni eius.

Année 1066.

Pibo Episcopus Leucorum, confirmat Adelberoni Abbati Diuionensi, altaria, quæ Vdo suus prędecessor sancto Benigno dederat.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ad notitiam succedentium quæcumque Ecclesiæ Dei acquiruntur, litteris mandare dignum videtur, ne quod studio & summo labore confertur, obliuionis negligentia aboleatur; vnde ego *Adalbero* Dei gratiâ Diuionensium Abbas, postquam dominus *Vdo* Leuchorum Præsul decessit è vita, & domnus *Pibo* ei successit in honoris gratia, eius præsentiam adij, & ostensis cartis prædecessorum, querimonias compescui Clericorum, de altaribus sancto Benigno traditis cauillantium. Vbi verò domnus Pontifex auctoritatem conspexit litterarum sibimet inuicem concordantium, sequutus vestigia præcedentium patrum, absque pretio redemptionis, pro statu regni, incolumitate regum, & requie suæ animæ, cunctorumque suæ sedis Pontificum, & Clericorum, reddidit sancto Benigno altaria, primùm per Pastoralem baculum, deinde laudem vniuersorum acquisitorum, & acquirendorum in posterum, per totum suum Episcopium; eo scilicet tenore, vt debita Ecclesiarum siue altarium, vt mos est, annuatim persoluantur, & de cætero quietè possideantur. Huius notitiæ testes sunt domnus *Vuido* cœnobij sancti Apri Abbas, *Vuidricus* Prior, *Vualterus* Decanus & Archidiaconus, *Lambertus* Archidiaconus *de Barr.* *Odelricus* Archidiaconus de *Volfcrij Curte*, *Henricus* Aduocatus vrbis, *Hugo*, *Vuarnerius*, & eius frater *Richizo*, *Vualterus* vulneratus, & *Vvarinus de sancto Christophoro.* Acta sunt hæc publicè, *Tulli*, in Capella sanctæ Mariæ, die festiuitatis sancti Martini, anno Dominicæ Incarnationis M. LXX. regnante *Henrico* filio *Henrici* Imperatoris. Idemque piæ memoriæ Episcopus, *Pibo* videlicet, donum suo anathemate confirmauit, & Episcopali bullâ consignari præcepit. Ego *Theodericus* Cancellarius & Archidiaconus, scripsi & recitaui.

Année 1070.

Gregorius P.P. ius eli-

GREGORIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, venerabili filio *Cerentoni* Abbati Diuionensis monasterij, eiusque successoribus regulariter promouendis,

uendis, in perpetuum. Supernæ miserationis respectu, ad hoc venerabilis Ecclesiæ curam suscepimus, & Apostolici moderaminis solicitudinem gerimus, vt iustis precantium votis, attentâ benignitate faueamus. Proinde dilecte in Domino fili *Iarento* Abbas, petitionibus tuis grato occurrentes assensu, libertati ac quieti monasterij vestri, auctore Domino, duximus prouidendum. Si quidem ipsum cœnobium, sub sedis Apostolicæ protectione suscipimus, & obeunte te, nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quorumlibet successorum, nullus ibi quâlibet subceptionis astutiâ seu violentiâ præponatur, nisi quem fratres communi consensu, secundùm timorem Dei & regulam sancti Benedicti, elegerint, maximè de eadem congregatione, si idoneus inuentus fuerit. Quòd si talis, qui huic regimini congruat, inter eos inueniri non possit, aliunde sibi patrem & magistrum expetant, & Lingonensi Episcopo consecrandum ordinandumque prouideant: Si tamen ipse Episcopus gratiam Apostolicæ sedis habuerit, & canonicè ipsam ordinationem facere voluerit. Quòd si aliquid horum obstiterit, liceat electo eiusdem monasterij, aut ad Apostolicam sedem recurrere, aut à quocumque voluerit Religioso Episcopo, consecrationem, & clericorum ordinationes, atque cætera quæ ad Episcopum pertinent, suscipere. Statuimus etiam, ne ab episcopo vel ministris Lingonensis Ecclesiæ, diuina vestro monasterio interdicantur officia, sed continuè celebrentur, nisi eisdem causis fratres cessare oporteat, quæ sedis Apostolicæ Præsulis Benedicti determinatione distinctæ sunt. Illam quoque in monachis tuis quietem ac libertatem, quam idem Præsul decreto suo firmauit, nos beati Petri & nostra auctoritate intemeratam perpetuò manere sancimus. Quicumque verò Clericorum, vel Laïcorum, se se in monasterio vestro voluerit conferre, vobis liceat eos sine aliqua contradictione recipere, dummodo propria culpa excommunicati non fuerint, vel nominatim interdicti. Confirmamus etiam vobis Ecclesias vestras quascumque nunc possidetis, seu quas largiente Deo, in posterum canonicè possidebitis; statuentes vt nullus Clericorum, sine assensu vestro, in eis audeat ministrare; sed quotiescumque in aliqua earum minister fuerit subrogandus, vos idoneum ad hoc eligentes, Episcopo præsente, qui Episcpus curam ei animarum iniungat, & sic vobis de temporalibus, Episcopo verò de spiritualibus, debeat respondere. Si quis autem contra hanc formam in eisdem Ecclesiis ministrare præsumpserit, nos eum ab officiis sui executione suspendimus: claustro etiam, in quo monasterium vestrum situm est, eam libertatem & immunitatem concedimus, quam illustris Rex *Robertus* noscitur contulisse, vt ab omni inuasione & violentia Ducis & hominum suorum sit in perpetuum liberum ac securum: ita vt nichil prorsus à torrente, qui Castri Sanctique causam diuidit, aliquis vel auferre præsumat, vel accipere. Ecclesiam quoque beati Germani *de Laré*, vbi sanctimoniales consistunt, vobis perpetuò confirmamus possidendam, & vt ipsæ sanctimoniales nunquam à subiectione Ecclesiæ Diuionensis se remoueant, sub anathemate prohibemus, sed semper per vestram prouidentiam gubernentur. Decernimus itaque, vt nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnino integra conseruentur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Si qua autem Ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam agnoscens, contra eam temere venire temptauerit, & ammonita semel & secundò, si non congruâ satisfactione emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Xristi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi; quatinus & hic fructum bonæ actionis

gendi Abbatis, & alia S. Benigni Diuionensis priuilegia confirmat.

percipiant, & apud districtum Iudicem, præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Ego *Gregorius* sanctæ Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Data *Lateran*, per manum
Année *Iohannis* R. Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, XIII. Kl. Iulij, anno ab Incarnatio-
1078. ne Domini M. LXXVIII. indictione I. Pontificatus autem domni *Gregorij* P P. VII. VI.

Rotgerius dominus Vangionis Riui, concedit monasterio S. Benigni Diuionensis, Cellam S. Stephani, & Capellam Castri Vangionis Riui, coram Arduino Episcopo Lingonensi.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Quamuis multifariè fiant multiplicis misericordiæ opera, quibus & in præsenti sæculo vnusquisque peccator propria delet facinora, & in cœlesti regno comparat sibi æternæ beatitudinis præmia; tamen quicumque de suis quibus abundat facultatibus, Ecclesiam Christi studet ditare, amplificare, & exaltare, eiusdem gratiæ & remissionis participem fine dubio se credat esse, qua à pio Saluatore Maria iustificata est, pro deuotè impenso famulamine. Quapropter ego *Rotgerius*, castri quod vocatur *Vuangionum Riuus*, indigena & aduocatus, vt merear peccatorum meorum maculis ablui, & hæres vitæ æternæ fieri, per gratiam Dei tradidi sancto Benigno Diuionensis Ecclesiæ Patrono, quandam iuris mei Cellam, penes præscriptum habitationis meæ castrum sitam, cum consensu & laude seniorum meorum, *Hugonis* videlicet Lingonensis sedis Episcopi, atque Comitis *Raynaldi*, *Gerardi* quoque Archidiaconi fratris mei, nec non & vxoris meæ *Matheldis* nomine, ac filiorum nostrorum *Vuidonis*, *Gerardi*, *Rotgerij*. Huius itaque loci Ecclesia, cùm fuisset nouiter ædificata, & à venerabili *Arduino* Lingonicæ Ecclesiæ Episcopo, in honore Dei & sancti protomartyris Stephani, festiuitate beati Vrbani Papæ dedicata, donaui in die consecrationis eius, eidem loco, & monachis inibi Deo seruientibus, hæc vniuersa de possessione, quæ hîc videntur descripta; Capellam scilicet, quæ est in denominato castro meo, consecratam in honore sanctæ Dei Genitricis, & medietatem *Aimbodis villæ*, & quartam partem alodi quod vocatur *Chaunicurtis*; vineam quoque vnam, quæ est secus sancti Hilarij Basilicam, & alteram iuxta aquam quæ nuncupatur *Blesa*. His addidi & decimationem & redecimationem clausi mei indominicati, pasnaticumque porcorum in omnibus siluis indominicatis: tria etiam tradidi molendina, vnum in *Airo*, alterum in *Secundi Curte*, tertium in *Viuario*: in his molendinis & in furno satis proximo, concessi eis habere meum proprium bannum. Hæc omnia huic Cellæ contuli, quam sancto Benigno Diuionensis monasterii aduocato, & monachis eius, perpetuò possidendam tradidi, coram præfato Pontifice *Arduino*, cum quo aderat pro dedicatione ingens vtriusque sexus multitudo. Cui huius deuotionis meæ donatio adeò placuit, inspirante Deo, vt ita eam, cum Lingonensi corroborauerit clero, in auditu omnium, suæ auctoritatis priuilegio. Quicumque, inquit, de omnibus his quæ in præsenti dedicatione, huic loco à fideli nostro domno *Rotgerio*, & filij eius sunt collata, aut deinceps donabuntur, aliquid abstulerit, vel sancto Benigno rectoribusque Diuionensis cœnobij contraire, de possessione istius Cellæ conatus fuerit, auctoritate omnipotentis Dei, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, beati quoque Petri, omniumque Sanctorum, & nostra, sint excommunicati, anathematizati, & à sorte iustorum expulsi, & æternaliter, nisi dignè satisfaciendo emendauerint, dampnati. Nos autem etiam hoc auctorizabili iussione statuimus, vt atrium huius Ecclesiæ, siue Cellæ, eandem dilationis quantitatem, quæ hodie in circuitu eius determinata est, sic in posterum solidè teneat, vt nullius calumniosa contradictio eam angustiare valeat, nec adbreuiare præsumat. Et Capellanus ibidem diuina peragens mysteria, synodum nostram, nisi sponte sua venire voluerit, non adeat; verumtamen vt debitus honor pontificali nostræ sedi exhibeatur, hoc statuendo præcipimus, quatinus annuali censu tres solidi Lingonicæ Ecclesiæ persoluantur, in sancti Mammetis solemnitate, talis scilicet monetæ;

qualis in Benoniensi Comitatu, vera & acceptabilis probabitur fore. Quocirca, ego sæpedictus *Rotgerius*, hoc omnimodis statuo, vt si quis, aut hæres meus, aut cognatus, aut quælibet potens contra hanc donationem meam præsumpserit aliquam mouere calumniam, non valeat euindicare quod iniquè machinatus fuerit aufferre, sed insuper, centum libras argenti prædictæ componat Ecclesiæ, de iure meo quantulumcumque ditatæ. Vt autem hæc donatio mea firma permaneat per succedentia sibi annorum curricula, manu eam propria firmaui, & manibus omnium corroborandam tradidi. Ego *Hardumus* humilis Episcopus subscripsi. Ego *Gerardus* Præpositus & Archidiaconus, signaui. S. *Herles* Archidiaconi, S. *Vuillenci* Archidiaconi, S. *Vuarnery* Archidiaconi, S. Archidiaconi *Gerardi de Monte Saluis*, S. *Eurardi* Decani, S. *Vualtery* Decani, S. domni *Rotgery*, S. domni *Vuidonis* filij eius, S. domni *Rotgery* Canonici filij eius, S. domni *Gerardi* filij eius: militum, *Lezelini*, *Agnardi*, *Almarici*, *Lizelini*, *Ingelberti*, *Tetbaldi*.

ANNO dominicæ Incarnationis, millesimo octuagesimo primo, indictione quarta, decimo tertio Kalendas Octobris, die dominica, mane ante primam, relegit dominus Abbas Diuionensis, hanc cartam domino *Vuidone* principe, & vxore filiisque eius in claustro *Vuangionis Riui* astantibus, multis & assistentibus nobilibus viris, & confirmauit prædictus princeps omnia quæ scripta sunt in præfatâ cartâ, cum vxore & filiis suis, & omnibus qui aderant, & per hanc cartam in manu præscripti Abbatis, sua manu tradita omnia quæ ab antecessoribus suis data fuerant recognouit, & laudauit, & sancto Benigno Diuionensi, & illius rectoribus, in perpetuum habenda concessit. Signum domni *Vuidonis* principis, *Helderardis* eius vxoris, signum domni *Vuidonis* infantis, filij eorum, *Alberti* pueri, *Arnulfi* pueri. Signum militum *Tetbaldi*, *Ingelberti*, *Eurardi*, *Milonis*, *Milonis*, *Vuidonis*, *Rainaldi* filij Odæ, *Petri* Decani *Vuazonis* Præpositi, *Vuillelmi* fratris eius, *Odonis*, *Ticionis*, *Friderici*, *Drogonis*. Domnus Abbas *Gotefredus Bellocensis* aderat tunc, cum tribus monachis.

Année 1081. Iarento Abbas S. Benigni, recipit à Vuidone Principe Vuangionis Riui, in claustro Prioratus, confirmatioñé donationis factæ à Rotgerio patre.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Omne quod firmiter & inconuulsè possidere cupimus, litterarum memoriæ tradere, & Ecclesiasticæ auctoritatis testimonio confirmare debemus. Ego igitur *Rothertus* sanctæ Lingonensis Ecclesiæ nutu Dei Episcopus, notum fore cupio omnibus tam futuris quàm præsentibus, qualiter dominus *Guido de Vuangionis Riuo*, nostræ dilectionis præsentiam humiliter adiens, magna deuotione postulauit, vt beneficium quoddam, quod Deo & sancto Benigno Diuionensis cœnobij, & sancto Stephano *Vuangionis Riui* tribuerat, nos etiam ex nostra parte concederemus, & Pontificali auctoritate confirmaremus; cuius iustæ & rationabili petitioni libenter adquiescentes, sicut piè postulauerat, ita ad effectum perducere curauimus. Donamus ergo, & concedimus eidem supradictæ sancti Stephani Ecclesiæ, omnia quæcumque Canonici, qui in Capella supradicti Castri, quæ monachorum erat, possidentes, tenebant, & habere debebant, videlicet Ecclesiam de *Saryſiy*, cum vniuersis ei pertinentibus, & dimidiam Capellam *de Robecort*, cum medietate decimæ, & de *Masnyl* decimam totam; Presbyteratum de Ecclesia de *Hernorth*, & terram de *Grincort*, medietatem quoque decimarum de *Columbis*, vbi duæ Ecclesiæ sunt. Præterea de suis rebus ipse *Guido* donat illis, totam redecimationem, & quæcumque Canonici habebant apud *Marcys*: quicquid etiam habebant in furnis & in foro, & omnia quæcumque Canonici illi in aliquo loco de suo communi iure habere debebant. Hæc omnia domnus *Guido Vuangionis riui*, Deo & sancto Benigno, & sancto Stephano, laude & consilio amicorum suorum, scilicet domni

Guido de Vuangionis Riuo, coram Roberto Lingonensi Episcopo, concedit quasdam res ecclesiæ sancti Stephani Vuangionis Riui.

Lamberti fratris sui, Lingonensis Ecclesiæ Archidiaconi, & venerabilis vxoris suæ *Beatricis*, atque filiorum suorum *Roberti* & *Guidonis*, fideliter tradit, & perpetuo iure habere concedit. Nos quoque, ex nostra parte, illis hæc omnia donamus & concedimus, & præsenti scripto confirmamus, & Archidiaconis nostris confirmanda tradimus. S. *Lamberti* Archidiaconi.

Vualterius Cabilonensis Ecclesiæ Episcopus, reddit Abbati Iarentoni Ecclesiam sanctæ Mariæ in suburbio Cabilonensi, occupatam pridem à quibusdã tyrannis.

AD hoc diuinæ dispensationis nutu gubernacula sanctæ Ecclesiæ rectoribus committuntur, vt prudenti consideratione adhibita, sic sibi commissa dispensent, quatinus diuini cultus honor & reuerentia in omnibus præponatur. Quod cum omni potestati agendum sit, maximè sacerdotibus est prouidendum, quorum sine intermissione studium esse debet, deprauata corrigere, diligere ordinata, & spirituali & temporali beneficio commissas sibi ampliare Ecclesias, vt dum more seruorum fidelium super familiam domini sui constituti, in paucis prudentes dispensatores extiterint, super multa in æternæ retributionis gaudia statuantur. Vnde talenti lucrum augere desiderans, ego *Vualterius* sanctæ Cabilonensis Ecclesiæ humilis Episcopus, de statu sacrorum locorum sollicitus, communicato consilio cum fidelibus nostris clericis atque laicis, Ecclesiam sanctæ Mariæ in suburbio *Cabilonensi* supra ripam *Araris* sitam, quam violentia quorumdam tyrannorum, à priscæ religionis & ordinis honore detorserat, disposui reformare, monasterio Diuionensi videlicet sancti Benigni, à quo eam antiquitus fuisse possessam certa relatione compereram. Itaque confratris nostri *Iarentonis* venerabilis Abbatis precibus prouocati, cuius larga benignitas ampliora dignissimè mereretur, prædicto monasterio reddimus atque concedimus præfatam Ecclesiam, cum omnibus ad eam pertinentibus, sub reuerentia & honore Cabilonensis Ecclesiæ atque successorum nostrorum, tam sibi quàm suis successoribus iure perpetuo possidendam. Et vt istius nostræ concessionis, immo redditionis auctoritas inuiolabili vigore perduret, & omnium obsistere volentium occasiones euacuet, manus nostræ subscriptione, & consensu clericorum nostrorum eam præuidimus confirmandam. S. *Gausleni* Decani. S. *Landrici* Præpositi atque Archidiaconi. S. *Rodulfi* Thesaurarij, S. *Eldrodi* Cantoris, S. *Hugonis*, S. *Rotberti* Vicedomini, S. *Petri*, Laicorum. S. *Vuidonis*, S. *Siguini*, S. *Vuicardi*, S. *Hugonis*, S. *Bernardi*. Actum publicè Cabilonis, II. idus Septembris, anno ab Incarnatione Domini M. LXXXVII. indictione decima, regnante *Philippo* glorioso Francorum rege feliciter, Amen.

Année 1087.



IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quoniam omnis potestas à Deo ordinata est, & omnis sublimitas nutibus diuinæ Prouidentiæ........ .... Ex credita potestate Deum honorare studeat, quisquis viuendi normam aliis subministrat; hoc enim modo, subiecti quique ad eleemosynam facilè poterunt prouocari, si propositum suum, auaritiæ nodo nequaquam viderint obligari. Quocirca, ego *Rotbertus* gratiâ Dei Lingonicæ sedis Episcopus, subiectos mihi ad eleemosynam incitare desiderans, prædecessorum etiam meorum, qui Ecclesias vel fundauerunt, vel fundatas ab aliis de rebus propriis ditauerunt, imitator fieri cupiens; trado & concedo Deo & sancto Benigno Diuionensis Ecclesiæ Patrono, Ecclesias quasdam; Ecclesiam videlicet de *Germini-villare*, Ecclesiam de *Riniaco*, Ecclesiam de *Magno-monte*, Ecclesiam de *Occio*, Ecclesiam de *Casnedo*, Ecclesiam de *Spaniaco*, Ecclesiam de villa nomine *Yz*, Ecclesiam *Adelent Curtis*, & Ecclesiam nouam sub castro *Clarimontis*. Omnes has Ecclesias integras tradidi Diuionensi Ecclesiæ, cum Synodis & paratis ad ius Episcopi pertinentibus, hæc omnia tradidi Diuionensi Ecclesiæ, ob remedium animæ meæ & omnium antecessorum meorum, omniumque Pontificum Lingonensis Ecclesiæ, & ob id quammaximè, vt anniuersaria dies obitus mei in Diuionensi Monasterio perpetuò celebretur, tam pro hoc Beneficio, quàm pro aliis quæ eidem Ecclesiæ à me collata sunt. Ego *Rotbertus* Lingonensis Episcopus hanc cartam sigilli mei impressione confirmo. S. *Amalrici* Decani, S. *Celini* Archidiaconi, S. *Lantberti* Archidiaconi, S. *Vuarnerij* Archidiaconi, S. *Norgaudi* Archidiaconi, S. *Vuidrici* Decani, S. *Gerardi* Decani, S. *Vuidonis* cognomento *Pagani*, S. *Vualonis* Canonici, S. *Hugonis* Archidiaconi, S. *Theoderici* Decani, S. *Vlrici* Capellani, S. *Stephani* Cancellarij, S. *Duranni* cognomento *Colpaped*. Actum anno dominicæ Incarnationis M. XCII. indictione XI. epactâ VIII. concurrente IV. in Romana sede præsidente papa *Vrbano*, in Francorum regno regnante *Philippo*, Diuionensem Abbatiam gubernante domno *Iarentone*, Abbate venerando.

Robertus Lingonensis sedis Episcopus, dat Iarentoni & Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis Ecclesias de Germini-villare, de Rigniaco, de Magnomonte, de Occio, de Casnedo, de Spaniaco, de Ys, Adelenti curtis, & Ecclesiam nouam sub Castro Clarimontis.

Année 1092.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Ego *Rotbertus* Dux Normannorum, etsi, cùm maiora à Deo acceperim, in maioribus illi deberem ministrare, in hoc tamen, quantulumcumque sit, animæ meæ & parentum meorum volens saluti consulere, donum quod patruus meus *Odo* Baiocensis Episcopus contulit, Deo & sancto Benigno Diuionensi, Abbati *Iarentoni*, & fratribus Diuionensibus & successoribus eorum, monasterium videlicet *Sancti Vigoris de monte Chrismatum*, cum appendiciis suis, nostri assensus manum dans, quanta possum nostræ concessionis auctoritate corroboro, dans & confirmans monasterium ipsum Ecclesiæ Diuionensi in perpetuum. Et vt hæc concessio firma & inconuulsa permaneat, de præfato monasterio sancti Vigoris, quam possum libertatem, videlicet omnes consuetudines per totam terram meam quæ ad me pertinent, de dominicis meis rebus, tam in passagio & theloneo, quàm in cæteris exitibus, & de meo proprio, in cotidiano vsu fratrum Diuionensium ibidem Deo seruientium, onera IV. asinorum, singulis diebus, de viridi ligno in nemore meo *Verneto*. Hoc autem priuilegium trado Diuionensi Ecclesiæ, iure sempiterno, vt nullus audeat hanc concessionis cartam infringere, sed semper Ecclesia Diuionensis, pro suæ religionis merito venerabilis, nobis & hæredibus nostris, locum ipsum sancti Vigoris, cum appenditiis, quietè possideat, securè habeat, absque inquietudine, siue calumnia, saluâ reuerentiâ, & debitâ obedientiâ sanctæ Mariæ matris Baiocensis Ecclesiæ. Quisquis autem de terra mea, aliquid de suo monasterio præfato tradiderit, id sibi ratum fore concedo, ne occasione iuris mei vllo modo possit reuocari. Et qui se

Robertus Dux Normannorum, laudat donationes ab Odone Baiocensi Episcopo factas monasterio sancti Benigni Diuionensis, & ipse de suo plures libertates addit.

& terram suam, sancto Benigno & sancto Vigori tradiderit, ab omni curiæ meæ seruitio liber erit, nec tenebitur obnoxius seruitiis nostris, sed indominicatura Abbatis & fratrum Diuionensium erit solutus & liber in perpetuum. Quicumque verò hoc nostræ mansuetudinis donum infringere, & hanc cartam violare præsumpserit, fisco publico, mille auri libras coactus exsoluat, & quod petit euindicare non valeat; sed insuper, nisi resipuerit, iram Dei omnipotentis incurrat. Signum *Rotberti Ducis Normannorum*. Ego *Odo* Baiocensis Episcopus, cartam hanc laudo, & manu propria signum faciens, subscribo. Signum *Vuillelmi* Decani, S. *Radulfi* Atchidiaconi, S. *Helgodi* Archidiaconi, S. *Rotberti de Tribus Montibus*, S. *Guillelmi de Archis*, monachi, S. *Engelranni* filij *Elberti*, S. *Vuillelmi de Bretulio*, S. *Guillelmi de Similiaco*, S. *Guillelmi de Columbariis*. Anno ab Incarnatione Domini M. XCVI. indictione IV. concurrente VII. epacta XXIII. decimo nono anno principatus *Rotberti*, *Guillelmi* Regis Anglorum filij, Ducis Normanniæ. Hæc carta confirmata est, & sigillo suo signata. Actum publicè *Baiocas*, mense Maio, die vigesimâ quartâ eiusdem mensis, VIII. Kalend. Iulij, Lunâ vigesimâ septimâ, feriâ septimâ, bisextili anno, ciclo decennouenali XIV. Ego *Hugo* Diuionensis Ecclesiæ monachus, iussu eiusdem *Rotberti* Ducis Normanniæ, scripsi & subscripsi, vice Cancellarij *Radulfi*.

Année 1096.

Raymūdus Burgundiæ Comes, cōcedit Abbati Iarentoni quamdam terram ante portas munitionis, quæ Logia Nouella dicitur, in Comitatu.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Raymundus* prouidentiâ diuinâ Burgundiæ Comes, filius *Vuillermi* nobilissimi Comitis, sciens & reminiscens decessores & progenitores meos Diuionense monasterium quondam speciali & amicabili teneritudine præ omnibus aliis monasteriis dilexisse, fouisse, atque creuisse; verecundosum valde mihi visum est degenerem existere, eosque in benefaciendo non imitari, præsertim cùm & possibilitas adsit, & bona voluntas Dei gratiâ non desit. Accedit etiam, & quodammodo inflammat & impellit animum strenuitas & religiositas Abbatis ipsius monasterij, qui cum omnibus hominibus omnia videtur esse factus, me tamen, vt æstimo, præ omnibus diligit cariùs. Hic itaquè venerabilis & Deo dignus Abba *Iarento*, cùm sæpius ad me visendum veniret, & ea quæ erant animæ meæ proficua admoneret, quadam vice ad me venit, & apud quamdam meam munitionem, quæ *Logia Nouella* dicitur, à me rogatus, inibi Missam celebrauit. Cœpi interea intrà tacitus voluere, & quid Deo, per ipsius Abbatis manum, pro redemptione animæ meæ & parentum meorum valerem offerre, anxiùs cogitare. Itaque post celebratum diuinum & cæleste Sacrificium, vocaui Abbatem præfatum, eique cordis mei aperui desiderium. In ipsa enim villa habebam quandam terram, quam Deo & sancto Benigno volebam dare: sed Abbas vt erat altioris consilij, noluit inibi donum recipere; nam ante portam supradictæ munitionis res agebatur, donec desuper eamdem terram venirem, & ei donum quod facere volebam, ibi concederem. Concessi itaque, dedi, atque laudaui Deo, sanctoque martyri Benigno, Abbati *Iarentoni*, successoribusque eius monachis Diuionensibus, præsentibus & futuris, in ipsa villa, terram cum silua, quæ terra vadit inter riuulos duos, vsque ad fluuium qui dicitur *Clogi*: aisantias etiam totius villæ, scilicet de pascuis, de aquis, de siluis, & de omnibus aliis appendiciis villæ. Dedi etiam decimas totius villæ, & inuestituram in præsenti, quingentas garbas; & perdonaui omnibus in terra quam Sancto dedi, manentibus, arbergarias, coruatas, expeditiones, ostisias, & iustitias, sine vllo retinaculo, liberè & quietè inquantum possum meliùs cogitare. Huius autem donationis testes sunt isti. Ego *Raymundus* Comes, qui hoc donum feci. Signum *Hugonis* Archiepiscopi Bisuntini, fratris mei. Signum *Stephani* Comitis, fratris mei. Signum *Hugonis Iarentii*. Signum *Richardi* disrocati, fratris eius. Signum *Ioffredi de Chau-*

gis. Signum *Odiloni* Craſſi Dolenſis. Signum *Hugonis* fratris eius. Signum *Vuidonis* Præpoſiti. Signum *Odonis* monachi de Chaucins. Signum *Hugonis de Bers*.



NOTVM ſit omnibus Eccleſiæ filiis, futuris & præſentibus, quòd ego *Hugo* tertius Dei gratiâ *Præſul Beſuntinus*, Diuionenſis Abbatis in Domino reuerendi *Ierentonis* petitionibus adquieſcens, & in ſancti Benigni martyris patrocinio, & ſanctis interceſſionibus fratrum ibidem Deo ſeruientium, in die Domini fiduciam habens, monaſterio præfati martyris liberè trado altaria hæc & Eccleſias; ſcilicet Eccleſiam *de Thauels*, Eccleſiam *de Calcins*, Eccleſiam *d'Algerens*, & Eccleſiam *de Guolz*, cum Capella *de Loia nouella*: tantùm retinens in his Eccleſiis paratas & canonicas iuſtitias, & in Capella cenſum quatuor denariorum, vt moris eſt. Ad quam largitionem, licèt nos amicitia familiaris & religio Præfati domni Abbatis *Ierentonis* compellat; tamen eſt quiddam ſingulare, propter quod petitioni ſanctæ Diuionenſis Eccleſiæ rationabiliter & libenter adquieſco. Anteceſſores enim & parentes mei, locum illum quadam dilectionis prærogatiua familiarem habuerunt; beneficiis & muneribus honorauerunt; & quia ſancti Benigni martyris memoriam quo aduiuerent, quaſi ſpecialem habuerunt, credo quod benignitate interceſſionis eius, peccatorum ſuorum remiſſionem conſecuti ſunt. Ideo à tam rationabili & prouida liberalitate anteceſſorum & parentum meorum, nec volo degener inueniri, nec in vltimo die, tam benigni Martyris patrocinij protectione priuari. Quapropter Eccleſias ſuprà nominatas præfato monaſterio, mea voluntate & Eccleſiæ mihi commiſſæ, Canonicorum laude & aſſenſu, concedo. Et vt tradi-

Hugo III. Archiepiſcopus Biſuntinus, concedit S. Benigno Diuionenſi Eccleſias de Thauels, de Calcins, d'Algerens, de Golz, cum Capella de Loia nouella.

tio mea rata atque inconuulsa permaneat, auctoritate Episcopali, & sigilli nostri impressione confirmo, & testibus corroborandum trado. Signum *Hugonis* Archiepiscopi, qui hanc cartam præcepit fieri. S. *Magnerij* Decani, S. *Hugonis* Archidiaconi, S. *Vulenci* Archidiaconi, S. *Bernardi* magistri, S. *Humberti*.

Robertus Lingonēsis Episcopus, in præsentia Hugonis Comitis Trecassini, dat monasterio sancti Benigni Diuionensis Capellam de Noiant

EGo *Robertus* Dei Gratiâ Lingonensis Episcopus, dedi Deo & sancto Benigno Diuionensis Ecclesiæ Patrono, Capellam *de Noiant*, & Ecclesias, & cætera omnia quæ pertinent ad eamdem Capellam; & quia dominus *Hugo* Comes Trecasinus, præsens aderat quando hanc donationem feci, dedit mihi idem Comes, in testimonium huius donationis, hunc nummum qui hîc dependet, vt per ipsum donationem facerem, & Ecclesiæ Diuionensi transmitterem. Hoc autem factum est, eo tempore quo castrum *Noiant* obsederam: itaque nummum de manu Comitis accipiens domno *Hugoni* Capellano domni *Iarentonis* Abbatis Diuionensis tradidi, & per eum Diuionensi Ecclesiæ, donum de Capella præfata, & de Ecclesiis & cæteris ad eam pertinentibus, transmisi, & in testimonium huius donationis nummus iste huic cartæ appensus est, quum per ipsum donatio ista facta est. laudantibus Archidiaconis, *Vuarnerio*, *Fulcone*, & *Pontio*, & *Duranno Runche* Canonico. Ego *Robertus* Lingonensis Episcopus, hanc cartam scribere iussi, & sigillo meo confirmare feci. Si quis verò hanc nostræ donationis sententiam sciens obuiare præsumpserit, diuini se reum Iudicis sciat, & nisi resipuerit, perpetuo se anathemate dampnatum cognoscat.

Carta de adquisitione Casnedi villæ, & Ecclesiæ eiusdem villæ, tempore Iarentonis.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quia mortalium pectoribus longè maior inest cupiditas auferendi aliena, quàm largiter tribuendi quæ sua sunt, necessariò cogimur litterarum inserere monimentis, eleemosynas præcedentium, ad repressionem & condempnationem auaritiæ posterorum. Quo igitur ordine sanctus Benignus ea quæ possidet in villa, quam *Casnedum* nominant, adquisierit, notificamus præsentibus & futuris. Potestatem itaque villæ supranominatæ tenuit quidam *Vuido* cognomine *Diues*, qui habuit filium nomine *Vualterium*: cuius scilicet *Vualterij* filiam sumpsit in matrimonio *Tetbaldus de Belno*, Vicecomes Diuionensis. De hoc autem *Tetbaldo*, & de ista vxore eius fuit orta quædam puella, quam sumpsit in vxorem *Iosbertus de Castellione*. Postea vxor supradicti *Tetbaldi*, cùm permissu viri sui ad *Variacum* monachari disposuisset, rogauit eundem virum suum, & generum suum supranominatum, & filiam suam, cuius suprà meminimus, vt potestatem *Casnedi*, causâ eius, concederent Deo & sancto Benigno, sicut ipsi eam tenebant & habebant: cumque hoc ab eis obtinuisset, ipsa quidem donum fecit, pro eo scilicet, quia possessio illa de eius capite erat. Illi autem laudauerunt, maritus videlicet, gener, & filia. Iis ita patratis, *Otbertus de Tilecastro*, possessionem illam calumniari cœpit, pro eo scilicet, quòd vxor sua ex illa progenie esset. Qui cùm multa ob hoc placita contra monachos habuisset, tandem apud *Casnedum*, cum Abbate, domno scilicet *Iarentone*, constitutus, quicquid eatenus inibi calumpniatus vel iustè vel iniustè fuerat, ex toto vuirpiuit. Supradictus autem Abbas, assumpto monacho suo *Vuidone de Bar*, misit eum ad vxorem iam fati *Otberti*, vt & ipsa laudaret quod fecerat maritus suus, quod & fecit, præsente viro suo, & *Bensone* Presbytero, & *Amalrico* quodam, & ex parte monachi præsente *Pontio Erleio*, & *Rotberto Ogdeleio*. Hâc calumniâ ita sopitâ, *Gerardus de Dusmis*, & frater eius, calumpniati sunt, ex parte cuiusdam *Vuidonis de sancto Paulo*. qui fuerat consanguineus ipsorum, partem ipsius villæ, & nominatim mansum Martini, & ipsum, cum vxore filiisque eius; cumque ad placitum sæpe venire vocati nollent, tandem resipiscentes, in capitulum Diuionense venientes, quicquid vel iustè vel iniustè in iam dicta villa calumpnia-

calumpniabantur, ex toto coram monachis vuirpiuerunt. *Vuarnerius* quoque, & frater eius *Rustikellus de Bria*, habebant ibi vnum mansum, quod dederunt sancto Benigno, in præsentia *Vuidonis* Comitis Salicienſis, & *Hilberti* Vicecomitis. Affuit ibi etiam seruiens ille, qui idem mansum tenebat, cognomento *Bruticius*, qui & ipse hoc laudauit. Ecclesiam ipsæ villæ tenebat *Vuarnerius* Canonicus Lingonensis, Abbas sancti Stephani Diuionensis, qui & ipse reddidit eam in manu Episcopi Lingonensis, & Episcopus dedit eam sancto Benigno per manum domini *Iarentonis* Abbatis. Tertiam partem ipsius Ecclesiæ tenebat in Beneficio *Vuido de Osceleit*, qui & ipse quidem priùs calumpniatus est, postea verò laudauit eandem tertiam partem Ecclesiæ. Tenebant de supradicto Vuidone *Constantius de Iz*, & *Amalricus de Tile castro*: cumque & horum calumnia repressa fuisset, & ipsis laudantibus pax data putaretur, ecce subitò, quasi ex improuiso, in medium prosiluit alia calumnia, quam obiecit *Beraldus* quem cognominabant *Busionem*, & quem reuera busionem esse constaret. Cumque & ipse diutius obstitisset, tandem in capitulum Diuionense veniens, quod obiiciebat dimisit, societatem fratrum accepit, eo tenore, vt cùm moreretur, si Diuioni corpus eius afferretur, honorificè sepeliretur, ipse calumniababatur eamdem tertiam partem Ecclesiæ, quam *Vuidonem* tenere de *Oselio* diximus. *Lambertus* etiam *de Basčio*, frater *Vuarnerij* suprafati canonici, cùm & ipse diutissimè calumpniatus fuisset, post multa placita, tandem resipuit, & laudauit, & quicquid vel iustè vel iniustè obiiciebat, seposuit. Itaque post tot & tanta dominia, post tot & tanta discrimina, in vnius domini, sancti scilicet Benigni, ius atque dominium *Casnedus* villa, & ipsius villæ Ecclesia, cum omnibus quæ ad eam pertinent, deuenit, labore & industriâ domni Abbatis *Iarentonis*, & *Vuidonis de Bar* ipsius Ecclesiæ monachi. Acta sunt hæc regnante in Francorum regno *Philippo* Rege, Pontificium Lingonensium tenente *Rotberto* Pontifice, Abbatiam Diuionensium gubernante D. *Iarentone* Abbate. Quibus omnibus interfuerunt *Vuido de Bar*, *Hugo de Belna*, & *Anselmus* frater eius.

EGo *G. Risnelli* dominus, notum facio omnibus ista legentibus, à Priore sancti Benigni & ab eius hominibus, vellent nollent, debitum *Morelli*, vsque ad xxx. libras me accepisse, & eis super hoc in omni tempore perfectam garantiam apud omnes homines portare me in veritate promisisse. Hoc tunc laudauit *Morellus*, audientibus *Arberone* milite, *Arnulfo* filio *Hugonis Mo*............ *Guiardo* filio Sophiæ de sancto Benigno, *Arnulfo* famulo, *Petro Tuchart*, *Clemente Rodulfo de Denuilla*. Huius rei testes sunt, ego ipse dominus *Garnerius de Manesio*, *Albertus de Rosoil*, *Robertus* miles, *Gillebertus* Burgensis, *Paganus* Præpositus, *Durannus* tunc Prior, *Constantius* monachus, *Bertrannus* Capellanus, *Vrricus Gilbertus* Clericus, qui hoc scripsit. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini M. C. Sigillum vetustate obliteratum est.

Garnerius de Manesio, Risnelli dominus, fatetur se accepisse à Morello homine sancti Benigni Diuionensis xxx. libras anno M. C.

Année 1100.

IN nomine summæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Quoniam humanæ mentes erroris sui caligine nonnunquam veri notas amittunt, sed & hominum dicta vetustas ab humana memoria abolere solet, nihilque illiteratum in diuturna cognitione habetur; idcirco ego *Valterus* Cabilonensis Ecclesiæ Episcopus, conuentionem, quam ego & canonici nostri, cum *Savarico* Cabilonensi Comite habuimus, litteris & memoria commendare curaui. Notum sit igitur omnibus tam posteris quàm præsentibus, quia, quo tempore *Gaufridus de Donziaco* Hierosolymam tendere vellet, partem mediam Comitatus Cabilonensis possidebat, quam cum *Vidone de Thiers* partitus fuerat, partem suam Comitatus supradicto domino *Savarico* auunculo suo

vendere disposuit. Venit igitur *Sauaricus* ad nos, cum vxore sua, rogans vt partem ipsius medietatis quam emebat ab se in vadio, reciperemus, & ipsum de pecunia quam soluebat iuuaremus. Nos autem ea inducti spe, ducentas vncias auri purissimi, quarum singulæ pretij quadraginta solidorum fuerant, de moneta, cuius media pars argentea erat, quas vos de tabula sancti Vincentij corrasimus, domino *Sauarico* accommodauimus, & vadium quod nobis offerebat, ab ipso percepimus; ea videlicet ratione, vt Ecclesia sancti Vincentij redituum, tam iustorum quàm iniustorum, ad partem *Gauffredi* siue *Sauarici* successoris sui pertinentium, medietatem in pace possidebat, intra istas terminationes, à crucibus trans sancti Marcelli villam constitutis, vsque ad portum *Luci*, sicuti *Talieta* defluit, à ponte *Direti* vsque ad pontem *Campi Ferreoli*, & sicut tota terra protenditur, vsque ad forestam quam *Canonicam Vabriam* vocant, vsque ad prædictas cruces, præter casamenta militum & casataletum, atque ipsos quos habet in dominio seruientes, & præter capturas illas, quas in rebus sancti Marcelli iustè vel iniustè fecerit. Ipse etiam *Sauaricus*, exactiones omnes ac consuetudines, iustas vel iniustas, quas se habere dicebat in villa sancti Isiodori, & in *Gemula*, & ipsarum villarum appenditias, ex toto werpiuit & condonauit. In curia tamen sancti Isiodori reditum suum retinuit, eo pacto, vt canonicos seu rusticos eorum non grauaret, & quod inde solidam pacem & firmam Cabilonensi Ecclesiæ teneret, præsente domino *Iocaranno* Lingonensi Episcopo, *Fulcone de Reone*, & *Hugone Callasenti* *, *Sauaricus* se tenere pacem perpetuam iurauit, & vxor sua, quemdam militem *Albertum* nomine pro se iurare præcepit. Vt ista pax firmior haberetur, viginti obsides *Sauaricus* misit; eo modo, vt si ipse *Sauaricus*, aut quilibet suorum, aliquid malè abstulerit, nisi intra quadraginta dies in quibus ratio composita fuerit, capitale reddiderit, ambitu murorum vrbis Cabilonensis non exibit, nisi ea prolongatione, quam Cabilonensis Episcopus vel eiusdem Ecclesiæ Decanus, cum duabus personis fecerit. Hanc verò pactionem si prædictus *Sauaricus* executus non fuerit, postquam obsides ab Episcopo vel canonicis conuenti fuerint, nec capitale inter dies quadraginta reddiderint, tamdiu capti in prædicta vrbe manebunt, donec ablata restaurentur. Hanc etiam conuentionem *Sauaricus* *Simonem* filium suum, cum vxore sua, sed & *Aruenm* filium alterum, laudare fecit. De obsidibus verò hæc lex data est, vt vbi vnus mortuus fuerit, alter in loco eius mox subrogetur. S. *Iocerandi* Lingonensis Episcopi. S. *Fulconis de Reone*. S. *Hugonis Callasenti*. S. *Huberti de Vlliaco*. S. *Raymondi Gambadi*.

* *Chastellensis*.

Odo Burgundiæ Dux, Hierosolymam proficiscens, veniam deprecatur à monachis sancti Benigni, & eis malas consuetudines & exactiones remittit. *Ex eodem Chartul.*

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritûs sancti. Sicut ad inchoationem iustitiæ spectat sua quemque peccata pœnitendi & fugere, ita etiam ad fraternæ dilectionis perfectionem pertinere cognoscitur; ne proximus in peccatum corruat, occasionem ei peccandi adimere: quæ duo vnius pietatis officia ego *Odo* Dux Burgundiæ, alterum mihi ipsi impendere, alterum ad hæredum meorum posteritatem procuraui extendere. Ipse quidem, pro peccatorum meorum pœnitudine, iter Hierosolymitanum aggrediens, hæredibus autem meis ad aliquam peccati cautelam præsentia scripta relinquens. Cùm itaque mihi diuina inspirasset clementia, vt ob enormitatem meorum scelerum, sepulchrum nostri Saluatoris adirem, quatinus meæ deuotionis obsequium acceptius foret, in conspectu Domini, cum pace omnium, & maximè seruorum Dei, me debere proficisci non irrationabiliter iudicaui. Verùm quia erga sanctum Benignum, & erga sibi seruientes magis tenebar, obnoxius operam dedi, vt cum illorum pace & benedictione, atque orationum suffragio proficisci potuissem; vnde filio meo *Hugone*, quem vice mea in loco honoris mei relinquebam, assumpto .... Etiam plurimis ditionis meæ nobilibus viris capitulum Diuionense ingressus sum, & circumsedentibus monachis, adstantibus

quoque multis de familia Sancti, de iniuriis quas eis hactenus irrogaueram, iustitiam feci, culpam clamaui, & veniâ petitâ me absolui rogaui, & si me reuerti contingeret, de cætero emendaturum promisi. Quâ meâ satisfactione & promissione fratres acceptâ, de præteritis datâ indulgentiâ, me absoluerunt, & tam pro itineris prosperitate, quàm pro pollicitationis meæ executione, in orationum suarum communionem me susceperunt. Sanè quasdam malas consuetudines, de quibus aduersùm me maximè conquerebantur, eis in præsenti relaxaui, & eas tantùm, quas tempore religiosæ memoriæ *Hugonis* Ducis fratris mei viguisse constat, mihi meisque posteris retentaui. Sit igitur notum omnibus præsentis & futuri æui hominibus, quia omnes pessimas consuetudines, quas *Robertus* Dux, auus meus, supra Abbatiam Diuionensem imposuit, penitus respuo, & ea reuerentia qua præfatus frater *Hugo* terras & homines tractauit, me deinceps tractaturum promitto. Et vt idem posteri mei faciant, volo, opto, præcipio. Quòd si inter homines Sancti & homines Ducis, de ipsis consuetudinibus lis orta fuerit, virorum nobilium ac veracium testimonio sedabitur; ita vt vlteriùs Dux, vel homines sui, exigere non præsumant, quicquid tempore supradicti fratris mei virorum nobilium & veracium testimonio constiterit non fuisse exactum. Verùm quia plerumque cautiùs obseruatur quod specialiter imperatur, ex ipsis prauis consuetudinibus, quas relaxo, nonnullas huic meæ descriptioni nominatim præcepi inserere, vt ad eas exigendas nullus in posterum audeat aspirare. Illam prauam consuetudinem, qua homines Ducis solebant per agros discurrere, & homines Sancti cum animalibus suis in coruatam, vel in carropera Ducis violenter adducere, amodo remitto: & vt tam iniusta exactio vlteriùs non fiat, interdico. Item, excursum quem Marischalci & Armigeri Ducis, apud *Longum-vicum* infra villam faciebant, vlteriùs fieri prohibeo. Item si quis ex hominibus Sancti, terram casamenti sui hominibus Ducis, pignoris loco, absque permissu Abbatis vel monachorum, tradiderit, talis oppigneratio recta non erit, nec poterit illis obsistere is, qui insciis eis terram Sancti pro pignore susceperit. Item si homines Sancti, & homines Ducis connubia iunxerint, cuius iuris fuerit pater, ipsius erunt omnes infantes qui ex eo fuerint procreati. Si homo Sancti de mercato se intromiserit, homines Ducis poterunt in eum facere exactionem consuetudinariæ cautionis, quandiu idem ministerium tenuerit. At si à mercato destiterit, nihil vlteriùs ab eo vel ab eius hærede exigetur, nisi ipse vel hæres suus de mercato rursum se intromiserit. Si homo Sancti aliquam torturam Duci vel suis fecerit, non in eum vindicetur, donec querimonia ad monachos perlata sit, nisi fortè is de quo querimonia, sit in mercato inuentus publico. Si homo Sancti colonus extiterit alicuius terræ Sancti, quæ Duci annuam consuetudinem debet, & eamdem terram incolere destiterit, atque permissu monachorum ad aliam terram nihil Duci debentem migrauerit, non eum Dux vel sui persequentur, nec ab eo quicquam vlteriùs exigent, postquam coloniam hoc modo mutauerit. Apud villam *Vinarias* dictam nulla mihi debentem, quædam iniustè vsurpaueram, sed super his à domno *Ierentone*, conuentui iustitiam feci, & directa restituens, *Raynardum* Vicecomitem Belnensem in testimonium restitutionis ipsius fideiussorem dedi. Vnde amodo eamdem villam ab omni mea meorumque infestatione liberrimam permanere censeo: & vt nullus hæredum meorum ipsius villæ habitatores aliquo modo inquietare præsumat, interdico. Medietatem Diuionensis monetæ, de qua multotiens fraus monachis illata est, ita amodo sancto Benigno concedo, sicut eam illi præfatus frater meus *Hugo* Dux noscitur concessisse, vt eadem moneta absque permissu Abbatis aut monachorum Diuionensium non minuatur, non augmentetur, non aliò transferatur: &, vt nouerint omnes hoc ipsum me fideliter decreuisse, ipsum monetarium nomine *Iohannem* hanc eandem concessionem in manu monachorum sub sacramento firmari feci.

Item de portagio quod ministris portarum mearum à commeantibus exigunt, præcipio, vt monachi sancti Benigni, & hi qui Diuioni habitant, & hi qui per cellas morantur, liberam habeant potestatem vinum ducendi in proprios vsus obedientiarum suarum, quantumcumque necesse habuerint, nec ab eis aliquod partagium exigatur. Item homines *de Casneto* eamdem consuetudinem de pedagio habere concedo, quam & aliæ villæ sancti Benigni habere noscuntur. Do etiam Deo & sancto Benigno, Annelinam filiam Iosberti Loripedis, quæ est vxor Humberti de Portu, & ipsam, & infantes quos genuerit; homines quoque istos, qui subter annotati sunt, ab omni mea meorumque consuetudine liberos amodo relinquo; Aymonem, & Durannum de Quintiniaco, Vualonem, & Simonem de Canauis, Robertum & Valetum de Canauis, & Orgerium de Prunido. Ego *Odo* Dux Burgundiæ, hanc cartam signo & confirmo, & filiis & fidelibus meis signandam trado. S. *Hugonis* filij mei. S. *Henrici* filij mei. S. *Vualonis* Canonici. S. *Raynerij de Castellione*. S. *Hugonis* Dapiferi. S. *Raynardi de Glana*. S. *Iosberti Ruffi*. S. *Vualterij* Conestabuli. S. *Vualonis de Sarmatia*. S. *Raynaldi de Granceio* de familia sancti Benigni. *Durannus* maior, *Humbertus Blancus*, *Odilardus*, *Rodulfus*, & *Humbertus* filius eius, & alij multi. Actum Diuioni, anno dominicæ Incarnationis M. C. I. indictione IX. epactâ XVIII. concurrente I. *Philippo* Rege regnante, Episcopatum Lingonensis Ecclesiæ tenente domno *Roberto* Præsule, Diuionensem Abbatiam tenente domno *Iarentone* Abbate.

Année 1101.



Hugo Dux Burgundiæ, restituit Plumberias & Longeuicum in pristinam libertatem, aufferens omnes Percursus, Mariscalcias, Brennatias, Albergarias, quæ à præpositis in illis villis exigebantur anno Christi M. C. II.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ego *Hugo* Dux Burgundiæ, filius *Odonis* Ducis, notifico præsentibus & futuris, eleemosynam, quam feci Ecclesiæ Diuionensi per manum domni *Iarentonis* Abbatis, pro anima patris mei in itinere Hierosolymitano defuncti. Apud Plumbarias villam sancti Benigni, homines Ducis mala innumera committebant occasione quarumdam consuetudinum, & quarumdam exactionum, quas in eadem villa se habere dicebant; vnde & villa ipsa pene fuerat redacta in nichilum, dum habitatores ipsius tantarum exactionum violentiam ferre non valentes, quaque passim diffugiunt. Et quia eædem violentiæ tempore Ducatus patris mei maximè increuerant, cùm mihi obitum eius certi nuncij detulissent, tum pro remedio animæ ipsius, & omnium antecessorum meorum, & etiam pro me ipso, vt Deus principatum adolescentiæ meæ vsque in senectam & senium secundùm suam dirigat voluntatem, supradictam villam in integram restitui libertatem. Assumptis etiam quamplurimis nobilissimis viris, vnà cum fratre meo *Henrico*, in Capitulum Diuionense veni, & omnes consuetudines & exactiones, iustas & iniustas, quas ab eadem villa antecessores mei Duces & homines eorum exegerant, & quas ego & homines mei exigebamus, relaxaui, & per hanc cartam vsque in perpetuum relaxo Deo & sancto Benigno, Abbati *Iarentoni*, &

monachis Diuionensibus : scilicet, Percursus, Marescalcias, Brennarias, Arbergarias, Cautiones, & Superprisias, & Precarias, & quicquid consuetudinis atque exactionis prædecessores mei Duces ab hominibus ipsius villæ exigere solebant, vel per se, vel per suos. Homines quoque & fœminas qui eamdem villam inhabitant, & deinceps habitaturi sunt, ab omni mea meorumque executione quietos & liberos dimitto. Et vt nullus ex posteris meis eos vllatenus inquietare præsumat, præsentis cartæ meæ auctoritate interdico. Relaxo etiam omnes consuetudines & exactiones iustas & iniustas, quas apud *Longum-vicum* faciebam, & nominatim percursum illum, quem homines siue Armigeri Ducis, per agros & intra villam faciebant : & præcipio, vt percursus ille intra villam aut per agros vlteriùs non fiat, sed villæ ipsius habitatores, tam ab hac, quàm ab omni alia exactione, siue iusta siue iniusta, quieti ac liberi permaneant. Post aliquibus itaque annis *Hugo* præpositus meus, cœpit ipsam potestatem infringere, & quod relaxaueram repetere, me nesciο: quod cùm audissem, dolui, & ipsum præpositum vocans, præcepi vt redderet quod tulerat, & Hugoni Monacho, & qui erat de *Marriniaco*, rectum faceret, quia erat Prouisor de Longouico. Quod & fecit, dans fideiussorem nobilissimum *Vuidonem* Vuangionis Riui dominum. Hoc feci fieri, ego *Hugo* Dux Burgundiæ, audiente & vidente ipso *Vuidone Vuilenco* Lingonensi Decano, & aliis. Huius rei testis est *Framericus* ipsius monachi seruiens. Actum in camera Abbatis, Diuioni. Et vt hæc omnia inconcussa & firma permaneant, cartam hanc meo iussu conscriptam, mea manu signo, sigilli mei impressione confirmo, & fratri meo *Henrico*, aliisque nobilibus viris, quorum testimonio ac laude scripta est, signandam trado. S. *Hugonis* Ducis. S. *Henrici* fratris eius. S. .... S. .... S. *Milonis de Frolesio*. S. *Vualonis* Canonici. S. *Hugonis* & *Vuidrici* fratrum eius. S. *Ioccelini de Besua*. S. *Hugonis* filij eius. S. *Odonis* Præpositi. S. *Landaldi* filij eius. S. *Ogdilonis Gratapeccatum*. S. *Duranni* maioris, *Odilardi* Teloenarij, *Rodulphi* & *Humberti* filiorum eius, *Humberti Blanchi*, *Ricchardi* famuli Roberti de Cameraco, *Odonis* Coci. Actum Diuioni, anno dominicæ Incarnationis M. C. II. indictione decimâ, epactâ nullâ, concurrentibus II. *Paschali* P P. *Philippo* Rege, *Roiberto* Lingonensium Pontifice, domno *Iarentone* Abbate. Année 1102.



PASCHALIS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio *Gerentoni* Abbati Diuionensis monasterij, salutem & Apostolicam benedictionem. Officij nostri nos hortatur auctoritas, pro Ecclesiarum statu sollicitos esse, & quæ rectè statuta sunt stabilire. Proinde commutationem illam, quæ inter vos, & Cadomensis cœnobij Abbatem *Gilbertum* facta est, decreti paginâ confirma- Paschalis PP. II. confirmat Iarentoni Abbati monasterii sancti Benigni Di-

nionensis, commutationem factam cum Cadomensi Ecclesia : Item monasterium sancti Vigoris, & alia iura Normannorum finibus sita, quæ pertinent ad Ecclesiam Diuionensem, anno Christi M. C. II.

mus, vt quæ in Normannorum finibus cœnobium Diuionense possederat, id est, Ecclesiam sancti Alberti cum appenditiis suis, & Ecclesiam *de Longo Campo*, cum terris & decimis, deinceps in Cadomensis monasterij possessione permaneant, & rursum, quæ Cadomensis Ecclesia in Burgundionum regione possederat, id est monasterium sancti Ypoliti Curiæ *Becali* .... cum omnibus appenditiis deinceps in Diuionensis cœnobij iure persistant. Confirmamus etiam vobis, vestrisque successoribus, monasterium sancti Vigoris, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, tam in hominibus quàm in possessionibus & decimis ; videlicet plena decima totius villæ, in qua monasterium situm est, & omnium ad eamdem villam pertinentium, & plena decima de *Tor*, & de *Crisseio*, & de *Olsteres*, & de *Colgrino*, & de tota *Chrucha villa*, cum terris presbyterorum, sicut vobis à bonæ memoriæ *Odone* Baiocensi Episcopo tradita, & principis, & aliorum assensibus est roborata. Item confirmamus istud donum quod fecit *Robertus* Dux Normannorum præfato monasterio, de suis dominicis rebus tam in passagio & theloneo, quàm in cæteris exitibus, & per totam terram suam, liberis consuetudinibus, & quatuor asinis in *Verneio* cottidie viridi ligno onerandis. Quicquid prætetea hodie vestrum cœnobium quietè possidet, siue in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium, iustè atque canonicè poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. Si qua sanè Ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptauerit, secundò tertiòve commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen. Scriptum per manum *Petri* Notarij Regionarij & Scrinarij sacri Palatij. Ego *Paschalis* Ecclesiæ Catholicæ Episcopus, subscripsi. Data Laterani, per manum *Iohannis* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, II. idus Martij, indictione X. Incarnationis dominicæ anno M. C. II. Pontificatus autem domni *Paschalis* secundi PP. III.

Année 1102.

Odo Baiocensis Episcopus, frater Vuillelmi Regis Anglorum, dat Iarentoni Abbati, & monachis sancti Benigni Diuionensis, monasterium S. Vigoris in Episcopatu Baiocensi, quod confirmatur à Roberto Normanniæ Duce, qui & de suo plura addit.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Odo* Baiocensis Episcopus, cogitans peccatorum meorum immanitatem, perpendens etiam districti Iudicis de actibus meis discutionem, pro remedio animæ meæ & parentum meorum, & pro requie Episcoporum huius sanctæ sedis Baiocensis, & Canonicorum qui dormierunt, qui sunt & qui futuri sunt, constituo & do Deo & sancto Benigno, *Gerentoni* Abbati Diuionensi, & successoribus eius, & fratribus eiusdem cœnobij, futuris & præsentibus, monasterium sancti Vigoris de Monte Chrismatis, cum appenditiis suis ; videlicet plenam decimam totius villæ, in qua monasterium situm est, & omnium ad eandem villam pertinentium, & quicquid ad Ecclesiam quæ ibi erat, priùs pertinebat, cum presbytero, omnibus & vniuersis consuetudinibus suis : & prætetea medietatem eiusdem totius villæ, tam in hominibus & territorio, quàm in cæteris redditibus, cum medietate annualis mercati, quod fit ibidem in festiuitate omnium Sanctorum, & IV. Burgenses, duos in Campo florido, & duos ad Pontem Olberti, cum terra & consuetudinibus eorum ; & apud quandam villam quæ vocatur *Portus*, Piscatores, cum terra in qua manent, & naui sua, & consuetudinibus eius, & plenam decimam de tota *Chrucca villa*, cum terra & omnibus quæ ad Ecclesiam pertinent, & Ecclesiam de *Tor*, & de *Crusseyo*, & de *Olsteres*, & de *Colgrino*, cum plenis decimis & terris quæ ad ipsas Eccle-

ſias pertinent, & terris presbyterorum. Hæc itaque omnia, ſicut ea etiam iampridem, & tempore *Guilelmi* fratris mei Regis Anglorum ac Normanniæ Comitis, præfata Eccleſia ſancti Vigoris poſſidere viſa eſt, & quicquid ipſi monachi ibidem deinceps iuſtè adquiſierint, dono, trado, laudo, & concedo Eccleſiæ Diuionenſi, aſſenſu & laude Canonicorum & fidelium noſtrorum, ſaluâ reuerentiâ & debitâ obedientiâ S. Baiocenſis matris Eccleſiæ. Conſtituo etiam ibidem fieri ſepulturam corporis mei, & ſucceſſorum meorum, & Canonicorum, ritu ſempiterno, laude eorumdem Canonicorum. Quòd ſi adeò creuerit locus ipſe, vt Abbas ibidem iuſtè poſſit conſtitui, videlicet vt tanti ſint reditus, qui hoc poſſint pati, Abbas quoque Diuionenſis & Epiſcopus Baiocenſis communiter id tractauerint, & ſimul iudicauerint expedire: Abbas Diuionenſis de ſuis in Capitulo Diuionenſi electionem faciet, & perſonam electam aſſignabit Epiſcopo Baiocenſi, qui ordinatus ſub eodem Abbate erit, & eamdem poteſtatem quam priùs in præfato monaſterio, tam ſuper ipſum quàm ſuper cæteros Abbas Diuionenſis habebit. Iſtud ſanè donum laudo, & aſſenſu domini mei Comitis Normanniæ *Roberti* confirmatum eſt, qui & dedit eidem monaſterio ſancti Vigoris plenariam libertatem, videlicet omnes conſuetudines per totam terram ſuam quæ ad illum pertinebant, de dominicis ſuis rebus, tam in paſſagio & theloneo, quàm in cæteris redditibus, & de ſuo proprio in quotidiano vſu fratrum ibidem Deo ſeruientium, onera IV. aſinorum de viridi ligno in nemore ſuo *Verneio*. Et quiſquis de terra ſua aliquid de ſuo præfato monaſterio traderet, id ſibi ratum fore conceſſit, ne occaſione iuris ſui vllo modo poſſet reuocari: & vt monaſterium idem Eccleſia Diuionenſis poſſideret iure ſempiterno. Quiſquis igitur cartam hanc donationis infringere temptauerit, ira Dei veniat ſuper eum, deleatur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribatur, & ſit anathema, Maranatha vſque in diem Domini, niſi reſipuerit. Qui autem iſta laudauerit, & fidelis cooperator acceſſerit, pax ſuper illum & benedictio, vſque dum videat Deum deorum in Sion. Et vt hæc carta firma & inconuulſa permaneat, ſigilli noſtri eam impreſſione firmaui, & teſtibus corroborandam tradidi. Ego *Odo* Baiocenſis Epiſcopus, hanc cartam, lectam & perlectam, confirmo, & ſubſcribo. Signum *Roberti* nobiliſſimi Comitis Normanniæ. S. *Roberti de Tribus Montibus*. S. *Vuillelmi* Decani. S. *Rodulfi* Archidiaconi. S. *Helgodi* Archidiaconi. S. *Vuillelmi de Archis* monachi. S. *Engelranni* filij Helberti. S. *Vuillelmi de Bretulio*. S. *Vuillelmi de Similiaco*, *Vuillelmi de Colomberiis*. Anno ab Incarnatione Domini M. XCVI. indictione IV. concurrente II. XIX. anno principatus domni *Roberti* Vuillelmi Regis Anglorum filij Ducis Normanniæ, hæc carta confirmata eſt, & ſigillo ſuo ſignata. Actum publicè Baiocas, menſe Maio, die XXIV. eiuſdem menſis, IX. Kl. Iulij, lunâ XXVII. feriâ VII. biſſextili anno. Année 1096.

Gonthardus Valentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, concedit Abbati Iarentoni Eccleſias Montis Madriani, de Vulperiis, de Cornaz, & de Glun.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Gonthardus* Dei gratiâ Valentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, notum facio omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, futuris & præſentibus, quòd veniens ante præſentiam humilitatis noſtræ Diuionenſis Eccleſiæ in Domino venerabilis Abbas *Iarento*, requiſiuit à nobis Eccleſiam *Montis Madriani*, celebrem ſancti Geneſij Arelatenſis martyris nomine & meritis; cuius petitionibus acquieſcens, concedo & liberè trado Deo & ſancto Benigno Diuionenſis cœnobij Patrono Abbati, & fratribus ipſius loci, Eccleſias has in perpetuum poſſidendas; ſcilicet Eccleſiam *Montis Madriani*, cum omnibus appendiciis, Eccleſiam de *Vulpileriis*, Eccleſiam de *Cornaz*, & Eccleſiam de *Glun*, cum omnibus appendiciis, in terris & decimis, aſſenſuque & laude totius congregationis ſancti Apollinaris, & laïcorum fidelium noſtrorum. Ad quam largitionem nos præcipuè incitauit amor Dei, & recordatio peccatorum noſtrorum, & dilectio præfati domni *Iarentonis* Abbatis,

quondam in sæculo huius Ecclesiæ Canonici, & vt fratres Diuionenses, pro salute nostra, & pro statu Valentinæ Ecclesiæ Deum exorent assiduâ prece, & post obitum meum, quotannis, nostrum teneat memoriale. Addidi etiam condominam vnam in valle Neuausâ, in substantiam fratrum Diuionensium in Ecclesia Montis Madriani Deo & sancto Benigno & sancto Genesio famulantium. Et vt hæc donatio nostra firma & inconuulsa permaneat, Pontificali auctoritate, & sigilli nostri impressione confirmo, & testibus corroborandam trado. Ego *Ademarus* Anitiensis Episcopus, Valentinæ Ecclesiæ Præpositus, laudo & confirmo. Signum *Lamberti* Decani. S. *Eustachij* Abbatis. S. *Felicis*. S. *Pontij Maleti*. S. *Isiniaonis* Magistri. S. *Giraldi*. S. *Vuillelmi Saraman*. S. *Raynerij de Sabatta*. S. *Lamberti Vuitt*, *Arnaldi*, *Petri*, *Berengarij*, *Balduini*, *Leothaldi*, *Berengerij*, *Ardenei*, *Hugonis*.............. *Retimi*. Ego *Gonthardus* Episcopus, in his Ecclesiis censum constitutum, id est xv. sol. v. in Ecclesia Montis Madriani, v. in *Vulpit*, v. in *Cornaz*, & Synodum. Quicumque hanc iustæ donationis cartam infregerit, anathematis vinculo obligetur, & donatio hæc firma permaneat.

Vuillencus Christopolitanæ Ecclesiæ Episcopus, confirmat Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis Ecclesias in villa Sarcofagi, & in villa Montiniaci.

GVILLELMVS Dei gratiâ *Crysopolitanæ* Ecclesiæ seruus, venerabili fratri & amico charissimo domno *Ierentoni* Diuionensi Abbati, salutem in Christo continuam. Si religiosorum virorum iustis petitionibus assensum pietatis præbemus, ad vtriusque vitæ commodum nobis proficere credimus. Tuæ itaque petitioni satisfacientes, assignamus Ecclesiæ tuæ Diuionensi, tibique & successoribus tuis, duas Ecclesias quas ab antecessore nostro obtinueras, alteram in villa quæ dicitur *Sarcofagus*, alteram in altera quæ vocatur *Montiniacus*, quas, saluo iure Bisontinæ Ecclesiæ, tibi & E[illegible]clesiæ tuæ in perpetuum possidendas concedimus, ad consensum Clericoru[illegible]rorum, & *Stephani* Cantoris; in cuius Archidiaconatu sunt eædem Eccles[illegible] Huius igitur paginæ, sigilli nostri impressione signatæ, & virorum autenticorum testimonio confirmamus hoc donum, & ne quis illud infringere pertendat, Pontificali interdicimus auctoritate. Testes qui interfuerunt *Guido Abbas Alpensis*, *Erluinus* Canonicus Regularis, testis *Magnerius* Decanus sancti Iohannis, testis *Stephanus* Cantor, testis *Oddo* Canonicus Diuionensis, testis *Lambertus* Prior sancti Marcelli, testis *Landricus* Capellanus Abbatis, testis *Lambertus* Diuionensis monachus, priùs Bisontinus Canonicus, testis *Agnardus*, testis ego *Bonsilius*, recognoui. Datum Bisontij IV. Nonas Octobris.

Robertus Lingonensis Episcopus, concedit Abbati & monachis sancti Benigni Diuionensis Ecclesias S. Iohannis Baptistæ & S. Philiberti, in quibus presbyteros instituent, & remouebunt ad nutum qui liberi erunt ab omnibus expensis & para.

CVM ab Ecclesia Lingonensi Abbatia Diuionensis fundata sit, & possessionibus dilatata. Ego *Robertus* Dei gratiâ Lingonensis Episcopus, eamdem Ecclesiam tanto debeo affectuosiùs amare, & latiùs amplificare, quantò diebus sacerdotij mei populum Dei & numero & merito constat multipliciùs accreuisse; cui & si noua beneficia prout volo conferre non valeo, saltem vt possessa antiquitus liberiùs possideat, opem quantum possum denegare non debeo. Ecclesiam sancti Iohannis Baptistæ, & Ecclesiam sancti Philiberti, sitam in Cimiterio sancti Benigni, constat antiquitus Diuionensem Abbatiam possidere; sed per prauas quorumdam adinuentiones, de illo antiquo iure plurimum amisisse; vnde exoratus à domino *Iarentone* Abbate, & à monachis eius, & donum illud antiquum, quo eidem Ecclesiæ sancto Benigno datæ fuerant, laudaui, &, vt liberiùs eas in posterum Diuionensis Ecclesia possideat, aliquid addere procuraui. Volo itaque, & huius meæ descriptionis auctoritate præcipio, vt Ecclesias supermemoratas, Ecclesia Diuionensis quieto iure possideat, cum in qualibet earum presbyter fuerit ponendus vel remouendus, penes Abbatis & monachorum maneat arbitrium, & de substituendo & de remouendo,

remouendo, eorum erit presbyteros, qui præfatis Ecclesiis deseruiant, prouidere, & prouisos ad Decanum adducere; qui Decanus, sine vlla dilatione, statim, in præsentia Abbatis seu monachorum, curam animarum committet presbyteris quos illi præsentauerint. Si Episcopus vel Archidiaconus venerit Diuionem, cùm ab aliis presbyteris expensæ necessariæ requirentur, isti liberi remanebunt, & id quod in eiusmodi exactione, vel deprecatione, vel expensis, daturi erant, dabunt in obsequium Abbatis & monachorum, si Abbati & monachis placuerit. Excommunicationes & generalia edicta Episcopi custodient, ita vt eum quem Episcopus excommunicauerit vel interdixerit, ipsi nullatenus recipient, donec eum Episcopus absoluat. Si pro priuata iniuria Diuionensi Ecclesiæ illata, Abbas aut monachi præceperint vt non cantent, cantare cessabunt, & rursum cum eis cantare præceperint, nullius alterius expectatâ licentia cantabunt. Si Abbas aut monachi tales presbyteros poterint inuenire, qui mundo velint renunciare, & tamen ad iussum Abbatis in Clericali habitu consentiant remanere, liberam habebunt licentiam Abbas & monachi, prædictas Ecclesias huiusmodi presbyteris committendi. Supradictarum Ecclesiarum redditus omnes, in ius cadent Abbatis & monachorum, nec in eis quicquam presbyteri constituti proclamabunt, nisi quantum inter eos & Abbatem, constitutionis suæ tempore conuenerit. Ego *Vilenchus* Archidiaconus, de cuius ministerio præfatæ Ecclesiæ sunt, hanc donationem laudaui. Ego *Paganus* Decanus, laudaui. Hanc donationem feci ego *Robertus* Lingonensis Episcopus, Deo & sancto Benigno, in Capitulo Diuionensi, per manum domni *Iarentonis* Abbatis, in præsentia domni *Gaufridi* Prioris, & aliorum monachorum: quæ vt firma permaneat, sigilli mei impressione eam confirmo. tis Episcoporum.

HVGO Dei gratiâ *Lugdunensis Archiepiscopus*, sanctæ Apostolicæ sedis Legatus, omnibus fidelibus notum esse volumus, quod tempore domni *Paschalis II.* Papæ, & præcepto ipsius, Bisuntinos Clericos, & Abbatem Diuionensem *Iarentonem* ad diffiniendam controuersiam quæ inter eos erat de Ecclesia sanctæ Mariæ Salinensi, Lugdunum conuenire fecimus; quorum actionibus & responsis auditis, visum est nobis, & qui nobiscum erant venerabilibus Episcopis, *Hugoni* scilicet *Gratianopolitano*, *Ismioni Diensi*, & *Roberto Lingonensi*, vt amicabili pacto, potiùs quàm iudiciali sententia, eorum litem finiremus. Conuenit igitur inter eos, vt monachi Diuionenses, omnes querelas quas aduersùs Clericos Bisuntinos, aut scripto aut sine scripto, in Salinensibus Ecclesiis habere videbantur, per manum nostram illis Clericis omnino vuirpirent & dimitterent, & Ecclesiæ quidem Bisuntinæ Clerici, omnes Ecclesias Salinenses sine omni Diuionensis Ecclesiæ querela, iure perpetuo possiderent. Clerici verò Diuionensibus monachis concederent, quatinus in terra Diuionensis Ecclesiæ, in aliquo conuenienti loco, Capellam septem statuarum in longitudine, excepta absida, ad vnum tantùm altare competente, & quatuor in latitudine in Salinis ædificare liceat. Cimiterium autem ex omni parte circa ipsam capellam septem statuarum similiter, ad sepeliendum tantùm monachos, alias verò personas ibi non sepeliant. Parochianos autem Salinenses, nec viuos nec mortuos suscipiant. Quòd si aliquis parochianorum Salinensium, in ægritudinis lecto positus, monachus pro metu mortis effici voluerit, non, nisi presbytero cuius parochianus est, annuente, eum suscipiant. Concesserunt etiam Clerici ipsis monachis, decimam vnius tantùm vineæ eius, quam ex his quas eo tempore in dominicatu tenebat, vsque ad proximum Pentecostem potissimùm elegerint, & Clericis notum fecerint. Promisit autem Abbas & monachi sui, per manum nostram, quod tam in his quàm in aliis quæ ad Bisontinam diocesim pertinent, Ecclesiæ Bisuntinæ, saluo ordine suo, obediant, & Canonicos Bannos, atque excommunicatio-

Hugo Lugdunensis Archiepiscopus, coram Episcopis Gratianopolitano, Diensi, & Lingonensi, componit discordiam inter monachos sancti Benigni Diuionensis, & Clericos Bisuntinos, pro Ecclesiis Salinensibus.
Ex eodem Chartul.

nes Archiepiscopi & ministrorum eius diligenter obseruent. Statuimus igitur, & Apostolica auctoritate firmamus, vt diffinitio ista vtrimque inconcussa seruetur. Si quis verò huius nostræ diffinitionis scienter temerator extiterit, nisi infra quadraginta dies post commonitionem resipuerit, & ei cui iniuriam intulerit, amicabili compositione aut iudicio competenti satisfecerit, læsæ Apostolicæ maiestatis reus habeatur. Actum Lugduni, publicè, anno Incarnationis dominicæ M. C. VI. pridie Kl. Aprilis, sabbato in albis. Huius verò diffinitionis testes sunt isti, S. *Hugonis* Grationopolitani Episcopi, S. *Ismidonis* Diensis Episcopi, S. *Roberti* Lingonensis Episcopi, S. *Kostanni* Lugdunensis Archidiaconi, S. *Liceotardi* Lugdunensis Camerarij, S. *Ioceranni* Lugdunensis Cantoris, S. *Godonis* Canonici & Archipresbyteri, S. *Mainerij* Decani Bisuntini, S. *Hugonis* Decani sancti Stephani, S. *Vuillelmi* Archidiaconi, S. *Stephani* Cantoris, S. *Hugonis* Archid. S. *Iarentonis* Abbatis, S. *Ieffredi* Prioris, S. *Hugonis* monachi, S. alterius *Hugonis de Bers* monachi, S. *Udonis* monachi, S. *Eurardi* monachi.

Année 1106.

Hugo Dux Burgundiæ, confirmat libertates Ecclesiæ S. Benigni Diuionensis, iusticiam Plumberiæ, Villaris, Portagij, Portæ Diuionensis, & Belnensis Castri, & donum posuit in manu Paschalis PP. in ipsa dedicatione Ecclesiæ.

Année 1106.

ANNO dominicæ Incarnationis millesimo centesimo sexto, decimo quarto Kalendas Martij, qui anno & die domnus & venerabilis Papa *Paschalis* Diuionensem consecrauit Ecclesiam, adhærentibus & obsequentibus sibi *Richardo* Albanense Episcopo, *Aldone* Placentino, *Leodegario* Viuariense, domno *Roberto* Lingonense, *Norgaudo* Eduense, post repositionem sanctarum reliquiarum in altari. Ego *Hugo* Dux ammonitus à domno Papa, promisi in sacrata manu eius, quod Diuionensem Ecclesiam in eadem quiete & libertate dimitterem, qua dimiserat patruus meus bonæ memoriæ *Hugo* Dux & monachus. Dimisi etiam, & finiui quasdam exactiones & iniusticias, quas officiales mei faciebant, concedens vt omnes domus monachorum dominicæ, ab omni inquietudine & iusticia mea meorumque amodo essent liberæ. In burgo etiam qui *Claustrum* dicitur, concessi, vt si latrocinium factum fuisset, & clamor ad monachos & ministrales eorum deueniret, ipsi iusticiam planam facerent; quod intelligimus LX. solidorum. Portagium quoque Diuionensis portæ, quod pater meus de vino proprio monachorum Diuionensium vbi vbi consistentium donauerat, laudaui, & confirmaui, & portagium Belnensis Castri de meo superaddidi. Quod ipse pro patre meo feceram de *Plumberiis*, confirmaui, & idem feci de *Villare*, hoc retento, quod in anno, duabus vicibus, apud Villare hospitarer. Hoc donum laude magnatorum meorum factum, in manu domini Papæ posui, & frater meus *Heinricus* laudauit. Testes *Sauaricus Verziacensis*, *Valo* Abbas de Latona, *Rainerius* Dapifer, *Iosbertus* Vicecomes. *Hugo de Granciaco. Hugo de Poltaco*, *Tetelinus*, *Saurus*, *Ha...no de Roui*, *Vualterius de Tilio*, *Vuidricus*, *Hugo* frater eius, *Aymo de Castro*, *Vuillermus de Tylecastro*, *Benzo*, *Milo de Frollesio*.

Rotbertus Lingonensis Episcopus, confirmat dotationem Ecclesiæ Vuangionis Riui factam a Vuidone domino Vuangionis Riui.

IN nomine summæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Omne quod firmiter & inconuulse possidere cupimus, litteris & memoriæ tradere, & Ecclesiasticis auctoritatibus communire debemus. Quapropter ego *Rotbertus* sanctæ Lingonensis Ecclesiæ per voluntatem Dei Episcopus, notum fore cupio omnibus tam futuris quàm præsentibus, qualiter dominus *Guido de Vuangionis Riui*, nostræ dilectionis præsentiam humiliter adiens, magna deuotione postulauit, vt beneficium quoddam, quod Deo & almo martyri Benigno Diuionensis cœnobij, & sancto Stephano Vuangionis Riui, ob remedium animæ suæ & parentum suorum, in manu domini beatæ memoriæ viri *Gerentonis* Abbatis Diuionensis donauerat, nos etiam, prout conueniebat, ex nostra parte concederemus, & Pontificali auctoritate, & præsentis cartæ testimonio confirmaremus. Cuius iustæ & rationabili petitioni libenter acquie-

ſcentes, ſicut piè & honeſtè poſtulauerat, ita Lingonis, in plenaria ſynodo noſtra, conſilia totius eiuſdem Eccleſiæ benignè diſpoſuimus, & ad effectum perducere curauimus. Donamus igitur & concedimus eidem ſancti Benigni Diuionenſis Eccleſiæ, & domno venerabili Abbati *Gerentoni*, atque ſucceſſoribus eius, & monachis ſancti Stephani tam futuris quàm præſentibus, omnia quæcumque Clerici qui in Capella ſupradicti Caſtri, quæ de iure monachorum erat, communi poſſeſſione habebant vel habere debebant; videlicet Eccleſiam de *Sacriſiaco*, cum omnibus ad ea pertinentibus; dimidiam etiam capellam de *Robeni-curte*, & medietatem decimarum ipſius Eccleſiæ de *Mayſnili*, decimam totam: Altare de Eccleſia de *Hericurte*, terram de *Gringicurte*, medietatem quoque decimarum de *Columbeiaco*, vbi duæ ſunt Eccleſiæ. Præterea ipſe dominus *Guido* donat ſancti Stephani monachis, de ſuis rebus, totam redecimationem, & ea omnia quæcumque Clerici illi habebant apud *Maroſiacum*, quicquid etiam habebant in ſeruis & ancillis, & in aliis hominibus, & ea quæ habebant in foro & in furnis, & vniuerſa quæcumque ſupradicti Clerici in omni loco de ſuo communi beneficio habebant vel habere debebant. Hæc omnia ſupradictus vir *Guido Vuangionis Riui dominus*, Deo & ſancto Benigno Diuionenſis cœnobij, & beato Stephano, in manu domini *Gerentonis* Abbatis, laude & conſilio amicorum ſuorum, domini ſcilicet *Lamberti* fratris ſui, Lingonenſis Archidiaconi, venerabilis vxoris ſuæ dominæ *Beatricis*, atque filiorum ſuorum, *Iothberti* ſcilicet atque *Guidonis*, fideliter donat, atque perpetuo iure habere concedit. Nos quoque, ex noſtra parte, monachis illis hæc omnia donamus & concedimus, & præſentis ſcripti adnotatione, manu propriâ confirmamus, & Archidiaconis noſtris laudanda & confirmanda porrigimus. S. *Lamberti* Archid. S. *Goccelini* Archid. S. *Vuillenci* Archid. S. *Vuarnerij* Archid. S. *Ayrardi* Archid. S. *Vuillenci* Archid. S. *Stephani* Cancellarij. Acta ſunt hæc Lingonis, in plenaria ſynodo, anno ab Incarnatione Domini M. C. VIII. *Paſchali II.* Romanæ Cathedræ Pontificatum gubernante, *Ludouico* regnante, *Roberto* Lingonenſis Eccleſiæ Epiſcopatum regente, indictione I. epactâ XVII. concurrente III. in biſſexto. Ego *Durannus*, ad vicem domni *Stephani* Lingon. Eccleſiæ Cancellarij, ſcripſi, & dataui.

Année 1108.

IN nomine RKI. cùm omnia bona fidelium per vnitatem fidei vinculum charitatis communia generaliter habeantur, inter religioſos tamen mos antiquus obtinuit, vt ſpeciali ſocietate ſibi inuicem fœderentur, quatenus tanto ſibi alterutrum deuotiùs & in ſuis proſperis congaudeant, & in aduerſis condoleant, quantò ſe ſtrictiùs colligatos charitatis fœdere non ignorant. Quapropter notificamus præſentibus & futuris, quàm ſpeciali familiaritate Cabilonenſis, & Diuionenſ[illegible]cleſia ſe ſe mutuò colligarint, vt huius dilectionis fœdus, quod Cabilonenſis Eccleſia cum Diuionenſi cum magna deuotione iniit, & quod Diuionenſis à Cabilonenſi cum magna gratiarum actione accepit, nulla obliuionis vetuſtate apud poſteros deleatur, nulla vmquam diſcordiæ ſciſſione rumpatur. Anno itaque dominicæ Incarnationis M. C. XI. dominus *Vualterius* Cabilonenſis Epiſcopus, & domnus *Iarento* Diuionenſis Abbas, talem inter ſe & congregationes ſibi commiſſas ſocietatem inierunt, vt cùm breuis de Kanonico Cabilonenſi venerit Diuionem, vel de monacho Diuionenſi venerit Cabilonem, ſtatim pro eo fiat plenarium officium mortuorum; hoc eſt Vigilia & Miſſa, & eo die habeat præbendam. Præter hæc etiam ſtatutum eſt, vt in ebdomada poſt dominicam mediæ Quadrageſimæ, fiat apud vtroſque pro vtriſque generale Officium & Miſſa. Conceſſit præterea præfatus domnus *Vu* Epiſcopus domno Abbati *I.* & omnibus ſucceſſoribus eius, vnam canonicalem præbendam integram & cottidianam in Eccleſia ſancti Vincentij, quam idem domnus Abbas conceſſit monacho Diuionenſi apud

Vualterius Epiſcopus Cabilonenſis, & Iarento Abbas Diuionenſis, ineunt ſocietatē inter ſe, & congregationes ſibi commiſſas.

Ex eodem Chartul. Beniniano.

Année 1111.

sanctam Mariam commanenti, & vt monachus idem apud sanctum Vincentium septimanam faciat, & Diuionensis Ecclesia eleemosynæ huius causa Cabilonensi Ecclesiæ & corporaliter & spiritualiter pro posse seruitium impendat.

Confirmatio priuilegiorum Virzeliacensis Abbatiæ à Ludouico Crasso Franciæ Rege.

IN sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Ludouicus* gratiâ Dei Rex. Si nobilium & illustrium, nobisque fidelium viuorum salubribus fauemus votis, & iustis ac rationabilibus assensum præbemus postulationibus, regiam exercemus consuetudininem, & eos in nostræ fidelitatis obsequiis promptiores reddimus, atque ad præsentis vitæ circulum faciliùs transigendum, ad futuræ beatitudinis præmia faciliùs obtinenda, vobis profuturum non dubitamus. Comperiat igitur omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium ac futurorum solercia, quòd carissimus, valdeque nobis amantissimus *Rainaldus* Virziliacensis Abbas, ad nostram accedens celsitudinem, deprecatus est nos, quatinus prædecessorum nostrorum Regum Francorum, *Karoli*, *Ludouici*, *Karlomanni*, *Odonis*, item alterius *Karoli*, aliusve *Ludouici*, de immunitate Ecclesiæ Virziliacensis præcepta, nostra quoque auctoritate confirmaremus. Cuius iustis ac rationabilibus petitionibus assensum præbentes, præcipimus atque firmamus, vt quicquid de ipso monasterio, siue regia maiestas siue Apostolica sedes, siue auctoritate, precepto, vel priuilegio mansurum statuerunt, nostris futurisque temporibus maneat inconuulsum, & à successoribus nostris cunctisque Christianæ fidei cultoribus obseruetur illæsum. Et quicquid *Gerardus* illuster Comes, & vxor eius *Bertha*, cum communi consensu, ex rebus suæ proprietatis, quas aut hæreditariò iure, aut emptione, aut regio dono, sine cuiuspiam contradictione ipso monasterio contulerunt, aut post eos ab aliis Deum timentibus ipsi præfato loco collatum est, & in futurum conferendum stabiliter maneat, & inconuulsum, & ad vtilitates & necessitates eiusdem loci explendas. Ita videlicet, vt nullus Comes, seu Vicecomes, nullus Dux, seu aliquis cuiuslibet potestatis, in eiusdem Monasterij Ecclesias, aut loca vel agros, seu reliquas possessiones, ad causam audiendam vel iniusta fœda tollenda, aut mansionaticos, vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut thelonea exigenda, aut homines eius, tam ingenuos quàm seruos, super terram ipsius commorantes, aut aliud de illuc aduenientes destringendos, nec vllas redibiciones, aut illicitas occasiones requirendas, seu penitus aliquas consuetudines exigendas, vllo vno quoque tempore ingredi audeat, aut exactare præsumat; sed quicquid inde fiscus exigere poterit, totum pro æterna remuneratione, atque patris mei *Philippi* salute, alimoniis pauperum, & vsibus monachorum ibi degentium, concedimus. Castellum quoque, quod propter persequutionem paganorum inibi constructum est, sub eodem immunitatis tenore semper manere iubemus, absque alicuius inquietudinis contradictione. Precamur quoque successores nostros, vt sicut sua quæ legitimè statuerint firma, à subsequentibus teneri voluerint, ita & hæc quæ à nobis modò coroborantur, firma & inconuulsa perpetualiter custodire studeant. Vt autem hæc nostræ auctoritatis confirmatio, nostris, futurisque successoribus, nostrorum temporum inuiolabilem obtineat firmitatem, sigilli nostri impressione, & nominis nostri caractere subterream iussimus sigillari. Data Syluanectis, sexto Nonas A-

Année 1112. prilis, anno ab Incarnatione Domini M. C XII. per manum *Stephani* Cancellarij, assistentibus in Palacio nostro, quorum nomina substitulata sunt, *Guillermo* scilicet Dapifero, *Gisleberto* Ruticulario, *Hugone* Connestabulario, *Guidone* Camerario. Anno regni nostri vndecimo *Adalaidis* reginæ quinto.

Quomodo in Ecclesia S. Stephani Diuionensis de sæcularibus facti fuerint regulares & ordo Canonicatus ibidem institutus. *Ex Carthulario Sancti Stephani Diuionensis.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritûs sancti. Si Christianæ perfectionis culmen mandatorum Dei obseruantia adipisci posse dignoscitur, id sine dubio sanctæ caritatis virtus operatur, qua verè Deus proximusque diligitur: Quam duodenus Ecclesiæ apex ab ipso caritatis fonte inspiciens, in vniuersam humani generis prosapiam disseminando produxit; vnde multiplicis seges grani, ipsi, cultore Christo ad vitæ fructum pullulauit. Hæc primitiarum suarum flores præferens vna die vt .... Apostolorum principe serente trium millium altera quinque millium virorum manipulos consecrandos obtulit. Qui rebus terrenis cælestia sibi præmia mercantes, caritatis vnitate, quod quisque singulariter possederat, hoc in medium offerens, commune cum cæteris retinere gaudebat. In quibus nemo aliquid suum esse dicebat, quia sanctæ caritati totum ad integrum contulerat; vnde, quia nullius .... mundi portionem pro Christo sibi reliquerat, Christum portionem sibi competens constituerat. Cuius imitandæ deuotionis regulam, venerandi patres sæculi, sub huius religionis proposito, plurimas aggregare studuerint, vt eorum in cælestibus promereri valerent consortium, quorum in terris deuotè imitarentur exemplum. Hanc plerique, sub monasticæ professionis titulo obseruare contendunt, qui mundo funditus renuntiantes, cruoem Christi tantò liberiùs portare possunt, quantò præter eum nichil portantes expeditiùs incedunt. Plurimi verò canonica subnixi auctoritate, etsi rebus sæculi nondum omnino careant, sub huius tamen communionis societate viuere in Dei seruitio procurant. Qui si misericordiæ operibus res possessas impenderint, mundo corde & casto corpore Deo placere studuerint, Christum absque dubio portionem habebunt in eorum collegio. Huius itaque sanctæ conuersationis imitatores fieri cupientes, quidam beati Stephani protomartyris Diuionensis Ecclesiæ venerabiles Canonici, domnum *Goceramnum* Lingonensis Ecclesiæ Pontificem adierunt, consilium & misericordiam flagitantes ab eo, quatenus sibi liceret, vt supradicta Ecclesia sua, regulariter viuere, & ad emendationem vitæ suæ, in eodem canonico ordine Deo seruiret. Quorum iustæ & rationabili petitioni supradictus Pontifex misericorditer annuens, per consilium domni *Garnerij* eiusdem loci Abbatis & Lingonensis Ecclesiæ Archidiaconi, & domni *Guillenci* Archidiaconi & Lingonensis Ecclesiæ Decani, communi etiam assensu vtriusque capituli, Lingonensis atque Diuionensis Ecclesiæ, tali ordine ad effectum perducere curauit. Nam quia numerus eorum qui regulariter se viuere professi fuerant, ad seruitium maioris Ecclesiæ nondum sufficere poterat, dispensatiuè actum est & constitutum, vt in partem prædiorum eiusdem Ecclesiæ cum suo grege cederent, & apud *Quintiniacum* villam, in Ecclesia beati Martini, in sanctæ professionis habitu & religione Domino placere studerent. Omnes possessiones illas, quæ obedienciam *Arnulphi* pertinebant, in proprio dominicatu suo habentes, & ad necessarios vsus communiter diuidentes. Erit autem in arbitrio eorum, omnes quos idoneos nouerint recipere, & in consortio suo, ad titulum matricis Ecclesiæ regulariter adtrahere, donec multiplicato saltem ad duodecim numero, interueniente & disponente Lingonensis Ecclesiæ pastore, ad fratres suos, & ad matrem Ecclesiam solemniter valeant remeare. Deinde verò, per eosdem, in Ecclesia illa, regularis ordo ita seruetur, vt & de bonis Ecclesiæ omnium communis vsus habeatur, & quando de non regularibus aliquis, casu aliquo, vel morte sublatus fuerit, nullus nisi regularis admittatur. Cæterùm supradictis nullum deinceps recipere liceat, nisi regulam profitentem, & .... canonum viuere volentem. Acta sunt hæc per manum domni *Goceranni* Lingonensis Episcopi, in præsentia totius eiusdem Ecclesiæ Capituli, ad laudem & gloriam sanctæ Christianitatis. Anno ab Incarnatione

Année 1113. Domini millesimo centesimo decimo tertio, indictione prima, *Paschali* Apostolicæ sedis Pontificium gubernante, *Goceranno* Lingonensis Ecclesiæ Episcopatum regente. Acta sunt hæc etiam per manum domni *Goceranni* Ludunensis Archiepiscopi, in præsentia eiusdem Ludunensis Ecclesiæ Capituli, ad laudem & gloriam sanctæ Christianitatis, in præsentia venerabilium fratrum & Coëpiscoporum *Ismionis* Diensis, *Berardi* Matisconensis, *Guidonis* Gebenensis. Testes sunt huius rei *Vualo* Canonicus eiusdem Ecclesiæ, *Garnerius* Præpositus, *Paganus* Cantor.

Hugo de Blasiaco, miles Sarmatiensis, dat Cellæ Sarmatiensi quatuor iornales terræ arabilis. *Ex Chartul. Benignian.* Année 1119.

NOTVM sit omnibus præsentibus & futuris, quòd miles quidam Sarmatiensis, nomine *Hugo de Blasiaco*, dederit præuentus infirmitate, Deo, sanctæque eius Genitricis Mariæ, quatuor iornales terræ arabilis ad fundum vocatum *Vadus Petrosus*, die Purificationis beatæ Mariæ, post peracta Missarum solemnia, laudante sua coniuge, videntibus istis testibus. Ex parte sui *Vuillelmus* fuit *Frollensis*, *Raynaldus Rufus*, *Gislertus* Præpositus. Ex parte autem monachorum, *Heinricus* eorum Præses, *Girrardus* germanus eius, *Oddo* Sacrista, & eius frater, anno dominicæ Incarnationis M. C. XIX. tempore domni Abbatis *Heinrici*, existente Priore *Vmberto* Diuionensi huius Sarmatiensis Cellæ.

Odo Dux Burgundiæ, cedit monetam, &c. & confirmat donationes prædecessorum suorum, S. Benigno.

QVONIAM sapientia Dei dicit, *Super me reges regnant, & principes obtinent terram:* ideo ego *Odo* Dux Burgundiæ, omnibus notum facio, quadam die, assumpto *Alexandro* fratre meo, adiunctis etiam plurimis ditionis meæ nobilibus, capitulum sancti Benigni Diuionensis ingressus sum, & circumsedentibus monachis, & de iniuriis, quas ego hactenus, & *Hugo* pater meus Dux illustris, in expeditione Iherosolymitana defunctus, eis erogauerimus, iustitiam feci, culpam clamaui, & veniâ petitâ, me & patrem meum absolui rogaui, & me de cætero emendaturum promisi. Quâ meâ satisfactione fratres acceptâ, de præteritis datâ indulgentiâ, me & patrem meum absoluerunt, & pro pollicitationis meæ executione, in commemorationum suarum communione, me & patrem meum susceperunt. Tunc me iuxta Abbatem sedentem, Prior loci illius, in medio capituli stans, pro se & pro conuentu circumsedente humiliter & deuotè postulauit, vt quasdam cartas quas habebant, eis confirmarem; cartam videlicet *Roberti* Ducis, filij regis *Roberti*, in qua continetur, quòd monachi sancti Benigni, quandocumque voluerint, & quoties eis placuerit, in quacumque taberna claustri sui vendant vinum proprium, non alienum, aut ego vendam, aut non vendam vinum meum: & illas cartas de medietate monetæ, quas *Hugo* pater meus, & *Odo Atamistius* fecerunt, in quibus prohibent, ne ipsa moneta, absque Abbatis permissione, aut monachorum sancti Benigni, augmentari valeat, aut minui, seu alio loco transferri. Cartam autem *Hugonis* Ducis, in qua continetur, vt quicumque ille esset, siue nobilis, siue ignobilis, de casamento quod de illo vel de successoribus eius teneretur, eis eleemosynam facere liceret: quam petitionem ego *Odo* Dux Burgundiæ audiens, & opere adimplere desiderans, pium patris mei & antecessorum meorum sequens exemplum, omnemque posteris meis calumpniæ & inquietudinis semitam aduersùs monasterium deinceps intercludens, sicut puro & fideli intellectu definiui, supradictas cartas, sicut pleniùs in illis continetur, approbaui, laudaui, & confirmaui: & non solùm illas, sed etiam omnes cartas, quas ab omnibus antecessoribus meis Ducibus Burgundiæ, dicti monachi habebant, similiter confirmaui & approbaui. Verùm, quia de iniuriis, quas præpositi & ministrales mei, in villis & possessionibus suis faciebant, supradicti monachi valde conquerebantur; ideo pro salute mea & antecessorum meorum, & pro stabilitate Ducatus omnem iustitiam, magnam &

paruam villarum suarum, vbicumque sunt, sub potestate mea, & quidquid in illis, siue iustè siue iniustè habebam, aut meum esse dicebatur, eis dedi in perpetuum, & concessi, & volui vt deinceps nullus omnino, auctoritate mea, vel posterorum meorum, aliquid in illis, iustè vel iniustè reclamet. Possessiones autem dictorum monachorum, vbicumque in terra mea sunt, videlicet in terris cultis & incultis, vineis, pratis, pascuis, siluis, grangiis, decimis, furnis, molendinis, aquis, aquarum decursibus, seu & aliis redditibus, à me & meis omnino liberas esse recognoui. Et ne quis in illis, auctoritate mea vel posterorum meorum aliquid reclamet vel auferre conetur, prohibui. Præterea, liberè & absolutè dono in perpetuum, & concedo supradictis monachis, quidquid iustè vel iniustè possidebam, aut meum esse dicebatur, à fonte qui dicitur *Fons Abbatis*, vsque ad *Plumberias*, & à Plumberiis ad *Primidium*, & à Primidio vsque ad *Villarium*, & à Villario vsque ad *Lariacum*, & à Lariaco vsque ad *Pontem Oscharæ*, iuxta molendinum de *Espaillart*, citra aquam & vltra aquam, excepto crimine fore facto, quod tamen, de hominibus suis, præfatis monachis liberè concedo. Custodiam verò villarum suarum, de voluntate Abbatis & conuentus, sicut pater meus *Hugo* Dux habuit, in manu mea retinui; tali conditione, quoniam quacumque die placuerit Abbati aut conuentui S. Benigni dedicere mihi ipsam custodiam, ego eum libenter & sine aliquo obstaculo vel grauamine resignabo, quia nihil omnino in ipsa custodia, quocumque modo mihi reclamabo, & liberum est Abbati & monachis ipsam custodiam sibi, si voluerint retinere, vel etiam cuicumque voluerint commendare. Hæc autem omnia facta sunt in præsentia & manu *Petri* venerabilis eiusdem loci Abbatis. Si quis autem contra hæc ausu temerario venire præsumpserit, & attemptauerit, quicumque sit, & ammonitus satisfacere neglexerit, æterni Iudicis iram se sciat incursurum, & gehennalibus perenniter subiacere suppliciis, vt pote qui seruorum Dei subsidia, & nostrorum redemptionem peccaminum, execrandis vsibus præsumpserit applicare. Huius rei testes sunt dominus *Ponceyus de Granceyo*, dominus *Aymo Dorgius*, dominus *Simon de Bettgnis*, *Raynaldus Vierius*, *Galo Gorrans*, *Dominicus* Diues, bonus amicus, *Brochardus*, *Thebaldus Paluerius*, *Ioannes* Cambellanus Abbatis. Vt autem hæc confirmatio & eleemosyna mea, indeficiens robur obtineat, cartam hanc inde fieri præcepi, & sigilli mei impressione muniri. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini M. C. XIII. Année 1113.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritûs sancti. Christianæ perfectionis culmen mandatorum Dei obseruantia adipisci posse dignoscitur, id sine dubio sanctæ caritatis virtus operatur, qua verè Deus proximusque diligitur. Quam duodenus Ecclesiæ apex, ab ipso caritatis fonte inspiciens, in vniuersam humani generis prosapiam disseminando produxit. Vnde multiplicis seges grani, ipsi, cultore Christo ad vitæ fructum pullulauit. Hæc primitiarum suarum flores proferens vna die, vt .... Apostolorum principe serente, trium millium, altera quinque millium virorum manipulos consecrandos obtulit. Qui rebus terrenis cælestia sibi præmia mercantes caritatis vnitare, quod quisque singulariter possederat, hoc in medium offerens, commune cum cæteris retinere gaudebat, in quibus nemo aliquid suum esse dicebat, quia sanctæ caritati totum ad integrum contulerat. Vnde, quia nullius mundi portionem pro Christo sibi reliquerat, Christum portionem sibi competentem constituerat. Cuius imitandæ deuotionis regulam venerandi patres secuti, sub huius religionis proposito, plurimas aggregare studuerant, vt eorum in cælestibus promereri valerent consortium, quorum in terris deuotè imitarentur exemplum. Hanc plerique sub monasticæ professionis titulo obseruare contendunt, qui mundo funditus renunciantes,

crucem Christi tantò liberiùs portare possunt, quantò præter eum nihil portantes, expeditiùs incedunt. Plurimi verò canonica subnixi auctoritate, etsi rebus sæculi nondum omnino careant, sub huius tamen communionis societate viuere in Dei seruitio procurant. Qui se misericordiæ operibus res possessas impenderint, mundo corde & casto corpore Deo placere studuerint, Christum absque dubio portionem habebunt in eorum collegio. Huius itaque sanctæ conuersationis imitatores fieri cupientes quidam beati Stephani protomartyris Diuionensis Ecclesiæ venerabiles Canonici, domnum *Gocerannum* Lingonensis Ecclesiæ Pontificem adierunt, consilium & misericordiam flagitantes ab eo, quatenus sibi liceret, vt supradicta Ecclesia sua regulariter viuere, & ad emendationem vitæ suæ in eodem canonico ordine Deo seruire possent. Quorum iustæ & rationabili petitioni supradictus Pontifex misericorditer annuens, per consilium domini *Garnerij* eiusdem loci Abbatis, & Lingonensis Ecclesiæ Archidiaconi, & domini *Guillenci* Archidiaconi & Lingonensis Ecclesiæ Decani, communi etiam assensu vtriusque capituli Lingonensis atque Diuionensis Ecclesiæ, tali ordine ad effectum perducere curauit. Nam quia numerus eorum qui regulariter se viuere professi fuerant, ad seruitium maioris Ecclesiæ nondum sufficere poterat, dispensatiuè actum est & constitutum, vt in partem prædiorum eiusdem Ecclesiæ, cum suo grege cederent, & apud *Quintiniacum* villam, in Ecclesia beati Martini, in sanctæ professionis habitu & religione Domino placere studerent. Omnes possessiones illas, quæ ad obedientiam *Arnulphi* pertinebant, in proprio dominicatu suo habentes, & ad necessarios vsus communiter diuidentes. Erit autem in arbitrio eorum, omnes quos idoneos nouerint recipere, & in consortio suo, ad titulum matricis Ecclesiæ regulariter adtrahere, donec multiplicato saltem ad duodecim numero, interueniente & disponente Lingonensis Ecclesiæ pastore, ad fratres suos, & ad matrem Ecclesiam solemniter valeant remeare. Deinde verò per eosdem in Ecclesia illa regularis ordo ita seruetur, vt & de bonis Ecclesiæ omnium communis vsus habeatur, & quando de non regularibus aliquis, casu aliquo, vel morte sublatus fuerit, nullus nisi regularis admittatur. Cæterùm supradictis nullum deinceps recipere liceat, nisi regulam profitentem, & .... canonum viuere volentem. Acta sunt hæc per manum domini *Gocerannι* Lingonensis Episcopi, in præsentia totius eiusdem Ecclesiæ capituli, ad laudem & gloriam sanctæ Christianitatis, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo decimo tertio, indictione prima, *Paschali* Apostolicæ sedis Pontificium gubernante, *Goceranno* Lingonensis Ecclesiæ Episcopatum regnante. Acta sunt hæc etiam per manum domini *Goceranni* Ludunensis Archiepiscopi, in præsentia eiusdem Ludunensis Ecclesiæ capituli, ad laudem & gloriam sanctæ Christianitatis, in præsentia venerabilium fratrum & Coëpiscorum *Ismionis* Diensis, *Ierardi* Matisconensis, *Guidonis* Gebenensis. Testes sunt huius rei *Vualo* Canonicus eiusdem Ecclesiæ, *Garnerius* Præpositus, *Paganus* Cantor.

Année 1113.

Calixtus PP. II. confirmat omnia priuilegia, libertates, exemptiones, possessiones Ecclesiæ S. Benigni Diuionensis, enumeratis omnibus cellis, Ec-

CALIXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio *Hugoni* Diuionensi Abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Sicut in humani compage corporis, naturalis ratio singulis quibusque membris ad salutem prouidens, speciales & proprios actus edocet, nobilioribus verò suam dignitatem conseruat, ita in corpore Ecclesiæ, Apostolica prouidentia, secundùm sacrorum Canonum institutiones vniuersas regit Ecclesias. Digniores autem & famosiores, in sui status prærogatiua custodit; æquum enim & rationabile est, vt suus vnicuique Ecclesiæ honor Apostolicæ sedis munimine confirmetur. Itaque, dilecte in Domino fili *Hugo* Diuionensis Abbas, tuis iustis petitionibus accommodantes assensum, libertati ac quieti vestri

vestri cœnobij auctore Domino duximus prouidendum. Statuimus enim, vt Diuionense cœnobium, semper sub Apostolicæ sedis protectione seruetur, & obeunte te nunc eius loci Abbate, vel tuorum quorumlibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris, vel de suo, vel de alieno, si oportuerit, collegio, secundùm Dei timorem aut beati Benedicti regulam elegerint. Porro electi consecratio, sicut à prædecessore nostro felicis memoriæ *G. G.* septimo constitutum est, peragatur. Interdicimus autem, ne cui post professionem exhibitam facultas sit, sine Abbatis permissione, monasterium derelinquere. Statuimus etiam, ne ab Episcopo vel ministris Lingonensis Ecclesiæ, diuina monasterio vestro interdicantur officia; sed continuè celebrentur, nisi eisdem causis fratres cessare oporteat, quæ sedis Apostolicæ Præsulis Benedicti determinatione distinctæ sunt. Ecclesiarum quoque, quæ in Burgo monasterij vestri sitæ sunt, id est *Sancti Iohannis Baptistæ*, & *Sancti Philiberti*, seu presbyterorum in eis Domino seruientium, eam in perpetuum libertatem vestro monasterio confirmamus, quam venerabilis *Robertus* Lingonensis Episcopus contulisse dignoscitur. Illud etiam remissionis & immunitatis, quod idem Episcopus, vel sui prædecessores, de paratis & synodis vestro cœnobio indulsisse cognoscuntur, nos præsentis decreti assensione firmamus. Confirmamus etiam vobis, vestrisque successoribus, in Episcopatu Lingonensi cellam *sancti Amatoris*, cum Ecclesia *sancti Ferreoli*, cum atriis, tam Ecclesiis quàm aliis rebus ad ipsas pertinentibus: item cellam *de Montiniaco*, & cellam *de Noiant*, cum capella eiusdem Castelli: cellam *de Claromonte*, cellam *sanctæ Mariæ apud Saxonis Fontem*, cellam *sancti Stephani* apud *Vuangionis Riuum*, cum omnibus ad eas pertinentibus: In Episcopatu Tullensi cellam *Bertiniacæ Curtis*; cellam de *Solini Monte*, cum Ecclesiis, villis, terris, & omnibus ad eas pertinentibus: In Episcopatu Eduensi cellam Belnensem, cum Ecclesiis de *Vuilliaco* & de *Casleto*, de *Prato Fargeolo*, cum omnibus suis pertinentiis; cellam de *Sarmatia*, cellam de *Curbeltat*, cellam de *Arneto*, cum omnibus ad easdem cellas pertinentibus: In Archiepiscopatu Bisuntino cellam *sancti Marcelli*, cellam de *Offonis villa*, cellam de *Sarcofagis*, cellam de *Logiâ Nouellâ*, Ecclesiam de *Torpâ*: Apud *Salinas*, cellam *sancti Petri*, cellam *sancti Michaëlis*, cum omnibus ad eas pertinentibus: In Episcopatu Cabilonensi, cellam *Sanctæ Mariæ*, cellam de *Paluel*, cum omnibus pertinentiis: In Episcopatu Valentinensi cellam *sancti Genesij de Monte Madriano*, cum suis pertinentiis; Ecclesiam de *Valpilleriis*, & de *Tornaz*, & de *Glun*: In Episcopatu Diensi Ecclesiam de *Bouentia*: In Episcopatu Baiocensi cellam *sancti Vigoris*, cum suis pertinentiis: In Episcopatu Senonensi, cellam *sancti Benigni apud Vunonem*, cum omnibus pertinentiis suis; cellam de *Eschino*, cum suis totis appendiciis; Ecclesiam de *Granciaco*, & vniuersa ad eam pertinentia; cellam de *Ruleb*, cum eis quæ ad ipsam pertinent; capellam *de Hex*, cum decimis & terris ibidem datis; capellam *Vuangionis Riui*, cum omnibus ad eam pertinentibus. Præceptum *Roberti* Regis Francorum de cella *Belensi*, capellam *de Salinis sanctæ Mariæ Magdalenæ*, & omnia ad eam pertinentia. Item possessiones, *Dinatum Villam*, cum appendiciis suis, *Casnedum* villam, iterum *Casnedum*, *Hyspariacum*, *Marcenniacum*, *Norgias*, *Vareias*, *Sariacum*, *Longouicum*, & decimam *Sariaci* prædicti, *Asiriacum* villam, *Plumberias*, *Prunedum*, *Eschiriacum*, *Flariacum*, *Magnum Montem*, *Vinerias*, *Salciacum*, in silua cum decimis eorum: Et si qua alia, in quibuslibet locis, impræsentiarum ad iura vestri monasterij pertinent, vel in futurum, Domino largiente, pertinebunt. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat idem monasterium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnino integra conseruentur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, salua Episcoporum canonica

clesiis, iuribus, & redditibus quæ ad dictam Ecclesiam pertinent.

reuerentia. Quibus tamen, nec ipsis, nec eorum ministris, liceat cœnobij vestri Ecclesias iniustis interdictionibus fatigare, quamdiu monastici ordinis vigor, Domino præstante, permanserit. Si qua sanè Ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptauerit, secundò tertiòve commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat: cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Ad hæc adiicientes quæcumque Diuionensi monasterio per authentica prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum priuilegia concessa sunt, firma constituimus & inuiolabilia permanere, Amen, Amen, Amen. Datum Laterani, per manum *Imerici* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi, Cardinalis & Cancellarij, IV. Kl. Nouembris, indictione III. anno dominicæ Incarnationis M. C. XXIV. Pontificatus autem domini *Calixti* secundi PP. anno. VI.

Année 1124.

Ex Carthulario Sancti Stephani Diuionensis.

CALIXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis *Galoni* Priori, & fratribus in Ecclesia sancti Stephani Diuionensis castri regularem vitam professis, tam præsentibus quàm futuris, in perpetuum. Ad hoc vniuersalis Ecclesiæ cura nobis à prouisore omnium bonorum Deo commissa est, vt religiosas obligamus personas, & beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impendatur, nisi ex charitatis radice procedens, à puritate religionis fuerit conseruatus. Oportet igitur, omnes Christianæ fidei amatores religionem diligere, & loca venerabilia, cum ipsis personis diuino seruitio mancipatis attentiùs confouere. Quapropter vestris, in Domino carissimi filij, petitionibus assensum præbentes, vitæ canonicæ ordinem, quam secundùm beati Augustini regulam in vestra Ecclesia professi estis, auctoritate sedis Apostolicæ confirmamus, statuentes, vt defunctis nunc Abbate *Garnerio*, & *Garnerio* Præposito, nullus ibi Abbas sæcularis vel Præpositus substituatur, sed ille omnibus præponatur, quem regularem regulares fratres, vel fratrum pars sanioris consilij, secundùm Dei timorem & beati Augustini regulam, prouiderint eligendum. Præcipimus etiam, vt decedentibus istis qui supersunt clericis sæcularibus, nullus in Ecclesia vestra, illorum loco, nisi regularis substituatur canonicus. Ecclesias autem, capellas, & cætera quæ Ecclesia vestra legitimè possidet, vel in posterum iustis modis, largiente Domino, acquisierit, præsentis priuilegij pagina roboramus; videlicet Ecclesiam *sancti Stephani*, cum Ecclesiis suis & villis, & seruis, ancillis, & terris suis; Ecclesiam *sancti Medardi*; Ecclesiam *sancti Michaelis*, cum cimiterio & decimis, & terris suis; Ecclesiam *sancti Martini de Quintiniaco*, cum cimiterio, decimis, & terris suis; Ecclesiam *sancti Mauritij de Silliciaco*, cum cimiterio, decimis, & terris; Ecclesiam *sanctæ Mariæ de Marcenniaco*, cum terris; Ecclesiam *sancti Andreæ de Perriniaco*, cum decimis & terris; Ecclesiam *sancti Florentij de Tillecastro*, cum capella *sanctæ Mariæ* & cimiterio, decimis, terris, & cum aliis pertinentiis earum; Ecclesiam *sancti Petri de Mirebello*, cum cimiterio, decimis, terris, & appenditiis suis; decimam de *Gesiaco*, decimam *de Cuseiaco*, Ecclesiam *sancti Martini de Prato*, cum cimiterio & capella de *Fontanis*, & appenditiis earum; Ecclesiam *sanctæ Mariæ de Gemellis*, cum capella de *Pichangiis*, & decimis, & terris; Ecclesiam *sancti Andreæ de Ormentiaco*, cum capellis, cimiteriis, & decimis; Ecclesiam *de Columerio*, cum capellis & appendiciis earum; capellam quæ est inter *Langerium* & *sanctum Fidolium*, cum appenditiis suis; locum de *Aquino Fonte*, locum de *Galdo Altrei*, cum appenditiis suis; saluo

nimirum per omnia iure Lingonensis Episcopi. Præterea Ecclesiam *sancti Martini de Arco*, cum appenditiis suis; locum de *Monte Cigoniaco*, cum appenditiis suis; locum de *Bona Valle Iarensi*, cum appenditiis suis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temprauerit, secundò tertiòve commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia eternæ pacis inueniant. Ego *Calixtus* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Datum Laterani, per manum *Aimerici* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi, Cardinalis & Cancellarij, IV. Non. Nouembris, indictione tertiâ, anno Incarnationis Domini millesimo centesimo vicesimo quarto, Pontificatus autem domini *Calixti* secundi Papæ anno sexto.

Année 1024.

Honorius PP. II. Richardo Baiocensi Episcopo interdicit ne monachos S. Benigni Diuionensis in monasterio S. Vigoris in suis rebus ac iuribus perturbet. *Ex Chartul. Benigniano.*

HONORIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, *Richardo Baiocensi Episcopo*, salutem & Apostolicam benedictionem. Inter plures correctione dignas quas audiuimus de tua fraternitate querelas, ad augmentum indignationis processit in medium clamor Diuionensis Ecclesiæ, quam ideo non possum non audire, quia anterioribus nostris semper extitit venerabilis, & religionis suæ merito, & dilectionis in nos antiquæ quodam priuilegio causatur. Si quidem & queritur, te transire suos, & transferre terminos præfixos, illi ab antecessoribus tuæ sedis, & nostræ, nouo cimiterio suum vetus & antiquum euacuare, presbyteros sui iuris in ius contra ius trahere, synodales & consuetudinarios & extraordinarios etiam redditus ab eis exigere, & multa id genus agere, quæ planè videntur iustitiæ reclamare. In argumentum itaque fidei, iussimus in medium cartas & decretalia produci, quibus videbatur inniti; in quorum dum versaremur lectione, surrexerunt è latere nostro graues, & fide dignæ personæ, dicentes se audisse, se vidisse, quando Baiocensis Episcopus illud donum quod significatur in scriptura, dederit monachis Diuionensibus, Aruernis primò, deinde Romæ, per manum Vrbani PP. cum omnimoda libertate, absque vlla exceptione, nisi solius obedientiæ quæ debetur vniuersaliter omni Pontificali reuerentiæ. Quod & ipse me vidisse memini, cùm essem tunc temporis in obsequio eiusdem Papæ beatissimi. Quæ cùm ita sint, & res nondum exciderit memoria, quia recens gesta, & quod gestum est, multis adhuc superstitibus & idoneis comprobetur testibus, & quod testificatum est, Apostolicis confirmetur apicibus: miror, qua temeritate tam solemne ius, vel in modico sis ausus infringere; cum etiam, si deesset auctoritas testium & scripturæ, facilè tamen coniici possit ex ingenita viri magnitudine, nil eum tam celebri, tam deuoto dono quod dari potuerit, decerpsisse. Sciebat enim, eleemosynam danti magis quàm accipienti prodesse. Si igitur prudens esse poterat ad pietatis opus informare te ratio, si pius pia tanti pastoris recordatio, si timoratus prædecessoris tui *Toroldi* præter hoc ipsum in parte iusta deiectio. Et quia tot æquitatis lineas excedere non pertimescis, nostrum est corrigere quod excedis. Monachis itaque Diuionensibus, monasterium *sancti Vigoris*, cum appendiciis suis, & quicquid continet carta Pontificalis & *Roberti Ducis Normanniæ*, ea quæ possumus auctoritate firmamus, sicut fecerunt sancti patres nostri, *Vrbanus* scilicet, *Paschalis*, & *Calixtus*, cum plenaria rerum suarum libertate. Ita vt; tam ipsi quàm eorum Ecclesiæ, & presbyteri, & quæcumque sunt iuris eorum, longè remotissima sint à tua vel tuorum pensione, exactione, actione etiam, iusta vel iniusta, ministrorum: sed quicquid illud erit, totum persistat

ad integrum, penes ius & arbitrium monachorum. Quod enim ſemel Eccleſiæ donatum eſt, à datoris poteſtate prorſus alienatum eſt, nec cuiquam quod dedit, repetere licitum eſt, & ſi fiat, ſacrilegium eſt. Nulli etiam Pontificum, iuxta decretum *Ormiſdæ*, liceat diuinum in eorum cœnobiis officium interdicere, dum eos conſtiterit Apoſtolicæ ſedis communicare. Sic autem monachis ſuum roboramus tenorem, vt tuum abolere non velimus honorem, ſed ſic eum limitamus, vt ipſi tibi ſinceræ dilectionis exhibeant obſequium, & tu eis gratuitum, non mercenarium impendas patrocinium, ſitque inter vos beneuolentiæ concertatio, non pretij cuiuſquam licitatio. Nam qui primus eos aſciuit amicos, ſibi non vectigales eſſe voluit, & vt ipſe dulcium pater fieret filiorum, non auctionator alienorum. Si quis igitur decreti huius limitem ſciens tranſgreſſus fuerit, niſi reſipuerit, anathema ſit. Canonicorum autem ſi quis alibi quàm in præfixo beati Vigoris cimiterio tumulari ſe fecerit, & ſepultus, & ſepeliens, tranſgreſſionis rei fient, ipſi viderint. Omni verò obedienti & cooperanti ſit noſtra & benedictio, & in cæleſtibus æterna manſio. Datum Laterani, II. Nonas Maij, per manus *Imerici* ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, indictione V. anno dominicæ Incarnationis M. C. XXVII. Pontificatus domni *Honorij* anno I V.

Année 1127.

Aymo dominus de Tylæ-caſtro, coram Iocerano Lingonenſi Epiſcopo, reddit monachis ſancti Benigni terram de Bocis.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritûs ſancti, Amen. Quandocumque à viris nobilibus, quod ipſorum nobilitati congruum valdeque competens eſſe videtur, aliquid Eccleſiæ bonitatis impenditur, ab ipſis Eccleſiæ filiis litterali memoriæ commendetur, ne in poſterum malitia inuidorum calumpnia inferatur, vel inlata litterarum teſtimonio confuſa comprimatur. Quapropter diſſenſionem vel controuerſiam inter Diuionenſes monachos & *Aymonem dominum de Tylecaſtro* diutius habitam, in cunctorum audientia recitamus, ne diſſentio illa, Deo volente, in pacem & concordiam tamdem conuerſa, futurorum, quod abſit, malignitate vel inuidia repetatur. Ipſe igitur *Aymo de Telecaſtro*, monachis Diuionenſibus terram de *Bocis*, quam ipſi diutius tenuerant, calumpniando, grauem moleſtiam intulit, ſed Deo volente calumpniæ finem impoſuit, dum ſe ſapientum conſilio pacificum exhibuit. Nam vtrumque, monachorum videlicet, & ipſius *Aynonis* cauſa in præſentia domni *Iocerannι Lingonenſis Epiſcopi* recitatur, quæ multorum nobilium induſtria, vt ita dixerim, laudabiliter in melius tranſmittatur. Quia ipſe *Aymo* totam terram de Bocis, vel quicquid ibi eſt vel eſſe poteſt, cum totis appenditiis & redditibus, tam de ſe quàm de ſuis hæredibus vel ſeruientibus ſuis, liberum ac quietum vſque in perpetuum, in manu domni *Iocerannι* Lingonenſis Epiſcopi, *Heynrici* Diuionenſis Abbatis proclamauit, & ſancto Benigno Diuionenſis Eccleſiæ patrono, ſine aliqua inquietudine vel exactione, deinceps tenendum & poſſidendum conceſſit. Huius rei in poſterum calumpniatores domnus *Iocerannus* Epiſcopus, ipſo præſente & laudante, maledixit, & vſque reſipiſcant, & ad ſatiſfactionem veniant, ſub anathematis ſententia commultauit. Huius rei teſtes ſunt, ego *Iocerannus* Epiſcopus, qui hoc confirmaui, & ſigillo meo cartam iſtam ſigillari præcepi. *Iocelinus* Archidiaconus, *Arnaldus* Diuionenſis Decanus, *Raynerius de Caſtellione*, *Milo* dominus *de Sarmacia*, *Niuardus* Miles, *Girardus de Caſtellione*, *Odo Viridis*, *Petrus* Maior *de Saciaco*, *Aillardus* famulus, *Oddo* famulus Abbatis, & alij quamplures.

Hugo Dux Burgundiæ, apud Briuiacum, per Vuidricum Diuionen-

PLACITVM quoddam à monachis Diuionenſibus, in præſentia Ducis deductum, præſentibus & futuris volumus eſſe notum, homines qui de *Marcenniaco* receſſerant, & in via publica, in chimino ſcilicet ſuper Ducem remanſerant, Ducis ac miniſtralium eius ſiſi potentia, terram de *Marcenniaco* &

de confinio eius, contra voluntatem, & sub interdictu monachorum incolebant. Vnde cùm sæpius monachi apud Ducem querimoniam inde facerent, & Dux, rem differendo, iustitiam eis aliquandiu facere distulisset, tamdem eorum inquietatus querelis, diem statuit, quo vtrique, monachi scilicet & homines de quibus querimonia erat, in suam præsentiam venirent, vt res iudicio diffiniri posset. Die statuto apud *Brittniacum*, in præsentia Ducis, vtrique, monachi scilicet & supradicti homines, venerunt, causamque suam vtrique, Duci pandere statuerunt monachi, *Vuidrico* Diuionense, qui eorum verba portabat, referente, cur nollent vt ipsi homines terram de Marcenniaco tenerent vel incolerent. Dixerunt, ipsique homines, *Hugone de Besua* eorum verba dicente, cur illam tenere & incolere vellent, non tacuerunt. Vtrarumque partium causis auditis, Dux inde iudicium suum fieri præcepit: iudicium concorditer factum recitatumque est. Dictum iudicio est, vt ipsi homines terram de Marcenniaco monachis in pace dimitterent, nec eam ampliùs, nisi concessu & laude monachorum, incolerent, nisi fortè aliquis esset qui de ipsa terra quicquam rupisset, vel in ea fimum iecisset, vnde rupturam vel fimum suum iuxta morem vicinorum per annos legitimos necdum traxisset. Qui tamen & ipsi, postquam rupturam vel fimum suum de ea traxerint, monachis eam in pace dimitterent. Cæterorum deinceps nullus eam sine voluntate monachorum incoleret, nec inde aliquam eis molestiam inferret, quia nullam causam dicebant pro qua illam amplius tenere vel incolere deberent. Hoc iudicium ex præcepto Ducis fecerunt, *Girardus de Castellione*, *Vuidricus Diuionensis*, *Hugo de Besua*, *Hugo de Aspero Monte*, *Theodericus de sancto Sequano*, filius *Humberti de Lixe*, *Iosbertus* filius Vuidrici, *Balduinus* gener Hugonis de Besua. Testes, *Hugo* Dux, per cuius manum & iustitiam placitum istud factum est. Iudices suprà nominati, *Vuido* Præpositus sancti Iuliani, *Paganus* maior. Et ne deinceps de his controuersia oriretur, placitum istud Dux litteris annotari, & sigillo suo signari præcepit.

[Margin: ...sem, & Hugonem de Basua, componit controuersiam inter monachos sancti Benigni, & quosdam homines qui in via publica secesserant, & inuitis monachis terras Marcenniaci excolebant. Ex eodem Chartul. Benigniano.]

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritûs sancti. Quoniam exemplo præcedentium, morti sua debita exsoluituros nos speramus, dignum valdeque in posterum nobis profuturum arbitramur, si de rebus nostris Deo seruientibus largiendo, animabus illorum quantulumcumque subueniamus. Ego igitur *Hugo* Dux Burgundiæ, fratris mei *Heinrici* morte turbatus, & illius dulci solatio destitutus, ad animæ ipsius salutem expetendam, sapientum tandem consilio animatus, vtriusque mei hominis curam apposui. Igitur Deo, sanctoque Benigno Diuionensis Ecclesiæ patrono, & monachis ibidem Deo seruientibus, laude *Mathildis* vxoris meæ, dono & concedo, quicquid in *Longo-vico*, vel in omnibus appenditiis eius, in siluis scilicet, & planis, in terris cultis & incultis, in pratis, & pascuis, in aquis aquarumque decursibus, in ingressis, & exitibus habebam, vel calumpniabar, aut calumpniari poteram, & tam de me quàm de meis hæredibus vel seruientibus liberum ac quietum in Ecclesia sancti Benigni, coram populo, in præsentia domni *Iocerannı* Lingonensis Episcopi, & *Heinrici* Abbatis proclamo. In terra etiam monachorum, quæ in *Marcelengis* sita est, omnes consuetudines & exactiones relaxo: molendinum etiam, quod prato, quod sub saxo me volente monachi construxerant, sine aliqua calumpnia deinceps habendum concedo. In Diuione verò Vuarinum Vulferium, cum vxore & infantibus suis, vt sacristæ ipsius Ecclesiæ deuotè seruiant, & sub eius potestate in perpetuum maneant, liberos ac quietos. Hæc omnia domnus *Iocerannus* Episcopus laudauit, confirmauit, & omnes in posterum huius rei calumpniatores maledicens, præsente eodem Duce, & multis vtriusque sexus, nisi resipuerint, & ad satisfactionem venerint, anathematis sententia commulctauit. Huic rei interfuerunt *Fulcherus*

[Margin: Hugo Dux Burgundiæ, concedit monasterio sancti Benigni Diuionensis omnem potestatem in Longo-vico.]

Lingonensis Decanus, *Vualo* Prior sancti Stephani, *Arnaldus* Decanus, *Agano* Dapifer Ducis, *Raynerius de Castellione*, *Iosbertus* Vicecomes Diuionensis, *Aymo de Tila-castro*, *Humbertus* & *Theodericus* milites *de Fauerniaco*, *Aymo Vuidricus*, & *Hugo* fratres, *Hugo* Præpositus Diuionis, *Oddo* filius Martini, *Landaldus* filius Odonis, *Eurardus* Marescalcus. De familia Sancti, *Oddo* famulus Abbatis, *Vuido* filius Duranni Maioris, *Milo* maior de Longo-vico, *Humbertus* & *Hugo* ventarij, *Landobertus* & *Vuarinus* famuli, & alij plurimi.

Hugo Dux Burgundiæ, ad sanctum Iacobum profecturus, concedit monachis sancti Benigni, vt quisquis eis posset liberè eleemosynam facere de casamento quod à Duce Burgundiæ teneretur.

QVONIAM cogitatio hominis plùs ad malum, minùs ad bonum prona est, & malum iniquitatis de die in diem germinat in terra; ideo ego *Hugo* Dux Burgundiæ, ad sopiendam post me futurorum Ducum calumpniam & inuidorum proteruiam, huic cartæ inserere mandaui rem quamdam memoria dignam; illo siquidem in tempore, quo ad sanctum Iacobum peregrè volui proficisci, Abbatem tunc temporis S. Benigni, nomine *Petrum*, sciens eum virum iustum & sanctum, nec dubitans quod sanctitas illius ac iustitia multùm mihi de iam dicto itinere conferre posset, vt socius mei viatici esse dignaretur, eum multo supplicamine exoraui. Quod vix tamdem ab ipso, sed non sine magnis precibus impetraui. Postea competens & mihi proficuum ducens, si fratrum eiusdem loci fulcirer orationibus, circumsedente in capitulo conuentu, præsente etiam præfato Abbate, cum quibusdam militibus meis illuc intraui, & de meis erga illos malefactis veniam postulaui. Deinceps, si mihi Deus reditum indulgeret, emendationem promisi. Confestim autem ibi, in præsentiarum, pro emendatione ablatarum, & pro animæ meæ & animarum antecessorum meorum salute, precibus ipsorum pulsatis, hoc Deo & sancto Benigno per manum præscripti Abbatis in eleemosynam concessi, & sigilli præsentis attestatione corroboraui, vt quicumque ille esset, siue nobilis siue ignobilis, de casamento quod de me teneret, seu de successoribus meis, eis eleemosynam facere liceret. Qui igitur hanc meam tam solemniter factam donationem voluerit irritare, aut modo aliquo infringere, illum Dei iudicio relinquo puniendum, seque procul dubio nouerit æternam damnationis pœnam incursurum. Testes huius donationis & facti *Vuillelmus* dominus *de Marrine*, *Iosbertus de Granceio*, & *Calo* frater eius, *Aymo* Rufus, domnus *Carpinus*, *Hugo de Besua*. De hominibus Ecclesiæ, *Bomfilius*, *Girardus* famulus, *Rotbertus* Hospitalarius, *Rotbertus Chauere* famulus Cellerarij.

Riquinus Tullensis Ecclesiæ Præsul, concedit monasterio S. Benigni Diuionensis Cellam Bertiniacæ Curtis, quæ sita est in Tullensi Diœcesi.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Riquinus* diuinâ disponente clementiâ sanctæ *Tullensis Ecclesiæ Præsul*, digna felicium antecessorum nostrorum imitari gestiens exempla, vt eorum particeps existam in gloria, dignum duximus auctoritate Ecclesiastica ipsorum corroborare & confirmare iure decreta. Notum ergo esse volumus tam futuris quàm præsentibus, omnibus nobis per sæcula longa succedentibus, tanta me Diuionensis cœnobij karitate ac fraternitate connexum, necnon domni *Henrici* eiusdem loci Abbatis amicitia ac familiaritate deuinctum, vt non solùm præcedentium patrum eis in nostra diœcesi concessa beneficia Ecclesiasticis confirmare testimoniis, verùm etiam in omnibus eorum vtilitati ac profectui prouidere maximum michi deputo lucrum. Concedimus itaque atque confirmamus Ecclesiæ Bertiniacæ Curtis, quæ sita est in nostra diocesi, & cella esse cognoscitur Diuionensis cœnobij, largitione domni *Iacob* antecessoris nostri, qui in proprio patrimonio præfatam Ecclesiam fundauit, & postea in Ecclesia beati Benigni gloriosissimi martyris apud Diuionem honorificè sepultus est, auctoritate pontificali, Ecclesias inferiùs annotatas; Ecclesiam scilicet *Businiacæ Curtis*, Ecclesiam *Branti-Villare*, Ecclesiam *Agisis-Villæ*, Ecclesiam *Vulfery-Curtis*, Ecclesiam

Godoni-Curtis, Ecclesiam *Cline-Campi*, Ecclesiam de *Hillo*, perpetuo iure possidendas; ea conditione, vt monachi in præfata Bertiniaci curte commorantes, duas partes in omnibus prouentibus ipsarum Ecclesiarum, tam in oblationibus quàm decimis, tricenariis, sepulturis, & aliis beneficiis, absque omni contradictione habeant; eo tenore videlicet, vt censum tantummodo, & alia legitima seruitia, sicut de cæteris Ecclesiis vel altaribus Episcopis fit, annuatim persoluant, ac deinceps pro salute animarum nostrarum & statu sanctæ Tullensis Ecclesiæ prædictas Ecclesias, & altaria ipsarum cum suis redditibus & prouentibus, absque omni contradictione vel calumpnia, perpetuo iure quietè teneant ac possideant. Cùm in qualibet ipsarum Ecclesiarum presbyter fuerit ponendus vel remouendus, penes Abbatis Diuionensis cœnobij, vel Prioris Bertiniacæ Curtis in monachorum inibi commorantium maneat arbitrium: & de substituendo, & de remouendo, eorum erit, presbyteros qui præfatis Ecclesiis deseruiant, prouidere, & prouisos ad Episcopum adducere: qui Episcopus, sine vlla dilatione, statim in præsentia Prioris vel monachorum, curam animarum committet presbyteris quos illi præsentauerint. Incuratus autem & inuestitus presbyter, sine omni dilatione, antequam in Ecclesia de qua inuestitus fuerit, aliquam potestatem habeat, vel vllam portionem accipiat, in capitulo Bertiniacæ Curtis veniet, & in præsentia Prioris & monachorum eiusdem loci, tactis sacrosanctis Euangeliis, iurabit quod fidelitatem præfatæ Ecclesiæ bona fide custodiet & tenebit, & partem quam in prouentibus ipsarum Ecclesiarum monachi habere debent, bona fide custodiet, & ipsis in pace pro posse suo habere permittet, & ipsos prouentus potiùs augmentabit quàm minuet. Si verò aliquis ipsorum presbyterorum in his conuentionibus quas sacramento tenere firmauerit, minùs sollicitus inuentus fuerit & infidelis, & correptus à præfatis Priore vel monachis, semel vel secundò emendare neglexerit, requisitus à Priore Episcopus, ipsum ab Ecclesia quam tenebat, remouebit, & alium quem monachi præsentauerint, loco eius substituet: & sic hæc nostra donatio inuiolabili gaudeat libertate. Volumus autem, vt in decimis Ecclesiarum *Basiniacæ Curtis* & *Brante villare*, nullam partem presbyter habeat, sed totum ad obsequium & vtilitatem transeat monachorum. Hoc etiam ad notitiam succedentium litteris mandari placuit, quia Prior eiusdem Cellæ, in inuentione sancti protomartyris Stephani, Tullo debet se cum duobus vel vno fratre, solemnibus indutus vestibus, repræsentare; & si Episcopus, vel sancti Apri & sancti Mansueti Abbates absentes fuerint, idem Prior magnam Missam ipso die debet cantare. Episcopus verò, in eadem festiuitate Prioris, & sociis eius in procuratione per omnia debet prouidere. Actum est hoc à nobis, cum laude & voluntate omnium Ecclesiæ nostræ fidelium, tam clericorum quàm laïcorum, maximè verò meus dies anniuersarius in prædicta Ecclesia post meum obitum agatur in perpetuum. Hoc factum est anno dominicæ Incarnationis, millesimo centesimo vicesimo secundo. Testes sunt hi, *Stephanus* Primicerius, *Gosbertus* Archidiaconus, *Hunaldus* Archidiaconus, *Hugo* Archidiaconus, *Aymo* Archidiaconus, *Tetzelinus* Archidiaconus. *Drogo* Archipresbyter, *Vualterius* Archipresbyter, *Odelricus* Cancellarius. Et vt hæc liberalitatis atque munificentiæ nostræ concessio vel confirmatio firmiorem futuris temporibus obtineat stabilitate vigorem, præsentem paginam sigilli nostri impressione signauimus. Si quis autem ex his quæ præfatæ Ecclesiæ concessimus & confirmauimus, vel antecessores nostri, videlicet domnus *Iacob* & venerabilis *Bruno*, qui Romanæ sedis Antistes factus, *Leo* appellatus est, & ipsam Ecclesiam propria manu sacrauit, confirmauerunt, aliquid demere vel auferre temptauerit, vel hanc nostræ institutionis paginam violare præsumpserit, nos eum, auctoritate Episcopali, anathematis sententia percutimus, & perpetuò damnamus, & à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ segregatus, reum se esse diuino iudicio cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine pretio-

Année 1122.

so Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat, nisi resipuerit, & ad satisfactionem condignam venerit. Pax ista seruantibus, Amen.

Dominus Albertus Fortis de Vitreio, coram Hilberto Catalaunensium Episcopo, dat decimam de Vlcone ad victum sanctimonialium, apud Lariacum degentium.

IN nomine summæ & indiuiduæ Trinitatis, ego *Hilbertus* Dei gratiâ *Cathalaunensium Episcopus*, notum fieri volo tam modernis quàm posteris Ecclesiæ Catholicæ filiis, quod domnus *Albertus Fortis de Vitreio* Iherosolymam tendere cupiens, decimam de *Vlcone* quam tenebat de Comite *Hugone*, laude ipsius Comitis, & nepotis sui *Guidonis de Vaureio*, qui ipsam decimam ab ipso tenebat in feodo, & alterius *Guidonis de Varennis*, qui habebat ipsam decimam à præfato Guidone, pro remedio animæ suæ & omnium antecessorum suorum, dedit Ecclesiæ Dei & sancti Benigni Diuionensis ad victum sanctimonalium apud *Laretacum* degentium. Post obitum verò præfati *Alberti*, fidelissima coniux eius, nomine *Vuiburgis*, volens eleemosynam mariti sui firmiter perpetuò permanere, monuit & rogauit præfatum *Guidonem de Varennis*, vt nostram præsentiam adiret, & præfatam decimam in nostrâ manu dimitteret, suggerens nobis quid pietatis piæ memoriæ antecessor eius *Albertus* exinde ordinauerit: Quod præfatus *Guido* libentissimè fecit. Nos verò, quos necesse est prouidere semper victui pauperum in Ecclesia Deo seruientium, postquam de manu laïci ipsam decimam suscepimus, tam pro quiete & pace animæ præfati datoris, quàm pro remedio animæ nostræ, & pro requie omnium fidelium, præfatis sanctimonialibus, laude & concessione Archidiaconorum nostrorum domni *Stephani*, & domni *Odonis de Rosçio*, in cuius Archidiaconatu est ipsa decima, perpetuò habendam tradidimus in manu domni *Vuiberti* tunc Prioris Diuionensis. Et vt ista nostra donatio perpetuò inconuulsa maneat, sigillo nostro cartam hac donatione conscriptam subterfirmauimus, præsentibus his testibus, domno Abbate *Hugone* monasterij *sancti Petri de Montibus*, & domino *Stephano* Archidiacono, & item domno *Odone de Roscio* Archidiacono, & domno *Iohanne* Capellano, & domno *Martino* Canonico *de sancta Trinitate*, & domno *Theobaldo de sancto Alpino*, & *Henrico* Capellano *Castellanæ de Vitreio*, & domno *Anschero* Canonico, & domno *Stephano de Gersuilla*, & *Nicholao de Vitreio*, & domno *Iocéranno* monacho *Laretaci* Præposito, & domno *Galtero* Priore *de Hex*, & domno *Theobaldo* Priore *sancti Petri de Montibus*. Dedit etiam præfatus *Guido de Varennis*, ipsa die, in nostra præsentia & testium suprascriptorum, præfatis sanctimonialibus, alodium suum de *Gusi-Curte*, cum omnibus appendiciis suis, sicut ipse possidebat ex integro, pro receptione filiæ suæ in cœtu sanctimonalium.

Dominus PP. II componit discordiam inter monasterium S. Benigni & Luxouienses monachos, de cellis Clarimontis & Vangionis Riui.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritûs sancti, notum sit omnibus Kristi fidelibus, longam duarum Ecclesiarum disceptationem, inter Luxouienses scilicet atque Diuionenses monachos, diu perdurasse, & post innumerabilia rerum dispendia, post duras & laboriosas Romam eundi vel redeundi difficultates, tandem diuina prouidentia, & reuerendissimi *Papæ* domni *Honorij* summa diligentia interueniente, Spiritûs sancti gratiâ, suam ex vtraque parte sententiam in melius mutasse, & repulsis omnibus aduersarij machinationibus, ad perfectam & integram concordiam, quicquid discorditer egerant, hoc ordine conuenienter reformasse. Liquescat igitur, querelam istam ex præcepto summi Pontificis beatissimi *Honorij*, domino *Stephano Viennensi Archiepiscopo* sedisque Apostolicæ legato, & aliis quibusdam religiosis viris, videlicet domino *Pontio Belesiensi Episcopo*, & *Ambroniensi Abbati* domino *Ysmoni*, viro eruditissimo, & solemni necessitate commendabiliter impositam, & ab illis tribus fideliter susceptam, magna Episcoporum & Abbatum, & aliorum religiosorum virorum conueniente frequentiâ, ad laudem & gloriam Dei concordi

concordi fine terminatam, & remotis omnibus calumpniis sub ista Diuionensi fine tenus perpetualiter explicatam constituto. Itaque tempore ad tam generale colloquium ex vtraque parte conuenientes, præsidente supradicto Archiepiscopo, & Abbate *Ysmione*, & domino *Ylione* Lugdunensi in locum Belesiensis Episcopi qui propter infirmitatem remanserat, substituto, recensitis omnibus quæ ad causam pertinebant, & diligenter recapitulatis : tandem ex consilio sapientum, communi vtriusque partis laude constitutum est, & inficiabiliter laudatum & concessum, vt quicquid Dei prædestinatione, & eiusdem sacri conuentus diuina dispensatione de vniuersis rerum illarum calumpniis ad pacem & concordiam disponeretur, quasi Apostolicum decretum reputarent, & ex vtraque parte laudarent & confirmarent. Dictum est igitur, & pro vtriusque partis consensu generaliter constitutum, vt Luxouienses *Clarimontis* cellam, cum omnibus appenditiis suis haberent & retinerent, & cellam *Vangionis Riui* cum suis appendiciis monachi Diuionenses retinerent, & in pace possiderent. De reformatione pacis & dilectionis dictum tenerent, & seruarent. Huiusmodi, inter duas illas Ecclesias, commune decretum præsentes Episcopi & Abbates ad perpetuam pacem firmauerunt & constituerunt, & in vtriusque Ecclesiæ capitulis confirmari fecerunt, omnibus querelis & calumpniis penitus abrenuntiantes, & tenore perpetuo mutuam inter se dilectionem, in osculo pacis, fideliter confœderantes. Signum *Stephani* Viennarum Archiepiscopi, S. *Guillenci* Lingonensis Episcopi, S. *Gualterij* Cabilonensis Episcopi, S. *Gocelini* Lingonensis Archidiaconi. *Aldo* Abbas sancti Eugendi subscripsit. *Aymo* Abbas sancti Andreæ subscripsit. *Gatbertus* Prior Diuionis, *Guido*, *Pontius*, *Beraldus* monachi. S. famuli Diuionenses, *Oddo* Cocus, *Robertus* Cameriensis, *Hugo* frater Villici. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini M. C. XXIX. *Honorio* reuerendissimo Apostolicæ sedis Præsidente, *Ludouico* Francorum Rege gloriosissimo, *Guilenco* Lingonensi Episcopo, *Hugone* Burgundiæ Duce magno & pacifico. Luxouij, in generali capitulo lectum & recitatum, laudantibus cunctis & consentientibus, in præsentia domni *Hugonis* reuerendissimi Abbatis, & aliorum subscriptorum. S. eiusdem Abbatis *Hugonis*. S. *Stephani* monachi & Præpositi. S. *Aynrici* monachi, *Roberti* monachi, *Humberti* monachi. S. *Cheraum Engelery* monachi. Et ista sunt nomina famulorum, *Garnerius* Capellanus, magister *Garinus*, *Garinus* Villicus, *Magno*, *Olricus* Villicus, *Guido* Telonarius, *Gislebertus*, *Embertus* famulus.

Année 1129.

RAINALDVS Dei gratiâ primæ *Lugdunensis Ecclesiæ Minister* humilis, omnibus ad quos litteras istas peruenerint, in perpetuum. Constitutus in præsentia nostra vir nobilis *Guido de Saux*, rogauit nos humiliter, vt institutionem quam de nouo ipse fecerat in Ecclesia *de Saux*, instituendo ibi ob remedium animæ suæ canonicos sæculares, & possessiones quas eisdem canonicis ad sui sustentationem iure perpetuo in eleemosynam dederat, auctoritate nostra confirmaremus. Nos ergo iustis ipsius postulationibus grato concurrentes assensu, institutionem ipsam, & possessiones, & alia bona quæ eidem Ecclesiæ, salute animæ suæ liberaliter contulit, sæpe dictæ Ecclesiæ auctoritate qua fungimur, confirmamus iure perpetuo possidenda. Vt autem hæc nostra confirmatio perpetua nitatur firmitate, præsentem cartam in testimonium sigilli nostri auctoritate fecimus insigniri, per quam ratum habemus quod ab ipso *Guidone* circa Ecclesiam memoratam liberaliter est ordinatum.

LVDOVICVS Dei gratiâ primæ *Lugdunensis Ecclesiæ Archiepiscopus*, vniuersis Curatis, siue Vicariis, cæterisque eorumdem .... in Lingonensi diœcesi & prouincia Lugdunensi constitutis, salutem in Domino

ſempiternam. Ex parte illuſtris principis domini *Roberti Ducis Burgundiæ* nobis conquerendo, ſignificatum extitit, quòd reuerendus in Chriſto pater Epiſcopus Lingonenſis, pendente quadam appellatione facta per dictum dominum Ducem, occaſione cuiuſdam excommunicationis per dictum dominum Epiſcopum contra dictum dominum Ducem factæ, & quorumdam proceſſum aliorum, nonobſtante inhibitione obtenta à iudice appellationum à nobis deputato, & poſt plures proceſſus in dicta appellationis cauſa habitos, contra prædictum dominum Ducem excommunicationis ſententiam promulgauit, ſeu denuntiari mandauit. Quare mandamus, vobis præcipiendo virtute obedientiæ, quandoquidem à denuntiatione ſententiarum omnium quæ poſt inhibitionem obtentam quæ contra dominum Ducem nunc agentem in remotis, à domino Epiſcopo nec eius Officiali emanauerunt, quas de iure ferre non potuit, nec debuit, & quas pro nullis & irritis habere debebamus, ſecundùm omnium inſtituta ceſſetis penitus, & pro nullis dictas ſententias habeatis.

Monachi S. Benigni Diuionenſis, cedunt Bonifilio quamdam vineam, certis conditionibus, in præſentia Vuilenci Lingonenſis Epiſcopi.

NOTVM ſit omnibus tam futuris quàm præſentibus, *Bonifilium* famulum *Petri Abbatis Diuionenſis*, plantaſſe quamdam vineam in terra ſancti Benigni, ad medietatem: cumque ſe plùs æquo grauari putaret; ſi medios vineæ fructus annuatim perſolueret, ſategit tam per domnum Abbatem *Petrum*, quàm per Epiſcopum *Vuillencum* & cæteros amicos, vt ei ad quartum ſextarium concederetur. Quod & factum eſt, eo videlicet tenore, vt vxorem non ducat, niſi eam quæ ſancti Benigni ancilla ſit; aut ſi aliam, laude fiat capituli: de qua ſi legitimè legitimos filios genuerit, & eodem ipſi iure vineam poſſideant. Quòd ſi eamdem vineam aliqua occaſione vrgente diſtrahere voluerit, nulli venalem niſi monachis proferat, eiſque viliori pretio quàm alij, xx. ſcilicet ſolidorum quantitate concedat. Quòd ſi monachus fieri petierit pro vineæ huius largitione, ſuſcipiatur. Si verò in habitu ſæculari obierit, pro hac eleemoſynaria oblatione honorificè ſepeliatur. Quòd ſi alterius domini vxorem, vel quamlibet, ſine laude capituli, duxerit, & vinea & omni beneficio Eccleſiæ priuetur. Huic conuentioni ego *Vuillencus* Epiſcopus interfui, qui ita fieri laudaui, iudicaui, & cartam inde ad memoriam futurorum ſcribi rogaui, ſcriptam audiui, auditam proprio ſigillo confirmaui. Acta Diuioni, in Camera Abbatis Diuionenſis, teſtibus multis aſtantibus, monachis & clericis pluribus, & multis laïci ordinis hominibus. Signum *Vuillenci* Epiſcopoi Lingonenſis, S. *Petri* Abbatis, *Vuiberti* Prioris, *Vuidonis Caldiniaci*, S. *Olduini* tunc Cellerarij, *Pontij Salins*, S. *Vuillelmi* Sacriſtæ, S. *Theoderici*, S. *Duranni de Tart*, S. *Arnaldi* Decani, S. *Petri* Mamant, S. *Oddonis*, S. *Philiberti*, S. *Vuidrici* militis de Caſtro, S. *Vuidonis* maioris, S. *Oddonis* Coci, S. *Dodonis*.

Ce titre eſt d'enuiron l'an 1130. *que Guillencus Eueſque de Langres, & Pierre Abbé de S. Benigne viuoient.*

Innocentius PP. II. confirmat monachis ſancti Benigni Teloneum Diuionenſe.

INNOCENTIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis, *Petro* Abbati, & fratribus ſancti Benigni Diuionenſis tam præſentibus quàm futuris. In .... inter vos, & *Hugonem*, *Robertum*, atque *Karolum*, homines vtique veſtros, de portione Telonei, id eſt redditibus venditionum Diuionenſis villæ, & qui ad ius veſtri monaſterij pertinent, controuerſia eſt diutius agitata. Cæterùm nos ad locum ipſum, cum quibuſdam ex noſtris fratribus accedentes, eamdem cauſam vtraque parte præſente inueſtigauimus, & quod idem redditus veſtro fuiſſent monaſterio adiudicati, *Iosberti* Diuionenſis Vicecomitis, & *Vuirrici* militis teſtimonio & iuramento ſuſcepimus. Quia ergo ea quæ legitimè ſtatuta eſſe cognoſcimus, debemus auctoritate Apoſtolica roborare, iuſtis deſideriis veſtris accommodantes aſſenſum, eoſdem redditus beati

Benigni monasterio in perpetuum confirmamus, & præsentis scripti paginâ communimus, statuentes, vt nulli omnino hominum liceat, super hoc de cætero idem monasterium infestare, aut ei exinde aliquam molestiam vel imminuitionem inferre. Si quis autem hoc ausu temerario attemptare præsumpserit, à sacratissimo corpore ac sanguine Domini nostri Ihesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat: conseruantes verò, omnipotentis Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli gratiam consequantur, Amen. Datum Cluniaci, VI. Idus Februarij, indictione X. incarnationis dominicæ anno M. C. XXXII. Pontificatus verò domni *Innocentij* PP. II. anno II. Année 1132.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Henricus* Dei gratiâ *Leuchorum Episcopus*, omnibus tam præsentibus quàm futuris notum facio, quòd dominus *Milo de Hayrunuilla*, imminente sibi obitu, reddidit se Deo & beato Benigno in monachum, & dedit pro remedio animæ suæ, Ecclesiæ de *Ruth*, quicquid habebat *In Lata Villa*, rogans vt vxor sua *Heluiz*, quando vellet, in monialem reciperetur. Et Prior de *Ruth* duos solidos pro dono ipso annuatim in die beati Benigni, sine occasionibus, *Girardo* filio eius de censu redderet. Laudauerunt hoc *Hugo*, & *Girardus* Clericus, & *Albricus*, fratres ipsius *Milonis*. Testes *Philippus* Castellanus, & *Girardus* pater eius, *Hilduinus* miles, *Rotbertus de sancto Iuliano*, tunc temporis Prior, *Elisendis* Priorissa, *Margarita*. Et vt hæc donatio firma sit in perpetuum, præsentem cartam sigillo nostro, ad petitionem ipsius *Milonis* fecimus roborari. Actum anno incarnationis Verbi millesimo centesimo tricesimo sexto.

Milo de Hayrunuilla, instante obitu, reddit se Deo & B. Benigno in monachum, & dat Ecclesiæ de Ruth quicquid habebat in Lata villa, coram Henrico Leuchorum Episcopo. *Ex Chartul. Benigniano.* Année 1136.

NOTVM sit omnibus hominibus, tam futuris quàm præsentibus, quòd Comes *Theobaldus Blesensium*, *Odoni* Duci Burgundiæ apud Angutinam fecit hominium, & cognouit, quatinus Abbatia sancti Germani Antissiodorensis de feodo Ducis erat & tenebat, & Chelulciæ erant cum omnibus appendiciis suis, & *Merlenneum* castrum, cum omnibus appendiciis, & *Oruicum* castrum cum omnibus appendiciis suis, & castrum *sancti Florentini* cum omnibus appendiciis, & *Comitatus Trecarum* totus, & ipsas Trecas de feodo Ducis tenebat, & *Rurisium* castrum quod est situm super aquam nomine *Angion*. Testes ex parte Theobaldi, *Guido* Comes de Barro, homo suus, *Odoinus de Vandenura* homo suus, *Vantherius de Berno* miles suus, dominus *Henricus* filius Comitis Theobaldi, *Golbertus de Firmitate* homo suus, dominus *Bucius de Arinio*. Testes ex parte Ducis *Odonis* homines sui, *Villermus de Marenniaco*, *Aymo de Dinione*, *Poncius de Frollesio*, *Raimundus de Granceio*, & *Golbertus* fratres eius, *Hugo de Chanalcheia*, *Girardus de Castellione*. Acta sunt hæc anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo tertio. Année 1143.

IN nomine sanctæ Trinitatis. Ego *Raynaldus* Burgundiæ Comes, nobilissimi *Consulis Stephani* filius, omnibus notifico, quòd *Guidonis Remensis* precibus adquiescens, absque omni consuetudine, & omni iustitia ablata, liberè contuli Deo, sanctoque Benigno, monachisque apud *Logiam-nouam* manentibus, terram quæ est inter duas vias iuxta Montiniacum, vt ibi vineam plantarent. Hæc igitur donatio apud *Arbosium*, ante Ecclesiam beati Iusti, facta fuit. Testes sunt huius rei *Vuido* cognomento *Abbas*, *Humbertus de Arla*, *Odilo Montis Bosonis* dominus, *Sauaricus de sancto Germano*, *Ricardus* Arbosij Præpositus.

Raynaldus Burgundiæ Comes, concedit monachis sancti Benigni apud Logiam nouam, terram ad plantandam vineam. *Ex Chartul. Benigniano.*

Vuilencus Episcopus Lingonensis, cognoscit de discordia inter monachos sancti Benigni Diuionensis, & Luxouiensis, super Ecclesiis de Vuangionis Riuo, de Claromonte, & de Sarcofagis. *Ex eodem Chartul.*

VVILENCVS Dei gratiâ *Lingonum Præsul*, bene valete : Cunctis fidelibus querelas Ecclesiæ Luxouiensis atque Diuionensis, alterius erga alteram, scientibus. Notam vobis quidem vtriusque cœnobij dissentionem arbitror esse, verùm hæc vnde initium sumpserit, & qualiter vtraque pars pro sui defensione, Romæ, coram domno Papa *Honorio* simul astiterit, indeque ad audientiam Archiepiscopi Lugdunensis & Viennensis negotium translatum fuerit, dein ad nostram, id est Lingonensem Cathedram rei censura transierit, per nos patefieri dignum duximus, vt & vos ita rem esse credatis vt dicimus. Monachi siquidem Diuionenses, inter multas quas in nostra diœcesi possident Ecclesias, eam quæ est apud *Vuangionis Riuum*, & quæ apud *Clarum-Montem*, multis iam annis legitimè noscuntur, & liberè, nullo contradicente possedisse : & hoc, Lingonensium Pontificum, quorum id intererat, synodica traditione, Apostolicæ nichilominus sedis auctoritate. Has igitur, post tam diuturnam tam legitimam possessionem Luxouienses monachi nuper eius cœperant calumpniari. . Alteram quoque sitam in villa *Sarcofagis*, in Archiepiscopatu Bisontinensi, qua in re prædecessor noster dominus *Ioscerannus* Episcopus, medium se interponens, partium quæstiones amico fine iusticiæ dirimere cupiens, diem & locum audiendæ causæ in commune vtrisque statuit. Verùm necessitudinibus tum hinc tum illinc interuenientibus, rem in effectum nequaquam perduxit. Eapropter, vtrique, post aliquantas, nunc Lingonis, nunc Viennæ, quæstiones habitas, Romam perrexerunt, causam suam domno Papæ *Honorio* innotuerunt; qui communicato cum suis consilio, totius causæ iudicium Archiepiscopo Lugdunensi, atque Viennensi, qui tunc præsentes aderant, iniunxit, quodque ab ipsis iudicatum foret, ab vtrisque monachis obseruari præcepit. Archiepiscopi igitur, euocatis ad audientiam suam vtrisque partibus, cùm singulorum diligenter audissent rationes, suo & eorum qui assistebant, id est Episcopi Eduensis, Episcopi Bellicensis, Abbatis Cluniacensis, aliorumque virorum illustrium consilio, iusticiâ quoque præduce, duxerunt, vt huius causæ censura ad nostram sedem transferretur; quippe ad cuius diœcesim Ecclesiæ pertinent, de quibus hæ controuersiæ sunt exortæ. Sic illo consilio finito, iterum vtrique Abbates Lingonis deuenerunt, die ipsis à me denominato, vbi præsidente me cum clero nostro, assistentibus etiam nobiscum multis religiosis & nobilibus viris, cùm vtrarumque partium quæstiones audissemus, iudiciumque super his facere deliberassemus, repente Luxouiensis Abbas, metuens ne quateretur æquitatis libramine, vtpote minimùm confidens, vt liquet, de iusticia partis suæ, nulla repetita vel exquisita occasione, professus est se iudicio non obtemperare. Ego verò, tantâ rei insolentiâ permotus, cœpi eum commonefacere ne id ageret, ne iudicium subterfugeret, sed vt de omnibus quæ sciret à Diuionensibus monachis expostulare, sententiam iudicialem audire non reformidaret, & eo ordine quo rem quamque agi, seu priùs seu posteriùs legitimum foret. Ille autem nec precibus adquieuit, nec rationi, vt vellet in ius trahi : cùm è diuerso Diuionensis Abbas omnimodis insisteret, vt iudicium fieret. Huius rei testis ego sum, qui adfui, audiui, & vidi. Testes & isti, quorum nomina feci subteradnotari. S. *Rogery* Abbatis sancti Bercharij. S. *Girardi* Abbatis Besuæ. S. *Lamberti* Archidiaconi. S. *Ioscelini* Archidiaconi. S. *Varnery* Archidiaconi. S. *Girardi* Archidiaconi. S. *Pagani* Archidiaconi. S. *Fulconis* Archidiaconi. S. *Vualtery* Archidiaconi Cabilonensis. S. *Bertranni* Archidiaconi Eduensis. S. Prioris Calmosiacensis. S. viri religiosi *Vualonis*, qui Prælationem Ecclesiasticam fugiens, remotiorem sibi vitam delegerat. S. Scolastici Tullensis. S. *Ratnery* militis de Castelione. S. *Vuarnery* militis de Sumbernum. S. *Vlrici* militis de Agrimont. S. *Girardi* militis de Scotz.

IN nomine sanctæ Trinitatis. Ego *Raynaldus* Burgundiæ Comes, omnibus notifico, quòd *Guido Remensis*, quem specialiter diligebam, die quadam, apud *Dole* castrum mihi occurrens, me humili prece flagitauit, vt sicut Comes *Raymundus*, terram cum silua vsque ad fluuium *Elegi*, quæ est inter duos Riuulos apud *Nouam Logiam*, Deo, sanctoque Benigno, monachisque Diuionensibus, liberè & sine vllo retinaculo dederat, ita laudarem & concederem. Voluntati cuius adquiescens, liberè & quietè laudaui, & in quantum meliùs cogitare potui, laude & consensu *Guillermi* Comitis fratris mei concessi. Perdonaui etiam omnibus hominibus in prædicta terra manentibus, omnes consuetudines quas Præpositi *Logiæ*, famulique mei, in ipsis iniustè habebant; scilicet, harbergarias, coruatas, expeditiones, ostes, & iusticias, & quicquid iam dictus *Raymondus* sancto Benigno dederat, sicut iam dictum est, liberè dedi & laudaui. Et ne aliquis huius scripti nostri paginam infringere audeat, sigilli nostri impressione confirmaui. Si quis autem in iam dicta terra, contra voluntatem monachorum consuetudinem aliquam imposuerit, in supremo examine diuinæ vltioni subiaceat. Sciant igitur omnes, quòd *Guido Remensis Logiæ Prior*, tunc temporis, propter hoc Palafredum suum cum sellâ & freno mihi contulit. Actum est hoc apud *Dole* Castrum, in *Logia Caradi*, multis astantibus & videntibus. Huius rei testes sumus, ego *Raynaldus* Comes, & *Guillelmus* frater meus, *Guido* Abbas, *Geremias, de Ruffe*, *Girardus de Strabona*, *Odilo de Monte Besson*, *Guillermus* Signifer *de Treua*, *Stephanus* Dolensis Dapifer.

Raynaldus Burgundiæ Comes, confirmat monachis S. Benigni potestatem de Logia noua, immunem ab omnibus exactionibus & aliis harbergariis. *Ex eodem Chartul.*

IVDICIO & iusticia *R. Burgundiorum Comitis*, actum & decretum est, vt ex tempore, quo inter *Ludouicum* & *Oliuerium*, apud *Iunciuillam*, duellum peractum est, Ecclesiæ Fauerniacensi, & Ecclesiæ sancti Marcelli, rapina & exactiones per *Heinricum* & eosdem Principes atque ipsorum Coadiutores factæ, à domno *Guidone de Iunciuilla* Principe, nisi habeat qui eum rationabiliter expediat, restituantur; ita vt ablata vtriusque Ecclesiæ pecunia, modis omnibus reddatur, & pax eisdem Ecclesiis, vsque ad rectam consuetudinem conseruetur. Sententiam autem ab ipso Comite & ipsius curia, *Guido* Princeps iudicialiter suscepit, & per *Pluuinæ* sacramentum confirmauit, vt ex iudicio Comitis irrationabiliter non declinet, neque, si eius præceptum neglectum fuerit, satisfactionem, nisi per Comitem, & eius collaterales saltem duos, videlicet *Raynaldum de Treua*, & *Iheremiam de Rufiaco*, *Guidonem* Abbatem, vel si ij quoquo modo defuerint, consimiles, saluâ pace descriptarum Ecclesiarum recipiat. Si autem quolibet modo erga dominum *Guidonem* de hac re vuerra exsurrexerit, Comes se adiutorem & defensorem promisit, & fidem suam super hoc *per Pluuinam* obligauit. Quod de rapinis Abbatiæ Fauerniacensis probandum erit, apud *Fauerniacum* probabitur. De rebus Ecclesiæ sancti Marcelli, apud sanctum Marcellum. Testes sunt huius rei, *Galcherius de Salinis*, *Garinus* Decanus, *Raynaldus de Treua*, *Iheremias de Rufiaco*, *Guillelmus de Pasmes*, *Odilo de Monte Bosonis*, *Heinricus de Prohibereth*, *Stephanus* Villicus Vesulensis. Actum Fauerniaci, tempore *Bernardi* Abbatis Fauerniacensis, & *Alenardi* Prioris sancti Marcelli. Isdem autem supradictus *Oliuerius*, post non multum temporis, in præsentia Comitis *R.* apud Luxouicum, potestatem & res sancti Marcelli vuirpiuit, & per sacramentum super sanctas reliquias iurauit, quod etiam idem famuli eius fecerunt, quatenus deinceps nunquam, per se aut per alios homines suos, de rebus Sancti aliquid accipiet; quod si fortè aliquando iniuriam facere acciderit, infra VII. dies quo ei ostensum fuerit à monachis, redderet.

Placitum, in quo domnus Guido Princeps Iunciuillæ, à Raynardo Burgundionum Comite condemnatur ad restitutionem ablatorum Ecclesiæ Fauerniacensi, & Ecclesiæ S. Marcelli, tempore duelli inter Ludouicum & Oliuerium, apud Iunciuillam. *Ex eodem Chartul.*

Raynaldus Burgundiç Comes, dat ius monachis Diuionensibus, piscandi in aquis Lupæ & Elogiæ, apud Logiam nouellam.

NOTVM sit omnibus, quòd ego *Raynaldus* Burgundiæ Comes, *Vuidonis Remensis* monachi Diuionensis precibus sæpe ammonitus, monachis apud *Logiam Nouam* degentibus, piscationem aquarum quæ iam dictæ Logiæ subiacent, scilicet *Lupæ* & *Elogiæ*, dedi, & quotiescumque vellent piscari, piscarentur, & piscatores proprios sine contradictione haberent. Et ne aliquis malitiæ telo percussus eis contradicat, sigilli nostri impressione, & subscriptis testium nominibus confirmaui. Sciant igitur omnes, quòd factum fuit hoc apud *Dole* Castrum, multis adstantibus & videntibus. Huius ergo doni testes sunt, *Vuido Ioè* tunc Dole castri Præpositus, *Hugo* miles *Turris Dominus*, *Vuicardus* Cocus, *Ramulfus Balme*, *Hugo* & *Vuido* fratres, Logiæ maiores, *Vicardus* & *Vincentius* fratres *Hugonis* Dole Castri Decani, *Anno* Lillæ Præpositus.



Oddo Campaniensis confirmat monachis sancti Benigni, donum præcedens factum à Raynaldo Comite apud Logiam Nouam, quem immunem declarat ab omnibus exactionibus, & aliis harbergariis.

IN nomine sanctæ Trinitatis. Ego *Oddo Campaniensis*, omnibus notifico, quòd *Iohannes* Loye Prior tunc temporis, die quadam, in castro ipsius *Loye*, me humili prece flagitauit, vt sicut Comes *Raynaldus*, terram, cum silua, quæ terra vadit inter duos riuulos vsque ad fluuium qui dicitur *Elogi*, apud ipsam *Loyan nouam*, Deo, sanctoque Benigno, monachisque Diuionensibus, liberè & sine vllo retinaculo dederat; ita laudarem & concederem; voluntati eius adquiescens, liberè & quietè, & in quantum meliùs cogitare potui, laudaui. Perdonaui etiam omnibus hominibus in prædicta terra manentibus, omnes consuetudines quas Præpositi *Loye*, famulique mei in ipsis iustè & iniustè habebant; scilicet harbergarias, coruatas, expeditiones, ostes, & iusticias, & quicquid iam dictus *Raynaldus* sancto Benigno dederat, sicut iam dictum est, liberè dedi & laudaui. Et ne aliquis huius scripti nostri paginam infringere audeat, sigilli nostri impressione confirmaui. Si quis autem, in iam dicta terra, contra voluntatem monachorum, consuetudinem aliquam imposuerit, in supremo examine diuinæ vltioni subiaceat. Actum est hoc in Claustro Loye, multis adstantibus & videntibus. Huius rei testes sumus ego *Oddo Campaniensis*, *Humbertus de Abens*, *Guido Loye*, *Hugo* eius filius, *Henricus de Foucherens*,

Guillelmus de Parrece, *Sarracenus de Lisla*, *Paganus de Belmont Chalanz*, *Ioannes* Prior, *Bernardus* Sacerdos, *Milianus Guarinus* qui vocatur *Put*, Bisuntinus Faber, *Guido Flameers*.



EGo *Godefridus* Dei gratiâ Lingonensis Episcopus, notum esse volo præsentibus & futuris, quòd *Raynardus* dominus Caseoli, laudante vxore sua *Hauuis*, & filio suo *Hulcone*, dedit in eleemosynam, Deo & beatæ Mariæ Magdalenæ *de Montagne*, duas familias hominum, apud *Lincincas*, Terricum, & fratrem eius amicum, & sororem eorum, cum tenamento ipsorum, sine vlla retentione. Dedit etiam præfatæ *Montagniaci* Ecclesiæ, quicquid in eadem villa de hominibus habebat vel calumpniabatur; ita scilicet vt inter eamdem Ecclesiam, & dominum *Caseoli* de istis hominibus procursus liberè fiat; quatinus si manserint apud *Montagne*, monachorum erunt, nec eos requiret dominus Caseoli, & si voluerint transire ad eum, nullâ cogente violentiâ, ipsius erunt quandiu in terra illius manserint, & inde transire ad ius monachorum, si super eos denuo redierunt. Remisit etiam eisdem monachis, calumpniam quam de vxore Girardi de Bona Curte mouere solebat, & de infantibus eius. Huius rei testes sunt *Oddo* venerabilis Abbas Morimundi, *Vlricus* sanctorum Geminorum Præpositus, *Raynerius de Acrimonte*, *Girardus* frater eorum, & alij quamplures.

Godefridus Lingonensis Episcopus, laudat donum factũ B. Mariæ Magdalenæ de Montagne, à domno Raynardo Caseoli.

Ce titre est de l'année 1140. *ou enuiron.*

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritûs sancti, *Henricus* Dei gratiâ humilis Episcopus Leuchorum, omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis sempiternam in domino benedictionem. Notum sit omnibus tam futuris quàm præsentibus, quòd *Lambertus* miles *de Vellentis*, & *Leuchardis de Vendouera*, matrona nobilis, de salute sua non modicam sollicitudinem gerentes, ammonitione & consilio domni *Brunonis* Tullensis Episcopi præuenti, medietatem altaris de *Nanceio*, quam iure hæreditario eatenus possederant, sancto Benigno martyri apud *Solini Montem*, pro redemptione animarum suarum contulerunt. Postero tempore *Richardus de Roberti Hispania*, Tullensis Canonicus, de salute sua

Lambertus miles de Velleniis, & Leuchardis de Vendouera, consilio Brunonis Tullensis Episcopi, dant Prioratui Solmi Montis, Altare de

Nanceio. *Ex eodem Chartul.* sollicitus, aliam medietatem altaris eiusdem, quam catenus tenuerat, coram eodem Præsule iam Papa effecto, eo tenore abdicauit, vt in perpetuum sancto Benigno ab eodem Papa traderetur; quatenus & fratribus eiusdem loci præsentis vitæ solatium, & animæ suæ cæleste adquireret præmium. Quod benignè cùm isdem Apostolicus accepisset, & auctoritate sua, cum laude Tullensis Capituli, tam priorem quàm posteriorem donationem sancto Benigno corroborasset, Abbas & monachi tantæ beneuolentiæ non ingrati, eidem *Richardo* partem illam reddiderunt sub vsufructuario, vt dum viueret inde aleretur, atque post mortem eius fratrum vsibus æternaliter manciparetur. De constituendo autem vicario cùm coram eodem Apostolo quæstio habita fuisset, prouisum & concessum est monachis, vt vicarium ponant, electione consilij, si in eodem idonea potest inueniri persona; sin autem, quærant idoneam personam consilio Archidiaconi & Decani: Vicarius verò monachis fidelitatem faciet. Nos igitur, prædictam domum monachis de *Solini Monte* confirmamus & corroboramus, statuentes, vt quisquis de cætero prædictis fratribus aliquam inde intulerit iniuriam, anathemati subiaceat, donec dignè penitus, eis quos læserit satisfaciat. S. *Hugonis* Abbatis sancti Apri, S. *Raynaldi* Abbatis sancti Mansueti, S. *Sigibaldi* Abbatis sancti Leonis, S. *Stephani* Decani, S. *Hugonis* Archid. *Haymonis* Archid. S. *Hugonis de Guneccort* Archidiaconi, S. *Henrici* Archidiaconi, S. *Hugonis*, S. *Rorici* Archidiaconi. Data per manum *Valteri* Cancell. Incarnationis dominicæ anno M. C. XLV.

Année 1145.

Ludouicus septimus Francorum Rex, & Aquitanorum Dux, confirmat Abbati & monachis S. Benigni Diuionensis, omnes libertates & possessiones. *Ex eodem Chartul.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Ludouicus* Dei gratiâ Rex Francorum, & Dux Aquitanorum, omnibus in perpetuum. Regalis munificentiæ gratia nos hortatur, & spes maxima percipiendæ retributionis æternæ, vt loca sancta diuinis mancipata seruiciis, quæ nostrorum beneficiis prædecessorum & fundata pariter & amplificata sunt, sub nostræ protectionis tuitione suscipiamus, & auctoritatis regiæ perenni munimine corroboremus. Tali nimirum consideratione, deuotionem Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis erga nos attendentes, petitionem *Philippi* venerabilis eiusdem Ecclesiæ Abbatis, fratrumque suorum attentâ benignitate suscipimus, & vniuersa quæ nostri prædecessores Francorum Reges præfatæ Ecclesiæ contulerunt, vel suorum munimine præceptorum confirmauerunt, ita in integrum sicut ab ipsis concessa, seu quorumlibet fidelium dono sibi iustè collata sunt, benigna liberalitate concedimus, & per præsentis auctoritatem præcepti regali munimine corroboramus. Ita videlicet hoc nostræ confirmationis præceptum constituentes, vt inter cætera quæ per auctoritatem Regis *Roberti* præfata Ecclesia dono perpetuo tenet, prout in ipso regali præcepto determinatæ continentur, claustrum eiusdem Ecclesiæ ab omni inuasione sit in perpetuum liberum ac securum, ita vt nichil prorsus, à Torrente, qui castri, Sanctique causam diuidit, aliquis vel auferre præsumat, vel accipere, sine Abbatis vel monachorum præcepto: Saluamenta quoque villarum, sicut in prælibato præcepto Regis *Roberti* scriptæ & annotatæ reperiuntur, præfata Ecclesia sine diminutione liberè habeat ac possideat. Quod vt in perpetuum firmæ stabilitatis obtineat munimentum, scripto commendari, ac sigilli nostri auctoritate muniri, nostrique nominis subter inscripto karactere corroborari præcipimus. Actum publicè apud Diuionem, anno ab Incarnatione Domini M. C. XLVI. regni verò nostri decimo, astantibus in Palatio nostro quorum nomina subtitulata sunt & signa. Signum *Radulfi* Virimandorum Comitis, Dapiferi nostri. S. *Guillelmi* Buticularij. S. *Mathei* Camerarij. S. *Mathei Constabulani*. Data per manum *Cadurci* Cancellarij.

Année 1146.

HENRICVS

HENRICVS Dei gratiâ Romanorum Rex, & semper Augustus, dilecto & fideli suo *Hugoni* Duci Diuionensi, gratiam suam, & omne bonum. Discretioni tuæ significamus, & firmiter constare volumus, quod nos, pacem quæ inter nostram sublimitatem & tuam dilectionem ordinata est, secundùm eam formam & inuiolatam conseruare decreuimus. In primis itaque, sicut in tuis litteris continetur, hominium nobis facies & legiitatem de tota terra Comitatus *Albonij*, qui infra districtum Imperij continetur, quem modò possides, & in posterum possessurus es. Bona quaque fide & sano intellectu, secundùm vsum & consuetudinem Burgundiæ atque Prouinciæ recipies, & à nobis recognosces allodium *Vrrici de Baugeio*, & alia etiam allodia, quæ supra terminos Imperij sunt constituta. In hoc etiam voluntati tuæ consentimus, quòd filius tuus ille, qui Dux futurus est Diuionensis, salua fidelitate Regis Franciæ, nobis hominium faciet de allodio memorati Vrrici de Baugeio, & similiter de allodiis quæ habet, & quod habebit infra Imperium. Hoc quoque ratum similiter & firmum volumus obseruare, quòd si fortè Rex Franciæ insultum fecerit Imperio, tu in propria tua persona auxilium nobis præbebis de omni casamento quod à nobis habes. Et si nos Regi Franciæ & eius regno insultum fecerimus, tu similiter ipsi in propria tua persona præstabis auxilium de omni casamento quod de eo habes. Contra omnem hominem, præter Regem Franciæ, pacem & vuerram facies, ad mandatum nostrum, de vniuerso Comitatu *Albonij*, saluo iure Ecclesiarum Imperij. Compositionem quoque facies cum fidelibus nostris Archiepiscopo Viennensi, & cum Episcopo Grationopolitano, & Episcopo Valentino, supra querimoniis suis, si quem aduersùm te proponant, vel in præsentia nostra, vel fidelis nostri *Vrrici de Godemburc*, vel alterius certi nuncij nostri ad hoc destinati. Si quæ etiam aliæ Ecclesiasticæ personæ aliquam controuersiam contra te habuerint, ipsis vel secundùm iusticiam, vel secundùm amicabilem compositionem satisfactionem exhibebis; ad hoc enim in gratiæ nostræ plenitudinem te recepimus. Datum in Campo Vrbaneri, anno dominicæ Incarnationis M. C. XLVI. indictione quartâ, tertio nonas Iulij. Et sigillatum.

Hommage du Duc de Bourgogne à l'Empereur, pour la Comté d'Albon.

Année 1146.

EGO *Guido* dominus *de Saux*, omnibus tam præsentibus quàm futuris notum facio, quòd pro salute animæ meæ, & patris & matris meæ, omniumque prædecessorum meorum, & *Elisabetæ* vxoris meæ, filiorumque meorum, constitui in Ecclesia B. Mariæ *de Saux*, Canonicos, & dedi eis liberè septem mansa in Castello *de Saux*, in perpetuum possidenda, ad domos ædificandas conuenientia. Quas domos ita liberas esse volo, quod si aliquis de eas conrigerit priusquam manus in eum iniecerim, vel res suas in eis posuerit sub protectione eorum, cum rebus suis tutus erit; nisi de fore facto magnæ iustitiæ fuerit comprobatus. Dedi etiam eis liberè terras in vsum ipsorum proprium, ad culturam segetum vel propagationem vinearum excolendas. Præterea concessi eis, quod si aliquis Canonicorum, in conductu suo aliquem acceperit, nec à me, nec ab hominibus meis, nec ab aliquo supra quem potestatem habeam, conductus infringetur. Exposui etiam eis omnes aquas meas ad piscandum. Concessi quoque eis, quòd si aliquis Canonicorum, vinum suum ad vendendum dederit, & interim ad vendendum vinum dati per edictum prohibeam, ne aliquis videlicet præter me vinum vendat, eidem Canonico licebit vinum vendere prætaxarum. Dedi etiam eis quatuor libras censuales in villa Castri, & in alia terra mea, & omnes decimas bladorum meorum & pecudum meorum, & quartam partem decimarum *de Saux*. Porro Canonicis prænominatis concessi, quòd ipsi habeant apud *Saux* mensa libera ad homines liberè retinendos, qui sub

Fundatio Collegialis Ecclesiæ Castri de Saux, à domino Guidone de Saux. *Ex eodem Chartul.*

eorum potestate eligent remanere; ita quod cum hominibus meis, in nemoribus, & in aliis rebus ad Castellum *de Saux* pertinentibus, vsum habeant plenarium & absolutum, liberi omnimoda exactione mea & hominum meorum. Præterea, si quis hominum meorum, pratum aliquod vel terram aliquam de qua non habeam redditus, eis in eleemosynam dederit; vel aliquis militum qui de me feodum teneat, siue in eleemosynam dederit, vel vendiderit, vel in vadimonio posuerit, hoc libenter concessi. Hæc omnia laudauit vxor mea

Année 1147. *Helisabetz*, & filius meus *Bartholomæus*. Actum anno ab Incarnatione Domini M. C. XLVII.

Confirmatio eiusdem fundationis à Lingonensi Episcopo.

EGo *Garnerius* Dei gratiâ Lingonensis Episcopus, notum facio tam præsentibus quàm futuris, quòd *Guido* dominus *de Saux*, pro salute animæ suæ, & patris sui, & matris suæ, prædecessorumque suorum, & *Elisabetz* vxoris suæ, filiorumque suorum, in Ecclesiam beatæ Mariæ de Saux Canonicos constituens, donauit eis liberè & quietè septem mansa in Castello de Saux, ad domos ædificandas conuenientia, & in perpetuum possidenda; & si aliquis ad domos eorum, priusquam in eum manus iniecerit, fugerit, vel res suas in domibus eorum posuerit, sub protectione eorum cum rebus suis tutus erit, nisi fore facto magnæ iusticiæ fuerit comprobatus. Donauit etiam liberè eis terras in vsum ipsorum proprium ad culturam segetum, vel propagationem vinearum excolendam. Præterea concessit eis, quòd si aliquis Canonicorum in conductu suo aliquem accepit, ne ab eo nec ab hominibus suis, vel ab aliquo super quam potestatem habeat conductus, infregatur. Exposuit etiam eis aquas suas omnes ad piscandum. Super hoc concessit eis, quod si aliquis Canonicorum vinum suum ad vendendum dederit, & interim ad vendendum ipsum vinum dari per edictum prohibeat, & ne aliquis pretio eum vinum vendat, eidem Canonico licebit vendere vinum prætaxatum. Dedit quoque illis libras quatuor censuales in villa Castri, & in alia terra sua. Præterea dedit eis omnes decimas bladorum suorum, & pecudum suorum, & quartam partem decimarum de Saux. Porrò Canonicis prænominatis concessit idem dominus de Saux, vt ipsi habeant apud Saux mansa ad homines liberè retinendos, qui sub eorum potestate eligent remanere; ita tamen quod cum hominibus suis in nemoribus & in aliis rebus ad Castellum de Saux pertinentibus vsum habeant liberum & absolutum, liberi omnimoda exactione sua & famulorum suorum. Præterea si quis hominum suorum pratum aliquod vel terram aliquam, de qua non habeant redditus, eis in eleemosynam dederit, vel aliquis militum qui de eo feodum teneat, siue in eleemosynam dederit, vel vendiderit, vel in vadimonio posuerit, hoc libenter concessit. Hæc omnia

Année 1147. laudauit vxor eius *Elisabetz*, & filius eius *Bartholomæus*. Actum hoc anno Verbi incarnati M. C. XLVII.

Charta Odonis Ducis, confirmatoria donationis à Guidone de Sumbernone factæ monialibus S. Mariæ de Moolonia.

IN nomine Domini, ego *Odo* Dux Burgundiæ, tam futuris quàm præsentibus notum fieri volo, quòd *Guido de Sombernone*, Ecclesiam monialium sanctæ Mariæ, quæ in fundo *Moolonia* constituta est, de vniuerso territorio quod in ipso *Molonis* suis iuris fuerat, per manum meam, vsque ad diuisionem territorij de *Sauiniaco*, & vsque ad diuisionem territorij de *Balmota*, diuisionemque terræ *Mediolani*, & versùs *Coyon*, vsque ad semitam quæ vltra syluam de *Agey* venientes Mediolanum ducit, & versùs *Magnum Montem* vsque ad semitam collis quæ retro secus *Sarretam* est, cum laude *Ermengardis* vxoris suæ, & *Odonis de Mirabel* nepotis sui, solemniter inuestiuit. Fide etiam in manu mea promisit, quod vsque ad imminentes rogationes, vniuersos habitatores eiusdem territorij, aliàs in terra sua pacificè locaret, & ab ipsis, & ab vniuersis,

ſiue ſint monachi, ſiue laïci, qui hactenus terram ipſam incoluerant, poſt terminum denunciatum, vacuam & liberrimam Eccleſiæ manciparet. Vineas autem, quas ibi ruſtici habent, aut moniales emerant, aut proinde cenſum conuenientem habeant: portionem etiam molendini, quam ibi *Huguertus* habebat, aut moniales ſimiliter emerent, aut inde cenſum conuenientem ab homine acciperent: molendinum præterea, quod apud *Coyon* ipſe *Guido* calumniabatur, cum cæteris molendinis in vuadio conceſſit. Cùm autem & hoc & alia molendina redemerit, donationem vnius ipſorum molendinorum ſupradictæ Eccleſiæ perpetuò habendam donauit. Harum ergo donationum ſi quis defraudator vel imminutor extiterit, nil aduersùs calumniatorem Eccleſiæ protectorem futurum precatus eſt. Et vt rata & inconcuſſa ſupradicta omnia permaneant, ſigillo meo cartam præſentem muniri ſummopere eſt hortatus. Teſtes harum ſunt, ego *Od.* Dux Burgundiæ, *Guido Garellus, Germanus de Lucenay, Garnerius de Agey, Petrus* Dapifer *de Caſtellione, Morellus de Cleremon, Vuernerius* filius maioris de Fleuriaco. Acta ſunt hæc, anno ab Incarnatione Domini millesimo centeſimo quadrageſimo octauo, indictione vndecimâ, epactâ octauâ concurrente, regnante *Ludouico* Rege, & *Godefrido* Lingonenſi Epiſcopo viuente. Année 1148.

Hurricus Lingonenſis Canonicus, Lingonenſi Epiſcopo in profectione Hieroſolymitana exiſtente, cognoſcit de querimonia inter Theobaldum militem de S. Lupo, & monachos ſancti Amatoris, de cenſu XII. nummorum.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Hurricus* Dei gratiâ Lingonenſis Eccleſiæ Canonicus, & ſanctorum Geminorum Præpoſitus, trado poſteritatis notitiæ, *Theobaldum* quemdam militem *de Sancto Lupo*, erga monachos ſancti Amatoris, cuius Eccleſia in ciuitate Lingonica eſt ſita, querimoniam mouiſſe; eius namque quibuſdam parentum, ante multum temporis, apud *Laonam*, in quadam domo, ſingulis annis XII. nummi cenſualiter perſoluebantur. Qui ſiquidem Deum metuentes, pro remedio animarum ſuarum, Deo & beato Amatori nouem prædictorum nummos in perpetuum conceſſerunt. Præfatus verò *Theobaldus*, cùm ad ætatis ſtatum perueniret, donum & eleemoſynam parentum ſuorum deſtruere volens iniuſtè, prædictos nummos accepit. *Herbertus* quoque, qui tunc temporis Prior prænominatæ Eccleſiæ exiſtebat, & monachi ibi Deo ſeruientes, tantam iniuriam ferre nequeuntes, causâ iuſticiæ præſentiam noſtram adierunt; vnde eis diem iuſticiæ ſtatuimus, ad quam vtrique venientes, & rationem ſuam exponentes, *Theobaldus* recognoſcens quòd iniquè egiſſet, & prænominatam eleemoſynam iniuſtè rapuiſſet, ad hoc eum coëgimus, tam vi quàm precibus, quod etiam totos duodecim nummos ad honorem Dei ſanctique Amatoris in manu noſtra vuirpiuit, & prædictum Priorem inueſtiuit. Ipſe ſiquidem Prior, & monachi ſui, conſilio noſtri, causâ concordiæ, & rei confirmatione, decem ſolidos ei impenderunt. Hoc laudauit vxor ipſius *Theobaldi*, & filia eius, & *Odo dominus Sancti Lupi*, & vxor eius. Acta ſunt hæc anno milleſimo centeſimo quadrageſimo nono ab Incarnatione Domini, epactâ XXVIII. indictione XII. *G.* Lingonenſi Epiſcopo in protectione Hieroſolymitana cum *Ludouico* Rege Francorum exiſtente. Et vt hoc ratum & firmum habeatur, ſigilli noſtri impreſſione, & teſtium adnotatione roboramus. Teſtes ſunt *Gocerinus, Fulco, Garnerius* Archidiaconi, *Girardus* Capellanus ſancti Deſiderij, *Belinus* ſancti Amatoris Capellanus, qui hoc & propria manu conſcripſit, *Odo Magnus, Gauffridus, Symon, Rodulfus* milites, *Martinus de Aceolis, Herbertus* villicus ſancti Amatoris. Année 1149.

Extrait ſur l'original eſtant en la Châbre des Comptes de Dijon.

IN nomine Domini Ieſu Chriſti. Ego *Oddo* Dux Burgundiæ, Eccleſiæ beatæ Mariæ *Putei Orbis*, decimas Agnaij, & Bernæ donaui, & ſolummodo cuſtodiam retinui, quas domnus *Regnerius de Rupe*, Seneſcaldus meus, à me tenuerat, & eidem Eccleſiæ in dono conceſſerat. Et ne quis huic donationi

fraudulenter obuiaret, per manum *Godefridi* Episcopi Lingonensis, domini mei, hanc donationem feci, & præsenti kartulà annotaui, & sigillo meo confirmaui, *Oliuerio de Lisignis* laudante. Factum est autem hoc, anno millesimo centesimo quinquagesimo ab Incarnatione Domini, his præsentibus, Abbate Quiurcij, *Gautero* fratre Ducis, *Anserico* Senescalco, *Petro* Senescalco, *Matheo Castellionis*, *Aimone Diuionis*, *Henrico Caulata*, *Humberto* Decano, *Hugone de Riueria*, *Adalardo* Canonico, *Humberto* Capellano Ducis, *Rainaudo Chauachis*, *Iosberto* Viccecomite, *Pontio* Archidiacono, *Hurrico* Præposito de sanctis Geminis, *Regnerio Puteriarum*, *Theobaldo Crisigney*, & eius filio *Gislberto*, *Guidone Salcij*, *Iocelino* Clerico Episcopi, *Petro de Rupe*.

Année 1150.

EGo *Godefridus* Lingonensis Episcopus, notifico tam præsentibus quàm futuris, quòd *Vernerius de Subernone*, laudantibus filiis suis *Heruco* & *Vuidone*, dedit domui de *Fralon*, in eleemosynam, per manum venerabilis Abbatis *Bernardi de Claraualle*, & nostram .... ædificata est eadem domus vsuagium totius terræ suæ, in nemoribus, ad faciendum marrenum & pascuagium, & ad focos, & ad omnia necessaria domus, & piscationem in aquis suis & pascua, & totam terram suam. *Bartholomæus* frater eiusdem *Vernery* hoc idem donum fecit de sua parte, & fratris donum laudauit. *Vernerius* quoque *de Agey*, & *Vuido Garrellus*, similem donationem prædictæ domui in terris suis fecerunt, & hoc totum post multum tempus recognitum fuit apud præfatam domum, in præsentia nostra. Huius rei testes sunt venerabiles Abbates sancti Benigni, & Abbas sancti Stephani Diuionensis, & *Lambertus* Canonicus Sacrista Ecclesiæ Lingonensis, & *Robertus* Decanus do Subernone, & *Vuiardus de sancto Beurry*.

Matheus dominus de Chacins, laude Elisabeth vxoris, & Simonis filii, dat monasterio S. Benigni Diuionensis decimam in dicta villa de Chacins. *Ex Chartul. Benigniano.*

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritûs sancti, Amen. Ego *Matheus dominus de Chacins*, notum facio præsentibus & futuris, quòd pater meus *Simon* nomine vocatus, tertiam partem quam habebat in decimis prædictæ villæ, & omnem decimam frugum suarum, in præsentia domni *Philippi* tunc temporis Abbatis Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis, pro remedio animæ suæ parentumque suorum, in eleemosynam dedit & concessit. Quam eleemosynam ego *Matheus*, laude vxoris meæ *Elisabeth*, *Simonisque* filij mei, sigillo meo firmaui & corroboraui. Quin etiam, si necesse fuerit, garantiam de hac eleemosyna portare promisi. Testes sunt enim huius rei *Parisius de Gemes*, *Hugo de Rasonis Fonte*, *Vuillelmus* Prouinoralis, *Vuillelmus* Teutonicus, *Hugo* maior Claustri, *Tecelinus* Capellanus, *Hugonellus* Clericus, *Laurentius* famulus, *Galardus*, *Philibertus* Clericus. Facta est enim eleemosyna hæc anno M. C. LIII. ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi.

Année 1153.

ANASTASIVS seruus seruorum Dei, dilecto *Rainaldo* Abbati monasterij sancti Petri Flauigniacensis, eiusque fratribus, tam præsentibus quàm futuris .... vitam professis in perpetuum. Effectum iusta postulantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo exigit rationis, præsertim quando petentium voluntatem pietas adiuuat, & veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & felicis memoriæ prædecessoris nostri Papæ *Calixti* vestigiis inhærentes, Flauigniacense B. Petri monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus: statuentes, vt quascumque possessiones, quæcumque bona præfatum monasterium inpræsentiarum iustè & canonicè possidet,

aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet Ecclesiam *sancti Georgij Coliticensis*, & Burgum, Ecclesiam *sanctæ Mariæ Sinemurensis*, cum parrochia sua, Ecclesiam *S. Trinitatis Prisciasci*, Ecclesiam *S. Mariæ Bellilocensis*, Ecclesiam *S. Mariæ de Rimacurte*, cum appendiciis earum, Ecclesiam *S. Genesij de Flauigniaco*, & redditus letaniarum ad idem monasterium pertinentes, Ecclesiam *S. Symphoriani de Griniaco*, Ecclesiam *S. Germani de Vitello*, Ecclesiam *S. Bandelij de Vuabra*, Ecclesiam *S. Benigni de Sirriaco*, Ecclesiam *S. Martini de Massiniaco*, Ecclesiam *sanctæ Reginæ de Ialiaco*, Ecclesiam *sancti Martini de Viliaco*, Ecclesiam *sancti Benigni de Darriaco*, Ecclesiam *S. Saluatoris de Magtinile*, Ecclesiam *sancti Antimi de Cancellis*, Ecclesiam *sancti Marcelli de Glennone*, Ecclesiam *sancti Sulpitij de Fontanis*, Ecclesiam *sancti Martini de Chichiaco*, Ecclesiam *sancti Petri de Puteolis*, cum decimis ad easdem Ecclesias pertinentibus. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat id monasterium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur, eorum pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, saluâ nimirum diocesanorum Episcoporum canonicâ iustitiâ. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi, quâlibet astutiâ seu violentiâ præponatur, nisi quem fratres, communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris, vel de suo, vel de alieno, si potuerint, collegio, secundùm Dominum & B. Benedicti regulam præuiderint eligendum. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ confirmationis paginam sciens, contra eam temerè venire temptauerit, secundò tertiòve commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisve sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem monasterio iusta seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant; Amen. Ego *Anastasius* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, ego *G. G.* presbyter Card. Tit. *Calixti*, ego *Guido* presbyter Card. T. *S. Chrysogoni*, ego *Vbaldus* presbyter Card. T. *S. Praxedis*, ego *Manfredus* presbyter Card. T. *S. Sauinæ*, ego *Aribertus* presbyter Card. T. *S. Anastasij*, ego *Guido* presbyter Card. T. *Pastoris*, ego *Iordanus* presbyter Card. T. *SS. Susannæ & Felicitatis*, ego *Gerardus* presbyter Card. T. *S. Stephani in Cœlio Monte*, ego *Iohannes* presbyter Card. *S. Iohannis & Pauli* T. Lamechij, ego *Imarus Tuscul. Episcopus*, ego *Censius Portuensis Episcopus*, & *S. Rufinæ*, ego *Gregorius Miron* Ecclesiæ Sabin electus, ego *Rodulfus* Diaconus Card. *S. Luciæ* in *Septa Salis*, ego *Iohannes* Diaconus Card. *SS. Sergij & Bacchi*. Datum Laterani, per manum *Rolandi*. S. R. E. presbyteri Cardinalis & Cancellarij, 8. Kalend. Maij, indict. 2. Incarnationis dominicæ annò 1154. Pontificatus verò domini *Anastasij* Papæ IV. annò.

Année 1154.

NOTVM sit omnibus præsentibus & futuris, quòd dominus *Arnulfus de Arneto*, dedit Deo & sancto Benigno Diuionensi, decimum panem trium furnorum quos habebat apud *Arnetum*. Hanc eleemosynam fecit pro anima sua, pro animabus patris sui, & matris, vxoris quoque suæ, & filiorum suorum, omniumque antecessorum suorum, laude videlicet *Ermengaldis* vxoris eius, *Hugonis*, *Girardi*, *Arnulfi*, filiorum ipsius, *Ermengaldis*, & *Margaritæ* filiarum eius. Statutum est de furneriis, quicumque furnerius erit, iurare debe-

Arnulfus de Arneto, laude Ermengardis vxoris, & liberorum, dat Cellæ sancti Iacobi apud Arnetum, deci-

mem pa-ncm tium foinorum quos habebat apud Arnetum. Ex Chartul. Burgund.

bit, quòd fidem Deo & Ecclesiæ sancti Iacobi de Arneto seruabit. Facta sunt hæc temporibus domini *Humberti* Eduensis Episcopi, *Philippi* Diuionensis Abbatis, *Oddonis* Ducis Burgundiæ, requirente donum eleemosynæ *Angilberto* monacho Diuionense, filio domini *Arnulfi*, per manum domni *Erlerij* Prioris Diuionensis, præsente *Hugone* Priore de Arneto. Verùm, cùm dominus *Arnulfus* eleemosynam istam fecit, de dono eleemosynæ domnum *Erlerium* per vnam petram inuestiuit. Testes, *Erleranus*, *Petrus de sancto Symphoriano*, *Hugo Bardus*, *Tebaldus de Blange*. Omnes illos excommunicatos esse credatis ex parte Dei omniumque sanctorum eius, ex parte domni *Humberti* Eduensis Episcopi, & ex parte domni *Philippi* Abbatis Diuionensis, & Prioris, omniumque fratrum prædicti monasterij, quicumque hanc eleemosynam auferre voluerint Deo & sancto Iacobo Arneti, monachisque ibi seruientibus; nisi Priori & monachis, Abbati Diuionis, omnique conuentui, & monachis Arneti satisfacere voluerint.

Guerrannus de Oschara, coram Bosone Cathalaunensi Episcopo, dat monialibus de Vlmeto molendinum apud Rabecæ Curtem.

EGO *Boso* Dei gratiâ Cathalaunensis Episcopus, notum facio præsentibus & futuris, quòd *Guerrannus de Oschara*, pro remedio animæ suæ, & pro filia sua *Gertrudi*, vt sanctimonialis fieret, dedit in eleemosynam *sancto Iohanni de Vlmeto*, & monachis, sanctimonialibusque ibidem manentibus, molendinum & mansum iuxta, cum prato apud *Rabeca Curtem* super *Eueram* fluuium situm, liberè & quietè in perpetuum possidendum, & bannum & iusticiam quam habebat in eadem villa; ita, quod à præfato molendino, vsque ad locum illum vbi situm est, molendinum quod dicitur Leprosorum, vel in toto finagio ipsius villæ super nominatum fluuium, nullus aliud molendinum possit ædificare. Dedit eis etiam quamdam fœminam suam, Mariam nomine, in eadem villa, & hæredes ex ea prouenturos, in perpetuum possidendos; cuius tamen doni, quamdiu in hoc sæculariter sæculo vixerit, redditus tenebit; excepto, quod quinque solidos Cathalaunenses pro vestitura in die natalis Domini annuatim Priori de Vlmeto persoluet. Post decessum verò ipsius, omne donum, sicut superiùs dictum est, præfatis monialibus ex integro remanebit. Huius rei testes sunt *Hadeuildis Comitissa de domno Petro*, *Helias Raynaldus* eius auunculus, *Vuillelmus de Buxi*, *Vuillelmus de Summeuria*, *Adanz de Musnecort*, *Paganus de Alna*, *Paganus* nepos Rolanni, *Vualo* Clericus, *Beatrix* vxor *Heliæ*, *Maria* vxor *Lamberti*. Et vt hæc donatio, quæ in præsentia nostra facta est, & Pontificali auctoritate confirmata, perenni gaudeat firmitate, præsentem cartam ad preces ipsius *Guerranni*, sigilli nostri impressione munitam monialibus de Vlmeto tradidimus. Acta sunt hæc anno ab Incarnatione Domimi millesimo centesimo quinquagesimo septimo.

Année 1157

Diploma Friderici Ænobarbi Imperatoris in gratiam domus Maioræui Ordinis Carthusiensis.

CONSILIVM illustrissimi Principis, domini nostri *Amedei* Ducis Sabaudiæ, Chablæsij & Augustæ Principis, Marchionis in Italia, Comitis Pedemontium, & Gebennensis, Valentinensis, & Diensis, cum eo residens. Vniuersis serie præsentium fiat manifestum, quòd hodie nobis pro tribunali sedentibus, ad nostram adueniens præsentiam venerabilis religiosus frater *Petrus Rodulfi*, *Prior domus Maiorani Ordinis Cartusiensis*, nobis exhibuit literas per *Fridericum* Imperatorem dictæ domui concessas, in pargameno scriptas, bulla aurea sigillatas, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua ipsarum parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspicione carentes, quarum tenor de verbo ad verbum talis est. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* diuinâ fauente clementiâ Romanorum Imperator, semper Augustus. Ad Imperialis dignitatis excellentiam pertinet, seruorum Dei quieti totis clementiæ nisibus prouidere, eorumque loca in Imperio nostro constituta cum eorum appenden-

tiis non solùm conseruare, sed & beneficiis amplioribus & donis augere, & multiplicare. Quocirca, nouerit cunctorum fidelium nostrorum præsentia, & futurorum posteritas, quòd nos, pro sincera charitate quam erga ordinem Cartusiæ habemus, & pro fideli deuotione quam nobis exhibuit *Nanthelmus* venerabilis eiusdem domus Prior, domum Maioræui, eiusdem ordinis, in diœcesi Lugdunensi & regno Burgundiæ existentem, illiusque domus Priorem, monachos, fratres, seruos, familiam, eiusque possessiones & homines, cum omnibus appenditiis suis, in nostram suscipimus protectionem; quatenus ipsi, & homines eorum, securi & tranquilli sub nostra pace viuant, liberiùs Deo famulentur, & pro nobis nostrisque successoribus preces in conspectu diuinæ Maiestatis offerant. Insuper fundationem dictæ domus, eleemosynas, & largitiones per quosdam nobiles fideles nostros donatas, sicut & priuilegium per bonæ memoriæ *Conradum* Romanorum Regem secundum, anno Domini millesimo centesimo quadragesimo secundo concessum iisdem Priori & fratribus, confirmamus, & de nouo concedimus, ac de nostræ maiestatis imperialis potestate addentes, & pro nobis & nostris successoribus in perpetuum largientes, solo Dei amore & intuitu, omne ius, omne dominium, altum & bassum, merum & mixtum imperium, omnimodamque iurisdictionem, quam non solùm infra terminos dictæ domus inferiùs descriptos habemus, habere possumus, aut debemus, nos & nostri prædecessores aut successores habuerunt aut habere debebunt in perpetuum, sed etiam extra dictos terminos per totum Imperium nostrum, & præsertim per Burgundiæ regnum, tam in eorum acquisitis & acquirendis hominibus legitimis & spuriis, indigenis & alienigenis, & in eorumdem hominum bonis mobilibus & immobilibus vniuersis, quàm in omnibus mansis, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, syluis, ioriis, montibus, vallibus, alpibus, planitiebus, aquis, aquarumve discursibus, piscariis, molendinis, fodinis, vniuersisque territoriis, & ex iisdem appendentiis ad ipsam domum Maioræui, & res eius spectantibus, nunc & in futurum. Termini autem dictæ domus à fundatoribus positi, & à summis Pontificibus confirmati, sic declarantur. Primò, ab Oriente *Mons Agriliieti* qui supereminet *Calmis*, *Albarone*, & *Rocha Rupha*: ab Austro Calma, quæ dicitur *Pongibouem*, & *Rocharium Prati Baldonis*; inde sicut *Rocharium* tendit versùs *Ferrerias* vsque dum idem *Rocharium* finiatur. Inde ascendit terminus vsque ad abietem, supra montem designatum, & tendit vsque ad cacumen *Montis Reuoriæ*, & descendit vsque ad *Crucem Nouam* quæ est in via *Balmeti*. Inde idem terminus versùs Aquilonem tendit vsque ad inferiorem Rocham *Montis Chiuiliaci*, & circuit per crepidinem vsque ad Rocham de *Pontento*. Inde descendit vsque ad *Perifontanam*, & inde per cristam collis vsque ad summitatem *Montis Orselli*, peruenit. Intra quos confines cæterarumque possessionum præfatæ domus, nullus hominem capere, prædam ducere, furtum aut aliud crimen committere, aucupationem, venationem aut piscationem agere audeat, nullusque hominum Maioræui, præsentium aut futurorum, legitimorum & spuriorum, testamentum condere, hæredem instituere, dotes constituere, legata facere, nec seruitoribus etiam aut aliis aliquid donare præsumat & elargiri, nisi de Prioris Maioræui licentia processerit & facultate. Qui contrà fecerit, isdem Prior per suos officiarios talem delinquentem, siue nobilem siue ignobilem, ciuiliter seu criminaliter, prout casus exegerit, mulctare & punire debeat, solique Priori liceat, in hominibus suis, siue infra terminos ante dictos, siue extra positis, iustitiam omnimodam exercere, omneque seruitium petere & accipere, eosque & eorum bona, sicut & spuriorum & alienigenarum, de manu cuiusquam repetere & requirere. Statuimus igitur imperiali authoritate firmiter inhærentes, vt nulla persona, magna aut parua, Ecclesiastica aut sæcularis, Dux, Marchio, Comes, Baro, vel vassallus, à præfatis Priore, fratribus, seruis, & colonis eorum, pedagium, exactionem, leidam, aut aliquid simile petere

vel leuare, aut de acquisitis allodium accipere præsumat, sed liberi & immunes vendant, acquirant, transeant, sint & permaneant per vniuersum Imperium nostrum. Si quis autem edictum nostrum temerario ausu infringere tentauerit, præceptique nostri transgressor extiterit, nouerit se compositurum sexaginta libras auri puri & optimi, medietatem cameræ nostræ, & aliam medietatem domui Maioræui, in præsenti; & cum Iuda traditore æterna damnatione id mulctaturum in futuro. Et vt hæc à nobis facta & dicta credantur, & à posteris nostris non infringantur, chartam hanc describi, & sigillo nostræ maiestatis muniri iussimus. Datum Bisuntij, quinto Calendas Nouembris, indictione quintâ, anno dominicæ Incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo septimo, regnante domino *Friderico* Romanorum Imperatore gloriosissimo, anno regni eius sexto, imperij verò tertio. Recognitum per *Rainaldum* Cancellarium, vice *Stephani* Viennensis Archiepiscopi, & regni Burgundiæ Archicancellarij, testibus *Humberto* Bisuntinensi, *Heraclio* Lugdunensi, & *Petro* Tarentasiensi, Archiepiscopis, *Guillermo* Nouariensi Episcopo, *Matthæo* Duce Lotharingiæ, *Vuolmaro de Salruuerda*, *Stephano de Hurmungen*, & *Alberto de Dilgen* Comitibus, & aliis. Post quarum exhibitionem literarum, verens idem Prior, ne ipsæ literæ deferendo, viarum discriminibus conterantur, nobis suppliciter requisiuit, vt de illis publicum authenticum, cui meritò fides indubia adhibeatur, indulgere dignaremur. Nos quidem petitionis suæ æquitati consonæ assensum præbere volentes, quia post diligentem collationem de ipsis originalibus literis cum præsentibus factam, illas sine discrepantia reperimus identitate verborum consonas; idcirco eidem de illis huiusmodi authenticum transumptum, seu vidimus, duximus concedendum; cui tantam fidem decernimus fore adhibendam, quantam prædictis originalibus literis in eo insertis, has literas nostras in testimonium concedo. Datas Chamberiaci, die vigesima sexta Nouembris, anno Domini millesimo quatercentesimo trigesimo tertio. Per consilium, præsentibus dominis *Ioanne de Bello Forti* Cancellario, *Lamberto Odineti* Præsidente, *Ioanne de Fonte* Aduocato Fiscali, *Vrbano Cirsferij*, *Antonio de Draconsbuer*, *Bolomyer*.

Annèe 1157.

Eiusdem Imperatoris Charta in gratiam Episcopi Gratianopolitani.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Fredericus* diuinâ fauente clementiâ Romanorum Imperator Augustus. Iustitia exigit, & ratio ipsa persuadere videtur, vt omnium quidem ad Imperium ipsum nostrum spectantium curam habeamus; sed imperialis clementiæ dexteram illis præcipuè porrigere debemus, quorum fidem sinceram & deuotionem promptissimam circa honorem nostræ personæ & coronæ magis florere ac vigere cognoscimus. Eapropter, tam futurorum quàm præsentium ætas indubitanter agnoscat, quòd fidelem ac dilectum principem nostrum *Gauffredum* Gratianopolitanæ Ecclesiæ venerabilem Episcopum, eiusque Ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignoscitur, & vniuersa sibi pertinentia, sub nostram imperialem protectionem atque tutelam recepimus, & regalia nostra, prout ea meliùs & liberiùs antecessores sui vsque ad eius tempora habuerunt, & quæ in *Gratianopoli*, & apud *sanctum Donatum*, siue in toto Episcopatu suo possidere cognoscitur, omnesque possessiones quas in præsenti legitimè habet, vel quæcumque in posterum, Deo iuuante, rationabiliter & iustè acquirere poterit, nostra imperiali authoritate, prædicto Episcopo eiusque successoribus confirmamus. Ad ampliorem quoque gratiæ cumulum statuentes adicimus, & imperiali edicto præcipimus, vt nulla persona, sæcularis vel Ecclesiastica, nullus Princeps vel præpotens, nulla omnino potestas, in præmemoratum Episcopum, vel eius Ecclesiam, in aliquo grauare, vel offendere, siue diminuere præsumat; sed tam ipse Episcopus, quàm eius Ecclesia, ab omni læsione & inquietatione immunis habeatur. Si quis autem huic nostro præcepto contraire attentauerit, auri purissimi

puriſſimi libras quinquaginta, tanquam noſtræ maieſtatis reus componat, & perſoluet noſtro imperiali fiſco inferendas. Huius verò confirmationis teſtes ſunt *Hermannus* Epiſcopus .... Vdenſis. *Lyons* Papienſis Epiſcopus, *Stephanus* Viennenſis Archiepiſcopus, *Gaufredus* Caualionenſis Epiſcopus, *Otto* Comes Palatinus, & iunior *Otto* frater eius, *Boleſlaus* .... Dux Polonicus, *Eucrardus* Comes de Phirrethe, *Henricus* Comes Brunſuici, Comes *Cuonrardus* filius Comitis *Rabadonis*, Comes *Genebardus de Liu* .... *Ib. Burchardus Burcranius Magdeburgenſis*, *Ctmo* Camerarius, & alij quamplures ſancti domini *Frederici* Romanorum Imperatoris inuictiſſimi. Ego *Vlricus* Cancellarius, vice *Reinaldi* Colonienſis Archiepiſcopi, & Italiæ Archicancellarij, recognoui. Acta ſunt hæc, anno Incarnationis dominicæ milleſimo centeſimo ſexageſimo primo, indictione nonâ, Année
regnante domino *Frederico* Romanorum Imperatore victorioſiſſimo, anno regni eius decimo, imperij verò ſeptimo, feliciter, Amen. 1161.

Olricus Lingonenſis Canonicus, coram Galtero Lingonenſi Epiſcopo, dat Eccleſiæ de Sarcouz, viuarium cum pratis, & Eccleſias de Fraiſneio, & de Meillain, & de donno Benigno, cum eorum iuribus. Ex Chartul. Benigniano.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Galterus* Dei gratiâ Lingonenſis Epiſcopus, præſentibus & futuris notum facio, quòd dominus *Olricus* Lingonenſis Canonicus, & ſanctorum Geminorum Præpoſitus, Deo & Eccleſiæ ſanctæ Dei Genitricis Mariæ ſemperque Virginis de Sarcouz, & monachis ibidem Deo ſeruientibus, ob remedium animæ ſuæ, & patris & matris ſuæ, & omnium anteceſſorum ibidem quieſcentium, viuarium ſuum, cum pratis, & terris cultis & incultis, ad opus duarum karrucarum, & vſualia monachis ibi morantibus, & animalibus ſuis ſufficientia, laude & aſſenſu fratris ſui *Raynerij de Acromonte*, & *Agnetis* neptis ſuæ, prædicti *Raynerij* filiæ, & *Guiardi* nepotis ſui Lingonenſis Canonici, liberè dedit, & in perpetuum poſſidendum conceſſit. Dedit nichilominus præfatæ Eccleſiæ, quicquid habebat in Eccleſiis *de Fraiſneio* & *de Meillain*, nec non & in Eccleſia de donno Benigno. Hoc autem totum per manum meam fecit, & ſigilli mei auctoritate roborari ſuppliciter exorauit. Cuius ſi quidem tam benignæ tamque deuotæ petitioni diligenter annui, & prædictæ Eccleſiæ hoc ipſum poſtulanti miſericorditer adquieui. Et vt hoc ratum & inconuulſum deinceps habeatur, ſigilli mei impreſſione, & teſtium adnotatione confirmo. Actum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini M. C. LXIV. Teſtes *Philippus* Abbas ſancti Benigni Diuionenſis, *Seclo Berandus* Prior de Vangionis Riuo, *Humbertus* Camerarius, *Vuarinarius*, *Hyrbertus*, monachi Diuionenſes, *Rodulfus* Prior de Sarcouz, *Aubertus* nepos ſuus & monachus, *Furco*, *Pontius*, *Hugo de Riueria* Lingonenſes Archidiaconi, *Petrus de Foro* Sacerdos & Canonicus ſancti Mammetis, *Belinus* tunc Capellanus & Notarius. Année 1164.

CE iourd'huy trentiéme iour du mois de Iuin 1657. à l'iſſuë de Prime, ſe ſont aſſemblez les venerables Religieux du Prioré & grand Doyenné de S. Viuant, pour deſcendre, & faire ouuerture de la Chaſſe dudit S. Viuant; ce qui s'eſt fait auec grande ceremonie. L'ouuerture de ladite Chaſſe faite, nous y auons trouué à coſté vn parchemin attaché auec vn clou, dans lequel ſont écrits ces mots. Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto, ſeptimo Idus Iunij, *Vergiaco* cœnobio reuelatum eſt corpus ſanctiſſimi confeſſoris Chriſti *Viuentij*, quod Comes *Manaſſes* ab alia prouincia ibidem deportauerat, & in hoc moſoleo poſitum per manus *Petri* venerabilis Cabilonenſis Epiſcopi, & *Galonis* Abbatis de Buſceria, & *Roberti* Prioris Ciſtercij, & aliorum monachorum. Fuerunt etiam ibi Archidiaconi, Archipreſbyteri, Sacerdotes, & aliorum populorum innumerabilium. *Ce parchemin eſt ſeellé de cire iaune, d'vn ſceau en forme d'ouale, au milieu duquel eſt la figure d'vn Eueſque en chaire, croſſé & mitré, donnant la benediction, & au tour ſont écrits ces mots :* Petrus Cabilonenſis. *En ſuite on a trouué pluſieurs bel-* 7. Iuin 1164.

les Reliques du precieux S. Viuant, particulierement le chef, hormis la mâchoire, tous les os des iambes, des cuisses, & des hanches, ceux des bras, & quantité d'autres fort remarquables. Il s'est trouué auprés des ossemens, dans vn linge, le suaire du bien-heureux Saint, auec quantité de fragmens des saintes Reliques, le tout posé dans vne toile licée, fort blanche & entiere, & enfermé dans vn sac de taffetas iaune & violet, sur le sac comme de la futaine de diuerses couleurs, & vn linge qui est fort bien ployé auec de la tresse de soye bleuë.

Hugo Dux Burgundiæ, in manibus Galtherii Lingonensis Episcopi, monachis S. Benigni guirpiuit terram de Pascua prope Diuionem. *Ex Chartul. Benigniano.*

QVONIAM in humanis actibus, propter humanam imperfectionem, nichil perpetuatur, quæ memoriæ tradere voluit, scripto mandare decreuit antiquitas. Ego itaque *Galtherius* Dei gratiâ Lingonensis Episcopus, scripti huius adnotatione, & sigilli mei impressione notum facio præsentibus & futuris, quòd *Odo* Dux Burgundiæ, terram prope Diuionem, quæ *Pascua* dicitur, assensu Abbatis & monachorum sancti Benigni Diuionensis aliquandiu excoluit, decimam proinde, ac tertiam, monachis, singulis annis reddens: qui, Deo volente, à sæculo migrans, diuino instinctu & suorum ammonitione, quod in eadem terra tenuerat, guirpiuit. Cuius filius *Hugo* Dux, in Ducatu patris succedens, precibus Abbatis & monachorum, prædicto monasterio, pro salute animæ suæ, & patris sui, & omnium antecessorum suorum, terram suprememoratam ad agriculturam in perpetuum concessit, & eleemosynam in manu nostra posuit, & garantizare promisit. Abbas verò & monachi, pro beneficio sibi collato, eidem *Hugoni* Duci, & antecessoribus suis, cotidianam præbendam, cum annuo anniuersario in monasterio suo in perpetuum concesserunt. Huius autem rei testes sunt *Odo dominus de Granceo*, *Iosbertus de Grancé*, *Aymo de Diuione*, *Vuiardus de Fauerné*, *Vuillermus de Orgeolo*, *Stephanus de Polcy*. Actum anno ab Incarnatione Domini M. C. LXV. *Ludouico* Rege regnante.

Année 1165.

Mathæus Lotharingiæ Dux & Marchio, concedit Abbati & monachis S. Benigni, liberum Pedagium apud Nouum Castrum, & totam terram suam. *Ex Chartul. Benigniano.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Omnia quæ à fidelibus populis sanctæ Ecclesiæ possidenda traduntur, vel in eleemosynam donantur, quatinus quòd à quocumque piè & fideliter agitur, nec obliuione deleri, nec cuiusquam fraude possit mutari, testamentalibus litteris necesse est commendentur: æternam quippe sibi in cœlo præparatam inueniet indulgentiam, quisquis pauperibus Christi aliquam impenderit eleemosynam. Huius rei gratiâ ego *Matheus* Lotharingiæ Dux & Marchio, notum esse volo omnibus fidelibus per longa tempora succedentibus, quod *Galterius* sancti Benigni Prior, nostram præsentiam adiit, & super conductu, quod dicitur *Pedagium*, ac persolutione Thelonearia à nobis indulgentiam postulauit; quod ego, & apud *Nouum Castrum*, & per terram meam, pro salute animæ meæ & antecessorum meorum libenter concessi, laude & assensu dominæ *Berthæ* Ducissæ vxoris meæ, & *Roberti* fratris mei, & filiorum meorum *Simonis* & *Friderici*. Testes autem huius beneficij idonei sunt, *Nicholaus de Demeure*, *Drogo de Nancé*, *Stephanus de Rossoil*, *Theodericus de Damperre*, *Morellus de Claremonte*, & donnus *Theodericus* Ducissæ Capellanus, & *Richardus Anglicus*, magister *Saxon*, & alij multi, tam clerici quàm laïci. Acta sunt hæc apud *Chastenedum* Castrum, II. Idus Octobris, feriâ VI. anno ab Incarnatione Domini M. C. LXVI. concurrente quinto, epactâ XXVIII. lunâ ipsius diei XVI.

Année 1166.

Maria Ducissa Burgundiæ, vnà cum Hugone Duce filio,

NOTVM sit omnibus, & futuris & præsentibus, quòd ego *Maria* Ducissa Burgundiæ, *Hugo* filius meus, Dux eiusdem, in remedio animæ patris sui *Oddonis* Ducis, boni mei mariti, statutum omnium panetariorum in foro Diuionis vendentium, absque omni exceptione, dedimus Ecclesiæ beati Beni-

gni, ad pretiosissimum corpus eius continuè illuminandum. Est enim, & erit lampas, quæ in memoria prædicti Ducis, in præsentia beati Benigni ac benignissimi Martyris ardet & semper ardebit, vt hac luce veram lucem consequatur idem Dux, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui est vera lux & peccatorum remissio. Et si contigerit prædictum forum transmutari aut transferri de hoc loco in quo nunc est ad alium locum, vel de alio ad alium, prædicta Ecclesia, prædictum donum prædicta donatione in perpetuum possidebit. Huius verò donationis sunt testes magister *Humbertus* Capellanus, *Aymo de Diuione, Iosbertus de Granceio, Stephanus de Pulleio, Bonus Amicus* Præpositus, *Vuillermus de Orgeiolo, Fremundus* monachus, *Martinus de Spaniaco* monachus, *Humbertus Albespinus, Petrus de Fronimis.*

dat Abbati & monachis S. Benigni Diuion statutum omnium Panetariorum in foro Diuionis vendentium, pro dotatione lampadis ardentis ante corpus S. Benig. in memoriam Odonis Ducis, quondam mariti sui. *Ex eod. Cha.*

QVONIAM per successiones temporum, quæ ab hominibus fiunt vel dicuntur, nisi scripto commendentur, facilè à memoria elabuntur, atque plerumque in irritum rediguntur; ea propter ego *Hugo* Dux Burgundiæ, præsentis scripti conscriptione, & subscriptorum testium attestatione, nec non & sigilli mei impressione, notum fieri volo cunctis præsentibus & posteris, quod summi Patris inspiratione commonitus, Iherosolymam aditurus, assensu & laude *Aalidis* vxoris meæ, & *Odonis* filij mei, qui etiam proinde vnum palefridum habuit, pro remedio animæ meæ, patrisque mei, & omnium antecessorum meorum, & pro emendatione omnium exactionum, siue iniuriarum quas apud Ecclesiam sancti Benigni de Diuione iniustè commiseram, liberè & absolutè dono in perpetuum, & concedo eidem Ecclesiæ, quicquid iustè vel iniustè possidebam, aut meum esse dicebatur, à *Plumberiis* vsque *Becix*, citra aquam & vltra aquam, excepto Chemini foresfacto: quod tamen de hominibus suis præfatæ Ecclesiæ concedo. Similiter omnes consuetudines, quas apud prænominatum *Becix* habebam, eidem Ecclesiæ in perpetuum dono, nichil ibidem præter magnam iusticiam retinens. Præterea quicquid apud *Cheneuas*, in territorio, & hominibus ipsius Ecclesiæ habebam, prætaxatæ Ecclesiæ similiter liberè dono, excepto Chemini foresfacto: quod tamen, sicut superiùs dictum est, de hominibus suis memoratæ Ecclesiæ liberè concedo. Hæc autem beneficia, siue dona, facta sunt in præsentia & manu *Philippi* venerabilis eiusdem Abbatis, propter quæ iam sæpedicta Ecclesia, quicquid erga ipsam aut in res suas iniustè feceram, michi penitus condonauit. Si quis verò præfata beneficia Ecclesiæ sancti Benigni subtraxerit, vel abstulerit, perpetuis subiaceat pœnis. Interfuerunt autem huic dono *Raynerius de sancto Romano, Hybertus, Petrus de Chagniaco*, monachi: *Nicolaus* Capellanus meus, *Aymo de Diuione, Vuitardus de Fenerné, Vuillelmus de Orgeolo, Stephanus de Poylle, Pontius Chanlardus, Vuillelmus de Rinel, Bartholomeus* Camberlanus, *Guido* Marescaldus, *Henricus de Castellione, Hugo* maior, *Girardus* Camberlanus, *Belardinus de Claustro, Bonardus Charolomagnus, Henricus* Cocus, & plures alij. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini M. C. LXX.

Hugo Dux Burgundiæ, Iherosolymam proficiscens, dat monachis S. Benigni quicquid habebat à Plomberiis vsque Becix. excepto Chemini foresfacto. *Ex eodem Chartul.*

Année 1170.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. *Philippus* Dei gratiâ Francorum Rex. Nouerint vniuersi, præsentes pariter & futuri, quòd Ecclesia Cluniacensis frequenter conquesta fuerat de pressuris vehementibus & exactionibus pessimis, quibus Comes Cabilonensis *Guillelmus*, & pater suus, domum de *Paredo*, & pertinentias eius affligerant. Cùm itaque temporibus patris sui, & suo, ab Abbatibus Cluniacensibus, & Prioribus Paredi super his sæpe frustra laboratum fuisset, nouissimè conuenerunt apud Lordonum *Theobaldus* Abbas Cluniacensis, & *Ioannes* Prior Paredi, cum quibusdam monachis Cluniacensibus, & Comes Cabilonensis, cum quibusdam militibus & hominibus

suis: & tandem victus ratione, simulque peccatorum suorum immensitatem considerans, ob remedium animæ suæ & antecessorum suorum, guerpiuit penitus & quittauit omnes consuetudines & exactiones, quas ipse & pater suus in terra Ecclesiæ contra iustitiam & æquitatem in præiudicium animarum suarum acceperat; recognouitque & confessus est, quòd in villa Paredi, & pertinentiis eius, & in vniuersa terra eius, non habet tailliam, vel porrellagium, vel bossonagium, vel messionagium seu annonagium, vel catredam. Quæ omnia ipse & ministri eius, plerumque, violenter accipiebant. Præterea homines Ecclesiæ, quandoque in expeditiones suas ire cogebat, & opera sua facere appellabat, videlicet in fossatis suis erigendis, & castellis construendis destinandisque, omnia guerpiuit & remisit. Ita quod hæc omnia, ab ipso, vel ab hæredibus, aut ministris suis, deinceps nullatenus requirentur: & vt breuiter comprehendam, in villa Paredi vel terra Ecclesiæ, vbicumque sita, nullam sibi iurisdictionem vel consuetudinem, exclusa omni concertatione retinuit propter illa qua suprapoſita sunt. Quasdam siquidem consuetudines sibi de iure deberi asserebat, quas monachi negabant, quia in chartis prædecessorum suorum *Hugonis* & *Thebaldi* Comitum Cabilonensium non continebantur. Asserebat enim sibi à Priore Paredi deberi sommerium & custodiam eius in terra .... & ciphum corneum, cum duobus coclearcis corneis, prædictum sommerium in redditu suo redditurus, nec aliter deinceps alium recepturus. Porro dum terram suam simpliciter deambularet, peregrinationem semel aut bis in anno, in hospitio Paredi sibi deberi asserebat, seu quod in multitudine sociorum domum non grauaret: refectionem quoque plenariam apud Thelonum, semel in anno, quærebat. Si quando ad clamorem Prioris & Ecclesiæ Paredi pro damnis Ecclesiæ illatis cum armata manu super aliquem vicinorum hostium ipsum peragere oportuit, de singulis domibus Paredi singulos homines cum armis secum ituros dicebat, ita tamen quod ad domos suas possent ista die reuerti. Super his quatuor consuetudinibus præfatus Comes querebatur, & monachi rogabant ne bonum opus inter ipsos impediretur. Ita dictum est, quòd si eas habere voluerit, non statim violenter extorqueret, sed appellatis super his, Abbate Cluniacensi & Priore Paredi, quod de iusticia inde acceptaret: licebitque Abbati & Priori Paredi, memoratum Comitem de guerpitione consuetudinum iterum appellare, quando voluerit, & ipse eis de iure respondebit, quod ratio dixerit seruaturum. Dictum est præterea, quòd in Carredo Prioris, quod vinum de vineis suis, aut decimis, ad vsum monachorum de partibus Cabilonensibus adduci solet, non debet temerè pedagium accipere. Si verò Prior ad hoc vinum comparatum adduxerit, & inde denuo vendat, licebit committi, inde pedagium accipere, procurationem quoque quando apud *Digoinum* semel in anno quærebat, in manu memoratis Abbatis Cluniacensis guerpiuit & remisit. De hominibus saluamenti ita diffinitum est, quod homines Ecclesiæ qui terram Comitis non tenent, nullum omnino seruitium ipsi vel ministris suis debent per consuetudinem: homines verò Ecclesiæ, qui terram Comitis tenent consuetam, quod tenent, impositum est, sibi persoluent. De cætero, quia gratum amorem Cluniacensis Ecclesiæ sibi plurimum acquirere cupiebat, statuit firmiter & concessit, vt nullus de villa Cluniacensi, per terram ipsius Comitis vnquam temporibus pedagium soluat, sed de ipso de hominibus eius vadat securus. Has itaque conuentiones sigillo Comitis Cabilonensis firmatas, & sigillis Episcoporum Eduensis & Cabilonensis, ipse Comes in præsentia nostra & Baronum nobis assistentium tuendas promisit, & super sancta Euangelia iurauit, & vt sigilli nostri auctoritate coniungemus, rogauit. Quæ omnia vt perpetuum inuiolabiliter robur obtineant, & ne à posteris quoquomodo valeant retractari, præsentem chartam sigilli nostri impressione ac regij nominis caractere inferiùs annotato corroborari præcipimus. Actum *Senonis*, publicè, anno ab Incarnatione

Domini millesimo centesimo septuagesimo, regni nostri anno secundo. Astantibus in palatio nostro, quorum nomina supposita sunt & signa. Signum Comitis *Theobaldi* Dapiferi nostri, *Guidonis* Buticularij, *Marty* Camerarij. Signatum *Radulfi* Contabularij. *Plus bas sont écrits ces mots :* Data per manum, *& aprés vn chiffre.* S. *Hugo* Cancellarius. Année 1170.

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis, Decano & Capitulo Capellæ Ducis Diuionensis, salutem & Apostolicam benedictionem. Cùm à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, & per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, possessiones, redditus, exemptiones, libertates, & immunitates, quas bonæ memoriæ *Hugo* Dux Burgundiæ, prædictæ Capellæ pia liberalitate concessit, sicut ea iustè ac pacificè obtinetis, & in autentico inde confecto, cuius tenorem præsentibus iussimus litteris annotari, pleniùs continetur, vobis & per vos eidem Capellæ auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem autentici memorati est talis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritûs sancti, Amen. Ego *Hugo* Dux Burgundiæ, notum volo esse præsentibus & futuris, quoniam Ilierosolymam proficiscens, præ nimia maris turbatione, & imminentis periculi acerbitate, tam ego quàm qui mecum omnes in nauigio erant, grauiter perterriti fuimus; ea propter votum faciens Deo, promisi me constructurum in mea culte, apud Diuionem, Ecclesiam in honorem sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & beati Iohannis Euangelistæ. Vnde factum est, vt in reditu meo, Romam veniens, quod voueram, per manum bonæ memoriæ *Alexandri* summi Pontificis Deo obtuli, & Apostolicâ auctoritate, quemadmodum in autentico scripto quod ab eo impetraui, continetur, confirmari feci. Cùm autem gratiâ Dei redirem, conuocatis amicis meis, & multis honestis viris, decem clericis, pro remedio animæ meæ, & prædecessorum successorùmque meorum salute, Deo in perpetuum seruituros apud Diuionem institui; quibus, laudante *Aalide* vxore mea, & *Odone* primogenito meo, in eadem villa, in proprios vsus redditus assignaui: videlicet quicquid habebam de ventis, & ostellagium quod michi debebant panifici, & calciamentorum constructores, & placitum generale. Concessi etiam eisdem clericis, vt eandem habeant apud Diuionem libertatem, quam habent Ecclesiæ principales, scilicet duæ quæ in ea sunt, & milites. Quoniam autem Ecclesia ista specialiter mea est, & præcipuum tribulationis meæ refugium, & oblatio votiua Deo & libertati meæ, concessi ei plusquam cæteris, vt videlicet clerici ei deseruientes, liberum habeant attractum in villa Diuionensi, eodem modo quo ego habeo, id est libertatem retinendi homines, eandem quam ego habeo in villa Diuionensi. Dedi etiam eisdem clericis tres de hominibus meis, ad sufficiendum Ecclesiæ suæ thus, oleum, & ceram, quia nullos adhuc habebant homines. Qui videlicet tres homines & seruientes clericorum, qui de domo & mensa eorum erunt: alij quoque eorum homines, quos Deo largiente, prædicto vel alio iusto modo poterunt requirere, ab omni exactione & talia, seu quacumque consuetudine omnimodo liberi erunt, plenarium vsum fori habentes sicut homines Ducis. Quorum videlicet hominum vel seruientium clericorum si quisque in causam trahatur, non respondebit nisi per dominos suos: qui si culpabilis inueniatur, lex eius in manu dominorum suorum erit. Quicquod verò iidem clerici de meo casamento poterunt acquirere, liberum habebunt. Vt verò iidem Capellani mei, vt de mensa mea & domo esse manifestiùs cognoscantur, in festis annalibus, id est, in Natiuitate Domini, in Pascha, in Pentecoste, & in Omnium Sanctorum, si Dux vel Ducissa Diuioni fuerint, accipiant

Fondation de la Sainte Chapelle de Dijon par Hugues Duc de Bourgogne, auec la confirmation par le Pape, extraite du Chartulaire de ladite Chapelle.

de expensa curiæ tamquam commensales Ducis, in perpetuum, duos solidos pro pane, quatuor sextarios vini, quatuor solidos pro coquina, vel equiualens. Oblationes eius omnes & beneficia capellæ Ducis & Ducissæ vbicumque sit, sicut apud Diuionem, ex integro ipsorum erit, nec capellanus Ducis vel Ducissæ in eis quicquam habebit, nisi iure canonicatus, & non iure capellaniæ. Si quidem nec Dux, vel Ducissa capellanum habebit, nisi Decanum capellæ, vel aliquem de canonicis ipsius : qui videlicet Decanus vice domini Papæ, curam animæ Ducis & animæ Ducissæ debet habere ; sicut in præsenti habet curam animæ meæ *Nicholaus* capellanus meus & Decanus capellæ, quam curam ipse à domino Papa *Alexandro* suscepit. Quoniam igitur Ecclesiam istam ad honorem Dei & tutamen animarum Ducum Burgundiæ, & ad illustrationem domus illorum, non dubito pertinere, ipsam tamquam Ducatus caput, & turrim salutis Ducum, cupio erigere, potestatem Ducum tantùm exinde sperans ampliari, quantùm ad honorem suum retributor omnium honorum eam ab ipsis Ducibus viderit largiùs exaltari. Vnde prouidè statuo, & posteritati meæ in salutem suam mando, vt quam citò quis dominium Ducatus susceperit, statim tamquam felix operum suorum munimentum, adeat Ecclesiam suam, consortium spirituale canonicorum suorum recipiat, fidelitatem ei, & statuta præsentis scripti se seruaturum iuret, singulos canonicos in signum fraternitatis in osculo sancto recipiat, tam illos quàm res illorum in speciale tutamen amplectens. Hoc ipsum Ducissa quoque in initio promotionis suæ, quam citò fuerit Diuioni, faciat, vt à sancto & pio opere incipientibus, cætera agendo, auctore Domino, deinceps prosperè succedant : Ecclesiamque istam, tamquam cubile & reclinatorium animæ suæ custodiant, vt sicut cætera corpori, ita hæc animæ profectura conseruentur. Vt autem hoc imposterum ratum habeatur, præsentem paginam sigilli mei, & sigilli *Odonis* primogeniti mei impressione feci muniri. Testes sunt *Odo* filius meus primogenitus, cuius laude hoc totum factum est, *Maria* venerabilis quondam Ducissa Burgundiæ, mater mea, *Aymo de Diuione*, *Villermus de Orgeolo*, milites ; item *Bertholomeus* Cambellanus meus, *Raynaldus de Edua* Burgensis. De presbyteris, magister *Nicholaus* Capellanus meus, & Decanus capellæ, *Vbertus*, magister *Hugo*, magister *Guido Malis panis*, magister *Ricardus* Diaconus. Actum est hoc, Année 1172. anno Incarnationis dominicæ millesimo centesimo septuagesimo secundo. Nulli ergo omni hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraïre. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apost. eius se nouerit incursum. Datum Laterani, II. Non. Dec. pontificatus nostri anno XIV.

Autre Charte pour ladite fondation, extraite dudit Carth.

EGo *Hugo* Dux Burgundiæ, notum facio præsentibus & futuris, quòd ego in reditu meo à Hierusalem nimio periculo maris territus, pro ereptione mea voui Domino, quod ego Diuione, in proprio fundo ædificarem Ecclesiam beatæ Dei Genitrici Mariæ, & beato Iohanni Euangelistæ ; vnde cum Dei gratia redissem, dedi & assignaui ad hoc, spacium terræ, quod est inter aulam meam & domum pocionis *Chanlardi*, ita tamen quòd inter Ecclesiam & murum eiusdem domus, spacium relinquitur quo quadrigæ possint transire. Et quia Ecclesia, nisi in libera terra fieri debet, acquitaui terram, tam inter murum quam extra, inter duas stratas, quarum vna intra castrum, altera extra murum consistit, pacificauique aduersùs Canonicos sancti Stephani, & aduersùs Ducissam *Gillelmam*, & aduersùs omnes qui in hoc aliquid iuris videbantur habere. Ad hoc præsentes fuerunt *Maria* mater mea, *Aymo de Diuione*, *Guillelmus de Orgeolo*, *Bartholomus* Cambellanus, *Renaldus* de *Edua*, *Nicholaus* Année 1173. Capellanus meus, Magister *Hugo* Capellanus matris meæ, & alij multi. Actum anno incarnati Verbi millesimo centesimo septuagesimo tertio.

Traité de paix entre le Duc de Bourgogne, & le Comte de Neuers.

VSVS litterarum receptus est propter memoriam rerum : inde est, quod ea quæ in futurum rata & inconcussa esse decernimus, litterarum memoriæ commendamus. Quamobrem ego *Hugo* Dux Burgundiæ, & ego *Guido* Comes Niuernensis, per præsentem cartam notificamus tam præsentibus quàm futuris, pacem quam inuicem fecimus, & formam pacis quam firmauimus. Ego si quidem *Guido* Comes Niuernensis, in hominium Ducis veni ; & ego *Hugo* Dux, in dominium redij, sicut feoda mea requirunt, quæ Comes pro patre suo, & pro vxore sua de me tenere debet. Hoc autem dicimus, quamquam pro feodo vxoris suæ Comes de feodo homo meus ligius erit, salua ligitate domini Regis. Et si fortè feoda in hæredes diuiderentur, qui terram matris haberet, ligius esset. Ego autem *Guido* Niuernensis Comes, iuraui, & *Hugo* Dux idem, quandiu ad iustitiam mihi per te ipsum steteris in locis antiquæ consuetudinis, sicut feoda requirunt, tibi aut terræ tuæ nequaquam malefaciam. Quandoquidem aliquo casu de hoc ipso lis oborta fuerit, supra quatuor personas litis contentio terminanda poneretur, videlicet supra *Anscricum de Monte Regali*, & super *Hugonem de Monte sancti Iohannis*, homines nostros, & super Abbatem Cistercij, & Abbatem Clareuallis; in hunc modum, quod de iis qui laïci sunt, iurabunt, & qui Abbates sunt, in verbo veritatis promittent, quod controuersiam litis secundùm rationem moderabunt. Itemque, si fortè fortuitò isti quatuor inter se discordauerint, quandiu in curia domini Regis mei, Dux, ad iustitiam steteris, sit in curia Comitis *Henrici*, sopitâ tamen contentione quæ est inter me & Comitem *Henricum*, sicut prædictum est, tibi, Dux, aut terræ tuæ malum non faciam. Si verò hoc ordine lis oborta composita non fuerit, ad cartas nostras recurreretur, & secundùm tenorem cartarum, remota omni contentione, lis ex integro pacificabitur, & si nec sic lis posset pacificari, donec transactis quadraginta diebus post diffidentiam, tibi Dux, vel terræ tuæ malum non faciam. Hæc omnia, sicut hîc continentur, ex parte mea, ego *Guido* Comes iuraui, & perinde de duobus militibus marcis argenti obsides posui, dominisque Lingonensium, Eduensium, Antisiodorensium, Niuernensium Episcopis præcepi, quòd si prædictam formam pacis non tenerem, de me & de terra mea iustitiam Ecclesiasticam facerent. Ego quoque *Hugo* Dux, hanc formam pacis sicut tu mihi, ita & ego tibi ad maiorem dilectionis tenorem, pro honore & reuerentia tui, Comes, ex integro iuraui ; excepto quod obsides perinde non posui, nec iustitiam Ecclesiasticam de me aut de terra mea fieri præcepi. Statutum est etiam, quod firmitates de *Argenteolo*, de *sancto Cyrico*, de *Barreio*, & quicquid firmitatis factum fuerat, in vado, vel circa vadum *Vizeliaci*, in tempore Abbatis *Gerardi*, omnino diruantur; ita quod in eis nulla penitus defensionis remaneat machina, nec deinceps alicubi reædificentur. Et sciendum, quod sacramentum vicissim fecimus, tam pro nobis quàm pro hominibus & coadiutoribus nostris, & extraneos malefactores neutri nostrùm in terram alterius vel suorum transire patietur. De hac tandem pacis forma inter nos inuiolabiliter tenenda, pari assensu in inuicem nobis responsales posuimus, dominum scilicet *Karolum* Regem, dominum *V.* Archiepiscopum Senonensem, *Henricum* Comitem Trecensem, *Theobaldum* Comitem Blesensem. Et vt hoc ratum & inconcussum in futurum habeatur, testimonio sigillorum nostrorum, præsentem cartam muniri fecimus. Hæc autem pacis concordia facta est per manum *Humberti Bellioci* domini, prudentissimi viri, & in præsentia multorum, quorum nomina subscripta sunt. Huius rei testes sunt *Galterus* Lingonensis Episcopus, *Bernardus* Niuernensis Episcopus, *Theobaldus* Niuernensis Decanus, *Anscricus de Monte Regali*, *Gerardus de Reun*, *Guido de Virgiaco*, *Hugo de Monte sancti Iohannis*, *Nargodus de Thoci*, *Stephanus de Petra Pertusa*, *Chaldero de Ferreia*, *Gibaudus de sancto Verano*, *Renaudus*

Année 1174. *de Marchia*, Hugo *de Petra Pertusa*, *Petrus de Corcum*. Actum est apud *Belnam* Castrum, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo septuagesimo quarto.

Henricus Trecensium Comes Palatinus, concedit sanctimonialibus de Vlmeto vsuarium in nemoribus Vitriaci, & Larzæ Curtis.

EGO *Henricus* Trecentium Comes Palatinus, notum facio præsentibus & futuris, quòd domui sanctimonialium *de Vlmeto*, & grangiis earum, in nemoribus meis de honore *Vitriaci* & *Larza Curtis*, vsuarium suum, tam ad focum, quàm in ædificia, donaui in eleemosyna, & illud eis concessi habendum in perpetuum.. Præcipiens præpositis & seruientibus meis, ne prædictæ domus, siue grangiarum pertinentium ad eam, seruientes de præfato vsuario, disturbare, vel molestiam eis inferre præsumant. Et hoc vt notum permaneat, & ratum teneatur, sigilli mei impressione firmaui. Affuerunt autem huius rei testes, *Andreas de Lueriis*, magister *Philippus*, *Guillelmus* Marescallus, *Artaldus* Camerarius, & *Milo de Pruuino*. Actum Trecis, anno incarnati Verbi M. C. LXXV. Data per manum *Guillelmi* Cancellarij. *NOTA. Guillelmi.*

Année 1175.

Hugo Dux Burgundiæ, dat Ecclesiæ S. Benigni Diuionensis, decimas vinarias, immunitatem pro duobus hominibus, & quicquid habebat apud Curtem Arnulphi. *Ex Chartul. Benignian.*

CVM pro variis exactionibus & iniuriis, quas ego *Hugo* Dux Burgundiæ, Ecclesiæ sancti Benigni, & ipsius rebus intuleram, Ecclesia ista dudum laborans siluisset à diuinis, tali modo, diuino ductus instinctu, cum præfata Ecclesia concordiam reformaui. Decimas si quidem vinarias, in quarum communione, licèt capitulo ignorante & postea reclamante, Abbas incauto ductus consilio, me participem sociauerat, mea ex integra portione derelicta, solo Dei intuitu, fratrumque interuentione, prænominatis fratribus in perpetuum rehabendas guerpiui. Duobus præterea hominibus, quos ex suis Abbas elegerit, quodcumque ministerium aut officium voluerint exercere, meum mercatum ita liberè habendum constitui, vt mea Præpositique mei occasio, seu iusticia, aut consuetudo, ab ipsis penitus cessabit: & si aliquod incurrerint forefactum, omnis iustitia & emendatio Abbatis erit. Cùm autem eorum quemlibet decedere contigerit, hæredem ipsius, seu quemcumque Abbas elegerit, loco eius substituet, dum duo tantùm in huius negotiationis ministerio perpetuò maneant, qui sibi inuicem, vt dictum est, succedendo, in sancti Benigni & Abbatis potestate, sine vlla calumnia liberi & quieti perseuerent. Quicumque autem ex eorum familia & domo fuerint, quoties opus fuerit, mercatum eorum deducere adiuuabunt. De cætero, quicquid opus *Curtem Arnulfi* habebam, meique videbatur esse iuris, sancto Benigno & monachis habendum donaui & concessi. Et vt hæc mea in perpetuum firma sit donatio, meorum laude filiorum, nec non & sigilli mei munitione, præsentem cartam corroborari mandaui. Huius rei testes sunt *Herueus* Abbas Vngiacensis, *Simon* Abbas de sancta Margarita, *Henricus de Caneuis*, *Nicholaus* Capellanus meus, *Lambertus de Consergeolo*, *Guido Comes de Sauz*, *Vuillermus de Orgeolo*, *Humbertus de Porta*, *Calo de Granceio*. Actum est hoc, anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXV.

Année 1175.

Alexander PP. tertius confirmat omnia beneficia, possessiones, & Ecclesias quæ ad monasterium S. Benigni pertinent. *Ex Ch. Ben.*

ALEXANDER Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis *Iohanni* Abbati monasterij sancti Benigni Diuionensis, eiusque fratribus, tam præsentibus quàm futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Quotiens illud à nobis petitur quod religioni & honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatum monasterium sancti Benigni, in quo diuino estis obsequio mancipati, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti

ſcripti priuilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo monaſticus, qui ſecundùm Deum & beati Benedicti regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea, quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium, impræſentiarum, iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præſcriptum monaſterium conſtructum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis; in Epiſcopatu Lingonenſi: Cellam *ſancti Amatoris*, cum Eccleſia *ſancti Ferreoli*, cum atriis, tam Eccleſiis, quàm aliis rebus ad ipſam pertinentibus: Cellam de *Montimaco*: Cellam de *Noient*, cum capella eiuſdem Caſtelli: Cellam *ſanctæ Mariæ apud Saxonis Fontem*: Cellam *ſancti Stephani*, cum capella eiuſdem Caſtri, apud *Vuangionem Riuum*, cum omnibus ad eas pertinentibus: Cellam de *Grancheio*: Locum Clementini Prati, qui dicitur *Mores*, in quo conuerſi conſiſtunt; qui quidem Conuerſi Eccleſiæ Diuionenſi perpetuò ſubiecti ſint, præcepimus; neve alicuius factione, à tua, vel Eccleſiæ Diuionenſis ſubiectione ſe remoueant, Apoſtolica auctoritate confirmamus. Medietatem monetæ, vt abſque permiſſu Abbatis non minuatur, non augmentetur, nec aliò transferatur: Veſtram partem Thelonei; ſtatuentes vt nulli omnino hominum liceat de cætero ſuper hoc idem monaſterium infeſtare, aut ei exinde aliquam moleſtiam aut diminutionem inferre: Villam *Dianetum* cum appendiciis ſuis: Villam *Caſtnedum*: Item *Caſtnetum* & *Spaniacum*, *Marcenniacum*, *Norgias*, *Vareſias*, *Satiacum*, & decimam eiuſdem: *Longouicum*, *Aſiriacum*, *Plumberias*, *Prunedum*, *Eſcheiriacum*, *Flaceiacum*, *Magnum Montem*, *Viuerias*, *Salciacum*, in ſylua, cum decimis eorum. In Epiſcopatu Tullenſi, cellam *Bertiniaca Curtis*, cellam *de Solini Monte*, cum Eccleſiis, villis, terris, & omnibus ad eas pertinentibus: In Epiſcopatu Eduenſi, cellam *Belnæ*, cum Eccleſiis de *Villiaco* & Collegio de *Prato Fergeolo*, cum omnibus ſuis pertinentiis: Cellam *de Sarmatiaca*, cellam de *Curtis Bertaldi*, cellam de *Arneto* cum omnibus ad eaſdem pertinentibus: In Archiepiſcopatu Biſuntino, cellam *ſancti Marcelli*, cellam *de Anſonis Villâ*, cellam *de Sarcofagis*, cellam *de Logia Nouella*, Eccleſiam de *Torpâ*: Apud *Salinas*, cellas *ſancti Petri*, *ſancti Michaëlis*, capellam *ſanctæ Mariæ Magdalenæ*, & omnia ad eam pertinentia: In Epiſcopatu Cabilonenſi, cellam *ſanctæ Mariæ*, cellam *de Palluel*, cum omnibus ad eas pertinentibus: In Epiſcopatu Valentinenſi, cellam *ſancti Geneſij de Monte Madriano*, cum ſuis pertinentiis, Eccleſiam de *Vulpileriis*, & de *Cornas*, & de *Glum*: In Epiſcopatu Dienſi, Eccleſiam de *Bouentia*: In Epiſcopatu Baiocenſi, cellam *ſancti Vigoris*, cum ſuis pertinentiis: In Epiſcopatu Senonenſi, cellam *ſancti Benigni* apud *Vulnonem*, cum omnibus pertinentiis ſuis, cellam *de Eſchino* cum omnibus appenditiis ſuis, cellam de *Ruz*, cum eis quæ ad ipſam pertinent, capellam de *Hes*, cum decimis & terris ibidem datis: In Epiſcopatu Gebennenſi, Eccleſiam de *Villare*, cum omnibus ſuis appenditiis: In Epiſcopatu Lauſanenſi, cellam *ſanctæ Mariæ Magdalenæ de Berlay*, cum Eccleſiis & terris ibidem datis, Eccleſiam *ſancti Philiberti*, & *ſancti Iohannis Baptiſtæ*, Eccleſiam *de Longouico*, Eccleſiam *de Sarceio*, Eccleſiam de *Aſiriaco*, Eccleſiam de *Fenaio*, Eccleſiam *ſancti Iohannis*: Apud Ladonam, Eccleſiam de *Viuariis*, Eccleſiam *de Villare*, Eccleſiam *de Plumbariis*, Eccleſiam *de Prunedo*, Eccleſiam *de Miſſiniaco*, Eccleſiam *de Spaniaco*, Eccleſiam *de Caſtnedo*. Eccleſiam *de Marcenniaco*, Eccleſiam *de Norges*, Eccleſiam *de Vareſiis*, Eccleſiam *de Eſchiriaco*; Eccleſiam *ſancti Apollinaris*, Eccleſiam *de Orgialo*. Sanè, noualium veſtrorum, quæ propriis manibus, vel ſumptibus, & iumentis colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus omnino à vobis decimas exigere præſumat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, vt eorum deuotioni & extremæ vo-

luntati qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. In parochialibus autem Ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis clericos eligere, & Episcopo præsentare, quibus, si idonei fuerint, Episcopus curam animarum committat, ita vt de plebeis quidem Episcopo, vobis verò de temporalibus debeant respondere. Liceat præterea vobis, clericos vel laicos è sæculo fugientes, liberos & absolutos ad conuersionem recipere, & in vestro monasterio, absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum, post factam in loco vestro possessionem, fas sit de eodem loco absque licentia Abbatis sui, nisi obtentu arctioris religionis, discedere. Discedentem verò sine communium litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Præterea, libertates & immunitates, & antiquas rationabiles consuetudines monasterij vestri, integras & illibatas præsenti decreto manere sancimus. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutiâ seu violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris, secundùm Dei timorem & beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præscriptum monasterium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut quibuslibet vexationibus fatigare, sed vt omnia integra & illibata seruentur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, salua Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesani Episcopi canonicâ iustitiâ. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptauerit, secundò tertiòve commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiat, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniat. Amen, Amen, Amen.

Ego *Alexander* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi. Ego *Ildebrandus*, Basilicæ XII. Apostolorum prescyter Cardinalis, subscripsi. Ego *Ioannes*, presbyter Cardinalis tituli sanctæ Anastasiæ, subscripsi. Ego *Boso*, presbyter Cardinalis sanctæ Prudentianæ, tituli Pastoris, subscripsi. Ego *Theodinus*, presbyter Cardinalis sancti Vitalis, tituli Vestinæ, subscripsi. Ego *Petrus de Beno*, presbyter Cardinalis sanctæ Susannæ, subscripsi. Ego *Hubaldus* Ostiensis Episcopus, subscripsi. Ego *Galterius* Albanensis Episcopus, subscripsi. Ego *Guillelmus* Portuensis & sanctæ Rufinæ Episcopus, subscripsi. Ego *Manfredus* Prenestinus Episcopus, subscripsi. Ego *Iacobus*, Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in Cosmid. subscripsi. Ego *Ardino*, Diaconus Cardinalis sancti Adriani, subscripsi. Ego *Hugo*, Diaconus Cardinalis sancti Angeli, subscripsi. Datum *Ferrariæ*, per manum *Gratiani* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi & Notarij, Année 1177. v. Kl. Maij, indictione x. Incarnationis dominicæ anno M. C. LXXVII. Pontificatus verò domni *Alexandri* PP. III. anno octauo decimo.

NOS, *Guillermus* miseratione diuinâ Episcopus Lingonensis, omnibus notum facimus, tam præsentibus quàm futuris, quòd nos litteras sigillo bonæ memoriæ domini *Galtheri*, quondam Lingonensis Episcopi, prædecessoris nostri, sigillatas inspeximus diligenter sub hac forma. Ego *Galtherus* Dei gratiâ Episcopus Lingonensis, notum facio præsentibus & posteris, quòd pro animæ meæ & prædecessorum salute, domum *Lunigniaci* à me fundatam, religio-

nemque Cartusiensem exemptam ab omni iuridictione ordinaria professam tradidi generali capitulo dictæ religionis in perpetuum corrigendam, & à Prioribus, & fratribus, qui pro tempore ibidem fuerint, pacificè & liberè possidendam, cum omnibus prædijs, pascuis, terris, pratis, syluis, finibus, & quicquid iuris, iustitiæ, aut dominij ibi habebam. Et similiter grangiam *Vallis Vercelliæ*, quam tradiderunt mihi fratres de Longo Vado pro grangia de Grandibosco, nihil omnino in his retinendo pro me vel pro successoribus meis, excepto hospicio cum meis propriis expensis. In quo etiam nolo vti carnibus, quoquo modo. Dedi insuper, & eisdem Cartusiensibus ibidem Deo seruientibus procuraui, ab aliis dominis & habitatoribus villarum de *Leugleio*, de *Chalma*, de *Luxeïo*, de *Fauerollis*, & de *Receio*, pasturas per omnes fines dictarum villarum ac parrochiarum pro omnibus animalibus suis, grossis & minutis, omni tempore, tam in bosco quàm in plano, & aisanciam omnium aquarum. Me quoque Duce, ac domino *de Granceio*, & omnibus dominis de dicta villa de *Receyo*, eisdem fratribus concedentibus, libertatem accipiendi vel acquirendi liberè, & tenendi imposterum quascumque possessiones in villa de *Receyo*, & territorio eiusdem, cuiuscumque conditionis existant. Quod similiter concessi eisdem per totam terram meam, propter augmentum religionis & diuini cultus. Ad maiorem etiam tranquillitatem fratrum, & immunitatem loci, dictam domum, fratres, & totum finagium eorum liberaui ab omni seruitute, coustumia, seu alia exactione, ita vt etiam eisdem & omnibus aliis liceat ibidem liberè vendere, emere, ac vti de mensuris, consuetis, sine renouatione vel redeuentia aliquo tempore facienda. Concessique dictis fratribus meis, vt imposterum, vocatis, vocandis, quotiens necesse fuerit, possint vbique, sine altera licentia, metas ponere inter possessiones suas vel finagia. Quia licèt à finagiis de Essarreto & de Receyo fines Lunigniaci bene sint diuisæ, tamen à finagiis de Faueroliis, in quibus habent ius tanquam domini dictæ villæ, & de Leugleio, non ita planè. A valle enim de Fonte Loigeros, per choreas & montem Escos, ac Mombrecien, quadam parte supra le Fays remanente de finagio propè Lunigniacum sæpius circuiendo perueniunt, ea quomeiles de Luxeio, dehinc ad metas quæ sunt in forestella de Leugleyo, & tendunt ad combam quæ est in finibus communiæ Leugleij. Et sic per fundum eius contra meridiem quasi in summitate montis diuidunt nemus dictæ communiæ Leugleij, & illud nemus dictorum fratrum, quod est supra grangiam vallis Vercelli, sicque per eminentiam montis circuiendo Champagrin & Valchenim, tendunt ad rupem de Villepos, ac perueniunt ad locum vbi intrat riuus *de Valnernier* in *Vxam*. Hæc igitur omnia de assensu Capituli Lingonensis, sigilli mei auctoritate confirmata, posteris elucidare curaui. Anno gratiæ millesimo centesimo septuagesimo septimo. Année 1177.

Nos verò tanquam bonus successor, in honore esse volentes consimiliter in onere, vt participes simus boni inchoati ac suffragiorum dicti ordinis, & specialiter seruitorum dictæ domus Lunigniaci, omnia & singula prædicta laudamus, approbamus, & perpetuò confirmamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum præsentibus literis duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, mense Ianuario.

IOANNES d'*Amboise*, Dei & sanctæ Sedis Apostolicæ gratiâ Episcopus, Dux Lingonensis, ac Par Franciæ, Christianissimique Principis domini nostri Francorum Regis in Ducatu & Comitatu Burgundiæ, ac partibus illis adiacentibus generalis Locumtenens, vniuersis & singulis præsentibus & posteris, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus, quòd nos visis & diligenter inspectis literis bonæ memoriæ domini *Guillelmi* quondam Lingonensis Episcopi, prædecessoris nostri, eius sigillo sigillatis, quibus hæ nostræ præsentes

affiguntur, expositoque nobis pro parte religiosorum virorum, Prioris, conuentus, fratrum & religiosorum domus *Lugniaci* Cartusiensis ordinis, nostræ Lingonensis diœcesis, quod citra & in præiudicium contentum in eisdem literis, à nonnullo tempore citra, vel circa, Promotor seu Procurator Fiscalis Curiæ nostræ Officialatus Lingonensis, in domibus & grangiis eorundem religiosorum, quendam eorundem seruitorem seu agricolam prisionarium nostrum fecit & constituit, ac in carceribus nostris mancipauit, vel mancipari & detineri fecit, à domibus & grangiis eorundem extrahendo, & in dictis carceribus nostris mancipando, quidamque cliens seu seruitor Balliuatus nostri Lingonensis, citra Albam nonnullos eorundem religiosorum seruitores, fermarios, admodiatores, & agricultores, præter & citra consensum dictorum Prioris & religiosorum super bonis & rebus dictorum seruitorum, familiarium & agricultorum, executionem fecerat, huiusmodi bona per iustitiam capiendo & impediendo in prædictis eorum domibus & grangiis, ac prædictum Priorem, Procuratorem dictæ domus, & religiosos postmodum ad iustitiam Procuratoris nostri in dicto Balliuatu, ad comparendum coram Balliuo nostro dicti Balliuatus apud *Gurgiacum* castrum nostrum citauerat seu adiournauerat, sic eosdem religiosos inquietando, molestando, ac iniuriando, & eos perturbando indebitè & iniustè: easdem literas & contenta in eisdem, omnia & singula, tanquam ritè, iustè & salubriter facta, ac pro augmentatione diuini cultus, in respectum & contemplationem prædecessorum nostrorum, & vt participes simus in orationibus, seruitiis, & suffragiis dicti ordinis, & maximè dictæ domus Lugniaci, ea omnia & singula in dictis literis contenta, laudamus, ratificamus, approbamus, & perpetuò confirmamus, nostram in his auctoritatem imperpetuum pariter & decretum, ac præmissa sic per dictos nostros Promotorem, Procuratorem & clientem seu seruitorem factum & perpetratum in præiudicium priuilegiorum & libertatis dictæ domus & religiosorum reuocando, provt & reuocamus serie præsentium, silentiumque perpetuum de & super præmissis iniuriis & molestiis, dictis religosis & eorum seruitoribus illatis, prædictis Officiali nostro, Promotori, Balliuo, Procuratori, & aliis officiariis, nostris in spiritualibus & temporalibus imponendo, provt & perpetuo imponimus per præsentes. In cuius rei testimonium sigillum cameræ nostræ literis præsentibus duximus apponendum. Datum & actum in castro nostro de *Muxeio Episcopi*, die vltima mensis Octobris, anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Notum sit præsentibus & futuris, quod ego Dux *Hugo* Burgundiæ, Comitatum Lingonensem, quem à *Guidone de Saux* per commutationem accepi, Ecclesiæ Lingonensis Episcopo, videlicet patruo meo *Galthero*, & eius in Episcopatu successoribus, in eleemosynam dedi, & habendum in perpetuum concessi, & eum in manu eiusdem *Galtheri* guerpiui, laudantibus filiis meis, *Odone*, & *Alexandro*, *Henrico* etiam Comite Barri consanguineo meo, qui præfatum Comitatum à me in feodum acceperat, & fratribus eius *Theobaldo*, *Reinaldo*, & *Hugone* hanc donationem confirmantibus & approbantibus, & si quod ius in Comitatu illo à suis prædecessoribus habebatur, præfatæ Ecclesiæ in eleemosynam concedentibus, & inde omnem calumniam deponentibus. Nec non etiam laudantibus hanc eamdem donationem *Guidone de Saux*, & filiis *Othone*, & *Henrico*, & liberis eiusdem Othonis. Testes sunt, Clerici, *Manasses* Lingonensis Decanus, *Petrus* Barrensis Decanus, *Ebrardus* Præpositus sanctorum Geminorum. Milites, *Gerardus de Reon*, *Viardus Moiriers*, & *Simon* eius frater, *Petrus de Barr* seruiens *Henrici* Trecensis Comitis, *Bonus* Præpositus Castellionis, *Petrus* Maior Castellionis. Actum est hoc, anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXVIII.

Année 1178.

IN nomine Domini, Amen. Ego *Henricus* Dei gratiâ Comes de Barro, præsenti ſcripto teſtor & notum facio omnibus Imperij Romani fidelibus, quod dominus Imperator *Fridericus*, & conſors ſua *Beatrix*, domina mea Imperatrix, conceſſerunt michi in feodum, quicquid habebant apud *Emanriam*, & hoc fecerunt cum conſenſu Comitis *Luduuici de Firretes*. Et ego Comes *Henricus*, idem alodium, & quidquid deinceps in eodem caſtro ſeu in burgo poſſem acquirere, à manu dominæ meæ Imperatricis accepi in beneficium, & ab eius filio vel hærede, qui Comitatum Burgundiæ tenebit. Et ego Comes *Henricus*, & legitimi hæredes mei in linea paterna, prædicta bona à Comite Burgundiæ in feodo tenebimus ſecundùm feodalem vſum & iuſtitiam Tullenſis Epiſcopatus in acquirendis ibidem poſſeſſionibus, de expenſis quas ego Comes *Heinricus* fecero, dominus Imperator me iuuabit ad conſilium ſubſcriptarum perſonarum, ſcilicet *Guilelmi* Archiepiſcopi Remenſis, *Hugonis* Ducis Burgundiæ, *Heinrici* Palatini Comitis Trecenſis, Comitis *Leudeuuici de Firretes*, *Odonis* Campanienſis, *Giſelberti* Vicecomitis Inſulienſis, *Burkardique* Macdeburgenſis. Si verò aliquis iſtorum deceſſerit, reliquorum conſilio dominus noſter Imperator ſtare promiſit. Si fortè omnes deceſſerint, ego & Comes Burgundiæ, communi conſilio, alios conſiliarios ſuper prædicta ope facienda ſubſtituemus. Dominus verò Imperator, & ſui hæredes, apud Emanriam nichil acquirere poterunt, niſi ad vſum meum & hæredum meorum, iure prædicto. Ego autem Comes *Heinricus*, caſtrum meum *Minilicum*, & totum allodium quod habeo in caſtro & in omni caſtellaria eius, dedi in proprietate dominæ meæ Imperatrici, & recepi illud ab ea nomine feodali, & tenebo ab ea, & ab hærede ipſius qui Comitatum Burgundiæ tenebit, & ius Tullenſis Epiſcopatus. Præterea domnus Imperator *Byteich*, & eius pertinentias contradidit hæredi ſuo, qui Comitatum Burgundiæ tenebit, & ego *Heinricus* Comes, & legitimi hæredes mei in linea paterna, tenebimus ea bona de domna mea Imperatrice, & filio eius Comite Burgundiæ. Ego autem Comes *Heinricus*, pro me & pro meis hæredibus iuraui domnæ meæ Imperatrici, & filio eius Comiti Burgundiæ, fidelitatem & legem hominij, de omnibus ſupradictis beneficiis perpetuò obſeruare: & ſi quoniam occaſione guerrarum neceſſe fuerit eum diligenter iuuare, & prædicta caſtra ei aperire, ac ipſum Comitem & ſuos in eiſdem caſtris, ad faciendam cum hoſtibus guerram, & ad honorem ſuum tuendum receptare. In eodem quoque pacto ſtatutum eſt, vt nulli homini liceat apud prænominata tria caſtra, ſcilicet apud *Emanriam*, *Minilium*, & *Brieich*, in omni euentu caſtrorum ipſorum ad tria milliaria aliquod ædificium noui caſtri ſeu munitionis ſtatuere aut firmare, quod non fuerit, antequam ego Comes *Heinricus* caſtrum meum *Minilium* à Comite Burgundiæ receperim. Et ſimiliter non ædificabitur aliqua noua munitio infra ſtratam illam quæ tendit à metis vſque ad illud, niſi fiat ex voluntate Comitis Barrenſis. Si à quoquam ædificium munitionis in præfatis terminis præſumptum & inchoatum fuerit, Comes Burgundiæ, & domnus Imperator iuuabunt me, & meum hæredem id prohibere & deſtruere. Huius rei teſtes ſunt *Guuillelmus* Archiepiſcopus Remenſis, *Heinricus* Trecenſis Palatinus Comes, *Hugo* Dux Burgundiæ, *Hugo* domnus Brecarum, *Symon de Commarci*, *Girardus* Comes Brennæ, *Girardus de Riuello*, *Symon de Belfort*, *Bartholomeus de Vangionis Riuo*, *Gaufridus*, & *Tſembardus de Minilio*, *Balduinus de Barro*, *Gaufridus de Vienna*, *Burkardus* Præfectus Magdeburgenſis, *Ruodolfus* Comes de Phullendof, *Otho* Comes de Kerpro, *Ludeuuicus* Comes de Pheretis, *Ebergardus* Comes Zeringſen, & alij quamplures. Ego igitur, ad ſupradictorum cognitionem & argumentum, præſentem cartam ſigillo meo feci inſigniri. Acta ſunt hæc apud Biſuntinum, anno dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo octauo, Année 1178.

indictione vndecima, vigesimo secundo Kalendis Octobris. *Scellé[illegible] d'vn [illegible] en cire blanche, où est representé vn Caualier l'épée à la main droite, & [illegible] attaché à son col, où sont les armes de Bar, qui sont deux bars addossez.*

Henricus Trecensium Comes Palatinus, iter Hierosolymam arripiens, suscipitur ab Abbate & conuentu S. Benigni Diuionensis, quibus promittit custodiam in manu sua ponere Bertiniacæ Curtis. *Ex chartul. Benignano.*

EGo *Henricus* Trecensium Comes Palatinus, notum facio præsentibus & futuris, quòd cùm pro remedio animæ meæ iter Iherosolymitanum arripuissem, apud Diuionem præsentaliter constitutus, & ab Abbate sancti Benigni Diuionis, & conuentu eiusdem loci, in capitulo honorificè susceptus, humiliter petij, vt damna & iniurias, quas ego & Baillivi mei in quibusdam Prioratibus eiusdem monasterij, sub dominio meo constitutus, intuleramus, mihi remitterent, & pro salute tam corporis quàm animæ meæ, iugiter dominum exorarent. Qui precibus meis benignè condescendentes, participationem bonorum omnium quæ in ipso monasterio, tam in capite quàm in membris facta fuerant, vel de cætero fierent, mihi concesserunt, & quod in obitu meo, tantùm pro me fieret in Missis & aliis beneficiis, quantùm fit in obitu pro Abbate eiusdem monasterij. Sed specialiter conquerebantur super hoc, quod tradiderim nobili viro & fideli meo *Vuardo* domino *de [illegible]* custodiam Prioratus sancti Benigni Bertiniacæ Curtis : dicentes, quod in carta *Hu[illegible]* Comitis antecessoris mei pleniùs continebatur, quod ipse vel eius hæredes nullo modo ipsam custodiam in alia manu quàm in propria possent tradere vel ponere. Quâ ibidem diligenter inspectâ, de supradictis mihi plenariè constitit, & quod in Prioratu prædicto pauper præbendarius continuè debebat sustentari, & qualibet die Lunæ Missa pro salute Comitum Trecensium debebat celebrari. Cùm igitur ibidem voluntati eorum satisfacere non possem, provt tenebar, eis promisi bona fide, quod in reditu meo, custodiam ipsam in manu mea propriè reducerem, nec aliquando de cætero contra hoc venire aptentarem, & si fortè in ipso itinere vel alibi de me contingeret humanitas, volui & præcepi, vt hoc ipsum pro me hæredes mei facere & implere tenerentur. Testes *Hugo* Dux Burgundiæ, *Odo* Campaniensis, *Guillermus* Mareschallus, *Erlaudus* Camerarius, *Theobaldus de Finis*, Magister *Philippus*, *Petrus* Lingonensis.
Année 1179. Actum Diuioni, cùm irem Iherosolymam, anno incarnati Verbi M. C. LXXIX. Data per manum *Stephani* Cancellarij.

NOTVM sit præsentibus & futuris, quòd ego *Henricus* Comes Barri, Comitatum Lingonensem, quem ab *Hugone* Duce Burgundiæ, consanguineo meo, in feodum recepi, Lingonensis Ecclesiæ Episcopo, videlicet *Galthero*, & eius in Episcopatu successoribus in eleemosynam dedi, & habendum in perpetuum concessi, & eum in manu eiusdem *Galtheri* guerpiui, præsente & approbante hoc, ipso Duce *Hugone* præfato, approbantibus etiam hoc & fratribus meis, *Theobaldo*, *Reinaldo*, & *Hugone* : & insuper, si quod ius in Comitatu illo ego & fratres mei prænominati à prædecessoribus nostris habebamus, Lingonensi Ecclesiæ totum in eleemosynam contulimus & concessimus, & omnem inde calumniam deposuimus. Testes sunt, clerici, *Manasserus* Lingonensis Decanus, *Petrus* Barrensis Decanus, *Ebrardus* Præpositus sanctorum Geminorum, milites, *Girardus de Reon*, *Viardus Motriers*, & *Simon* eius frater, *Petrus de Barro* seruiens Henrici Comitis Trecensis, *[illegible]* Præpositus Castellionis, *Petrus* Maior Castellionis.
Année 1179. Actum est hoc, anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXIX.

Stephanus Eduorum Episcopus,

EGo *Stephanus* Dei gratiâ Eduorum Episcopus, notum sit tam præsentibus quam futuris, quod dominus Papa delegauit michi causam quæ

versabatur inter *Ioannem* Abbatem sancti Benigni Diuionensis, & *Guidonem* Comitem Salicum, super villa quæ dicitur *Dianetum*, cum eius pertinentiis. Ego verò, communicato discretarum personarum consilio, supradictam villam, & ad eam pertinentiã, Abbati Diuionensi adiudicaui, & de illis super quibus querela inter eos versabatur, judicio mediante, Abbatem inuestiui. Si verò Comes, vel aliquis pro eo contra hoc ire præsumpserit, auctoritate Apostolicâ, qua in hac parte fungimur, excommunicationi se nouerit subiacere. Huic inuestituræ interfuit *Engilbertus* Cabilonensis Episcopus, cuius sigillo hæc cartula roboratur, & Abbas sancti Martini Eduensis.

Iudex à PP. delegatus, adiudicat villam Dianetum Abbati S. Benigni Diuionensis, quam Guido Comes Salicum calumniabatur.
Ex Ch. Ben.

ALEXANDER Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis, Cisterciensi Abbati, & vniuerso capitulo eiusdem monasterij, salutem & Apostolicam benedictionem. Quotiens à nobis petitur quod religioni & honestati conuenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis suffragium Apostolicum impertiri. Eapropter, dilecti in domino filij, vestris iustis postulationibus inclinati, auctoritate præsentium inhibemus, vt nulli fratrum nostrorum, post fraternam in monasterio vestro professionem, aliqua leuitate, sine vestra licentia fas sit de claustro discedere, discedentem verò absque communium litterarum cautione, nullus audeat retinere. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Velletri, XVIII. Kalendas Aprilis.

Alexandri III. PP. diploma pro ordine Cisterciensi.

HENRICVS Rex Angliæ, & dux Normaniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegauensis, Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, iusticiæ Vicariis, & omnibus ministris fidelibus suis Angliæ, salutem. Sciatis, quòd concedo, & hac cartâ meâ confirmo *Anselmo Candauenia*, manerium de *Tarentefort*, cum pertinentiis suis, ita liberè & quietè tenendum sicut ego illud tenui, exceptis placitis & querelis quæ pertinent ad caponam meam. Teste *Iohanne* Decano, *Vuillelmo de Curci* Dapifero, *Reginaldo de Curteñay*, *Vuillelmo de Lanual*, *Roberto de Sinterella*, apud Argentonium.

Extrait du Chartulaire de Tonnere.

RICARDVS Dei gratiâ Rex Angliæ, Dux Normaniæ & Aquitaniæ, Comes Andegauensis, Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, iusticiæ Vicariis, Seneschallis, Præpositis, & omnibus Bailliuis & fidelibus suis totius terræ suæ, salutem. Sciatis nos concessisse, & præsenti cartâ nostrâ confirmasse, *Hugoni* Comiti de sancto Paulo, totam terram cum pertinentiis, & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus suis, quam *Anselmus Champ-Dauéne*, pater eius, tenuit in Anglia, de domno Rege patre nostro, habendam & tenendam de nobis & hæredibus nostris sibi & hæredibus suis in perpetuum, ita liberè & quietè, & integrè, sicut præfatus *Anselmus* pater eius eam vnquam meliùs & liberiùs & integriùs habuit & tenuit de domno Rege patre nostro. Et prohibemus, ne de prædicta terra quam de nobis tenet in Anglia, cum pertinentiis, placitet, neque inde in placitum ponatur, nisi coram nobis, siue coram capitali iustitia vestra. Teste *Vuillelmo* Rotomagensi Archiepiscopo, *R.* Battonensi Episcopo, *Philippo de Columbariis*, *Andrea de Chauigneio*, *Gaufredo de Cella*, *Bald. Vum. de Beton*, *Eustach. de Neuilla*, *Rad.* filio Godefridi, Camerario nostro. Datum per manum *Iohannis de Alençon* Archid. Lexou. Vicecancellarij nostri, apud Molins in Burgundia, quinta die Iulij, anno primo regni nostri.

Extrait du Chartulaire de Tonnere.

Odo Valentinensis Episcopus, confirmat monasterio Montis Mairani donationes factas à Vuillelmo Pictauiensi Comite Valentino, & alias Ecclesias & decimas addit. *Ex Chartul. Benignano.*

CVM omnium Ecclesiarum, quæ sollicitudinis nostræ regimini subiciuntur, vtilitatibus & augmentis ex officio nostro intendere debeamus, eas potissimum dilatare atque fouere nos oportet, quæ viris deputatæ sunt religiosis, & in quibus honestas & religio specialem locum obtinere videntur. Ea propter ego *Odo* Valentinus Episcopus, tibi *Bernarde*, Prior monasterij Montis Mairani, & successoribus tuis eiusdem monasterij Prioribus, in perpetuum donamus, laudamus, & confirmamus, quascumque decimas intra terminos parrochiæ tuæ, vel extra, *Vuillelmus Pictauiensis* Comes Valentinus, seu alij quilibet, pro salute animarum suarum Ecclesiæ tuæ concessisse, seu potius reddidisse videntur. Concedimus & eidem Ecclesiæ tuæ specialiter, decimas infra terminos *Montis Largerij*, quas per manum domini *R.* Viennensis Archiepiscopi, & nostram, te & *Vuillelmo de Monte Veneris*, Priore Belli Montis, coram me super his querelam habentibus, transigendo retinuisti. Hæ sunt eorum omnium decimæ, quæ Comitis *Eustachij* propria fuerunt, & eorum quæ de feudo Balestensi esse dicuntur, quorumdam & prædiorum quæ sunt de dominio *Alberti & Vgonis d'Aix*. Ne igitur monasterium tuum super his de cætero valeat inquietari, vel super hoc dubietas possit oriri, hanc nostram concessionem siue confirmationem in scriptis redigi, & sigillo nostro muniri præcipimus: addentes etiam, quòd si quis eam impedire vel retractare præsumpserit, indignationem Dei & nostram incurrat, & nomen eius de libro vitæ deleatur. Testes sunt *Vgo de Stella*, miles, *Petrus de* [illegible] Capellanus meus, *Bermundus* Baiulus, *Symon* monachus, *Lambertus de* [illegible], *Vuillelmus de Nella*. Facta sunt hæc anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXXI.

Année 1181.

Compositio facta inter Hugonem Ducem Burgundiæ, & Abbatem, & conuentum S. Benigni Diuionensis, super ædificatione Brucei, & Foonei villarum, quæ inter illos communes remanent. *Ex eodem Chartul.*

SVPER villa, quam dominus Dux in territorio *Brucei*, & *Foonei*, ædificat, inter Abbatem Diuionensem, & ipsum Ducem, talis facta est conuentio: Quia inhibitum est ex parte domini Imperatoris & Imperatricis, ne idem Abbas, super villa facienda aliquem assensum domino Duci præberet; dominus Dux in primis debet assensum & fauorem domini Imperatoris & Imperatricis adquirere, & ne Ecclesia Diuionensis indignationem & iram domini Imperatoris & Imperatricis incurrat, & aliquod damnum in suis rebus temporalibus percipiat, omnino precauere. Hoc facto omnium redditiuum de villa prouenientium, & hominum ibidem habitantium, quoquo modo prouenerint, medietatem habebit Abbas Diuionensis, & Dux alteram partem: his exceptis, decimis Ecclesiæ, cum his quæ ad ipsam pertinent. Furni & molendini medietatem habebunt monachi Diuionenses. Præter vnum furnum non fiet ibi furnus, neque molendinum, nisi assensu vtriusque partis. Quòd si furnus vel molendinum ædificabitur, & altera pars non poterit vel noluerit expensas soluere ædificio facto, vbi expensas reddet, medietatem percipiet. Monachus qui ibi manebit, terram propriam & prata habebit, quæ vnî sufficiant carrugæ. Domnus Abbas Besuensis, & *Laurentius* Camerarius Diuionensis, & *Vuillelmus dominus Orgeoli*, & dominus *Raynaldus de Verncï*, in territorio præfatæ villæ certas metas ponent, quas habitatoribus eiusdem loci transgredi nullatenus licebit. Si verò habitatores de *Saceio*, & villarum adiacentium, qui ad Ecclesiam Diuionensem spectant, & habitatores eiusdem villæ, ad inuicem dampna intulerint, dampno sibi restituto, omni occasione & exactione & alia satisfactione postposita, altera pars contenta existat. Dominus Dux, villicum vnum præpositum in iam dicta villa habebit, & Abbas similiter vnum. Minister Ducis, quotiens mutabitur, Abbati iura sua seruare iuuabit, similiter & minister Abbatis, Duci. Dominus Dux, & filius eius, iurabunt hæc omnia fideliter seruare. Iurabunt etiam se eamdem villam per aliquam commutationem, vel

vel venditionem, siue casamentum, seu obligando pignori, vel aliquo alio modo, nullatenus in alterius potestatem transferre. Ipsi verò, nec hæredes sui, de eadem villa eleemosynam alteri Ecclesiæ minimè facient, nisi Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis, nec eam aliquis hæredum Ducis habebit, nisi ille qui Dux erit. Hoc autem dominus Dux, per manum domini Regis Francorum faciet stare, sigilloque summi Pontificis, & eiusdem Regis, in propriis expensis faciet communire, & etiam sigillis domini Archiepiscopi Lugdunensis, & Lingonensis, & Eduensis, & Cabilonensis Episcoporum. Quicquid iuris Abbas & monachi Diuionenses in prædicto territorio se canonicè habere probauerint, dominus Dux eos faciet obtinere. Cæteras enim terras, quas in potestate de Saceio milites & malefactores Ecclesiæ Diuionensi auferunt, restituere faciet. Quòd si assensus domini Imperatoris & Imperatricis, & domini Lingonensis Episcopi, & capituli Diuionensis, quem sibi Abbas retinuit, defecerit, hæc omnia in irritum reducentur. Quòd si locus fortè in destructionem venerit, Dux ab hac impertitione sine aliqua molestia cessabit. Ecclesia autem, quæ sua sunt, in pace possidebit. Dum dominus Dux hæc effectui mancipare studuerit, monachi interim silebunt, nisi fortè dominus Imperator, & Imperatrix, & Dux, super hac re discordes fuerint; quia eis discordantibus, Abbas & monachi Duci nullo modo tenentur. Quotquot autem Duces succedent, hæc omnia seruare iuramento tenebuntur. Quicquid verò Dux ibi adquisierit, vel adquirere poterit, & in adquirendo si quas expensas fecerit, Abbas & medietatem persoluet, & medietatem accipiet. Si Dux vel Abbas in aliquo ædificio faciendo aliquas expensas fecerint, testimonio ministrorum fient, & soluentur. Dux verò hanc cartam sigillo Regis & supradictorum Episcoporum, vsque ad festiuitatem Omnium Sanctorum faciet communiri, & sigillo domini Papæ, vsque ad resurrectionem Domini, quæ monachi Diuionenses habebunt.

EGO *Hugo* Dux Burgundiæ, præsentibus & futuris notum facio, me concessisse *Aymoni* Abbati, & Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis, iustitiam integram mansi *Guidonis* presbyteri, quod est apud *Marcenniacum*. Ita vt prædicta Ecclesia eumdem mansum, & eius habitatores, ab omni iure meo exemptos, absque omni exactione, liberè & quietè possideat, & ipsi habitatores vsuarium in aquis, syluis, pratis, & pascuis, sicut cæteri homines villæ, habeant. Vt autem hoc firmum & stabile permaneat, sigilli mei auctoritate præsentem cartam roboraui. Testes huius rei *Parisius* monachus, *Gualterius* Sacrista, *Ioannes de Marcenniaco*, *Raynaldus de Verneio*, *Eurardus* Præpositus Diuionensis, *Hugo* Capellanus meus. Anno M. C. LXXXIII. actum est hoc.

Hugo Dux Burgundiæ, concedit Abbati & monachis S. Benigni Diuionensis, iustitiam integram in manso Guidonis presbyteri, apud Marcenniacum. *Ex eod. Cha.*

Année 1183.

NOTVM sit omnibus, tam futuris quàm præsentibus, quòd *Stephanus* miles *de Bollemont*, & vxor eius *Grosse*, & *Symon* frater prædicti *Stephani*, guerpiuerunt Deo & Ecclesiæ sancti Benigni Bertiniacæ Curtis, per manum si quidem domini *Symonis de Bolemmont*, hoc idem audientibus & confirmantibus vxore sua *Agnes*, & filio suo *Petro*, & filia sua *Hersende*, & per manum domni *Vuillermi* Abbatis de Mirualt, quicquid querelæ, quicquid calumpniæ contra prædictam Ecclesiam iustè vel iniustè habebant, vel habere poterant, in alodio de *Suth*, in siluis, in pratis, in terris cultis & incultis, in molendino, in voeria, nullam omnino deinceps querelam in præfatam Ecclesiam habituri, nullam penitus calumpniam facturi, ita tamen quod monachi proinde de sua substantia beneficè illis sunt elargiti. Ad hoc itaque confirmandum, & cartuli sigillatione corroborandum, *Milo* præfatæ Ecclesiæ Prior, cum Abbate *Vuillermo de Mirnualt* ad *Bollemmont* perrexit; ibique *Stephanus* ille,

Symon miles de Borlemmont vuirpiuit Ecclesiæ S. Benigni Bertiniacæ curtis quicquid habebat in Alodio de Sutz. *Ex eodem Chartul.*

cum vxore sua *Greſſa*, & *Symon* frater *Stephani* prædicti, coram domino *Symone* & Abbate *Vuillermo de Miruualt*, & coram omnibus ibidem adſtantibus, teſtimonium cartæ huius per teſtes idoneos confirmauerunt, omnemque querelam abſque omni reclamatione penitus extinxerunt. Huius verò confirmationis teſtes ſunt, *Pontius* monachus de ſancto Benigno, *Milo de Denuille*, *Stephanus de Berlemmont*, *Hugo de Goceort*, Sacerdotes, *Albertus de Royſeil*, *Theodericus de ſancto Eliſio*, *Herbertus de Aprimonte*, *Radulfus de Borlemmont*, *Vutardus* eius nepos, *Orricus Vagos*, & *Petrus de Monz*, milites, *Petrus* Cellerarius, & *Herbertus* Villicus, *de Denuille*. Factum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXXIV.

Année 1184.

Lucius Papa III. confirmat priuilegia & poſſeſſiones Abbatiæ S. Benigni Diuionenſis, enumeratis quibuſcumque.

LVCIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis, *Hamoni* Abbati ſancti Benigni Diuionenſis, eiuſque fratribus, tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Effectum iuſta poſtulantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo poſtulat rationis, præſertim quando petentium voluntates & pietas adiuuat, & veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium, in quo diuino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar felicis recordationis prædeceſſorum noſtrorum, Gregorij VII. Honorij, Innocentij, & Alexandri, Romanorum Pontificum, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſi quidem ſtatuentes, vt ordo monaſticus, qui ſecundùm Deum & beati Benedicti regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea, quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium impræſentiarum iuſtè & pacificè poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis .... veſtro ſitæ ſunt libertatem preſbyterorum .... Eccleſiis Domino ſeruientium, quam *Robertus* quondam Lingonenſis Epiſcopus monaſterio .... frater noſter *Manaſſes* Epiſcopus Lingonenſis in eiſdem .... Eccleſia *Sancti Apollinaris*, & in Eccleſia *de Longo Vado*, *de Plumbariis*, & *Villariis*, vobis perpetuò conceſſit, & ſcripto proprio confirmauit: Eccleſiam *ſancti Germani de Lariaco*, in qua ſanctimoniales conſiſtunt; ita quidem, vt ipſæ ſanctimoniales vobis veſtriſque ſucceſſoribus Eccleſiæque Diuionenſi debitam obedientiam & conſuetam exhibeant, ſicut eiuſdem loci monachi exhibere noſcuntur, ſicut eam canonicè ac pacificè poſſidetis, vobis nichilominus confirmamus: cellam etiam *Clementini Prati*, in qua conuerſi conſiſtunt: locum de *Fordemunt*, in quo ſimiliter conuerſi conſiſtunt, illud etiam remiſſionis & immunitatis, quod bonæ memoriæ *Rotbertus* quondam Lingonenſis Epiſcopus, vel ſui prædeceſſores, de paratis & ſynodis vobis rationabiliter indulſiſſe noſcuntur, præſentis ſcripti auctoritate confirmamus. Villam præterea quæ *Dianetum* dicitur, ſicut per iudicium *Stephani* Eduorum Epiſcopi monaſterio veſtro iuſtè adiudicata eſt, & vos eam pacificè poſſidetis, cum omnibus pertinentiis ſuis, nichilominus auctoritate Apoſtolica confirmamus. Sanè noualium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis, clericos, vel laïcos è ſæculo fugientes, liberos & abſolutos ad conuerſionem veſtram recipere, & eos abſque contradictione aliqua in veſtro monaſterio retinere. Prohibemus inſuper, vt nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in eodem loco profeſſionem, fas ſit abſque Abbatis licentia, vel eius miniſterio, niſi arctioris religionis obtentu, diſcedere; diſcedentem verò abſque communium littera-

rum cautione, nullus audeat retinere. Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, summissa voce, diuina officia celebrare. In parrochialibus autem Ecclesiis quas habetis, liceat vobis presbyteros nominare, eosque diocesano Episcopo præsentare, quibus, si idonei fuerint, Episcopus curam animarum committat, qui ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati qui se illic sepeliri voluerint, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Ea verò quæ à prædecessoribus nostris, *Sergio*, *Iohanne*, & *Alexandro*, de Cimeterio vel de aliis, prouida vobis sunt deliberatione concessa, sicut in priuilegiis eorum continetur, illibata de cætero manere censemus. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat, præfatum monasterium vestrum temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra & illibata seruentur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura; salua Sedis Apostolicæ auctoritate, & & diocesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptauerit, secundò tertióve commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine diuinæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen, Amen. Ego *Lucius* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi. Ego *Theodinus* Portuensis & sanctæ Rufinæ sedis Episcopus. Ego *Henricus* Albanensis Episcopus. Ego *Theobaldus* Hostiensis & Vellitrensis Episcopus. Ego *Iohannes* presbyter Cardinalis tituli sancti Marci. Ego *Laborans* presbyter Cardinalis sanctæ Mariæ Trans-Tiberim, tituli Calisti. Ego *Humbertus* presbyter Cardinalis tituli sancti Laurentij in Damaso. Ego *Pant* presbyter Cardinalis tituli Basilicæ XII. Apostolorum. Ego *Arditio* Diaconus Cardinalis sancti Theodiri. Ego *Gratianus* sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconus Cardinalis. Ego *Iofredus* sanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis. Ego *Albinus* sanctæ Mariæ Nouæ Diaconus Cardinalis. Datum Veronæ, per manum *Hugonis* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Notarij, secundo Kalendas augusti, indictione secunda, Incarnationis dominicæ anno M. C. LXXXIV. Pontificatus verò domni *Lucij* PP. III. anno tertio. Année 1184.

EGo *Hugo* Dux Burgundiæ, omnibus notum esse volo, quod anno ab Incarnatione millesimo centesimo octuagesimo quarto, conuentionem talem habuimus adinuicem, ego & *Guido* dominus *Tilicastri*. Mea siquidem propria voluptate, & precibus amicorum meorum, concessi præfato *Guidoni*, vt Castrum *Tilicastri* absque burgo firmaret hoc modo; ipsum verò castrum tali promisi claudi aggere, quali burgus clausus erat: muro quoque permisi idem castrum claudi, cuius altitudo à ripa interiori sit vnius laureæ, absque batailliis & muro antepectorali, ita quod vlteriùs non liceat extendi. Ipse verò *Guido*, michi & meis successoribus iurauit, se auxiliaturum bona fide, & de toto posse suo, aduersùs omnes gentes in perpetuum, excepto Episcopo & capitulo Lingonensi. Hoc idem debent iurare michi & meis successoribus hæredes sui, propter successionem. Milites verò Tilicastri, & clientes, & burgenses, & alij habitatores, iurauerunt michi, quòd si dominus Tilicastri hanc conuentionem

erga me & meos non teneret integrè, ipsi omnes pariter ad me & ad meos venirent bona fide, michi auxiliaturi de toto posse suo aduersùs dominum Tilicastri, donec violata conuentione conuenienter esset emandata. Emandata verò conuentione violata, ad suum redirent dominum, semper michi & meis eodem pacto detenti. Præterea, præfatus *Guido* accepit de me villam quæ dicitur *Lucium*, quæ erat allodium suum, de qua homo legitimus meus deuenit, salua legitate qua priùs tenebatur Episcopo Lingonensi. Firmitatem verò villæ iurauit fermàre muro. Iurauit etiam quod eandem firmitatem, quotiescumque quererem, vel queri facerem, cum magna fortitudine vel parua, absque vlla dilatione vel occasione, michi vel meis reddetur. Quod pactum; si dominus michi & meis integrè non teneret, omnes habitatores villæ iurauerunt quod perinde ad me & ad meos pariter venirent, & aduersùs dominum, bona fide, michi & meis auxilium de toto posse suo facerent, donec res emandata esset. Qua emandatione facta, ad dominum suum redirent eodem pacto michi & meis semper detenti. Egò quoque iuraui ei, quod postquam castrum *Lusciy* michi reddiderit, peracto negotio meo, idem castrum, & in eodem valore quod michi reddidit, reddam; & si fortè in manu mea in aliquo peioraretur, conuenienter ei restaurarem.

Accord entre l'Empereur, & le Duc de Bourgogne.

HENRICVS Dei gratiâ Romanorum Rex, & semper Augustus, dilecto & fideli suo *Hugoni* Duci Diuionensi, gratiam suam & omne bonum. Discretioni tuæ significamus, & firmiter constare volumus, quod nos, pacem quæ inter nostram sublimitatem & tuam dilectionem ordinata est, secundùm eam formam, quæ in præsenti pagina subscripta est, sicut in tuis litteris continetur, hominium nobis facies & legiitatem de tota terra Comitatus *Albony*, quæ infra distractum Imperij continetur, quam modò possides, & in posterum possessurus es. Bona quoque fide, & sano intellectu, secundùm vsus & consuetudinem Burgundiæ, atque Prouinciæ, recipies, & à nobis recognosces allodium *Vrrici de Baugeio*, & alia etiam allodia, quæ infra terminos allodij sunt constituta. In hoc etiam voluntati tuæ consentimus, quod filius tuus, ille qui Dux futurus est Diuionensis, salua fidelitate Regis Franciæ, nobis hominium faciet de allodio memorati Vrrici de Baugeio, & similiter de allodiis quæ habet, & quæ habebit infra Imperium. Hoc quoque ratum similiter & firmum volumus obseruare, quòd si fortè Rex Francorum insultum fecerit Imperio, tu in propria tua persona auxilium nobis præbebis de omni casamento quod à nobis habes: & si nos Regi Francorum & ejus regno insultùm fecerimus, tu similiter ipsi in propria tua persona præstabis auxilium de omni casamento quod de eo habes. Contra omnem hominem, præter Regem Franciæ, pacem & verram facies ad mandatum nostrum, de vniuerso Comitatu Alboini, saluo iure Ecclesiarum Imperij. Compositionem quoque facies cum hominibus fidelibus nostris, Archiepiscopo Viennensi, & cum Episcopo Grationopolitano, & Episcopo Valentino, supra querimoniis. Sciens, si quas aduersùm te proponant, vel in præsentia nostra vel fidelis nostri *Vrrici de Godembort*, vel alterius certi nuncij nostri ad hoc destinati; si quæ etiam aliæ Ecclesiasticæ personæ aliquam controuersiam contra te habuerint, ipsis, vel secundùm iustitiam, vel secundùm amicabilem compositionem satisfactionem exhibebis. Ad hoc in gratiæ nostræ plenitudinem te recepimus. Datum in Campo vrbe veteri, anno dominicæ Incarnationis millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, tertio Nonas Iunij.

Année 1186.

Accord entre le Chapitre de la

EGo *Hugo* Dux Burgundiæ, & Alboni Comes, notum facio præsentibus & futuris, quòd querela surrexit inter Canonicos Capellæ meæ Diuionensis,

& Magistrum *Galterum de Moncei*, super eleemosyna quam prædictus fecerat in præsentia mea, de medietate hæreditatis suæ quam habebat in villa *de Moncei*, & in decima *de Vameilles*, altera medietate sibi in vita sua retenta, post obitum verò suum ad Capellam reditura. Eadem querela pacificata fuit in hunc modum. Magister *Galterus*, de omni hæreditate sua dictos Canonicos integrè inuestiuit, ita quod Clerici totum possiderent, & medietatem prouentuum, dum viueret, darent, excepta decima *de Vameilles*, quam in vita solus possideret, & post decessum suum ad Capellam rediret. Hoc se tenere iurauit in Capella mea apud Diuionem Magister *Galterus*, imposita sibi stola. Actum est hoc apud Diuionem, in præsentia mea, anno incarnati Verbi M. C. LXXXIV. Testes sunt *Beatrix* Ducissa, *Gubertus* presb. *Dudeus* cognomine *Gentilius*. presbyter, *Raynaldus du Verney* miles, *Ebrardus* Præpositus Diuionensis.

Sainte Chapelle de Dijon, & Gautier de Monci, Prestre.

Année 1184.

QVARTO decimo Kalendas Iunij obiit *Stephanus* Episcopus Heduensis, qui dedit huic Ecclesiæ parrochiam de Quinceyo.

EGO *Aesmarus de Pictauia*, amore Dei & intuitu pietatis, pro remedio animæ meæ & parentum meorum, dono, remitto, laudo, & concedo *Pontio* Priori Vallis sanctæ Mariæ de Roianis, & fratribus ibidem Deo famulantibus, annuum albercum, quod habebam in monasterio *de Monte Madriano*. Idem verò Prior iam dictæ vallis, & reliqui fratres eiusdem loci, me consentiente, remittunt illud albercum Ecclesiæ Montis Madriani, & per eam, monasterio sancti Benigni de Diuione, pro permutatione territorij de Bouanti. Et ad maiorem huius rei firmitatem, rogo & mando domno Valentino Episcopo, vt ipse huius donationis cartam sui sigilli muniat impressione. Factum est hoc donum *Valentiæ*, in aula Pontificali, ipso præsente *L.* Episcopo, & *Eustachio* Præposito, & *L.* Decano, & *Hugone de Nella*, & *Eudenone*, *Aimone*, *Pagano*, *Vuillelmo Artaudo*, *Girardo de Turnone*, *Arnaudo*, *Vuillelmo*. Anno Incarnationis dominicæ M. C. LXXXVI. regnante *Friderico* Romanorum Imperatore, & *Vrbano* PP. III. Sedi Apostolicæ præsidente.

Æsmarus de Pictauia cōcedit Pōtio Priori vallis S. Mariæ de Roianis, annuum albercum, vt ille Prior remittat pariter illud albercum Ecclesiæ Mōtis Madriani, & per eam monasterio S. Benigni Diuion. pro permutatione territorij de Bouanti. *Ex Ch. Ben.*

Année 1186.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ego *Manasses* Dei gratiâ Lingonensis Episcopus, notum facio omnibus, quòd *Hugo* Dux Burgundiæ, pro remedio animæ suæ, & antecessorum suorum salute, nec non pro omnibus grauaminibus quæ Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis intulerat, laude vxoris suæ *Beatricis*. & filiorum suorum, *Odonis* iam militis, & *Alexandri*, præfatæ Ecclesiæ concessit, & per manum nostram liberè in eleemosynam dedit quingentos solidos Diuionensis monetæ in Pedagio Diuionensi. Ita quod ab hac die, Pedagiarius suus, annuatim, in crastino Omnium Sanctorum, duodecim libras & dimidiam incipiet Abbati & monachis soluere, & vsque ad integram persolutionem ante receptionem suæ partis accipiet. Alias verò duodecim libras & dimidiam, in dominica prima Quadragesimæ, quas similiter continuè, antequam quicquid de sua parte Dux recipiat, accipiet, & sine aliqua difficultate persoluat. Quotiens autem Pedagiarium quocumque modo mutari contigerit, Abbati & monachis de parte ipsorum fidelitatem iurabit. Abbas autem & monachi, in consortem omnium beneficiorum suorum Ducem recipientes, quicquid grauaminum & forefactorum vsque ad diem donationis huius eis intulerat, illi remiserunt, & insuper diem anniuersarij sui celebrem perpetuò fieri promiserunt. Vt autem hæc eleemosyna indeficiens robur obtineat, cartam hanc inde fieri, & sigilli mei impressione muniri Dux rogauit. Nos verò paci & quieti Ecclesiæ id profuturum credentes, libenter annuimus. Statuimus ergo, quod si quis de hac eleemosyna, contra hanc nostræ auctoritatis paginam, aliquam Ecclesiæ vim intulerit, tam diu excommunicationis dampnationi subiaceat, donec Abbati & monachis dignè de hoc satisfaciat. Huius

Hugo Dux Burgundiæ, laude Beatricis vxoris, & filiorum, Odonis iam militis, & Alexandri, concedit monasterio S. Benigni Diuionensis, quingentos solidos Diuionensis monetæ, percipiendos annuatim in Pedagio Diuionensi. *Ex eodem Chartul.*

rei testes sunt, *Niuardus* Abbas sancti Sequani, *Huduinus* Archidiaconus, Magister *Ainoldus* Capellanus meus, *Conus* socius meus, Magister *Nicholaus* Decanus Diuionensis, *Arnaudus* Decanus Casneti, & plures alij. Actum est hoc anno Incarnationis dominicæ M. C. LXXXVI. mense Iulio, feriâ IV. ebdomadâ post Pentecostem, regnante *Philippo* Francorum Rege, *Aymone* Abbate sancti Benigni existente.

Année 1186.

Odo Hugonis Ducis Burgundiæ filius, laudat donum Hugonis patris in præcedenti carta concessum. *Ex eodem Chartul.*

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritûs sancti, Amen. Quoniam Sapientia Dei dicit, *Per me Reges regnant, & Principes obtinent terram*, nulli potiori modo principatum nostrum firmari credimus, quàm si beneficia, quæ seruis Dei conferuntur, concessâ nobis à Deo potestate tueamur, & congruum eis impertiamur defensionis auxilium. Eapropter ego *Odo Hugonis* Ducis Burgundiæ filius, omnibus notum facio, quoniam eleemosynam illam, quam pater meus fecit monachis in Ecclesia sancti Benigni Deo seruientibus, pro remedio animæ suæ & omnium antecessorum suorum, videlicet de quingentis solidis in Pedagio Diuionensi singulis annis ab eisdem monachis accipiendis, & ex fidelitate Pedagiarij iuranda, sicut in carta eiusdem patris mei exinde facta continetur, laudo, & concedo; & vt dominus Ducatum mihi firmare dignetur, ipsam eleemosynam illibatam bona fide manutenere promitto. Præterea de parte quam ipsi monachi in moneta Diuionensi habent; sicut pater meus in præsentia virorum nobilium *Ansirici de Montreal*, & *Girardi de Reum*, & aliorum plurimorum me præsente recognouit, & carta sua exinde scripta testatur, ego laudo & approbo, & sigilli mei suppositione confirmo. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXXVI. secunda ebdomade post Resurrectionem Domini, apud Diuionem.

Année 1186.

Hugo Dux Burgundiæ & Albonij Comes, confirmat donum de terra S. Ypoliti, quod fecit Abbas S. Benigni Diuionensis Priori Cellæ sancti Stephani Belnensis. *Ex eod. Ch.*

HVGO Dux Burgundiæ & Albonij Comes, omnibus in perpetuum. Vniuersitati vestræ notum facimus, donum illud quod *Petrus* Abbas & conuentus sancti Benigni Diuionensis, *Iohanni* Priori sancti Stephani Belnensis, de terra sancti Hypoliti adquirenda; quam ei quidam iniustè auferebant, fecerunt, nos laudasse, & sigilli nostri munimine roborasse, & præfato Priori contra iniustos detentores auxilium nostrum, tam per nos quàm per famulos nostros promisisse: ita tamen, quòd si aliqui ex iniustè detentoribus causam nostro examine super eadem terra intrauerint, præfatus Prior non aliter córam nobis quàm coram Ecclesiastico iudice contra eos causam suam prosequetur. Huius rei testes sunt, Magister *Hugo* Capellanus meus, *Raynaldus de Verneio*, *Eurardus* Præpositus Diuionensis, *Gotefridus* famulus meus. Actum est hoc apud Diuionem anno Verbi incarnati M. C. LXXXIX.

Année 1189.



EGo frater *Gerbertus Herac*, Ciſtramarinorum Templariorum humilis Procurator, noſterque conuentus, notum facimus vniuerſis, quoniam ad requiſitionem monachorum de Granceyo, talem inter nos & ipſos firmauimus intercurſum; vt ſi homo eorum fœminam Templariorum de Buris acceperit in vxorem, & fœmina & hæredes ex ea, illorum erunt. Similiter & ſi homo Templariorum fœminam monachorum duxerit, & fœmina & hæredes, Templariorum erunt. Cenſum tamen ſi quem fœminæ debebant ibi, ſoluent vbi ante intercurſum ſolebant. Sciendum prætereà, quod Templarij conceſſerunt monachis iam dictis hæredes *Guidonis de Caſtillione*, cum tenemento ipſorum: & monachi ſimiliter conceſſerunt eis hæredes *Conſtanty Chomelart*, cum tenemento eorum & *Hudealdim*. Vt autem hoc inconuulſum permaneat, ſcriptum hoc fieri inde mandauimus, & ſigillis noſtris fecimus roborari. Hoc actum eſt ab Incarnatione Domini M. C. LXXXX.

Frater Gerbertus, Herac, Templariorum Procurator, & monachi de Granceyo, concordant ſuper hominibus ſuis. *Ex eodem Chartul.*

Année 1190.



EGo *Hugo* Burgundiæ Dux, & Albonij Comes, notum facio præſentibus & futuris, quòd ego, pro remedio animæ meæ prædeceſſorumque & ſucceſſorum meorum, dedi in perpetuum, & conceſſi Deo & Eccleſiæ ſancti Stephani Bernenſis, in pedagio meo Bernæ, IV. libras Diuionenſis monetæ, annuatim recipiendas à natale Domini anni M. C. LXXXIX. in annum vnum. Teſtes ſunt *Manaſſertus* venerabilis Lingonenſis Epiſcopus, *Lambertus de Barro* Lingonenſis Archidiaconus, *Ebuardus* Præpoſitus Diuionenſis, *Gotefridus de Berna* famulus meus. Actum apud Ianuam, anno Verbi incarnati M. C. LXXXX. & firmatum ſigillo meo.

Hugo Burgundiæ Dux, & Albonii Comes, concedit Cellæ S. Stephani Beluenſis IV. libras Diuion monetæ annui redditus. *Ex eodem Chart. Ben.*

Année 1190.

EGo *Manaſſes* Dei gratiâ Lingonenſis Epiſcopus, notum facio vniuerſis, quia cùm inter dominum *Othonem de Sauz*, & *Petrum* Abbatem ſancti Benigni Diuionenſis, controuerſia verteretur, ſuper molendino quodam, quod in villa Comitis idem *Otho*, contra ius eiuſdem Abbatis, ædificabat, tandem ante præſentiam noſtram conuenientes, tali modo pacificè compoſuerunt. Si quidem ipſe *Otho* à nobis diligenter ammonitus, quicquid iuris in ipſo molendino ſiue aquæcurſu habebat vel habere ſe dicebat, totum ſine aliqua exceptione Deo & Eccleſiæ beati Benigni in eleemoſynam liberè conceſſit. Seruatorium verò piſcium, quod ipſe ſuper idem molendinum conſtruebat,

Otho de Saux, coram Manaſſe Lingonenſi Epiſcopo, remittit molendinum in villa Comitis, & ſeruatorium.

piscium, monachis S. Benigni, pro XXII. libris Diuionensium. *Ex eodem Chartul.*

sibi in vita sua tantùm retinuit; sed vt post decessum suum in ius & proprietatem iam dictæ Ecclesiæ veniat, testamentali traditione, pro animæ suæ remedio dedit. Et quia in constructione iam dicti molendini multas expensas fecerat, dictum fuit à nobis, & ab vtraque parte receptum est, vt Abbas domino *Othoni* XXII. libras Diuionenses daret, quod & fecit. Prædictam verò eleemosynam, tam molendini quàm seruatorij, fecit dominus *Otho* in manu nostra, laude *Guidonis* filij sui primogeniti, & dominæ *Vuillelmæ* vxoris suæ, & aliorum hæredum suorum. Testes sunt dominus *Petrus* Abbas Besuæ, *Vuido de Arc* monachus Diuionensis, *Arnaudus* Decanus Casnedi, *Oddo de Granceio*, miles Templi. Actum est hoc, anno ab Incarnatione Domini M. C. XC.

Année 1190.

Societas inita inter monasterium S. Benigni Diuionensis, & monasterium sancti Sequani. *Ex eodem Chartul.*

QVONIAM iuxta Apostolum, alter alterius inuicem portare debemus onera, & quasi membra in vno corpore, nobis mutuò subseruire & subministrare: idcircò ego *Petrus* Dei gratiâ sancti Benigni Diuionensis, & *Niuardus* sancti Sequani Abbates, earumque Ecclesiarum conuentus, notum facimus vniuersis, hanc conuenientiam societatis inter nos constitutam esse, vt vtriusque Ecclesiæ Abbates, monachi, nulla exhinc diuersitate inter se differant, sed, sicut sub vna professionis norma vni Domino seruimus, & vero Regi Christo militamus, ita Ecclesiæ nostræ, conglutinatione charitatis vnæ efficiantur, & sibi inuicem subueniant, & alterius Ecclesiæ monachi in ea ad quam diuerterint, tamquam domestici & fratres suscipiantur, & in choro, capitulo, aliisque locis indifferenter conuersentur per omnia. Si quis etiam alterius Ecclesiæ frater, qualibet molestia vel necessitate compulsus, ad alteram confugerit, tamdiu in pace & amicabiliter recipietur, vsque dum Abbati & conuentui suo reconcilietur, & Abbate Ecclesiæ ad quam confugerit, mediante, liber & absolutus, in Ecclesia sua recipiatur; exceptis his causis quæ propriè in ordine nostro merentur repulsionem. Abbas alterius Ecclesiæ, cùm ad alteram diuerterit, si aliquem fratrem ibi in sententia positum inuenerit, statim, si ibi placuerit, ipsum absoluet, aut sæuiori sententia supponet. Pro defunctis autem istud in vtraque Ecclesia fiet. Post Breuis recitationem, statim fiet officium, & ea die, si talis fuerit hora, vel in crastino, Missa matutinalis, cum signorum pulsatione & tractu celebrabitur: ab vno quoque Sacerdotum Missa vna, à Clericis L. Psalmi, à laïcis L. *Miserere mei Deus*, vel L. *Pater noster* dicentur. Septem Missas & septem officia habebunt in conuentu; & totidem diebus vna præbenda, siue vnus siue plures fuerint, pro eis in refectorio dabitur. Abbatibus verò, tam in Missis quàm in præbendis & aliis beneficiis, tricenarius ex integro persoluetur. Pax & amor omnibus ista custodientibus, Amen. Hanc societatis conuenientiam ego *Niuardus* Abbas sancti Sequani primùm requisiui, apud Diuionem, anno incarnati Verbi M. C. XC. indictione VIII. epactâ XII. mensis Nouembris die secundâ, id est in repetitione festiuitatis beati Benigni, quæ eo anno occurrit in feria VI. Sequentis verò ebdomadæ quartâ feriâ, Prior, Sacrista, Coquinarius, & Capellanus noster, cum literis capituli nostri Diuionensis adfuerunt, & hanc cartam fieri, & sigillorum nostrorum impressionibus communiri impetrauerunt, & sub nomine nostro, & conuentus, solemnitatem martyrij beati Benigni in Albis, & translationem eiusdem duodecim lectionum in Ecclesia nostra fieri compromiserunt, quod Deo volente in perpetuum seruabitur. De sorte Dei pereant, qui per odium, inuidiam, vel superbiam ista minuerint. Fiat, fiat, fiat.

Année 1190.

1195. ou enuiron.

QVONIAM iuxta Apostolum, alter alterius inuicem portare debemus onera, & quasi membra in vno corpore nobis mutuò subseruire & subministrare: idcircò, ego *Petrus* Dei gratiâ sancti Benigni Diuionensis, &

Menardus

Menardus sancti Sequani Abbatis, eorumque Ecclesiarum conuentus, notum facimus vniuersis, hanc conuentionem societatis inter nos constitutam esse, vt vtriusque Ecclesiæ Abbates monachi, nulla exhinc diuersitate inter se differant, sed sicut sub vna professionis norma vni Domino seruimus, & vero Regi Christo militamus, ita Ecclesiæ nostræ conglutinatione communitatis vna efficiantur, & sibi inuicem subueniant, & alterius Ecclesiæ monachi, in ea ad quam diuerterint, tamquam domestici & fratres suscipiantur, & in choro, capitulo, aliisque locis indifferenter conuersentur per omnia. Si quis autem alterius Ecclesiæ frater, qualibet molestia siue necessitate compulsus, ad alteram confugerit, tamdiu in pace & amicabiliter recipietur, vsque dum Abbati & conuentui suo reconcilietur, & Abbate Ecclesiæ ad quam confugerit, mediante, liber & absolutus in Ecclesia sua recipiatur: exceptis his causis, quæ propriè in ordine nostro merentur repulsam. Abbas alterius Ecclesiæ cùm ad alteram diuerterit, si aliquem fratrum ibi in sententia positum inuenerit, statim, si sibi placuerit, illum absoluet, aut leniori sententiæ supponet. Pro defunctis autem illud in vtraque fiet Ecclesia. Post Breuis recitationem, statim fiet officium, & ea die, si talis fuerit hora, vel in crastino Missa matutinalis, cum signorum pulsatione & tractatu celebrabitur: ab vno quoque Sacerdotum Missa vna, à Clericis 50 Psalmi, à Laïcis 50. *Miserere mei Deus*, vel 50. *Pater noster* dicentur. Septem Missas, & septem officia habebunt in conuentu, & totidem diebus vna præbenda, siue vnus, siue plures fuerint, pro eis in refectuario dabitur. Abbatibus verò, tam in Missis quàm in præbendis & aliis beneficiis, tricenarius ex integro persoluetur. Pax & amor ista custodientibus, Amen.

NOs *Amideus* Abbas sancti Stephani Diuionensis, vniuersis præsentes litteras inspecturis salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra, quòd nos vidimus, & diligenter inspeximus, & verbo ad verbum legimus litteras nobilium virorum, Ducis Burgundiæ, & patris sui, sigillo dicti *Hugonis* sigillatas, quarum tenor talis est. Ego *Hugo* Dux Burgundiæ notum facio præsentibus & futuris, quòd ego confirmo, laudo, & approbo, & perpetuam firmitatem habere volo, omnes libertates, & concessiones, & donationes, & confirmationes, quas bonæ memoriæ pater meus *Odo* Dux Burgundiæ dedit, seu concessit, vel habere permisit, seu confirmauit, vel approbauit, monasterio sancti Benigni Diuionensis, sicut continetur in carta prædicti patris mei, quæ talis est. Quoniam Sapientia Dei dicit, *Per me Reges regnant, & Principes obtinent terram*; ideò ego *Odo* Dux Burgundiæ, omnibus notum facio, quadam die assumpto *Alexandro* fratre meo, adiunctis etiam pluribus ditionis meæ nobilibus viris, capitulum beati Benigni Diuionensis ingressus sum, & circumsedentibus monachis, de iniuriis quas ego hactenus & *Hugo* pater meus, Dux illustris, in expeditione Iherosolymitana defunctus eis irrogaueramus, iustitiam feci, culpam clamaui, & venia petita, me & patrem meum absolui rogaui, & me de cætero emendaturum promisi: qua mea satisfactione fratres accepta, de præteritis data indulgentia, me & patrem meum absoluerunt, & pro pollicitationis meæ executione, in orationum suarum communione me & patrem meum susceperunt. Tunc me iuxta Abbatem sedente, Prior loci illius, in medio capituli stans, pro se & pro conuentu circumsedente humiliter & deuotè postulauit, vt quasdam cartas quas habebant, eis confirmarem: Cartam videlicet *Roberti* Ducis, filij Regis Roberti, in qua continetur quod monachi sancti Benigni, quantumcumque voluerint & quoties eis placuerit, in quacumque taberna claustri sui vendant vinum proprium vel alienum, aut ego vendam aut non vendam vinum meum; & illas cartas de medietate monetæ, quas *Hugo* pater meus, & *Odo* atauus eius eis fecerant, in quibus prohibent,

Amideus Abbas S. Benigni Diuionensis, recognoscit se vidisse priuilegia indulta Abbati & conuentui S. Benigni Diuionensis ab Hugone & Odone Ducibus Burgundiæ.

ne ipſa moneta, abſque Abbatis permiſſione, aut monachorum ſancti Benigni, augmentari valeat aut minui, ſeu alio loco tranferri: cartam autem *Hugonis* Ducis, in qua continetur, vt quicumque ille eſſet, ſiue nobilis, ſiue ignobilis, de caſamento quod de illo vel de ſucceſſoribus eius teneret, eis elemoſynam facere liceret. Quam petitionem ego *Odo* Dux Burgundiæ audiens, & opere adimplere deſiderans, pium patris mei & anteceſſorum meorum ſequens exemplum, omnemque poſteris meis calumpniæ & inquietudinis ſemitam aduersùs monaſterium deinceps intercludens, ſicut puro & fideli intellectu definiui, ſupradictas cartas, ſicut in illis pleniùs continetur, approbaui, laudaui, & confirmaui, & non ſolùm illas, ſed etiam cartas quas ab omnibus anteceſſoribus meis Ducibus Burgundiæ dicti monachi habebant, ſimiliter confirmaui & approbaui. Verùm quia de iniuriis quas præpoſiti & miniſtrales mei in villis, in poſſeſſionibus ſuis faciebant, ſupradicti monachi valdè conquerebantur: ideò pro ſalute mea & anteceſſorum meorum, & pro ſtabilitate Ducatus, omnem iuſticiam, magnam & paruam, villarum ſuarum, vbicumque ſunt, ſub poteſtate mea, & quicquid in illis ſiue iuſtè aut iniuſtè habebam, aut meum eſſe dicebatur, eis dedi in perpetuum & conceſſi: & volui, vt deinceps nullus omnino, auctoritate mea, vel poſterorum meorum, aliquid in illis iuſtè vel iniuſtè reclamet. Poſſeſſiones autem dictorum monachorum, vbicumque in terra mea ſunt, videlicet in terris cultis & incultis, vineis, pratis, paſcuis, ſiluis, grangiis, decimis, furnis, molendinis, aquis aquarumque decurſibus, ſeu aliis redditibus, à me & meis omnino liberas eſſe recognoui. Et ne quis in illis, auctoritate mea, vel poſterorum meorum, aliquid reclamet vel auferre conetur, prohibui. Præterea liberè & abſolutè dono in perpetuum, & concedo ſupradictis monachis, quicquid iuſtè vel iniuſtè poſſidebam, aut meum eſſe dicebatur, à fonte qui dicitur *Fons Abbatis* vſque ad *Plomberias*, & à Plomberiis vſque ad *Prunidum*, & à Prunido vſque ad *Villarium*, & à Villario vſque ad *Lariacum*, & à Lariaco vſque ad *Pontem Oſchara*, iuxta molendinum de *Es Patllart*, citra aquam & vltra aquam; excepto Chimini foreſacto, quod de hominibus ſuis tamen præfatis monachis liberè concedo. Cuſtodiam verò villarum ſuarum, de voluntate Abbatis & conuentus, ſicut pater meus *Hugo* Dux habuit, in manu mea retinui; tali conditione, quod quacumque die placuerit Abbati & conuentui ſancti Benigni dedicere michi ipſam cuſtodiam, ego eam libenter & ſine aliquo obſtaculo vel grauamine reſignabo; quia nichil omnino in ipſa cuſtodia quocumque modo michi reclamo, ſed liberum eſt Abbati & monachis ipſam cuſtodiam ſibi, ſi voluerint, retinere; vel etiam cuicumque voluerint, commendare. Hæc autem omnia facta ſunt in præſentia & manu *Petri* venerabilis eiuſdem loci Abbatis. Si quis autem contra hæc auſu temerario venire temptauerit, quicumque ſit, & ammonitus ſatisfacere neglexerit, æterni Iudicis iram ſe ſciat incurſurum, & gehennalibus perhenniter ſubiacere ſuppliciis, vtpote qui ſeruorum Dei ſubſidia, & noſtrorum redemptionem peccaminum execrandis vſibus præſumpſerit applicare. Huius rei teſtes ſunt dominus *Pontius de Granceio*, dominus *Haymo Dorgeus*, dominus *Symon de Brecuns*, *Renaudus Verius*, *Gualo Gorranz*, *Dominicus Diues*, *Bonus Amicus*, *Brochardus*, *Theobaldus*, *Palmerius*, *Iohannes* Cambellanus Abbatis. Vt autem hæc confirmatio & eleemoſyna mea indeficiens robur obtineat, cartam hanc inde fieri præcepi, & ſigilli mei impreſſione muniri. Actum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini M. C. XCIII. Et vt hoc ratum & firmum in poſterum habeatur, præſentem cartam ſigilli mei munimine feci roborari. Actum anno Domini M. CC. XXXV. menſe Octobri.

Année 1193.

Ex Chartul. B. Nazarij.

IDIBVS Auguſti obiit *Hugo* venerabilis Dux Burgundiæ, qui dedit Eccleſiæ beati Nazarij Eduenſis Auriacum pro anniuerſario, quod donum *Odo* filius ſuus Dux Burgundiæ laudauit.

EGo *Odo* Dei gratiâ Dux Burgundiæ, nullo potiori modo principatum meum firmari credens, quàm si beneficia quæ seruis Dei conferuntur, concessa michi adeò defendam potestate, & deuotis etiam ampliare studeam incrementis. Omnibus notum facio, quoniam *Hugo* pater meus, Dux illustris, concessit Ecclesiæ beati Benigni Diuionensis, pro remedio animæ suæ & antecessorum suorum, nec non pro grauaminibus quæ Ecclesiæ prædictæ intulerat, quingentos solidos Diuionenses monetæ in pedagio Diuionensi percipiendos. Ita quod pedagiarius annuatim in crastino Omnium Sanctorum, medietatem incipiet soluere Abbati & monachis, & in dominica Quadragesimæ aliam medietatem: antequam videlicet pater meus, vel alius quicquam de ipso pedagio recipiet vsque ad perfectam monachorum persolutionem; & ex hoc, idem pedagiarius, quotiens mutaretur, Abbati & monachis fidelitatem iuraret. Hoc autem fecit, laudante me & *Alexandro* fratre meo, in præsentia multorum. Ego quoque pium patris mei sequens exemplum, pro anima ipsius, qui in transmarinis partibus, in expeditione Iherosolymitana defunctus est, & etiam pro salute mea & stabilitate Ducatus, nec non pro grauaminibus quæ prædictæ Ecclesiæ intuleram, concedo liberè in perpetuum Abbati & monachis ibidem Deo seruientibus, similiter, quingintos solidos in pedagio prædicto, simili modo per omnia, sicut pater meus fecit, ita quod ab hac die & deinceps, in crastino Omnium Sanctorum, pedagiarius meus incipiet viginti quinque libras Diuionenses Abbati & monachis soluere, & vsque ad perfectam solutionem, ante receptionem nostræ partis vel alterius continuæ accipiet, alias verò viginti quinque libras in prima dominica Quadragesimæ; quas similiter antequam quicquam de mea vel alterius parte recipiat, continuè accipiet, & Abbati & monachis sine aliqua difficultate persoluet. Quatenus autem pedagiarium quocumque modo mutari contigerit, Abbati & monachis de parte ipsorum fidelitatem iurabit. Huius rei testes dominus *Pontius de Granceio*, dominus *Symon de Brecons*, *Raynaldus Vierius*, *Gualo Goriam*, *Dominicus Diues*, *Bonus Amicus*, *Thebaldus Palmerius*, *Iohannes* Cambellanus Abbatis. Vt autem hæc eleemosyna mea indeficiens robur obtineat, cartam hanc inde fieri percepi, & sigilli mei impressione muniri. Actum est hoc, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo nonagesimo secundo.

Donatio Odonis Ducis. Ex Char. Benign.

Année 1192.

CÆLESTINVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis, *Petro* Abbati monasterij sancti Benigni, eiusque fratribus, tam præsentibus quàm futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Quotiens à nobis petitur quod religioni & honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatum monasterium sancti Benigni, in quo diuino estis obsequio mancipati, ad instar felicis recordationis Alexandri PP. prædecessoris nostri, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis si quidem statuentes, vt ordo monasticus, qui secundùm Deum & beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea, quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium impræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum; largitione requiri, vel Principum oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum in quo præfatum monasterium constructum est, cum omnibus pertinentiis suis. In

Cælestinus PP. III. confirmat Abbatiæ S. Benigni Diuionensis omnia priuilegia hactenus indulta, omnes Ecclesias, possessiones, & cætera iura, anno Christi, M. C. XCIII.

Episcopatu Lingonensi cellam sancti Amatoris, cum Ecclesia sancti Ferreoli, cum atriis, tam Ecclesiis, quàm aliis rebus ad ipsum pertinentibus: Cellam de Montiniaco, cellam de Nogent, cum Capella eiusdem Castelli, cellam sanctæ Mariæ apud Saxonis Fontem, cellam sancti Stephani, cum Capella eiusdem Castri apud Vuangionem Riuum, cum omnibus ad eas pertinentibus, cellam de Granceio, locum Clementini Prati, qui dicitur *Moretus*, in quo conuersi consistunt, & vt idem conuersi Ecclesiæ Diuionensi perpetuò subiecti sint præcipimus, neve alicuius factione, à tua vel Ecclesiæ Diuionensis subiectione se remoueant. Apostolica auctoritate confirmamus medietatem monetæ, vt absque permissu Abbatis non minuatur, non augmentetur, nec aliò transferatur; & vestram partem thelonei, statuentes vt nulli omnino hominum liceat de cætero, super hæc idem monasterium infestare, aut ei exinde aliquam molestiam vel diminutionem inferre. Villam Dianetum, cum appendiciis suis, villam *Casnedum*, item *Casnetum*, *Ispaniacum*, *Marcenniacum*, *Norgias*, *Versas*, *Sariacum*, & decimam eiusdem, *Longouicum*, *Asiriacum*, *Plumberias*, *Prunedum*, *Esiberiacum*, *Flacciacum*, *Magnum Montem*, *Viuarias*, *Sauriacum* in sylua, cum decimis eorum. In Episcopatu Tullensi *cellam Bertiniacæ Curtis*, cellam de *Solini Monte*, cum Ecclesiis, villis, terris, & omnibus ad eas pertinentibus. In Episcopatu Eduensi cellam *Belnæ*, cum Ecclesiis de *Villiaco*, & *Castegio*, de *Prato Ferreolo*, cum omnibus suis pertinentiis, cellam de *Sarmatia*, cellam *Curtis Bertaudi*, cellam *de Arneto*, cum omnibus ad easdem pertinentibus. In Archiepiscopatu Bisuntino, cellam sancti Marcelli, cellam de Ansonis villa, cellam *de Sarcofagis*, cellam *de Logia Nouella*, Ecclesiam *de Torpa* apud Salinas, cellas *sancti Petri*, *sancti Michaëlis*, Capellam *sanctæ Mariæ Magdalenæ*, & omnia ad eam pertinentia. In Episcopatu Cabilonensi cellam *sanctæ Mariæ*, cellam *de Paluel*, cum omnibus ad eas pertinentibus. In Episcopatu Valentinensi, cellam *sancti Genesij de Monte Madriano*, cum suis pertinentiis, Ecclesiam *de Vuilpilertis*, & de *Cornaz*, & de *Glum*. In Episcopatu Baiocensi, cellam *sancti Vigoris*, cum suis pertinentiis. In Episcopatu Senonensi, cellam *sancti Benigni apud Vulzenem*, cum omnibus pertinentiis suis, cellam de *Esibino*, cum omnibus appendiciis suis, cellam *de Kuth*, cum eis quæ ad eas pertinent; Capellam de *Hes*, cum decimis & terris ibidem datis. In Episcopatu Gebennensi, Ecclesiam de *Villare*, cum omnibus suis appendiciis. In Episcopatu Lausanensi, cellam *sanctæ Mariæ Magdalenæ de Barlay*, cum Ecclesiis & terris ibidem datis, Ecclesiam *sancti Philiberti*, & *sancti Iohannis Baptistæ*, Ecclesiam *de Longo-vico*, Ecclesiam *de Sarcio*, Ecclesiam *de Asiriaco*, Ecclesiam *de Fatnaio*, Ecclesiam *sancti Iohannis apud Laudonem*, Ecclesiam *de Viuariis*, Ecclesiam *de Villare*, Ecclesiam *de Plumbariis*, Ecclesiam *de Prunedo*, Ecclesiam de *Missiniaco*, Ecclesiam *de Spaniaco*, Ecclesiam *de Casnedo*, Ecclesiam *de Marcenniaco*, Ecclesiam *de Norgiis*, Ecclesiam de *Varesiis*, Ecclesiam *de Esiberiaco*, Ecclesiam *sancti Apollinaris*, Ecclesiam *de Orgeolo*, Ecclesiam *sancti Germani de Loriaco*, Ecclesiam *de Vulmeto*, Ecclesiam *de Ruz*, in quibus sanctimoniales consistunt: & ne ipsæ sanctimoniales se vnquam à subiectione vestra aliqua temeritate remoueant, prohibemus. Domum quoque hospitalem receptioni pauperum deputatam, quam *Dominicus* cognomento *Diues*, ex assensu fratris sui *Eunardi*, Ecclesiæ vestræ perpetuò possidendam contulit, & bonæ memoriæ *M.* Lingonensis Episcopus confirmauit, nos, sicut in ipsius scripto autentico continetur, auctoritate Apostolica confirmamus; prohibentes ne alicuius factionis astutia, à subiectione vestræ domus eadem subtrahatur. Confirmamus etiam vobis xxv. libras Diuionensis monetæ, quas claræ memoriæ *Hugo* Dux Burgundiæ, & xv. libras quas *Odo* filius eius Dux Burgundiæ vobis in pedagio Diuionensi percipiendas annualiter concesserunt. Sanè noualium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omnino à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus,

vt eorum deuotioni & extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. In parrochialibus autem Ecclesiis quas tenetis, liceat vobis Clericos eligere, & Diocesano Episcopo præsentare, quibus, si idonei fuerint, Episcopus curam animarum committat: ita vt plebis quidem cura Episcopo, vobis verò de temporalibus debeant respondere: liceat præterea vobis clericos vel laïcos liberos & absolutos è sæculo fugientes, ad conuersionem recipere, & in vestro monasterio absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum, post factam in loco vestro professionem, fas sit de eodem loco absque licentia Abbatis sui, nisi obtentu arctioris religionis, discedere; discedentem verò sine communium litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Præterea libertates & immunitates, & antiquas, & rationabiles consuetudines monasterij vestri, integras & illibatas præsenti decreto manere sancimus. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi, qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris, secundùm Dei timorem, & beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo, vt nulli omnino liceat præscriptum monasterium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra & illibata seruentur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, salua Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum, ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptauerit, secundò tertióve commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Ego *Cælestinus* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, subscripsi. Ego *Pandulfus* Basilicæ xii. Apostolorum presbyter Cardinalis subscripsi. Ego .... sanctorum Petri & Pauli presbyter Cardinalis, tituli Pamachij, subscripsi. Ego *Iordanes* presbyter Cardinalis sanctæ Pudentianæ, tituli Pastoris, subscripsi. Ego *Iohannes* tituli sancti Clementis Cardinalis, Thuscanus Episcopus, subscripsi. Ego *Romanus* tituli sanctæ Anastasiæ presbyter Cardinalis, subscripsi. Ego *Hugo* presbyter Cardinalis sancti Mart. tituli Equini, subscripsi. Ego *Ioannes* tituli sancti Stephani in Celio Monte presbyter Cardinalis, subscripsi. Ego *Geffredus* tituli sanctæ Praxedis presbyter Cardinalis, subscripsi. Ego *Bernardus* sancti Petri ad Vincula presbyter Cardinalis tituli Eudoxiæ, subscripsi. Ego *Fidantius* tituli sancti Marcelli, subscripsi. Ego *Albinus* Albanensis Episcopus, subscripsi. Ego *Oct.* Hostiensis & Vilitrensis Episcopus, subscripsi. Ego *Ioannes* Prænestinus Episcopus, subscripsi. Ego *Petrus* .... sanctæ Rufinæ Episcopus, subscripsi. Ego *Gratianus* sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconus Cardinalis, subscripsi. Ego *Gregorius* sanctæ Mariæ in porticu Diaconus Cardinalis, subscripsi. Ego *Gregorius* sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis, subscripsi. Ego *Gregorius* Georgij ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis, subscripsi. Ego *Lotharius* sanctorum Sergij & Bachi Diaconus Cardinalis, subscripsi. Ego *Nicholaus* sanctæ Mariæ in Cosmyd. Diaconus Cardinalis, subscripsi. Datum *Laterani*, per manum *Egidij* sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. xvi. Kl. Maij, indictione xi. Année
Incarnat. Dom. an. M. C. XCIII. Pontif. verò domini *Cælestini* PP. III. an. tertio. 1193.

Aderamus de Pictauis, donat Ecclesiæ de Monte Mairano, in consecratione eiusdem, homines quosdam in prædicto Castro, & XII. nummos censuales.

Année 1193.

GESTÆ rei castigat transitum litterarum memoria, neque finit labi cum tempore, quæ geruntur in temporis leuitate. Innotescat præsentibus, & sciant posteri, quòd *Adimarus de Pictauis*, donat perhenniter, & concedit in dotem, Ecclesiæ *de Monte Mairano*, in consecratione Ecclesiæ, *Pontioque* Priori, & successoribus eius, quosdam homines in prædicto Castello, qui dicuntur vulgariter *Li Gratatl Elimouner*, libertatem eis de cætero conseruans integram; ita quod ampliùs non cogantur à suis posteris, dare vel taillias, vel exactiones aliquas, nec cogantur suas sequi vel successorum suorum, licèt ingrueret grandis necessitas, expeditiones. Donat præterea nummos XII. censuales, in terra quæ vocatur agnomine *de Rosseta*. Affuerunt autem testes *Pontius de sancto Protecto*, *Geraldus d'Angleu Lon de Mornanz*, *Vu. de Monte Mairanno*, *Vu. Gutno*, *Fe. de Liberone*, *Vu.* frater eius. Actum publicè, in iam dicta Ecclesia, ante sanctum altare B. Martyris Genesij, anno ab Incarnatione Domini M. C. XCIII. indictione X. sedente in vrbe *Calestino* summo Pontifice, regnante *Henrico* serenissimo Imperatore. Ad maiorem autem tenorem & confirmationem, ego *F.* Valentinus Episcopus, vtrorumque precibus, hanc cartam sigilli mei munimine roboraui, subscripsi. Ego *Iacobus* Domini Episcopi Notarius, VI. anno Pontificatus ipsius, præsentem cartam mandato eius scripsi.

Hommage par le sire de Beaujeu, du Fief de Bellevuille, &c.

Année 1202.

NOVERINT vniuersi præsentes & futuri, quòd ego *Guichardus*, dominus Belliioci, ad acquirendum michi amorem domini Ducis Burgundiæ, recognoui ei feodum quod de ipso pater tenuit, scilicet *Bellam Villam*. Ad maiorem verò ipsius amorem habendum, augmentaui ei feodum, & cepi de ipso Duce Tylium & Perrux, quæ ei in curia sua, ego & hæredes mei, sibi, silicet dicto Duci & hæredibus suis ad ius garantire tenemur. Quod vt ratum habeatur, præsentem cartam sigillo meo confirmaui. Actum est hoc anno incarnati Verbi millesimo ducentesimo secundo.

Année 1203.

CARTA *Odonis* Ducis Burgundiæ, continens, quòd quamuis ipse donauit domino *Vuillelmo de Paigneyo* filio domini *Philippi*, quidquid *Huo* dominus Virgiacensis tenebat vltra Saonnam, retinuit in sua defensione & manutentione grangiam de Tantenans, cum omnibus tenementis, pertinentiis, & libertatibus suis, &c. Acta anno Incarnationis dominicæ millesimo ducentesimo tertio.

Donation par le Roy au Duc de Bourgogne, de la garde de l'Abbaye de Flauigny.

Année 1198.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. *Philippus* Dei gratiâ Francorum Rex, nouerint vniuersi præsentes pariter & futuri, quòd nos dedimus & concessimus karissimo consanguineo & fideli nostro *Odoni* Duci Burgundiæ, in augmentum feodi sui, totum ius illud quodcumque habemus in Abbatia & villa *Flauigniaci*, & bona fide id ei garantizabimus, sicut aliud feodum suum quòd à nobis tenet. Quod vt perpetuam obtineat stabilitatem, præsentem paginam sigilli nostri auctoritate, & regii nominis karactere inferiùs annotato præcepimus confirmari. Actum Vicenæ, anno incarnati Verbi millesimo centesimo nonagesimo octauo, regni nostri anno vigesimo, astantibus in Palatio nostro, quorum nomina supposita sunt & signa, Dapifero nullo. Signum *Guidonis Butulacij*, signum *Mathei Camerarij*, signum *Droconis Constabularij*. Vacante Cancellaria.

EGo *Guiardus dominus Risnelli*, & *Emengardis* vxor mea; notum facimus omnibus qui viderint & audiuerint litteras istas, quòd Abbatem & Ecclesiam sancti Benigni Diuionensis, cum suis appendiciis, ab omni debito quo obligati erant *Vuassino* Iudæo, pro eis acquittauimus, sub hac forma. Dictus Abbas, siue Ecclesia, tenetur liberare nos apud *Vuassinum* Iudæum, de quingentis libris quadraginta minus, statutis terminis; & nisi ad statutos terminos nos liberauerint, tam de grauaminibus quàm de Capituli, habemus regressum ad terram Prioratus sancti Benigni, & super conuentione ista dare nobis debet Abbas litteras Capituli sui infra festum sancti Remegij, nisi medio tempore absoluerit nos *Vuassinus* Iudæus à præscripto debito. Actum ab anno Domini M. C. XCVIII.

Guiardus dominus Risnelli, & Ermengardis vxor sua, liberant conuentum S. Benigni debito 500. librarum, quas debebant Vuassino Iudæo. Année 1198.

EGo *Viardus dominus Risnelli*, omnibus notum facio, quòd omnes eleemosynas, quas *Girardus de Esсoth* fecit Ecclesiæ sancti Benigni Bertiniacæ Curtis, tam in molendinis quàm in furnis, hominibus, & terris, nemoribus & pratis, laudaui & confirmaui prædictæ Ecclesiæ, in perpetuum pacificè possidendas; præcepique *Emengardi* vxori meæ, & hæredibus meis, qui hoc laudauerunt, vt si quis de supradictis eleemosynis iam dictæ Ecclesiæ iniuriam aut molestiam inferret, non permitterent eam suo iure priuari, vel indebitè molestari, sed ius ipsius Ecclesiæ, sicut ius meum proprium conseruarent. Acquittaui etiam ipsi Ecclesiæ *Stephanum de Rimaucurt*, ita quòd deinceps, liberè, sine omni calumnia homo est Ecclesiæ, & omnia iura quæ Ecclesia sancti Benigni Bertiniacæ Curtis habet in terra mea, ipsi Ecclesiæ dimisi & acquittaui, vxore mea *Emengarde* præsente & laudante. In huius rei testimonium præsentes litteras sigillo meo signatas Ecclesiæ sancti Benigni concessi. Factum est hoc anno ab Incarnatione Domini M. C. XCVIII.

Viardus dominus Risnelli, confirmat eleemosynas factas à Girardo de Escoth Ecclesiæ sancti Benigni Bertiniacæ Curtis, laudante Ermengarde vxore, anno Christi M C.XCVIII. Année 1198.

EGo *Raynerius dominus Agrimontis*, omnibus notum facio, quòd acquitaui Ecclesiæ & fratribus sancti Benigni Diuionensis, quicquid reclamabam in villa de Sarcofagis, & quicquid in eadem villa habebam, eis in eleemosynam perpetuam dedi. Dedi etiam eis tercias de Villa quæ dicitur *Tche*. Testes sunt inde, *Raynerius de Borbona*, iunior, & *Fredericus* milites, *Simon* Præpositus Agrimontis, & *Renaudus de Agrimonte*. In huius rei testimonium, præsentes litteras sigillo meo sigillatas eisdem fratribus tradidi. Actum anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo nonagesimo nono.

Raynerius dominus Agrimontis, remittit calumniam de villa Sarcophagis, monachis S. Benigni. Année 1199.

SEptimo Kal. Aprilis, obiit nobilis domina *Alis*, Ducissa Burgundiæ, quæ ædificauit turrim super portam Castri Vergiaci, & dedit capitulo nostro de bonis suis, pro quibus tenemur quolibet anno facere anniuersarium suum, in distributione sex librarum de bursa capituli.

Extrait du Chartulaire de Vergy.

EGo *Petrus dominus Borlemontis*, præsentibus & futuris notum facio, quòd ego posui in vadio, Abbati sancti Benigni Diuionensis, & eiusdem Ecclesiæ conuentui, quicquid quæstionis habebam in villa Bertiniacæ Curtis, pro xx. libris Pruuiniensium, ita scilicet, quod à festo beati Ioannis in duobus annis, redimere non potero. Hoc autem totum factum est, laude & assensu vxoris meæ, & *Simonis* fratris mei. Sciendum etiam, quòd quotiescumque dictam pecuniam soluero, duobus annis præteritis, ego *Petrus* domi-

Petrus dominus Borlemontis, ponit in vadio Abbati S. Benigni Diuionensis, pro xx. libris Pruuiniensium,

quicquid quæstionis habebat in villa Bettin. Curtis. *Ex Ch. B. n.* Année 1200.

nus Borlemontis, & dictus Abbas, & conuentus, & dominus *Risnelli*, ad quæstionem reuertemur. Vt autem ratum & firmum permaneat, sigilli mei impressione roboraui. Ad faciendum verò huius rei testimonium, ego *Guillelmus* Abbas Miræ-Vallis, & ego *Guiardus dominus Risnelli*, sigillorum nostrorum munimine roborauimus. Actum est anno ab Incarnatione Domini M. C C.

Don de la mouuance de Montbar au Duc de Bourgogne, par le Comte de Bar sur Seine. Année 1201.

EGO *Milo* Comes Barri super Sequanam, notum facio præsentibus & futuris, me dedisse, & in perpetuum concessisse *Odoni* Duci Burgundiæ, & hæredibus eius, quicquid domini *Montisbarri* de Comitibus Barri prædecessoribus mei tenuerunt, à cruce Dei in superius, & hoc eidem Duci & hæredibus eius, in curia sua, sicut liberum meum aleodum garantire contra omnes homines teneor per ius & rationem. Idem vt ratum habeatur, sigillo meo feci confirmari. Actum est hoc, anno incarnati Verbi millesimo ducentesimo primo.

Fondation de la Sainte Chapelle de Dijon, & sa confirmation. *Extrait du Chartulaire de la Sainte Chapelle.*

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritûs sancti, Amen. Ego *Hugo* Dux Burgundiæ, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd oculis meis propriis vidi, & in mea præsentia legi feci, verbo ad verbum, litteras bonæ memoriæ *Odonis* Ducis Burgundiæ, patris mei, quarum tenor talis est. Ego *Odo* Dux Burgundiæ, omnibus in perpetuum illam *Hugonis* patris mei inclytam eleemosynam, qua præbendas in Capella sua Diuionensi instituit, confirmare, & perpetuo scripto tradere intendens, omnes volo scire, quòd *Hugo* Dux Burgundiæ pater meus, proficiscens Iherosolymam, graui maris periculo perterritus, nouit quòd si gratiâ Dei illud periculum euaderet, Diuione, iuxta aulam suam, in honore sanctæ Dei Genitricis, & sancti Iohannis Euangelistæ Ecclesiam construeret, & præbendas Clericis ibi Deo seruituris institueret. Ereptus itaque à mari, in reditu suo Romam veniens, votiuam eleemosynam suam, per manum bonæ memoriæ Alexandri Papæ tertij Deo optulit, quam idem Papa in proprietatem & ius Romani Pontificis deuotè suscepit; ita videlicet, vt Ecclesia illa, & Clerici ei deseruientes, nulli omnino Ecclesiasticæ personæ, nisi summo Pontifici, habeant in aliquo obedire, aut aliquo modo subesse. Vnde & *Nicholaum* patris mei Capellanum, eiusdem Ecclesiæ Decanum instituit, & ei vice sui tradidit curam animarum Ducis & Ducissæ, & hanc institutionem à Ducibus Burgundiæ & Decanis eiusdem Ecclesiæ, dicto ordine, perpetua successione statuit obseruari. Cùm itaque pater meus Diuionem redisset, conuocatis pluribus honestis viris, & *Maria* matre sua, Clericos Deo seruituros in Capella sua statuit, quos in osculo sancto recepit, fidem eis promisit, & redditus assignauit, in fraternitatem illorum spiritalem receptus. Accedente autem tempore, & statuta Ecclesiæ & redditus scripto mandari fecit, quod sigillo suo muniri fecit. Siquidem consilio & assensu *Mariæ* matris suæ, & *Aalidis* matris meæ, hoc totum factum est. Hi autem sunt redditus, quos Clericis eiusdem Ecclesiæ in proprios vsus in villa Diuionensi assignaui, videlicet quidquid habebat Dux Diuione, de ventis, & astalagium quod ei debebant panifici & carciamentorum constructores, & placitum generale. Concessit etiam iisdem Clericis, vt eandem libertatem habeant apud Diuionem, quam habent duæ principales Ecclesiæ. Et quoniam Ecclesia ista domum Ducum specialiter illustrat, & ad Ducem pertinet singulariter, concessit Clericis eiusdem Ecclesiæ, vt in villa Diuionensi liberum habeant attractum, eodem modo quo Dux habet, id est libertatem retinendi homines quam Dux habet in villa Diuionensi. Homines igitur Clericorum, & seruientes eorum, ab omni exactione & tallia, seu quacumque consuetudine omnino liberi sunt, & sicut homines Ducis vsum fori plenarium in perpetuum habere donauit

donauit & conceſſit. Quorum videlicet hominum vel ſeruientium Clericorum, ſi quis in eam trahatur, non reſpondebit niſi per dominos ſuos; qui ſi culpabilis inueniatur, lex eius ſiue emenda in manu dominorum ſuorum erit. Quicquid verò idem clerici de meo caſamento poterunt per attractum vel alio modo adquirere, liberè habebunt. Vt verò idem clerici mei, & de menſa mea & domo eſſe manifeſtiùs cognoſcantur, in feſtis annalibus, id eſt in Natale Domini, in Paſcha, in Pentecôſtes, & in Omnium Sanctorum, ſi Dux vel Duciſſa Diuione fuerit, accipient de expenſa curiæ, tanquam commeſſales Ducis, quantum videbitur ſufficere, in pane, & vino, & coquina. Oblaciones omnes, & beneficia Capellæ Ducis & Duciſſæ, vbicumque ſint, apud Diuionem, Clericorum dictæ Eccleſiæ erunt. Nec Capellanus Ducis vel Duciſſæ in eis quicquam habebit, niſi iure Canonicatus, & non iure Capellaniæ. Siquidem nec Dux vel Duciſſa Capellanum vel Clericum habebit, niſi Decanum Capellæ, vel aliquem de Canonicis ipſius, per Decanum, nec etiam Cancellarium. Præterea ſtatuit idem pater meus, & poſteritati ſuæ in perpetuum mandauit, vt quàm citò quis principatum Ducatus ſuſciperet, ſtatim tamquam felix actuum ſuorum inicium, adeat Eccleſiam ſuam, & conſortium ſpiritale Canonicorum recipiat, fidelitatem eis & ſtatuta præſentis ſcripti patris mei ſe ſeruaturum iuret, ſingulos Canonicos in ſignum fraternitatis & in oſculum ſanctum recipiat, tam illos quàm res illorum in ſpeciale tutamen amplectens. Hoc ipſum Duciſſa in initio ſuæ promotionis, quàm citò fuerit Diuione, faciat. Hæc omnia ego plenè, fideliter & deuotè pro parte mea executus ſum. Hoc idem vt faciant poſteri mei, mandans, ratumque habens, & confirmans ſcripto meo quicquid pater meus ſcripto ſuo ſtatuit. Quicumque ergo Diuione remanenciam facere voluerit, niſi proprius homo Ducis fuerit, ſuper eos licitè poterit remanere. Actum eſt hoc anno incarnati Verbi milleſimo ducen- Année
teſimo primo, menſe Septembris. Igitur, ego prænominatus *Hugo* Dux Bur- 1201.
gundiæ, prænominati patris mei piis inhærere volens veſtigiis, quàm citò principatum Ducatus ſuſcepi, ſtatim, tamquam felix actuum meorum inicium, adij Eccleſiam meam, Capellam videlicet antedictam, & conſortium ſpiritale Canonicorum recepi, fidelitatem eis & ſtatuta præſentis ſcripti patris mei me ſeruaturum iuraui. Singulos Canonicos in ſignum fraternitatis & in oſculum ſanctum recepi, tam illos, quàm res illorum in ſpeciale tutamen amplectens. Hæc omnia ego plenè, fideliter & deuotè pro parte mea executus ſum. Hoc idem vt faciant poſteri mei mandans, ratumque habens, & confirmans ſcripto meo, quicquid pater meus ſcripto ſuo ſtatuit. Præterea ſciendum eſt, quòd *Robertus* Decanus, & totum capitulum prædictæ Capellæ, quittauerunt attractum ſuperiùs nominatum, & pro illa quitatione, dedit eis in perpetuum *Odo* pater meus, bannum ſuum vitorum Diuionenſium, & alios redditus, ſicut in carta dicti patris mei continetur. Actum anno Domini milleſimo du- Année
centeſimo viceſimo octauo, menſe Februarij. 1228.

Confirmation des priuileges de la Sainte Chapelle de Diion.

R. ſeruus Crucis Chriſti, diuina miſeratione, tituli ſancti Stephani in Monte Cælio presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, dilecto filio, Decano Capellæ illuſtris Ducis Burgundiæ apud Diuionem extructæ, in ſalutis auctore ſalutem. Cùm Eccleſia tua Sedi Apoſtolicæ nullo medio ſit ſubiecta, tanto neceſſitatibus eius ſpecialiùs volumus & debemus adeſſe, quanto ſingularius nobis & Eccleſiæ Romanæ tenetur. Vt igitur adminiſtrationi tuæ quietius vacare debeas, & Eccleſiæ tuæ bona in maiori ſecuritate ſeruare, auctoritate tibi præſentium indulgemus, vt in quoſcumque malefactores Eccleſiæ, tuæ tam Clericos quàm Laicos, niſi ſi qui fortè eminenti dignitate præfulgeant, poſtquam legitimè commoniti noluerint ab Eccleſiæ tuæ inquietatione ceſſare, liceat tibi excomunicationis interdicti ſcientiam promulgare, &

tamdiu in eadem sententia firmiter detinere, donec & damna illata restituant, & ad mandatum Ecclesiæ tuæ cum humilitate debita reuertantur. Cæterùm, quia apud Diuionem multa est populorum frequentia, & tantum vnius scholæ regnum ibidem esse dicatur, ne per doctrinæ deffectum Clerici ignorantiæ tenebris inuoluantur, liceat tibi auctoritate prædicta, vt iuxta Lateranensis statuta Concilij, viris litteratis & ad hoc idoneis docendi Clericos tribuas liberaliter facultatem, contra doctores quoslibet, Ecclesiastica districtione compescens: ita tamen vt examinationem ipsorum dilecto viro Lingonensi Cantori relinquas; ad quem huiusmodi examinatio dicitur pertinere, excepta examinatione illius qui scholis Ecclesiæ tuæ fuerit præponendus; quem examinari & institui per te volumus, sicut tibi est de Ecclesiæ tuæ iure concessum. Datum Atrabati, post Calendas Decembris.

La coustume, ou droit de commune, accordé aux habitans de la vile de Beaune.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Nouerint vniuersi præsentes & futuri, quòd ego *Ogo* Dux Burgundiæ, dedi & concessi hominibus *de Belna* communiam habendam in perpetuum, ad formam communiæ Diuionis, salua libertate quam priùs habebant. Infra villam Belnensem, alter alteri secundùm opinionem suam auxiliabitur, & nullatenus patietur, quod aliquis alicui eorum auferat aliquid, vel de rebus suis aliquid capiat. Creditio de pane & vino & aliis victualibus michi fiet Belnæ quindecim diebus: & si infra prædictum terminum credita non reddidero, nichil amplius mi credent, donec credita persoluantur. Si quis sacramentum alicui facere debuerit, & anarramitionem sacramenti in negocium suum se iturum dixerit, propter illud faciendum de itinere suo non remanebit, nec ideò incidet; sed postquam conuenienter submonitus fuerit, sacramentum faciet. Si Archipresbyter Belnensis aliquem implacitauerit, nisi clamor antè venerit, vel forefactum apparuerit, non ei respondebit. Si tamen testem, contra quem accusatus fuerit, se deffendere non possit, habuerit, emendabit. Si aliquis aliquam iniuriam fecerit homini qui hanc communiam iurauerit, & clamor ad Iuratos inde venerit; si ipsum hominem qui iniuriam fecit, capere potuerint, de corpore suo vindictam capient, nisi forefactum emendauerit illi cui illatum fuerit, secundùm iudicium illorum qui communiam custodierint. Et si ille qui forefactum fecerit, ad aliquod receptaculum perrexerit, & homines communiæ ad receptaculum transmiserint, & domino receptaculi, vel Bailliuis illius loci quæstionem fecerint, vt de eorum inimico faciant eis rectitudinem, si facere voluerint rectitudinem, accipient: quòd si facere noluerint, homines communiæ auxiliatores erunt faciendi vindictam de corpore & de pecunia ipsius qui forefactum fecit, & hominum illius receptaculi vbi inimicus eorum erit. Si mercator in istam villam venerit ad mercandum, & aliquis ei aliquid iniuriæ fecerit infra villam, si Iurati clamorem inde audierint, & mercator in ista villa eum inuenerit, homines communiæ ad faciendum vindictam super hoc rectè secundùm opinionem suam auxilium præstabunt, nisi mercator illi de hostibus communiæ fuerit: Et si aliquod receptaculum ille aduersarius perrexerit, si mercator vel Iurati ad ipsum miserint, & ille satisfecerit mercatori secundùm iudicium Iuratorum communiæ, vel probare & ostendere poterit se illud forefactum non fecisse communiæ, sufficiet. Quòd si facere noluerit, si postmodum infra villam Belnensem capi poterit, de eo vindictam facient Iurati. Nemo per me, & Senescallum meum poterit conducere in villa Belnense hominem qui forefactum fecerit homini qui hanc communiam iurauerit, nisi forefactum emendare venerit secundùm iudicium illorum qui communiam seruant. Pecuniam illam, quam homines crediderunt qui sunt de communia, antequam communiam iurassent, si habere non poterunt, postquam inde iustum clamorem fecerint, querant quoquomodo possint quod creditam pecuniam rehabeant. Pro illa verò

pecunia quam crediderunt postquam communiam iurauerant, nullum hominem capient, nisi sit debitor vel fideiussor. Si extraneus homo panem suum vel vinum in villam Belnensem, causa securitatis adduxerit, si postea inter dominum ipsius & homines communiæ discordia emerserit, quindecin dies habebit vendendi panem & vinum in eadem villa, & defferendi nummos, & aliam pecuniam suam, præter panem & vinum, nisi forefactum fecerit, vel fuerit cum illis qui forefactum fecerunt. Nemo de villa prædicta, qui hanc communiam iurauerit, credet pecuniam suam vel accommodabit hostibus communiæ, quamdiu guerra durabit: & si quis probatus fuerit aliquid credidisse hostibus communiæ, iustitia de eo fiet ad iudicium Iuratorum communiæ. Si aliquando homines communiæ contra hostes suos exierint, nullus de communia loquetur cum hostibus communiæ, nisi licentia custodum communiæ. Adhuc homines statuti iurabunt, quod neminem propter amorem, seu propter odium, deportabuntur vel grauabuntur, & quòd rectum iudicium facient secundùm suam æstimationem Omnes alij iurabunt, quòd id iudicium quod prædicti super eos facient, & patientur & concedent, nisi probare poterunt quod de censu proprio persoluere nequeunt. Vniuersi homines Belnenses, in cuiuscumque territorio morentur, communiam iurent. Qui non iurare voluerit, illi qui iurauerunt, de domo ipsius & de pecunia eius iustitiam facient. Si quis autem de communia aliquid forefecerit, & per Iuratos emendare noluerit, homines communiæ exinde facient iustitiam. Si quis ad sonum factum pro congreganda communia non venerit, duodecin denarios emendabit. Nullus infra villam Belnensem aliquem potest capere, nisi Maior & Iurati, quandiu de eo iustitiam facere voluerint. Si quis de communia, vel ipsa communia, mi aliquid forefecerint, oportebit vt in Curia sanctæ Mariæ veniat, & ego per Maiorem communiæ ad iudicium Iuratorum iustitiam de eo vel de ea capiam, nec eos extra prædictam Curiam vel placitare, vel cartam monstrare compellere non potero. Si aliquis fregerit bannum vindemiarum, emendatio erit super Maiorem & super Iuratos, & emendatio illa erit mea. Si autem dissentio aliqua postmodum emiserit, scilicet de iudicio faciendo, siue de aliquo quod non sit in hac carta prænominatum, secundùm cognitionem & testimonium Iuratorum communiæ Diuionensis emendabitur, nec perinde in me forefecisse reputabitur. De iustitia verò & forefactis meis ita statutum est. De sanguine violenter facto si clamor exinde fiat, & probatio, septem solidis emendabitur, & vulneratus habebit quindecin solidos. Si compositio de duello ante ictum, vel post, fiat, sexaginta quinque solidis & sex denariis habebo. Si duellum victum fuerit, in dispositione mea erit. De iuisio fiet sicut & de duello. Si homo de communia deprehensus fuerit in furto, & probatus fuerit, in dispositione mea erit de eo. De multro etiam, erit in dispositione mea & arbitrio meo; & qui multrum fecerit, Præposito meo tradetur, si Maior posse inde habuerit, nec de cætero recipietur in communia, nisi de assensu Iuratorum. Infractio castri sexaginta quinque solidis emendabitur. De forefacto fructuum, in dispositione Maioris & Iuratorum erit, nisi de nocte fiat; si verò de nocte fiat, & comprobatum fuerit, sexaginta quinque solidis emendabitur. De raptu, erit in dispositione mea & arbitrio meo. Si mulier tamen inde clamauerit, quod à legitimis hominibus audita fuerit, qui hoc probare possint. Infractio chemini, sexaginta quinque solidis emendabitur. De falsa mensura, septem solidos habebo. Insuper iurabit, quòd de conscientia sua falsam mensuram non habuit; si autem iurare noluerit, sexaginta quinque solidos mi persoluet. Si quis pedagium vel ventas extra villam Belnensem, absque assensu pedagiarij vel ventarij portauerit, sexaginta quinque solidos persoluet, si inde comprobatus fuerit. Sciendum verò, quòd omnia ab hiis quæ in carta continentur, in dispositione Maioris & Iuratorum sunt. Si ego communiam pro exercitu meo submouero, mecum ibunt, vel cum Senescallo meo, infra regnum

Franciæ, secundùm posse suum, rationabiliter, & mecum erunt quadraginta diebus. Si verò aliquod castrum infra Ducatum meum obsedam, tunc erunt mecum per voluntatem meam. Sciendum quòd homines communiæ famulos receptabiles in exercitum meum mittere possunt. Communia potest retinere homines, cuiuscumque territorij sint, in villa, secundùm consuetudines & vsagium patris mei & prædecessorum meorum. Monetam verò meam Diuionensem non possum fortiorem facere, quàm ad legem quinque denariorum. Archiepiscopus verò Lugdunensis, Eduensis, Lingonensis, & Cabilonensis, Episcopi, hanc communiam ad petitionem meam manutenendam promiserunt, taliter quòd si ego, vel alius de quo posse habeam, instituta communia, quæ in præsenti carta continentur, infregerit, ex quo inde ad eos clamor peruenerit, ipsa quoque infractio per Maiorem communiæ, vel per alium, loco Maioris, si Maior ire securè non poterit, per duos alios de Iuratis communiæ, quos Maior iuramento firmauerit esse legitimos, fuerit comprobata Archiepiscopo, & Episcopi vt ipsam infractionem emendam reddendo capitalem, per se vel per suos nuncios infra regnum Franciæ me submouebunt: si verò post submonitionem factam, ipsam fractionem infra quatuordecim dies non emendauero, totam terram meam interdicto supponent, præter Belnam, & vsque ad satisfactionem facient emendari. Et sciendum, quòd filij mei, vel vxor mea, commendatos, vel hominem tailliabilem infra Belnam habere non possunt. Præterea si homo de communia, pro debito meo bene & fideliter cognito captus fuerit, vel aliquid amiserit de redditibus meis Belnensibus, vel de censa, si redditus non sufficiant, redimetur, vel quod amiserit restituetur. Concessi etiam eis, quòd si Præpositus Belnensis accepit aliquid de rebus hominum communiæ, reddet sine omni placito, quantum ille homo probauerit, si legitimus à Maiore communiæ testificatus fuerit. Sciendum etiam, quòd, pro promissione huius communiæ reddent mi vel præposito meo homines mei de hac communia, annuatim, ducentas marchas talis argenti, quale cambitores in nundinis dant & recipiunt, reddendas apud Belnam, ad octauas Omnium Sanctorum centum, & ad octauas Paschæ centum. Sub prænominatis itaque constitutionibus, omnes homines meos, quicumque in scripta communia fuerint, quietos & immunes à taillia in perpetuum esse concedo. Si verò contingeret quòd hoc frangerem, homines de communia possunt ire liberè vbicumque voluerint, & tenere quicquid tenebant. Concessi etiam villæ totum attractum & athaetes quas habui in villa Belnensi, ex quo *G. de Royon* obiit, & quod acquiram, præter hoc quod ipse *G. de Royon* tenebat. Vt autem hoc ratum & inuiolabile permaneat, præfatam communiam iuraui tenendam, & irrestabiliter obseruandam, & sigilli mei impressione muniui, saluo quidem iure meo, & Ecclesiarum, & militum, & saluis omnibus hiis quæ habebant Ecclesiæ & milites in hominibus suis, in tempore patris mei, & ante communiam quam in prædicta villa aliquid iuris habent absque captione hominum. Actum anno Verbi millesimo ducentesimo tertio, *Philippo* Rege Francorum regnante.

Année 1203.

Accord entre le Duc de Bourgogne, & les habitans de Beaune, sur leurs priuileges, & droit de commune, qu'il confirme.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Nos *Robertus* Dux Burgundiæ, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, vel audituris, quòd nos concedimus hominibus nostris communiæ *Belnæ*, vt de ducentis marchis argenti, in quibus singulis annis nobis Ducibus Burgundiæ tenentur, provt in carta communiæ Belnæ continetur, ipsi homines sint liberi & immunes, & de dictis etiam ducentis marchis argenti ipsos homines liberamus, absoluimus, & quittamus, in hunc modum. Quicumque sit de communia prædicta Belnæ, domicilium habens, morans homo noster apud Belnam, habens aut habiturus quoquomodo in bonis valorem seu extimationem sex-

centarum librarum monetæ Turonensis paruæ .... & plus, quantumcumque habeat, aut à quibuscumque personis aquitat, soluet nobis, vel mandato nostro, quolibet anno, duas marchas argenti tantùm, & non plus. Ille autem qui non habebit in bonis valorem seu extimationem sexcentarum librarum Turonensium monetæ prædictæ, descendendo de quibuslibet centum libris dictæ monetæ Turonensis, soluet nobis, vel mandato nostro, quolibet anno, viginti solidos dictæ monetæ Turonensis, & non plus. Qui verò minùs habebit de centum libris dictæ monetæ, secundùm minus descendendo, persoluet secundùm modum extimationis bonorum suorum. Ille verò qui habebit in bonis valorem seu extimationem decem librarum tantùm dictæ monetæ Turonensis, vel minùs, si sit persona quæ possit ex artificio suo victum & vestitum sibi acquirere, soluet nobis, vel mandato nostro, duodecin denarios dictæ monetæ Turonensis, & non plus. Qui soluere vellet duas marchas argenti, iurare valorem seu extimationem rerum suarum vel bonorum suorum non compelletur; sed qui duas marchas argenti soluere noluerit, vel recusauerit, valorem seu extimationem bonorum suorum iurabit in præsentia Maioris & Scabinorum communiæ Belnæ, & mandati nostri, si velit mandatum nostrum interesse. Si Maior & Iurati intelligerint iurantem esse bonæ famæ, credetur eidem iuranti, ex suo simplici solo iuramento, sine alia omni inquisitione vel probatione super hoc facienda. Si verò sinistra suspicio habeatur de iurante, Maior & Scabini inquirent per quinque de vicinis fide dignis, & propinquioribus hinc & inde super hoc iuratis, valorem seu extimationem bonorum eiusdem cuius sinistra suspicio habetur : & si repererint per iuramentum maioris partis dictorum vicinorum, illum cuius sinistra suspicio habetur, habere in bonis maiorem valorem seu extimationem quàm iurauerit, de maiori valore seu extimatione, ille qui iurauit, cuius sinistra suspicio habetur, secundùm formam & modum supradictum, vsque ad dictas duas marchas soluet tantùm, absque pœna vel emenda soluenda vel leuanda. Quicumque motu propriæ voluntatis, mandato nostro concordauerit, alias etiam quàm prædictum est satisfaciendo, volumus & concedimus eos esse quittos, & liberos, & immunes. Maior & Scabini facient præconizari post festum Omnium Sanctorum, quod quicumque sit de communia Belnæ, domicilium habens, morans homo noster apud Belnam, satisfaciat de marchis & pecunia prædictis in terminis statutis, secundùm valorem & extimationem bonorum suorum, ad modum supradictum terminorum, quibus satisfaciet de marchis & pecunia prædictis. Primus erit in octauis festi beati Andreæ Apostoli, in quo satisfiet de medietate; secundus terminus in quindena Paschæ, in quo de alia medietate satisfiet. Maior & Scabini, nollentes satisfacere de pecunia & marchis prædictis secundùm formam & modum prædictum, ad requisitionem mandati nostri, compellent ad satisfaciendum, per bonorum suorum, non corporum, captionem. Si sint aliqui rebelles ad iurandum vel satisfaciendum, vt prædictum est, si mandatum nostrum petat à Maiore & Scabinis eos cogi ad iurandum vel ad satisfaciendum, & Maior & Iurati dicant quod eos commodè cogere non possint, mandatum nostrum petituri eos cogere ex ista causa, absque corporis captione. Ab illis autem qui de pecunia & marchis prædictis, iuxta modum prædictum satisfecerint, vel satisfacere voluerint, neque nos, neque mandatum nostrum possumus, neque Maior, nec Scabini prædicti, possunt vel debent pro illis qui de marchis & pecunia prædictis satisfacere noluerint, aliquid petere, nec cogere pignorare, gaigiare, ad soluendum vel satisfaciendum pro illis qui satisfacere noluerint : tamen ipsi satisfacientes vel satisfacere volentes pro extimatione bonorum suorum, iuxta modum prædictum, pro aliis satisfacere nolentibus minimè teneantur. Filios aut filias, coniugati sint, aut non morantes cum patribus vel matribus, vel aliqua ipsorum; à duabus marchis argenti & pecunia prædictis volumus & concedimus esse quittos, liberos, & immunes. Fratres,

forores, nepotes, neptes, & cæteri descendentes, qui partiti non fuerint vel diuisi, pro vna persona reputabuntur, & vt vna persona duabus marchis argenti & pecunia prædictis satisfacient, iuxta modum prædictum. Si verò prædictæ personæ partitæ & diuisæ fuerint, quamuis insimul moram facient, tenentur ad solutionem marcharum & pecuniarum prædictarum, secundùm formam supradictam. Liberi, fratres, sorores, nepotes, neptes, & cæteri descendentes, existentes in Auoëria, à duabus marchis argenti & pecunia prædictis erunt quitti, & quittè liberi, & liberè immunes, donec sint maiores annis, secundùm patriæ consuetudinem. *Guidonem Balduini dominum Cheruy*, & semper vnum ex hæredibus suis & hæredum suorum perpetuò descendentem, pro vna marcha argenti, quolibet anno nobis vel mandato nostro soluenda, & *Girardum Flaubart* pro nichilo soluendo, & suos hæredes perpetuò. *Parisetum Boleran*, quandiu viuet, pro nichilo soluendo. Relictam magistri *Iacobi Apothecarij*, quandiu viuet, solummodo pro quinque solidis, quolibet anno, per cursum vitæ suæ persoluendum. Et *Remigium Reuenditorem*, quandiu viuet solummodo, pro nichilo soluendo. Pro carreriis Belnæ refurandis, à duabus marchis argenti & pecunia prædictis volumus & concedimus esse liberos & immunes. Pignora vel gaigia quæ Maior & Scabini Belnæ capient, seu capi facient ab illis qui de duabus marchis argenti vel de pecunia prædictis non satisfecerint, postquam mandato nostro tradita fuerint, per octo dies continuos seruabuntur, antequam vendantur. Dolia & cupæ in extimationem bonorum computabuntur, & omnia vtensilia hospitij, quæcumque sint, & vestes consutæ, in valore seu extimatione bonorum non computabuntur, neque reputabuntur. Vestes emptæ vt reuendentur, & vtensilia hospitiorum, quæ habentur ad opus hospitum suscipiendorum, in valore seu extimatione bonorum reputabuntur & computabuntur. Quicumque sit Maior communiæ Belnæ, in anno seu annis sui regiminis ipsum à duabus marchis argenti & pecunia prædictis quittamus, volumus & concedimus esse exceptum, liberum & immunem. Nos, vel Dux Burgundiæ, vel quicumque successor, nostri seu alij causam habentes, per nos vel per alium petere non poterimus ab hominibus communiæ Belnæ prædictas ducentas marchas argenti, quæ per conuentiones prædictas duarum marcharum argenti & pecuniæ prædictarum per extimationem bonorum iuxta modum prædictum quittæ sint & remissæ, & contenta in prædictis conuentionibus ex eadem causa debentur, ex qua prædictæ ducentæ marchæ debentur. Homines communiæ Belnæ huc existentes de communia, seu recedentes à communia, & de communia non existentes, volumus & concedimus à satisfactione & aprobatione satisfactionis super duabus marchis argenti & pecunia prædictis esse quittos, liberos & immunes, nisi de anno vltimo in quo ab eis satisfactionis probatum exigetur. Homines communiæ Belnæ recedentes à Belna, vbicumque se transferant vel morentur, tenebunt & habebunt bona sua omnia & singula, vbicumque sint sita, & de dictis bonis suis omnibus suam poterunt facere plenariam voluntatem, tam liberè quàm ante conuentiones quæ in istis litteris continentur, & ante confectionem præsentium litterarum ea tenere poterunt vel debebunt; ita quod per hoc iuri nostro nullum præiudicium auferatur, & dictis hominibus nichil conqueratur, præter id quod suprà est expressum de duabus marchis argenti & aliis summis prædictis; pro quibus secundùm modum prædictum ducentæ marchæ quæ nobis ante præsentis litteræ confectionem ab hominibus nostris Belnensibus debebantur, remissæ sunt & quittatæ. Si quid iuris, rationis vel actionis sit acquisitum prædictis hominibus, ex facto nostro vel prædecessorum nostrorum, vel aliquis ipsorum, vel aliqua alia ratione qualitercumque, secundùm tenorem instrumentorum suorum litterarumque suarum, aut alias, volumus & concedimus eisdem hominibus esse saluum, litteris præsentibus nonobstantibus & conuentionibus prænotatis. Maior & Scabini communiæ Belnæ, pro negotiis

dictæ communiæ villæ Belnæ poterunt imponere aut inducere hominibus prædictis communiæ villæ Belnæ, & leuare à dictis hominibus quantamcumque summam pecuniæ voluerint, & quamcumque viderint expedire; & si ad iactus dictorum negotiorum dictæ communiæ villæ Belnæ faciendos mandatum nostrum interesse voluerint, intererit in hoc socius, tanquam vnum de Scabinis villæ Belnæ, & iurabit super sancta Dei Euangelia, quòd in dictis iactibus dictarum missionum faciendis bene & fideliter se habebit. Et sciendum est, quod virtute huiusmodi litteræ, vel eorum qui in præsenti littera continentur, super homines prædictos vel super bona sua, siue ratione possessionis, siue proprietatis vel receptionis pecuniæ, aut marcharum prædictarum, exigere non possumus, nec dicti homines super nos, nec reclamare plùs iuris aut rationis, quàm poteramus & debebamus ante præsentem litteræ confectionem, vel perfectionem eorum quæ in præsenti littera continentur; omnibus tamen punctis & articulis præsentis litteræ durantibus in sui roboris firmitate. Promittimus insuper, pro nobis & nostris hæredibus & successoribus nostris, & causam à nobis habentibus, per stipulationem legitimam & solemnem, & per iuramentum nostrum super sancta Dei Euangelia corporaliter præstitum, omnia priuilegia & omnes libertates generaliter aut specialiter, à prædecessoribus nostris, aut à nobis, vel à quibuscumque, dictis hominibus concessis, & concessa inuiolabiter obseruare. Volumus quod vsus & consuetudines rationabiles prædictæ communiæ, ac hominum prædictorum, nullo modo refringi per ea quæ in præsenti littera continentur; ita quod per hoc iuri nostro nullum præiudicium auferatur, & dictis hominibus nichil noui quæratur, præter id quod super est expressum, quod de duabus marchis argenti & aliis summis prædictis, pro quibus, secundùm modum prædictum, ducentæ marchæ, quæ nobis ante confectionem præsentis litteræ ab hominibus nostris Belnæ debebantur, remissæ scilicet & quittatæ. Obligantes nos, & nostros hæredes, & successores, & causam à nobis habentes, per nostrum iam præstitum iuramentum, ad omnia singula supradicta, ac si specialiter essent innumerata proposita, & ita firmiter tenenda, & in perpetuum inuiolabiliter obseruanda, & in nullo contrauenire promittimus, per nos vel per alium, vt nunc contrauenire volenti in aliquo consentire verbo, signo, vel facto, seu consensu, tacitè, vel expresè, aut modo alio qualicumque vel quocumque. Volentes & concedentes, quod si aliqua contrarietas, repugnantia, dubietas, oscuritas, aut duplicitas inueniatur aut reperiatur, quocumque modo & quocumque tempore, in priuilegiis, instrumentis, litteris, & cartis dictæ communiæ Belnæ, ex qua in dictis priuilegiis, instrumentis, litteris & cartis, siue antica vel noua sunt, & continentur & exponentur, secundùm quod melius & vtilius poterunt intelligi, rationabiliter ad vtilitatem dictæ communiæ & hominum prædictorum, ac exponi. Renuntiamus siquidem in hoc facto, ex certa scientia, per iuramentum prædictum, exceptioni doli mali, læsionis, vel deceptionis. In factum, omnium actionum .... nobis & nostris hæredibus siue successoribus vel à nobis causam habentibus, quantum ad reuocandum prædicta vel aliquid de prædictis competenti vel in futurum competitur, implorantes Iudicis officij & Prælati constitutioni præsenti vtroque, & omni auxilio totius iuris canonici & ciuilis, & omnibus exceptionibus, iuribus, rationibus, allegationibus, deffensionibus totius iuris & facti, & aliis quibuscumque, quæ contra præsens instrumentum vel factum possent obiici vel opponi, & iuridicenti generalem renuntiationem non valere. In quorum omnium testimonium & munimen perpetuum, litteris istis sigillum nostrum duximus apponendum. Actum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio, mense Decembris, *Philippo* Rege Francorum nunc regnante. Année 1283.

Autre accord & convention au suiet de ladite commune.

IN nomine Domini, Amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo octogesimo tertio, mense Decembris, nos *Hugo de Pomarco*, Maior, *Guido Ionis*, *Guido Bauduini* iuuenis, *Hugo Scanbitor*, *Perrallus Tnglote*, *Renaudus Percherij*, *Iohannes Scanbellam*, Scabini & communia Belnæ, notum facimus omnibus præsentes litteras inspecturis vel audituris, quòd cùm dominus noster karissimus *Robertus* Dux Burgundiæ, ex sua mera & liberali gratia nobis concesserit, quod de ducentis marchis argenti, in quibus singulis annis tenebamur, ipsi domino Duci Burgundiæ, prout in carta continetur, nos & nostri successores perpetuò sumus quitti, liberi & immunes in hunc modum, quod quicumque sit de communia Belnæ, domicilium habens, morans homo dicti domini Ducis apud Belnam, habitans aut habitaturus quoquomodo, in bonis valorem seu extimationem sexcentarum librarum Turonensium monetæ paruæ, vel plus, quantumcumque habeat, aut à quibuscumque personis acquirat, soluet ipsi domino Duci, vel mandato suo, duas marchas argenti tantùm, & non plus: Et ille qui non habebit valorem seu extimationem sexcentarum librarum Turonensium monetæ paruæ, descendendo de quolibet centum dictæ monetæ Turonensis, soluet sibi, vel mandato suo, quolibet anno, viginti solidos dictæ monetæ Turonensis, & non plus. Si verò minùs de centum libris Turonensibus descendendo minùs soluet, secundùm modum quod in quadam littera quæ à dicto domino Duce habemus, pleniùs continetur. Nos videntes nostram communiam ex pluribus & arduis debitis honoratam, quæ, prout debentur ad præsens, non possumus sine maximo damno dictæ communiæ persolui neque reddi, vnanimiter & concorditer agimus & tractamus cum domino Duce prædicto, in hunc modum. Quod dictus dominus Dux tenetur soluere pro nobis *Petro Nicon* Burgensi Chinij nonagintas & sexaginta libras Turonenses, & *Danieli Tsaardi* ciui Astensi occies viginti & tresdecin libras Turonenses, per terminos supra hoc statutos & præfissos, & quandiu viuet Magister *Iohannes de Lugduno*, Clericus ipsius domini Ducis, eidem Magistro Iohanni, quandiu idem Magister Iohannes vixerit, singulis annis centum libras Turonenses, & nos & nostros hæredes de eisdem acquittare & indemnis modis omnibus obseruare. Nos eidem domino Duci concedimus, ratione dictæ gratiæ, & debitorum quorum persoluet supradicta, quod istud abonimentum vsque ad annos septem proximos & continuè venturos, qui incipient in octauis festi beati Andreæ Apostoli, qui erit anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, dicto domino Duci duplicetur, & duplum eidem persoluatur ab omnibus suis morantibus apud Belnam, saluo nobis & superuenientibus in villa Belnæ, quod superuenientes de duplo istius abonamenti nichil soluent, imò sint quitti & liberi pro simplici persoluendo, videlicet pro quolibet centum libris Turonensibus, pro viginti solidis Turonensibus, & de plus ascendendo vsque ad duas marchas quæ non possunt excedi, & diminuendo de minori numero minùs, secundùm quod in carta quam habemus à domino Duce supradicta, continetur. Exceptis illis qui conuenerunt nobiscum de relicta soluenda; & illis cum quibus tenerimus de nichil soluendo, qui super abonamento isto se transibunt secundùm quod in litteris quas à dicto domino Duce habemus, continetur, & saluo nobis & nostris successoribus & hæredibus, quod dictis septem annis elapsis quòd nos & nostri hæredes & successores, de dicto duplo perpetuò simus quitti, liberi penitus, & immunes, & quod præsens instrumentum, nobis, neque successoribus nostris non possit præiudicium generare, & quòd propter hoc instrumentum, dominus Dux, neque sui hæredes siue causam ab ipso habentes, super nos neque super nostros hæredes, neque successores nostros, super bona nostra aliquid iuris siue proprietatis, possessionis, aut saisinæ, siue receptionis marcharum & pecuniæ prædictarum, non possint

possint reclamare, & quòd omnes aliæ litteræ nostræ, libertates, & franchisiæ, in sui roboris perpetua permaneant firmitate. In quorum omnium testimonium & munimen litteris istis sigillum dictæ communiæ duximus apponendum. Datum anno & mense prædictis. Année 1284.

NOs *Robertus* Dux Burgundiæ, notum facimus omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd nos iurauimus bona fide seruare communiam Belnensem in franchisia & bonis consuetudinibus, sicut in carta bonæ memoriæ *Odonis* Ducis Burgundiæ aui nostri pleniùs continetur. In cuius rei testimonium & munimen perpetuum litteris istis sigillum nostrum duximus apponendum. Actum anno Domini 1295. mensis Octobris. Confirmation de ladite commune. Année 1295.

ROBERTVS Dei gratiâ primæ Lugdunensis Ecclesiæ Archiepiscopus, vniuersis præsentes litteras inspecturis, æternam in domino salutem. Noueritis, quòd nos ad petitionem & instantiam dilecti consanguinei nostri *Hugonis* Ducis Burgundiæ, promisimus, & tenemur hominibus eiusdem villæ Belnensis, quòd si idem Dux, per se vel per alium resilierit à libertate marcharum argenti, quam ipse dedit & concessit eisdem hominibus villæ Belnensis, & hæredibus eorum in perpetuum, & si resilierit à pactionibus quæ in carta exinde confecta continentur pleniùs, sigillo eiusdem Ducis sigillata, & dictis hominibus tradita, in anno Domini 1232. nos vsque dum ad libertatem prædictam tenendam, & ad alias pactiones cartæ suæ tenendas & obseruandas redierit, & damna eisdem hominibus exinde facta integraliter restituerit, terram suam & homines suos, vbicumque sint, in nostra prouincia, præter villam Belnensem, in defectum suffraganeorum nostrorum, quorum litteras super iisdem pactionibus penes se habent, sicut intelleximus homines Belnæ prædicti, districto supponemus interdicto, & faciemus firmiter obseruari præmissa, competenti monitione. Et hoc faciemus, quotiescumque clamor dictorum hominum super resultu dicti Ducis ad nos peruenerit, aut per certum mandatum ipsorum nobis fuerit nunciatum; quibus hominibus, vel eui certo mandato credemus, & de resultu eiusdem Ducis per suum proprium sacramentum. In cuius rei testimonium præsentes litteras sigillo nostro duximus roborandas. Datum anno Domini 1232. Année 1232.

EGo *Odo* Dux Burgundiæ, notum facio præsentibus & futuris, me dedisse, & in perpetuum concessisse hominibus meis Belnensibus, Bannum, quem tempore vindemiarum in vineis Belnensibus habebam. Quod vt ratum habeatur, præsens scriptum sigillo meo confirmaui. Actum anno Domini 1210. in Decembri. Don du Ban des vendanges aux habitans de Beaune. Année 1210.

PHELIPPE par la grace de Dieu *Duc de Bourgoingne*, de Lothier, de Brabant, & de Lembourg, Comte de Flandres, d'Artois, de Bourgoingne, Palatin de Haynau, de Hollande, de Zellande, & de Namur, Marquis du saint Empire, Seigneur de Frise, de Salins, & de Malines : A tous ceux qui ces presentes lettres verront, salut. Comme certaine cause & procés se fussent n'agueres meus pardeuant nos amez & feaux les Commissaires par nous ordonnez à la reformation de nos pays de Bourgoingne, entre nostre Procureur, demandeur & complaignant, d'vne part; & les Maieur, Escheuins, Clercs mariez, manans & habitans de nostre ville de Beaune, defendeurs & opposans d'autre part; sur ce que nostredit Procureur disoit, que à cause de Iugement du Duc de Bourgogne, en interpretation des priuileges de la ville de Beaune.

EGo frater *Vuillelmus Abbas monasterij in Argona*, omnibus præsentem paginam inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus vniuersis, quòd cùm pro morte *Rocelini* cognomento *Petith*, & filij eius, inter Iohannem *Blanchart*, & *Haimnardum*, & amicos eorum, ex vna parte, & *Bocheriam*, & *Iohannem* fratrem eius, & nepotes eorum, *Andream* scilicet & *Iohannem*, ex altera parte letalis discordia haberetur, ex vtraque parte in me pro pace reformanda compromiserunt, sub iureiurando concedentes, quod quicquid pro reformatione pacis diceremus & statueremus, firmiter obseruarent. Nos ergo statuimus, & sub præstito iusiurando præcipimus, vt *Albericus* filius *Haimnardi*, ducat in vxorem *Haruiz* filiam *Rocelini* defuncti; cui *Acelina* mater eius, campum qui fuit Adam de Senarth, extra partem perpetuò possidendum pro veste donabit. Prædictus verò Iohannes *Blanchart*, campum quem tenet apud *Rumenual*, & campum qui fuit tricet, iuxta viam de Conthaut, & vuageriam prati *Iohannis Lesfegnon* eidem *Aruiz* in perpetuam possessionem donabit. Si autem hæc donatio in pignus fuerit obligata, Blanchardo præcipimus, vt vsque ad festum sancti Remigij eam redimat & acquittet, vel summam denariorum quos super hac debet, det Arui supradictæ. Quæ Aruiz, si sine prole decesserit, prædictus campus Adam de Senart, & tota donatio Iohannis Blanchart, hæredibus ipsius Aruiz in hæreditate perpetua remanebunt. Si verò prædicta Acelina decesserit, & Aruiz superstes in patrimonio suo voluerit percipere portionem, solam donationem Iohannis Blanchart referet ei in commune. *Marsimila* quoque *Alberico* filio suo tres iornales terræ arabilis, qui sunt ad Lamascle, & vnum iornalem ad Lachiuerue iuxta campum *Roberti Nigri*, extra partem fratrum & sororum suarum in perpetuam possessionem donabit. Istos autem quatuor iornales Aruiz sæpedicta & liberi eius iure hæreditario perpetuò possidebunt. Quod si ipsa sine prole decesserit, statim postquam hæc ipsa Aruiz obierit, eosdem quatuor iornales hæredes illius iure hæreditario perhenniter possidebunt. Item statuimus, quòd *Morellus* & *Marsimilla* vxor eius, prædictos Albericum scilicet & Aruiz, si tamen idem pueri voluerint, à festo sanctæ Agathæ vsque ad duos annos secum habeant, eis in victu & vestitu benignissimè prouidentes. Interim autem prædicti Morellus & Marsimilla, de quatuor prætscriptis iornalibus, & de portione hæreditatis quæ ipsum Albericum contingit, prouentus percipient. Presbyter verò de sancto Medardo, quicumque fuerit, & *Vuido* Maior, & Bocherianz de Campo, Adam de Senart, & de tota donatione Iohannis Blanchart prouentus percipient multiplicandos, & ad prædictorum puerorum singulare commodum reseruandos. Statuimus etiam, quòd *Drogo Grauteri* det Iohannæ vxori Andreæ filij sui, tres iornales terræ in perpetuam possessionem ipsius Iohannæ & liberorum eius, vel hæredum ipsius, si contigerit eam liberos non habere. Istorum autem trium iornalium vnus erit in frumento, alius in Tremesio, tertius in Versatura: quos iornales Drogo præfatus, ab hac die vsque ad VII. annos, prout cultus terræ

exegerit, arabit. Iohannes verò, pater supradictæ Iohannæ, semen de proprio ministrabit, & totidem annis, id est septem, pro sustentanda penes se filia sua, fructus prædictorum trium iornalium percipiet & habebit : finitis autem septem annis, memorata Iohanna ad virum suum reuertetur. Hæc omnia firmiter obseruare iurauerunt ex vna parte *Morellus* & *Marsimilla*, *Albericus* & *Fredericus Blanchartz*, & *Obins Drogo*, & *Maria*. Ex altera verò parte, *Iohannes* & *Botbertarz* fratres, *Iohannes* & *Andreas* fratres, *Henricus Oyssos*, & alij plures de parentela eorum. Si controuersia super hoc dicto inter partes emerserit, ad nos recurrent, & quod à nobis diffinitum fuerit, firmiter obseruabunt. Quæ vt rata permaneant, sigillo nostro præsentem paginam communimus. Actum Année anno Incarnationis dominicæ millesimo ducentesimo sexto. 1206.

EGO *Galterus* Abbas sancti Vrbani, & Procurator Tullensis Episcopatus, notum facio tam præsentibus quàm futuris, quòd *Garnerus* miles *de Leschetiis*, laude & assensu *Guidonis* filij sui, & *Vuiteri* alterius filij, & *Margaretæ* filiæ suæ, contulit in eleemosynam domui de Ruz, octo familias hominum apud Ruz, duabus ex eius filiabus in cœnobio de Ruz susceptis. Quod donum sigilli mei impressione confirmaui, & auctoritate, qua ex parte Domini Papæ fungimur. Omnes qui huius donationis Ecclesiæ de Ruz aliquam violentiam inferre præsumpserint, sub anathemate imponimus. Actum anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo octauo.

Garnerus Miles de Leschetiis, dotat filias suas in cœnobio de Ruz susceptas, de octo familiis hominum apud Ruz, coram Galtero Abbate S. Vrbani. *Ex Ch. Ben.*


NOVERINT vniuersi præsentes litteras inspecturi, quòd nos *Ademarus* Année *Comes Valentinus*, laudamus & confirmamus ea omnia quæ dominus *Vuillelmus de Pictauis*, pater meus, donauerat quondam Deo & Ecclesiæ sancti Ge- 1208. nesij de Monte Mairano ; scilicet decimam per Arzo, & totum hoc quod dominus Vuillelmus prædictus tenet, & alij tenent de ipso, sicut ducit molendinum Gontaireus, & via molendinaria quæ venit desuper comdominam *Guidonis de Monte Mairano*, quæ ferit ad nemus *Vuillelmi Lrautauds*, & vadit directè ad Blacham *Petri de Aina*, & ferit ad viam quæ venit de Castro Vipioni, & vadit versus Castrum Stellæ inter sanctum Christophorum & Filiosam, & reuertitur per Costam Dargensonaua, & Riuariam totam de Gelata, ex vtraque parte, vsque ad locum qui dicitur *Cogollos*, & reuertitur per Riuariam de Luia, & per Eurisas. Et est terra Galdrici *de Bello-Monte*, & est ibi totum Foissancs, & feodum Balastenes, & feudus dictus Pilaz, & vadit directè viam quæ ducit versùs malum Pertuz, & vadit directè per locum qui dicitur Verchape, & ferit ad aquam ad introitum de Charoias, & reuertitur ad terram *Iarentonis Vache* de Trasceis, præter mansum de Colombeir, & terras dictas Chanabas, & de aliis militibus de Castro *Montilij Argerij*, & infra istos terminos supradictos aliæ Ecclesiæ non possint aliquid adquirere per mandamentum castrorum. Sic pro hac confirmatione quam fecimus supradictæ Ecclesiæ de Monte Mairano, habuimus à Priore prædictæ Ecclesiæ xx. solidos Viennennensium, quos numerauimus, & exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciamus : & promittimus, quod in omnibus prædictis contra nullatenus veniamus aliqua ratione legis, canonis, consuetudinis, vel vsus. Actum est hoc apud *Castrum Vpiani*, sursum in Curia. Testes ad hoc vocati fuerunt *Iohannes Neueuers*, *P. d'Vrre*, *Vuillelmus Batulus*, *Iohannes* frater eius, P. *Saluani*, & multi alij. Et ad maioris roboris firmitatem, præsentem cartam nos Ademarus prædictus Comes Valentinus, sigilli nostri munimine iussimus roborari.

Ademarus Comes Valentinus confirmat omnia quæ Vuillelmus de Pictauis pater eius donauerat Ecclesiæ S. Genesij de Monte Mairano. *Ex eodem Chartul.*

Ademarus Pictauiensis Comes, donat Vuillelmam Baiulam, de ceteris rebus, quæ suscipitur monacha in monastrio S. Genesij de Monte Mairano.

NE res gesta deficiat processu temporis, inprimis antiqui consueuerunt, ea quæ firmiter in perpetuum debent teneri & obseruari, litterarum memoriæ fideliter commendari. Eapropter, nouerint vniuersi, quòd ego *Ademarus Pictauiensis* Comes Valentini, amore Dei, & intuitu pietatis & nomine, pro *Vuillelma Baiula*, quam B. Prior pro sorore & monacha recepit, dono atque concedo Deo, atque B. Mariæ, & monasterio sancti Genesij de Monte Mairano, terram de Foissane, quam prædicta Vuillelma à nobis tenebat, & terram de Columba, quàm *Pontius Geurants* possidebat; scilicet XII. nummos censuales annuatim, & vnam gallinam, & totum dominium, & VII. nummos, quos donabant *Martinus Seusia*, & *Foucherius*, de terra & vinea quæ est iuxta vineam Prioris, & quartam & dominium, & cum *Iohanne Gonterio* III. nummos, & quartam & dominium de vinea sua. Et hoc donum à me & ab omnibus successoribus meis sine omni vsatico & omni appellatione remota, dono, & laudo præfato Priori, & prædictæ domui, & omnibus in ea habitantibus perpetuò habendum & liberè possidendum, sicut melius dici vel intelligi potest ab aliquo. Actum est anno ab Incarnatione Domini M. CC. VIII. mense Iunij, in domo *Acamui* Iudæi de Stella. Testibus Auocatis *Gar. de Mirab.* *Iohannes Reneuis*, Bernardus *Lambertus*, Vuillelmus *Baiulus* Dupia, & alij quamplures. Petrus *Guig.* Notarius, qui hanc cartam scripsit. Et ne huius rei veritas ab aliquo dubitetur, & in perpetuum firmiter teneatur, mandato domini *Ademari* prædicti sigillauit.

Année 1208.



Renaudus miles de Linceio, concedit tres modios segetis in eleemosynam Ecclesiæ de Ruth, in decima de Auxecort percipiendos. *Ex Ch. Ben.*

EGO *Theobaldus Comes Barri*, & Luceburgis, omnibus Kristo fidelibus, præsentibus & futuris, ad quos præsentes litteræ peruenerint, notum facio, quòd *Renaudus* miles *de Linceio*, tres modios segetis, cuius media pars sit frumenti, & altera auenæ, quàm pater suus & mater sua Ecclesiæ *de Ruth*, in eleemosynam contulerunt, in decima sua de *Auxecort*, laude fratrum & hæredum suorum, annuatim in perpetuum percipiendos adsignauit: & illa decima de suo & alodio. Et ego, vt eleemosyna sic collata firma sit & stabilis, & ne quis huic bono operi velit contraire, sed Ecclesia prædicta pacifica gaudeat possessione, præsentem paginam, ad preces ipsius Renaudi & fratrum suorum, sigilli mei impressione confirmaui, anno Verbi incarnati M CC. VIII. VI. Kl. Nouembris.

Année 1208.

Odo Dux Burgundiæ, pro damnis

EGO *Odo Dux Burgundiæ*, omnibus notum facio, quòd pro dampnis quæ aliquando seruientes mei intulerant Ecclesiæ sancti Benigni, Diuionis, & pro remedio animæ meæ, & pro anniuersario meo in eadem Ecclesia instituendo,

concessi Abbati & conuentui ipsius Ecclesiæ, mille libras Diuionensium; de quibus eos acquittare faciam, erga vnum de creditoribus eorum, de quo inter me & Abbatem conuenerit, vsque ad instans caput Quadragesimæ, & Episcopum Lingonensem hac acquittationem manu tenere faciam. In recompensationem etiam Montis de Talent, saluo iure Prioratus eiusdem montis, acquittaui eis Gextum quod habebam in villa sancti Apollinaris; ita, quod nullus qui mansum teneat in eadem villa, quocumque diuerterit, euitare possit quin Abbati de Gexto satisfaciat. Præcipio autem Præpositis, vt homines alterius dominij qui in eadem villa tenuerint, & cum Abbate de Gexto componere noluerint, eos ad satisfaciendum Abbati de Gexto, mea potestate compellant. Concesserunt autem mihi Abbas & conuentus, quòd in vita mea celebrabitur quotidie Missa vna de Spiritu sancto, & post decessum meum Missa vna cottidie pro defunctis. In huius rei testimonium, præsentes litteras sigillo meo munitas ipsis tradidi. Actum est hoc mense Nouembri, anno Domini M. CC. VIII.

quæ seruientes sui mutuerant Ecclesiæ S. Benigni, concedit mille libras Diuionensium: & in recompensationem Montis de Talent, dat Gextum in villa sancti Apollinaris.

Année 1208.

EGo *Odo* Dux Burgundiæ, notum facio vniuersis, quòd in recompensationem Montis de Talent, acquittaui Abbati & conuentui sancti Benigni Diuionensis, Gextum quod habebam in villa sancti Apollinaris; ita quòd nullus qui mansum teneat in eadem villa, quocumque diuerterit, euitare possit quin Abbati satisfaciat de Gexto. Præcipio autem Præpositis meis, vt homines alterius dominij qui in eadem villa mansum tenuerint, & cum Abbate de Gexto componere noluerint, eos ad satisfaciendum eis super hoc mea potestate compellant. Ob reuerentiam verò & amorem præfati martyris Khristi, Benigni, volo & præcipio, vt in iam dicto Monte Prioratus vnus construatur, & nulli alij Clerici, vel alterius religionis viri, illuc inducantur, nisi quos prædicti Abbas & conuentus instituerint. Sed Prior & monachi ibidem manentes, habeant omnes, Ecclesias, capellas, & altaria eiusdem montis, & omnes furnos qui in eo construentur: hoc excepto, quòd si Dux aut Ducissa ibi fuerint, Capellanus eorum habebit oblationes ad Missam suam venientes, & tunc in earum oblationum recompensatione, Prior aut monachi illic manentes habebunt vnam præbendam integram in pane, vino, & coquina, de mensa Ducis aut Ducissæ. Habebunt etiam in eodem monte quattuor homines & totidem mansos, liberos & immunes ab omni taillia, exactione, & iusticia Ducis & ministralium suorum; & in mercato, & in omnibus costumis & vsuariis ad Ducem pertinentibus, gaudebunt ea libertate qua & homines Ducis, qui in ipso monte morabuntur. Quicquid verò iuris & libertatis habebat Ecclesia sæpe fati martyris Benigni extra fossata Castri eiusdem montis, in vineis, terris, aquarumque decursibus, volo & præcipio vt liberè & quietè habeat & possideat. Vt verò ad obseruantiam prædictorum, & amorem iam dictæ Ecclesiæ, ego & mei firmiùs teneamur incitari, concesserunt michi Abbas & conuentus, quòd in vita mea cottidiè celebraretur pro me vna Missa de sancto Spiritu, aut de sancta Maria, & post decessum meum vna Missa pro defunctis. In omnium igitur quæ hic præscripta sunt robur & testimonium, præsentem cartam sigillo meo firmari præcepi. Actum anno Domini M. CC. IX. mense Iunio.

Odo Dux Burgundiæ, in recompensationem Montis de Talent, dat monachis S. Benigni Diuionensis Gextum in villa sancti Apollinaris, & instituit Prioratum in dicta villa de Talent, deseruiendum à monachis S. Benigni, vel eorum mandato.

Année 1209.

EGo *Herueus Comes Niuernensis*, notum fieri volo vniuersis præsentes litteras inspecturis; quòd consentiente M............. Comitissa Niuernensi, vxore mea, quittaui reuerendo domino meo *Odoni Duci Burgundiæ*, Castrum de Grignon, cum appendiciis suis, propter terram quam mi acquittauit & dedit. Acquittauit enim michi totam terram, quam dominus *Radulphus*

Accord entre Herué Comte de Neuers, & Eude Duc de Bourgogne.

de Exoldano tenebat de me, excepto feodo de Monte Falcone. Præterea dedit michi Rubeum Montem, cum pertinentiis suis, & Asnerias, cum appendiciis suis. Et propter commutationem Rubei Montis, dedit *Androino* terram de Lieruais, quam matertera sua tenebat de Yelent, quam *Petrus de Amancia* tenebat, & feodum de Rupe, scilicet Burgum sancti Albani, & quicquid habet G. *de Rupe* in plano & nemoribus extra Lesaierum, & feodum de Aligans, & feodum quod *Renaudus de Edua* tenebat apud Yelent. Nec ego, nec Dux, possumus retinere homines Andreæ commorantes in terra huius commutationis. Præterea donauit trecentas libras Viennenses pro Lieruais firmandis, & Andreas poterit firmare domum de Yelent, & domum de Allen, quam ego firmare cœpi, poterit firmare quam fortem voluerit. Dedit etiam mi dominium, Gardam, & feodum Lamiæ, & quicquid ibi habebat, & ego possum ibidem firmare. Et si ego vel hæredes mei eglisellas firmare voluerimus, nec Dux, nec hæredes sui poterunt contradicere. Et si ego eglisellas firmauero cum alio feodo meo, eas à Duce tenebo. Si autem, quod absit, vxor mea Comitissa Niuernensis sine hærede decesserit, nec ab alia vxore prolem suscepero, quicquid propter commutationem castri de Grignon Dux michi donauit, excepto feodo Rubei Montis, ad ius & ad proprietatem, & ad dominium Ducis integraliter reuertetur. Vt autem hoc ratum sit & inconcussum, præsentem paginam sigillo meo roborari præcepi. Actum apud *Vezeliacum*, anno gratiæ millesimo ducentesimo decimo.

Année 1210.

Accord entre Pierre sire de Rauiers, & Herué Côte de Neuers.

EGo *Petrus dominus Raueriarum*, omnibus notum facio, præsentibus & futuris, quòd *Herueus Comes Niuernensis* dedit omnia quæ habebat apud Rauerias, in feodo & in dominio, & terras arabiles & pratum, quod dominus Raueriarum commutauerat domino Asneriarum; & feodum de Nuis, quòd Matheus de Taleci tenebat de Comite. Tria iugera terræ de Campo Margueti, de qua solebat esse contentio inter dominos Asneriarum, & Raueriarum, & centum libras Pruuinensis monetæ. Propter hæc quidem supradicta, cepi castrum meum Rauerias ab eo, cum toto finagio suo tenendum ab ipso contra omnes gentes. Idem verò Comes non potest homines meos retinere de feodo quod ab ipso teneo, neque Comes qui Niueruis teneat. Iuraui etiam manu propria, quòd eundem de castro meo Raueriis contra omnes homines bona fide iuuabo. Actum apud *Ataers*, anno gratiæ millesimo ducentesimo decimo.

Année 1210.

H. Dominus de Escoz, remittit omnes gagerias, quas tenebat de Ecclesia Bertiniacæ Curtis, coram Lingonensi Episcopo. *Ex Ch. Ben.*

EGo *Vu.* miseratione diuina *Lingonensis Episcopus*, omnibus tam præsentibus quàm futuris notum facio, quòd *H.* dominus *de Escoz*, in præsentia mea constitutus, quittauit Priori & Ecclesiæ Bertiniacæ Curtis sancti Benigni, omnes gagerias, quas de dicta Ecclesia tenebat. Præterea idem H. contulit Deo & dictæ Ecclesiæ, pro remedio animæ suæ & antecessorum suorum, quicquid habebat apud Sumilegum, & ad Chasaux. Actum anno gratiæ M. CC. XI. mense Maio.

Année 1211.

Eudes Duc de Bourgogne renonce au droit de pourvoir aux Prebendes de la

EGo *Odo* Dux Burgundiæ, notum facio præsentibus & futuris, quòd cùm Canonici Capellæ meæ Diuionensis, cum Decano eiusdem Ecclesiæ, ad preces meas & instanciam, ius conferendi præbendas eiusdem Ecclesiæ michi concessissent, videntes imposterum eamdem Ecclesiam damnum maximum posse incurrere, idem ius post decessum meum omnino quitaui eidem Ecclesiæ, nolens, quòd post decessum meum, aliquis successorum aliquod ius vel consuetudinem conferendi præbendas in eadem Ecclesia requirat ex parte mea; saluo tamen quod michi in æternum retinui, donum personagiorum subscri-

ptorum; videlicet tesaurariæ, cautoriæ, & præpositiuæ. Quæ tamen, non nisi Canonicis Ecclesiæ eiusdem conferri possunt. Quod vt ratum habeatur, præsens scriptum sigillo meo confirmaui. Actum anno gratiæ millesimo ducentesimo vndecimo M........ Februarij.

Sainte Chapelle de Dijon. Année 1211.

EGO *Milo Comes Barri*, omnibus notum facio præsentibus & futuris, quòd ego cum carissimo domino meo *H.* illustri *Comite Niuerniæ*, *Alexandra* vxore mea, & *Galcho* filio meo laudantibus & concedentibus, commutaui terram & dominium quæ in terra Poteriarum habebamus, pro terra quam ipse Comes habebat apud Varginiacum & Reborsellum. Et pro illis quæ apud Booliacum ipse Comes habebat, quæ de dicta terra mouebant, ita videlicet quòd ego de dicto Comite, dictam terram, de Varginiaco scilicet, & de Reborsello, & de Booliaco, tenebo, sicut ante de ipso tenebam, dictam terram & dominium quæ in dicta terra Poteriarum habebam. Præterea sciendum est, quòd homines dictæ terræ, de Varginiaco scilicet, & de Reborsello, & de Booliaco, vsagium suum in nemoribus & in aliis habebunt, sicut habebant quando dictus Comes Niuerniæ terram supradictam tenebat. Quòd vt ratum permaneat, præsentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum apud *Maers*, anno gratiæ millesimo ducentesimo tertio decimo.

Charte de Miles Comte de Bar sur Seine. Année 1213.

PHILIPPES *Duc de Bourgoigne*, Comte de Flandres, d'Artois, & de Bourgoigne, Palatin de Salins & de Malignes. Sauoir faisons à tous presens & aduenir, nous auoir fait voir par aucuns des gens de nostre Conseil les Lettres patentes, desquelles les teneurs s'ensuiuent. Ego *Ramaldus* Dei gratiâ *primæ Lugdunensis Archiepiscopus*, & ego *Robertus* eadem gratia *Cabilonensis Episcopus*, notum facimus vniuersis tam præsentibus quam futuris, quòd *Beatrix Comitissa Cabilonensis*, anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo quarto, villam de Buxiaco ea libertate donauit, quàm sequens pagina declarabit, & eandem libertatem in perpetuum fideliter & integrè, præstito iurationis sacramento, vnà cum decem militibus, se seruaturam promisit. Instituit itaque ac sanxiuit, vt vnusquisque focus villæ ad faciendos proprios vsus, veluti faciendi ligna ad cremendum & calefaciendum, domos construendi, & vtensilia præparandi, in nemore quod dicitur Braignatus, liberum cursum habeat, & pacificè deinceps habeat, & quietè. Et ob hanc donationem & liberi cursus in præfato nemore assignationem, habet præscripta Beatrix Comitissa Cabilonis, tam ipsa quàm hæredes sui, in eadem villa, pacificè & quietè, & sine omni contradictione alicuius vel aliquorum, omnibus diebus septimaniæ, præterquam in die Iouis, minagium totum exquitro....... & duas partes furnagij, tam villæ quàm castri, per totam hebdomadam, & Radulphus *de Buxiaco* tertiam partem, nec non & hæredes sui in perpetuum possidebunt. Porro, si ab aliquo habitatorum extra villam vel infra excessus fuerit perpetratus, quatuor homines villæ videant diligenter, & iudicent cui pene patrator excessus debeat subiacere. Quòd si pœna pecuniaria fuerit, ei qui fecit excessus, nominatæ pecuniæ pro excessu soluenda medietas remittatur. Si verò tantus fuerit excessus, quòd in manu quatuor prædictorum satisfacere non possit, in manno & iudicio domini villæ, tam ipse quàm omnia quæ possidet, existant. Si fortè aliquis habitatorum, indigena vel aduenticus fuerit, qui causam cum aliquo de foris habitante habuerit, quandiu per homines villæ iuri stare voluerit, & iuris executioni, ipse eum in iure suo manu teneant, foueant, & deffendant. Quòd si facere noluerit, siue non poterit, vel etiam mansionem villæ permutare voluerit, dominus villæ ipsum cum vniuersis rebus suis palam quoque non voluerit, per integrum spatium vnius diei & noctis vsque ad Ser-

Priuileges accordez aux habitans de Bussy, l'an 1204.

noum-locum perducet. Si dominus villæ expeditionem fecerit, vnaquæque domus vnum hominem mittet, nisi tantæ fuerit paupertatis quòd mittere non possit. Et postquam ad locum destinationis venerit, proprias expensas faciendo per duos dies, si dominus voluerit moram facere, tenetur, & si eos alterius habere voluerit expensas, eis ministrare debet; excepto eo, quod in tantum à Comitatu *Cabilonensi* elongari non debent, quòd ipsa die elongationis ad eundem reuerti non possint. Quicumque præpositus de nouo in eadem villa instituetur, antequam præpositura potestatem habeat, libertatem ac securitatem villæ se seruaturum iurare tenetur. Siquidem, si aliquem habitatorum villæ vel viatorum ægrotantium non habentem hæredes, & sine rerum suarum dispositione ab hac luce migrari contigerit, omnia bona sua, quæcumque in die vel ante horam obitus sui habuerit, dominus villæ confiscabit, & quietè ac pacificè, & sine contradictione qualiber possidebit. Quociescumque dominus villæ venire contingerit, antequam villæ potestatem habeat, libertatem & securitatem villæ, nec non & præscriptas institutiones, vnà cum decem militibus, coram populo, tactis sacrosanctis Euangeliis, se iurauerit seruaturum. Quod si non fecerit, omni iure suo & potestate in eadem villa priuabitur, & Archiepiscopus Lugdunensis, & Episcopus Cabilonensis, terram suam & suorum per mandata subicere tenebuntur, donec ad prædicta omnia effectui mancipanda ad petitionem Burgentium insturatione fecerit sacramentum. Omnia autem venalia villæ credentur domino per integrum spacium vnius mensis, & *Radulpho de Buxiaco*, & hæredibus suis per spatium quatuordecim dierum, fideiussore tamen vel vadio idoneo manumisso. Nec est prætermittendum, quòd Præpositus & Officiales nostri villæ non sunt de hac libertate, imò iuxta voluntatis suæ Præpositum eos poterit cohercere. Hanc igitur conuentionem & libertatem fideliter autque inuiolabiliter obseruandam, se, prædicta Beatrix Comitissa Cabilonis, vnà cum decem militibus, sicut suprascriptum est, tactis sacrosanctis Euangeliis iurauit, & ex eius præcepto *Radulphus de Buxiaco*, & filius eius *Hugo de Iuliaco*, & filius eius *Bernardus de Iuliaco*, & fratres eius *Bertrandus de Lilic*. Et vt hæc omnia rata atque indiscussa permaneant, memorata Beatrix Comitissa Cabilonis sigilli sui, & nos sigillorum nostrorum appositione, præsentem paginam dignum duximus roborari.

Confirmez par Hugues Duc de Bourgogne.

Nos *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd libertatem quam Comitissa Cabilonis, & Comitissa mater eius, contulit & concessit hominibus & villæ de *Buxi*, secundùm cartas quas ab eisdem & antecessoribus nostris habent homines supradicti, bona fide & deuoto animo confirmamus; promittentes eisdem iuramento corforaliter præstito, cum decem militibus nostris, videlicet domino Petro *de Palual*, domino *T. de Saudon*, domino *Vu. de Punte*, domino *BB. de Dornan*, domino Hugone *de Castromorenci*, & quibusdam aliis, prædictam libertatem secundùm prædictas cartas inuiolabiliter obseruare. Datum Cabilonis, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo septimo, mense Augusti.

Année 1237.

Autre confirmation.

Ego *Odo Dux Burgundiæ*, notum facio vniuersis præsentibus atque futuris, quòd ego sum plegius & fideiussor Burgensibus Buxiaci, ex parte Comitissæ Cabilonis, de libertate obseruanda eorumdem & villæ Buxiaci, sicut continetur in carta sigillo Episcopi Cabilonensis & Comitissæ sigillata. Et ad maioris firmitatis robur, sigillum meum cartæ apposui.

Autre confirmation.

Nos *Robertus Dux Burgundiæ*, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd nos libertatem ab antecessoribus nostris concessam hominibus & villæ nostræ de *Buxiaco* en Chaonnois, de modo quod concessa est, secundùm cartam cuiuslibet dicti homines nostri habent à dictis antecessoribus nostris, confirmamus, laudamus, volumus, & etiam approbamus, promittens bona fide, pro nobis & successoribus nostris contra antedictam libertatem nullatenus imposterum venire, nec volumus contrauenire, imò debemus

mus consentire. In eius rei fidem, robur & testimonium, litteris istis sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, mensis Decembris. Année 1284.

Nos *Odo Dux Burgundiæ*, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd nos libertatem ab antecessoribus nostris concessam hominibus & villæ nostræ de *Buxiaco* en Chaonnois, de modo quod concessa est, secundùm cartas quas super has prædictas litteras habent à dictis antecessoribus nostris, confirmamus, laudamus, volumus, & etiam approbamus, promittens bona fide, pro nobis & successoribus nostris, contra dictam libertatem nullatenus imposterum venire, nec contrauenienti alicui consentire. In cuius rei fidem, robur & testimonium, litteris istis sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo octauo, mense Octobris. Année 1318.

Nos *Odo Dux Burgundiæ*, notum facimus vniuersis tam præsentibus quàm futuris, quod nos de gratia speciali volumus, & concedimus habitantibus *Buxiaci*, & habitantibus villagiorum vicemgerentium, & parrochiatus de Buxi, quod quotiescumque contingerit nos cum gratia nostra per mandatum Præpositi nostri Buxiaci qui pro tempore fuerit, facere cornari seu præconisari in villa de Buxiaco, ad aliquam iusticiam faciendam, vel aliquod aliud mandatum nostrum exequendum, quod crietur seu præconisetur de cætero in villagiis prædictis, vel in claribus locis, & in tali modo, quod cria seu præconisatio possit & debeat ad ipsorum habitantium notitiam peruenire, & adoo quod ipsi possint ad tempus interesse ad criam seu præconisationem prædictam, pro iusticia facienda vel alia exequenda: Alioquin volumus & concedimus, quod ipse ad aliquas emendas soluendas nobis vel Præposito nostro communæ teneatur. Item considerantes & attendentes vtilitatem nostram, & commodum ac vtilitatem publicam habitantium *Buxiaci* & villagiarum prædictarum, ac etiam omnium mercatorum, & transeuntium, volumus, præcipimus & ordinamus, quod magnum cheminum quod est de subtus Buxiacum, per quod de Belna apud sanctum Gengulphum, sit & eat per villam Buxiaci, & quòd cheminum & locus per quos gentes & transeuntes se deuinst ad euitandam villam Buxiaci, obtinentur & occupentur, & eadem gratia recti itineris de Buxiaco applanentur & emendentur ad communem vtilitatem prædictorum habitantium, mercatorum, & transeuntium per locum prædictum; dum tamen satisfaciant illis, si qui fruuntur, qui prædicto itinere faciendo dampnificarentur, seu etiam grauarentur. Item, cùm *Pourclus* forestarius noster de Braigny, saisiuisset, & in manu nostra posuisset nemora ipsorum habitantium, sibi olim tradita & deliberata pro vsagio suo quod habent in nemoribus nostris de Braigny, pro eo quod dicti habitantes non præsentabant eodem nomine nostris forestariis suos, ad faciendum iuramentum pro iure nostro conseruando in manu ipsius Ponseti, dictis habitantibus se dicentibus non teneri dictos suos forestarios eidem præsentare, debere Bailliuo nostro Cabilonis apud Buxiacum vbi consueuerunt litigare de .... nemorum prædictorum, volumus & concedimus, quòd ipsi teneantur prædictos forestarios suos nostro forestario qui pro tempore fuerit, præsentare. Qui quidem forestarij, in manu prædicti forestarij nostri facient iuramentum, & quod nullus ipsorum habitantium teneatur litigare coram forestario nostro apud logiam de Braigny, per aliquod adiornamentum quod eisdem faciat. Sed volumus, quod dictus forestarius noster adiornet ipsos coram se apud Buxiacum, & non alibi, & quòd ibidem cognoscat de his de quibus ratione dictorum nemorum fuerit cognoscendum. Promittens bona fide, pro nobis & nostris, contra prædictam vel aliquod prædictorum de cætero non venire, imò prædicta omnia & singula tenere firmiter & inuiolabiliter obseruare. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum præsentibus litteris fecimus apponi, in testimonium veritatis. Datum

Année 1318. anno Domini millesimo trecentesimo decimo octauo, mense Octobris. Desquelles Lettres dessus transcriptes, ayans agreables icelles, & tout leur contenu, auons à l'humble supplication de nos bonnes gens les manans & habitans dudit lieu de Buxy, se & entant qu'ils en ont dehument ioy & vsé, loé, consenti, ratiffié & appreuué, loüons, greeons, consentons, ratiffions, appreuuons, & de nostre certaine science, & grace especial, par ces presentes confirmons. Si donnons en mandement à nostre Bailly de Chalon, & à tous nos autres Iusticiers & Officiers, presens & à venir, ou à leurs Lieutenans, & à chacun d'eux, si comme à luy appartiendra, que de nostre presente grace & confirmation, facent, souffrent, & laissent lesdits de Buxy pleinement & paisiblement ioyr, sans leur faire ne souffrir estre fait aucun destourbier ou empeschement au contraire. Et afin que ce soit ferme chose & estable à tousiours, nous auons fait mettre nostre seel à ces presentes, sauf en autres choses nostre droit, & l'autruy en touttes. Donné en nostre ville de Chalon, au mois d'Auril, l'an de grace 1422. Ainsi signé, sur le reply, par Monseigneur le Duc, à vostre relation *Bonisseau*, & seellé en cire verte, à laz de soye pendant.

Accord entre le Duc de Bourgogne, & le Chapitre de la Sainte Chapelle de Diion, pour les Prebendes & Doyenné.

EGO *Odo Dux Burgundiæ*, præsentibus & futuris. Notum facio, quòd cùm *Robertus* Decanus meæ Capellæ Diuionensis, & Capitulum eiusdem Capellæ, in præsentia *Roberti Claromontensis Episcopi*, recognouisset me esse verum patronum dictæ Capellæ, & quòd ego & hæredes mei, qui Ducatum Burgundiæ tenebunt, præbendas eiusdem Capellæ & dignitates quando vacauerint, excercito Decanatu date debeamus. Assensu meo, & voluntate mea, & voluntate Capituli institutum fuit & ordinatum, quòd in eadem Capella aliquam præbendam alicui non conferam, donec numerus Canonicorum ad viginti tantummodo Canonicos peruenerit. Decanatus verò, qui duas præbendas percipiet, non est de numero prætaxato, quia Capitulo, & de eadem Capella eligi debet, si in ea idoneus fuerit inuentus. Si verò de alia Ecclesia aliquis ibi electus fuerit in Decanum, talis debet eligi, qui mihi vel hæredibus meis qui Ducatum Burgundiæ tenebunt, non sit suspectus. Ego verò dignitates alicui conferre non potero, nisi Canonico dictæ Capellæ, donec numerus Canonicorum ad viginti redactus fuerit, vt dictum est. Ex tunc verò temporis, cùm dignitates & præbenda vacauerint, dignitatem cum præbenda, cui voluero, potero conferre, vel hæredes mei qui Ducatum tenebunt. Et tunc, si numerum præbendarum augmentare voluero, nouas præbendas quot voluero ibi instituam, ad valenciam aliarum præbendarum, & hoc assensu dicti Capituli. Et sciendum, quòd Dux Burgundiæ donationem præbendarum siue dignitatum à manu sua alienare, vel alicui Ecclesiæ siue personæ, conferre non potest, nisi Capitulo dictæ Capellæ. Hæc omnia supradicta, à me Odone Duce Burgundiæ, & Roberto Decano, & Capitulo, iurata sunt tenenda & obseruanda, salua in omnibus dignitate & reuerentia Sedis Apostolicæ, & quod aliquid Canonicorum aliquo tempore non accemptabit quod Dux Burgundiæ de donatione præbendarum siue dignitatum in aliquo molestetur siue perturbetur. Hoc idem tenetur iurare, quicumque sit Dux Burgundiæ, & Canonici de nouo in dicta Capella instituti. Ad maiorem verò confirmationem huius rei, præsentem cartam sigillo *Roberti Claromontensis Episcopi*, dilecti consanguinei mei, & sigillo meo, & sigillo vxoris meæ, feci confirmari. Actum

Année 1214. anno gratiæ millesimo ducentesimo quarto decimo, mense Septembris.

Institution & fondation des Chancelier,

EGO *Odo Dux Burgundiæ*, præsentibus & futuris. Notum facio, me instituisse in Capella mea Diuionis, laudante Capitulo eiusdem Ecclesiæ & approbante, quatuor personatus; videlicet Cancellarium, qui pro redditu sui

personatus percipiet medietatem reddituum sigilli mei, & Thesaurarium, & Cantorem, & Præfectum; quorum cuilibet assignaui quingentos solidos annuatim percipiendos in denarios pedagij, quem *Hugo de Vergeyo* Cancellarius meus dono meo tenuerat. Et quod de dicto denario persolui non poterit, de banno meo vinorum Diuionis persoluetur. Qui bannus non potest vendi, nec debet, quolibet anno, donec illi tres qui dictos personatus tenebunt, de dictis suis redditibus creatum suum plenariè habeant. Et sciendum, quod donationem prædictorum personatuum, cùm aliquod eorum vacauerit, michi & hæredibus meis, qui Ducatum Burgundiæ tenebunt, retinui, nec aliquem horum personatuum alicui dare potero, vel hæredes, nisi Canonico Capellæ meæ Diuionensis, donec numerus Canonicorum ad vingenti totidem Canonicos peruenerit. Qui tamen personatus, michi & hæredibus meis in susceptione personatus, cum osculo pacis, homagium facient. Et sciendum, quod cùm aliquid dictorum personatuum vactauerit, Capitulum Capellæ, dum vactauerit, fructus percipiet. Præterea tunc dedi in eleemosynam, Deo & Capellæ meæ Diuionis, centum solidos annuatim recipiendos in banno meo vinorum Diuionis, cum prædictis reditibus. Et quia Decanus Capellæ meæ Capellanus meus est, & de familia & mensa mea, volo & concedo, statuens, quòd quicumque sit Decanus Capellæ meæ, habeat de me vel hæredibus meis qui Ducatum Burgundiæ tenebunt, annuatim, in Natiuitate Domini, suam robam; videlicet pallium & tunicam, & capam forratam. Et vt institucio, & hæc eleemosyna firma & inuiolata maneat imperpetuum, ad maiorem firmitatem & maius testimonium huius rei, præsentem cartam sigillo *R.* dilecti consanguinei mei *Claromontensis Episcopi*, & sigillo meo, & sigillo vxoris meæ, quæ hoc laudauit, feci confirmari. Actum anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo quarto decimo, mense Septembris.

Thresorier, Chantre, & Preuost de la Sainte Chapelle de Dijon.

Année 1214.

EGo *Odo Dux Burgundiæ*, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd ego dedi & concessi Capitulo Capellæ meæ Diuionensis, bannum meum, quod ego habebam apud Diuionem, & totum emolumentum quod ex eo proueniret, xx. lib. exceptis, quas ego dederam *Nicolao* Cantori, & *Iohanni Can*, & aliis viginti quinque libris, quas iam similiter concesseram magistro *Coltero* Tesaurario prædictæ Capellæ. Illud etiam omnibus notum fieri volo, quod ego eiusdem banni mihi iustitiam retinui. Ne ergo istud in posterum ab aliquo violari vel immutari posset, prædictam donationem feci sigilli nostri munimine roborari. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo quarto decimo.

Don du Ban du vin de Dijon à la Sainte Chapelle de Dijon.

Année 1214.

EGo *Odo Dux Burgundiæ*, notum facio præsentibus & futuris, quod vir nobilis *Guillelmus* dominus *de Paigneyo*, litteras suas patentes michi sub hac forma transmisit, sigillo suo communitas. *Odoni Duci Burgundiæ*, domino suo, *Guillelmus* dominus *de Paigneyo*, salutem. De magna & longa controuersia, quæ fuit inter me & domum Cistercij, inter me & illos de Cistercio pax est reformata, mediantibus Abbatibus *de Firmitate*, & *Balerna*, & *Guillelmo* domino *de Monte sancti Iohannis*; de qua pace scriptum est confectum, sigillis eorum Abbatibus Cistercij & meo confirmatum. Rogo igitur vos, sicut dominum meum, vt illam pacem confirmetis, sicut in autentico illo continetur, & tam à me quàm à successoribus & hominibus meis firmiter seruari faciatis. Ad preces igitur ipsius, & iterum ad preces domni *Arnaldi* Abbatis, & conuentus Cistercij, prædictam pacem confirmo, sicut in autentico ipsorum, Abbatis videlicet Cistercij, & prædicti Guillelmi de Paigneyo, & Abbatum de Firmitate, & de Balerna continetur, & sicut in eo continetur perpetuò garantizandam suscipio.

Accord entre le sire de Paigny, & l'Abbé de Cisteaux.

Quod vt ratum in perpetuum maneat, præsentem cartam feci sigilli mei munimine roborari. Actum Cistercij, anno dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo decimo quarto, mense Februarij.

Année 1214.

Accord du Duc, auec le Comte de Mascon.

EGO *Vuillelmus Comes Matisconensis & Viennæ*, notum facio præsentibus & futuris, me assignasse domino *Odoni Duci Burgundiæ*, quatuor denarios in vno quoque trasello Pedagiorum meorum, vbicumque recipiantur, vsque dum Dux, vel eius mandatum, trecentas & viginti lib. Diuionensis monetæ habuerit pro debito *Mathei de Ested*. Actum est hoc anno gratiæ millesimo ducentesimo quatuordecimo, in Marcio.

Année 1214.

Le Duc de Bourgogne est itué Chanoine de S. Martin de Tours. *Extrait de l'inuentaire de la Châbre des Comptes de Dijon.*

LETTRES sous le seel des Doyen & Chapitre de l'Eglise saint Martin de Tours, par laquelle ils s'obligent de celebrer annuellement, le iour du decés du Duc Eudes, vn anniuersaire en leur Eglise, & en outre l'institue Chanoine en leur Eglise le Duc de Bourgoigne; à la charge que lesdits Ducs, & ses successeurs feront serment de fidelité, comme sont obligez de faire les autres Chanoines au mois de May 1215. Lettres communes de Chalon, cotte 12.

Permission du Pape au Duc de Bourgogne, d'auoir à son seruice trois ou quatre des Chanoines de sa Chapelle de Dijon sans perdre les fruits de leurs Prebendes. *Extrait du Chartulaire de la Sainte Chapelle.*

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio Abbati Cisterciensi, Cabilonensis diocesis, salutem & Apostolicam benedictionem. Cupientes personam dilecti filij, nobilis viri Ducis *Burgundiæ*, quantùm cum Deo possumus, specialiter dono gratiæ honorare, sibi in deuotione Ecclesiæ persistenti, vt quatuor vel tres de Canonicis Capellæ ipsius Diuionensis, Lingonensis diocesis, quos ad sua obsequia duxerit assumendos, prouentus præbendarum suarum ipsius Capellæ, quandiu suis seruitiis institerint, distributionibus quotidianis duntaxat exceptis, integrè, ac si in eadem Capella personaliter residerint, percipere valeant, contrariis ipsius Capellæ consuetudinibus, vel statuto, & iuramento, vel qualibet alia firmitate vallantes nequaquam obstantibus, auctoritate literarum nostrarum duximus indulgendum. Quocirca, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus non permittas dictum Ducem super his, contra concessionis nostræ tenorem ab aliquibus indebitè molestari, molestatores huiusmodi, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, non obstante constitutione de duabus dictis edita in Concilio generali; dummodo vltra tertiam vel quartam, aliquis extra suam diocesim, auctoritate præsentium, ad iudicium non trahatur. Datum Lugduni, duodecimo Kalendis Aprilis, Pontificatus nostri anno octauo.

Année 1215.

Charte de la franchise des habitans de Rouure.

NOS *Hugues Duc de Borgoinne*, façons sauoir à tous cels qui verront & orront cels presentes lettres. Que comme *Huedes* nostre pere, qui fu *Dux de Borgoinne*, ait doné as homes *de Rouure*, & outroyé & quitté toute taille, & lor ait doné & outroié, quanque il auoit à Rouure, en terres, en prez, en rantes, si comme il est contenu en ses lettres, que il baillay à ses deuant diz homes de Rouure, desquelles la tenours est telle. Ge *Huetes Dux de Borgoinne*, faiz sauoir à tous cels qui sont, & qui sont à venir, que ge ay quitté à mes homes de Rouure, toute taille, & lor ay doné & otroyé, quanque ge ay à Rouure, en terres, en prez, en rantes, fors les hoirs *Iehan Fortier*, & Lambert *Fortier*, & lor hoirs, & Iehan *Lou Deien*, & ses freres, & lor hoirs, por mile stiers de blé, moitié froment, & moitié auoine, & por vn giste de

dix liures, & fis ftiers d'auoine, à moy, ou à mon commandement, chafcun an à paier. Et eft affauoir, que li Maires, & dui Sergent foulement, defous le Maiour, au regart des homes de Rouure, feront eftably en la ville deuant dite. Li home deuant dit ne fe ioftiferont mais, que por ou Maiour, & pour les dous Sergens deuant diz; & li Maires, & li dui Sergent, mais que por moy, ou por mon commandement ne fe ioftiferont. Mi forfait de cele vile feront leué, à la meniere & à la mefure que ge ay eftably as diz homes, & feront randu à moy, ou à mon commandement. Et que cefte chofe foit eftable, ge ay confirmé cefte chartre de mon feal. Ce eft fait à la feint Iehan, en l'an de l'Incarnation noftre Seigneur, mil deux cent & quinze; entrant Nouambre. Année 1215.

Nos *Hugues Dux de Borgoinne*, deuant diz, cefte chartre noftre pere loons & confirmons, fi comme ele eft contenuë defus, fauf ce que apres ge lor ay quitté lou gifte deuant dit, por lou banc de vin, que il ont outroié à moy & à mes hoirs à Rouure, fi comme il eft contenu en la chartre, que ge lor en ay baillié, dont la tenors eft tele. Nos Hugues Dux de Borgoinne, façons fauoir à tous cels qui verront cels prefentes lettres, que nos noz homes de Rouure quittons & abfolons à touz iors mais, dou gifte que il deuoient à nos & à nos hoirs chacun an, por lou banc de vin, que il ont outroié à nos & à noz hoirs, à tenir & à auoir en ladite vile de Rouure. Et que cefte chartre foit ferme & eftable à touz iors, nos auons confirmé cels prefentes lettres de noftre feal. Ce eft fait en l'an de noftre Seignor mil deux cent & quarante & 1247. fept, ou mois de May. Apres ce, nos lor auons outroié, por lou profit de la vile, que nuls ne en noftre venuë, ne fenz noftre venuë, ne preigne à Rouure, geline, ne pucin, ne chapon, ne oe, ne port, ne chafpon, fe cil ne les veüillent vandre, cui cele chofe feront, ne coutre, ne cuiffin, ne charroy, ne foin, ne eftrain, fe cil cui il feray, ne lou vuet doner ou prefter ou loyer. En for que tout, fe aucuns fe vuet mettre en la franchife de la vile, por quelque chofe que il s'y mette, il s'y mettray por le Maiour, & por les quatre Efcheuiz, ou por tele qui dals deux feront en la vile. Apres ce nos lor outroions, que l'en ne puiffe vendre de guaige, maifon, ne borde, ne pré, ne terre, ne autre herietaige; mais fe aucun eft debteur, ou ploiges, li Maires, & li quatre Efcheuins lou doiuent contraindre de payer, ou de bailler gaiges, ou pranre fes chofes, ou fon cors, tant que il ait vandu, ou fait pooir. Et lor auons outroié, que landemain de fefte feint Iehan, que il deyront faire Maiour, que il lou facent as vfaiges que il l'ont acoftumé. Auec ce nos lor auons otroié les moigneans en lor cenfe, au fuer des autres dou commun, en tel maniere que li vns dals foit au faire Maiour, & Iurez, & Sergens, & au giter noftre rante de blé auec les Efcheuiz, laquelle rante de blé, noftre home de Rouure nos doiuent iurer à randre dedans les bordes, & s'il y auoit defaut, nos nos tanriens au Maiour & es Iurez, & à cels qui giteroient lou blé, & à tous les autres de la vile, & à touz lor biens, & à toutes lor chofes, de ce qui en defaudroit. Et lor auons outroié lou marchié de Rouure, as vfaiges, & as coftumes dou marchié de Nuys. Apres ce, nos volons, & lor outroions, que qui fera pris de iors en forfait de blez ou de fruitaiges, que il foit en tels amande, comme il ont vfé; & fe il y eft pris de nuit, il paiera fexante & cinc fols. Li forfait, & les amandes feront iugié por lou Maiour & por les quatre Efcheuiz: & fe il y auoit defcort, nos, ou noftre commandement lou feriens, & les amandes feront nos. Li Maires, & li Efcheuiz, & li Sergent, fe ioftiferont por nos ou por noftre commandement. Et eft affauoir, que chacun an, quant li Maires & li quatre Efcheuiz feront eftabli, il iureront que il morront, & feront mourre cels de Rouure à nos molins de Fauerné, ne à autres molins, il ne pucent mourre, fors de Rouure, por lor fairemens. Et nos lor outroions, que il moillent à nos molins de Fauerné, por au tel moture comme il morroient as autres molins de la riuiere. Et que tout-

tes cels choses soient estables & fermes à tousiours mais, nos auons baillié à nos homes de Rouure cels presentes lettres, esquelles nos auons fait à mettre nostre seal, en témoignage de verité. Ce fu fait en l'an de l'Incarnation nostre Seignor mil deux cent & cinquante & neuf, ou mois de Ianuier. En cest present transcrit est mis li seans de la Court Monseignor lou Duc de Borgoinne. Ce est fait en l'an de grace mil deux cent & sexante & doze, ou mois de Ioing. Et scellé.

Année 1259. 1272.

Confirmation par le Roy Iean.

Le Roy Iean confirma lesdites lettres des Ducs Eudes & Hugues de Bourgoinne, incorporées en sesdites Lettres. Iohannes Dei gratiâ Francorum Rex, notum facimus vniuersis tam præsentibus quàm futuris, nos infrà scriptas vidisse litteras, formam quæ sequitur continentes, &c. Nos autem homines nostros & habitatores dictæ villæ nostræ de Rouura, quorum supplicationem benigniter accipimus, in hac parte volentes in nostro iocundo aduentu ad Ducatum Burgundiæ, nobis nuper iure successorio deuentum, prosequi fauoribus gratiosis, ipsosque in suis iustis vsibus, priuilegiis, libertatibus & franchisiis debitè conseruari, prædictas litteras superscriptas, ac omnia & singula quæ in eisdem continentur, laudamus, ratificamus, approbamus, & de nostris, auctoritate regia, certa scientia, ac regiæ potestatis plenitudine, & de speciali gratia, ac in quantum homines & habitatores prædicti, ac Maior, & Scabini dictæ villæ de prædictis vsi hactenus fuerunt & vtuntur, confirmamus, tenore præsentium litterarum, nostro & allieno in omnibus iure saluo. Quod vt firmum & stabile perpetuis temporibus perseueret, præsentes litteras sigilli nostri impressione iussimus roborari. Datum apud *Rouuram*, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, mense Ianuarij. Signées sur le reply, per Regem. I. Melien Scellées à lacs de soye rouge & verte.

Année 1361.

Au terrier de la Chastellenie de Rouure, fol. XII. *est escript l'article suiuant.*

Item, à Monseigneur en ladite ville de Rouure, le ban du vin, que reçoit ledit Preuost, & ont accoustumé de payer chacun qui vend vin à tauerne, pour chacune queuë, vn sextier de vin : & dient qu'il a aucuns en ladite ville qui s'en dient estres francs, mais ils ne sauent la cause. Touttefois il appert par les priuileges de ladite ville cy-deuant transcripts, que les habitans ont ouctroyé ledit ban vin, pour vn giste de dix liures qu'ils doibuent, & n'en sont aucuns exceptez ne exemptez.

Titre pour faire voir que le Comte de Bourgogne étoit vassal du Duc.

EGO *Otho* Dei gratiâ *Dux Merauiæ*, Comes Palatinus Burgundiæ, notum facio præsentibus & futuris, quòd cùm inter me & dominum *Odonem Diuionensem Ducem* conuenissemus, ad cognoscendum & verè sciendum, quod Comes Burgundiæ tenere debeat de Duce Diuionense, per tractatum, fuit per homines nobiles meos de Comitatu Burgundiæ, quod Comes Burgundiæ tenere debet de Duce Diuionensi feodum *Mailley*, feodum *Pelligi*, & feodum *Naailley*. Post hanc recognitionem, Dux Diuionensis in præsenti præsentauit, & ostendit mi & meis cartam domini *Henrici* Imperatoris Romanorum sub hac forma. *Henricus* Dei gratiâ *Romanorum Imperator* & semper Augustus, notum fieri volumus tam præsentibus quàm futuris, quod *Odone* consanguineo nostro, filio *Ducis Diuionensis*, & *Othone* fratre nostro *Comite Palatino Burgundiæ*, in præsentia nostra constitutis, hanc inter eos ordinauimus compositionem, quod recognitum est, quod *Mausson*, & *Polegium* cum suis pertinentiis, sunt de feodo Ducis Diuionensis, & quod iam dictus frater noster hæc tenebit quandiu vixerit, & quæcumque post eumdem fratrem nostrum, siue hæres suus fuerit, siue alius, prænominata feoda cum suis pertinentiis possidebit, tenebit ea de Duce Diuionensi vel eius successore legitimo. Insuper, ex vtraque parte duo prudentes viri ad hoc electi sunt, vt inter se diligenter considerent & attendent, si præmemoratus frater noster aliquid amplius præter prædicta te-

neat, quòd si de feodo Ducis Diuionensis, & si quid ampliùs fuerit, sæpe dicti fratris nostri hæres, seu quicumque Comitatum suum Burgundiæ, quem nunc habet, tenebit, similiter cum supradictis illud de Duce Diuionensi, aut eius successore, & tenebit, idem ea Duci in pace dimittet. Ab vtroque autem prædictorum iuratum est, quod huic stare debeant compositioni. Cuius rei testes sunt *Vuillelmus Comes Viennensis*, *Chouradus* Præpositus Spyrensis, *Marquardus* Dapifer de *Anneuuilre*, *Huo* dominus *Vergey*, Philippus *de Muilliens* Poncius *de Rocha*, Poncius de *Grancé*, Hugo *de Muilens*. Acta sunt hæc Frankennotz, anno Domini millesimo centesimo nonagesimo tertio, indictione decima quinta, Kal. Actum fuit hoc apud *Argilleyum*, præsentibus ipsis *Margarita Comitissa Burgundiæ*, R. domino de *Fauerney*, R. domino de *Chorsel*, domino R. *de la Leyeo*, Petro *de Melli Prato*, Garino *de Montcenis*, Petro & Vuillermo *de Barris*, Lamberto *de Castellione* milite, Hugone Præposito de Cequeta de Diuione, anno Domini millesimo ducentesimo quinto decimo, mense Nouembri. *Et scellées d'vn seau en cire iaulne à double queuë de parchemin, pendant d'vn caualier ayant vn escu pendu au col, où sont les armes de Vienne, d'vn Aigle esployé, tenant de la gauche vne enseigne, & au reuers vn contrescel d'vn Aigle esployé. Il est à notter, que Goulut en ses memoires des Bourguignons de la Franche Comté, liure 5. chapitre 34. a trunqué par vn, &c. les trois lignes qui sont marquées par deux croix, pour supprimer cette mouuance & suietion du Comte de Bourgogne.*

Année 1193.

Année 1215.

ODo *Dux Burgundiæ*, omnibus præsentem paginam inspecturis, in Domino salutem. Noueritis vniuersi, quòd viri venerabiles, Capitulum beati Martini Turonensis, terram suam de Broisse, quæ est sita vltra Saonem fluuium, michi & filio meo Duci futuro, ad vitas nostras tantummodo, pro medietate concessit possidendam: Et ego, pro me & filio meo, eidem Capitulo bona fide promisi quòd medietatem omnium prouentuum & reddituum eiusdem terræ, nos & prædictum Capitulum communiter & fideliter capiemus, ita quod seruiens qui ad recipiendos redditus & prouentus ibi deputabitur, communi concessu Ducis & Capituli, vel eius mandati, eligetur, & electus in primis iurabit, quod de omnibus redditibus & prouentibus terræ illius, medietatem Duci, & medietatem Capitulo bona fide reddet. Post decessum verò nostrum, eadem terra, cum omni melioratione sua, & cum omnibus per nos ibidem acquisitis, ad Ecclesiam beati Martini Turonensis pleno iure reuertetur; hoc excepto, quod custodia & saluamentum ipsius terræ, ad omnes Duces Burgundiæ nobis successores iure hæreditario deuoluentur, & nullus Ducum poterit alij quàm successori suo Duci cedere vel relinquere. Et ne dicta Ecclesia super hoc molestari posset in posterum, ego qui ad ipsius Ecclesiæ augmentum & vtilitatem bona fide nitendo, in huius rei testimonium præsentem paginam sigilli mei munimine roboraui, & rogaui dominum meum *Philippum* illustrem *Regem Franciæ*, vt dictas conuentiones sigillo suo confirmaret. Actum anno Domini 1215.

Don à la vie du Duc, & de son fils, de la moitié du reuenu de la terre de Broisse, par le Chapitre de S. Martin de Tours.

Année 1215.

EGo *Petrus Comes Antissiedorensis & Tornodorensis*, notum facio vniuersis, quòd ego feci homagium venerabili patri *Durando Episcopo Cabilonensi*, de feodo quod est in terra Tornodori. Inquisiui autem per bonos & legales viros, quod hæc sunt de feodo suo, *Raigniaux*, *Bellum Videre*, *Vitten*, *Braiche*, *Iornoille*, *Landes Ricey*, & vltra, & quidquid continetur in percussu sancti Vincentij, & magnum terragium apud Molesme & Chaone. Promisi etiam, quòd si quid de dicto feodo potero inquirere, bona fide recognoscam. Actum anno Domini M. CC. XVI. mense Ianuario, apud sanctum Priscum.

Hommage du Comte d'Auxerre à l'Euesque de Chalon, pour plusieurs terres.

Année 1216.

Balduinus cognomento Taillefer, dat in eleemosynam Ecclesiæ S. Iohannis de Vlmeto, decem sextaria frumenti percipienda in decima de Bugnecort. *Ex Chartul. Benign.* Année 1217.

EGo *Balduinus* cognomento *Tallefer*, notum facio præsentibus & futuris, quòd ego, laude & assensu *Sibillæ* vxoris meæ, & *Garneri* fratris mei, & *Emmelina* sororis meæ, dedi in eleemosynam Ecclesiæ sancti Iohannis de Vlmeto, ob remedium animæ meæ, & bonæ memoriæ *Albrici* patris mei, & *Elisabeth* matris meæ; decem sextaria frumenti in decima mea de *Bugnecort*, singulis annis in perpetuum percipienda, & iure hæreditario possidenda. Nec ob defectum frugum à me vel successoribus meis poterit decem sextariorum quantitas eidem Ecclesiæ subtrahi vel minui, & ad mensuram Vitriacensem semper persoluetur. Et vt futuris temporibus hoc ratum permaneat, & Ecclesia præfata collato à me beneficio perhenniter perfruatur, præsentes litteras Priori & Conuentui de Vlmeto tradidi sigilli mei munimine roboratas. Actum mense Maio, anno ab Incarnatione Domini M. CC. XVII.

Castellanus Vitriacensis, laudat donationem quam fecerat Balduinus cognomento Taillefer, Ecclesiæ S. Iohannis de Vlmeto, de sex sextariis frumenti in decima de Bugnecort, quæ erat de feodo Castellani Vitriacensis. *Ex eodem Chartul.* Année 1217.

EGo *Vuillelmus* diuina miseratione *Cathalaunensis Episcopus*, notum facio præsentibus & futuris, quòd *Balduinus Taillefer*, miles de Heso *Almarici*, ob remedium animæ suæ & antecessorum suorum, laude & assensu *Sibillæ* vxoris suæ, & *Garneri* fratris sui, & *Emmelina* sororis suæ, dedit in eleemosynam Ecclesiæ sancti Iohannis de Vlmeto, decem sextaria frumenti ad mensuram Vitriacensem, in decima sua de Bugnecort singulis annis in perpetuum percipienda, & iure hæreditario possidenda. Nec ob defectum frugum, ab eo vel successoribus suis poterit decem sextariorum quantitas eidem Ecclesiæ subtrahi vel minui. Hanc eleemosynam & ipsam donationem *Hugo Castellanus Vitriacensis*, quia de feodo suo erat, laudauit, & præfatæ Ecclesiæ quittauit, & per litteras suas confirmatam pacificè possidendam concessit. Et vt hæc donatio perpetua & certiori gaudeat firmitate, & præfata Ecclesia collato sibi beneficio perhenniter potiatur, præsentes litteras, ad preces præfati Balduini, sigilli nostri impressione munitas & roboratas, Priori & Conuentui de Vlmeto tradidimus. Actum mense Maio, anno ab Incarnatione Domini M. CC. XVII.

Bierne en Champagne, mouuant du Duché de Bourgogne. Année 1217.

EGo R............ *Comitissa Trecensis*, Palatina, notum facio tam præsentibus quàm futuris, quòd dilectus & fidelis meus *Guido de Cappis*, de assensu & voluntate mea, cepit in feodo & hommagio de domino Duce Burgundiæ, villam quæ vocatur Bierna, quæ est prope Trecas. In cuius rei testimonium præsentes litteras fieri volui sigillo meo munitas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo septimo decimo, mense Augusto.

Guido de Rifeis, coram Amedeo Archiepiscopo Bisuntino, dimittit querelam Abbati, & S. Benigno Diuionensi, quam habebat aduersùs Prioratum de S. Marcello. *Ex Ch. Ben.*

EGo *Amedeus* Dei gratiâ *Archiepiscopus Bisuntinus*, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quod *Guido dominus de Rifeis*, laude & assensu vxoris suæ *Beatricis*, & filiorum suorum *Iacobi*, & *Odonis*, & *Hugonis*, & filiarum suarum, acquittauit penitus omnem querelam, siue iustam siue iniustam, quam habebat aduersùs Prioratum de sancto Marcello; videlicet super vna charreia vini quàm ab eodem Prioratu exigebat annuatim, & quicquid in eadem charreia iuris habebat vel habere poterat, totum in eleemosynam contulit Deo & sancto Benigno Diuionensi atque Prioratui memorato, & promisit dictam eleemosynam aduersùs omnes homines garantire & aquittare. Quam concessionem prædictus, & vxor sua, & filij sui, & filiæ suæ, laudauerunt, & fideliter approbauerunt: & volunt omnia præmissa dictum Prioratum possessione pacifica in perpetuum possidere. Huic concessioni interfuerunt *Guido* Prior

Prior de sancto Saluatore, *Robertus Billons*, *Philippus*, *Iohannes*, monachi Diuionenses, *B.* Abbatissa de Colongis, *Regnaudus* miles de *Chargey*, *Fredericus* miles, *Humbertus* famulus. Actum anno gratiæ M. CC. XVII. mense Septembri. Année 1217.

EGO *Stephanus Comes Burgundiæ*, notum facio præsentibus & futuris, quòd cùm ego feci homagium ligium domino & consanguineo meo *Odoni Duci Burgundiæ*, de feodo quod de Comite Burgundiæ tenebam; scilicet de feodo *Matisconense*, quod Comes Vuillelmus de me ligiè tenebat, dominus Dux mi concessit, quòd quando hæres legitimus qui Comitatum Burgundiæ tenebit, venerit, & homagium dicto Duci fecerit, ego absque fide mentiri in homagium Comitis Burgundiæ de prædicto feodo reuertar. Quòd vt ratum habeatur, præsens scriptum sigillo meo confirmaui. Actum est hoc apud Laonam, anno gratiæ millesimo ducentesimo decimo septimo, mense Octobris. Année 1217.

Hommage de la Comté de Mascon, par le Comte de Bourgogne.

EGO *Vuillelmus* dominus *de Mirebel*, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd non habeo, nec reclamo, nec habere nec reclamare debeo, gestum, vel aliquod dominium in villis sancti Benigni Diuionensis; videlicet in *Remilleio*, & in Herbergamento, sed tantummodo custodiam, quam habeo de domino *Odone Duce Burgundiæ*, pro qua custodia percipio annuatim in Remillio viginti solidos, & in Herbergamento quadraginta solidos Diuionensium. Vt autem hoc certum ab omnibus habeatur, præsentes litteras sigilli mei munimine roboraui. Actum est hoc anno Verbi incarnati M. CC. XVIII. mense Aprili.

Vuillelmus dominus de Mirebel, declarat se non habere Gextum in villis S. Benigni Diuionensis, sed tantummodo custodiam in villis de Remillio, & Herbergamento. *Ex Ch. Ben.*

EGO *Humbertus dominus Belli-Ioci*, omnibus notum facio, quòd quoniam feci homagium dominæ Ducissæ Burgundiæ, ego recognoui quòd ego tenebam ab ea *Bellam Villam*, & *Cyce*, & *Perroux*, & *Labaam*, quæ vltima terra pater meus cepit in augmentum feodi sui à Duce Burgundiæ: & recognoui me debere tenere ab eadem Ducissa, quicquid possem adquirere de querelis meis quas habeo in Foroys, sicut pater meus promiserat Duci. Et Ducissa inquisiuit ab hominibus suis, quòd propter augmentum feodi sui, Dux promisit patri meo consilium & auxilium suum contra Comitem de *Forois*, & Ducissa contra eumdem Comitem de Forois michi consilium & auxilium suum promisit, sicut Dux promiserat patri meo. Actum est hoc anno gratiæ millesimo ducentesimo octauo decimo, mense Martio, die dominica ante mediam Quadragesimam.

Année 1218.

Adueu du sire de Beaujeu, pour plusieurs terres tenuës du Duc.

Année 1218.

PRIDIE Nonas Iulij obiit *Odo Dux Burgundiæ*, pro cuius anniuersario *Hugo* filius eius dedit Ecclesiæ sancti Nazarij Eduensis centum solidos annui redditus percipiendos à Vigerio Eduensi, in redditibus duris Eduensibus. 6. Iuillet 1218.

EGO *Garnerius* miles *de Amantia*, & dominus *de Lile*, & ego *Balduinus* frater eiusdem Garneri, cognomento *Taillefer*, vniuersis has litteras inspecturis, salutem. Nouerint vniuersi, quòd cùm *Gaufridus* filius domini *Richeri* militis *de Nanceio*, laboraret in extremis, pro salute animæ suæ & prædecessorum suorum, quamdam Grangiam, videlicet Budeccimont, cum terris & nemoribus, & omnibus appendiciis ad ipsam Grangiam pertinentibus, & qua-

Garnerius miles de Amantia, & Balduinus cognomento Taillefer, fratres eius, laudant dona-

tiones factas à Gaufrido filio domini Richerij militis, pro delatione sororum quæ erant Moniales de Ruz. *Ex Chartul. Benignano.*

tuor falcatas prati, quæ sunt in confinio de Seanne, super ripam aquæ quæ dicitur Saut, quæ omnia possidebat prædictus Gaufridus quando condidit huiusmodi testamentum, de voluntate & consensu nostro, cùm hoc de feodo nostro esset, sororibus suis, & cuidam filiæ sororis suæ, Monialibus de *Ruz*, toto tempore vitæ suæ possidendam contulit in eleemosynam, & concessit. Ita videlicet, quod post decessum dictarum monialium, Ecclesia de Ruz dictam eleemosynam liberè & absolutè, totaliter, integraliter, iure perpetuo possidebit. Quicumque autem huius eleemosynæ possessiones tenuerit, in die beati Remigij, hæredibus sæpedicti Gaufridi de Nanceio sex denarios prouenienfium, in testimonium huius eleemosynæ reddere tenebitur annuatim. Et si isti sex denarij in præfixo termino persoluti non fuerint, emenda summam quinque solidorum excedere non valebit. Si verò aliquo casu contigerit, quòd Abbas sancti Benigni Diuionensis, vel Prior de Ruz, eleemosynam factam prædictis monialibus perturbare voluerint, & ab ipsis aliquatenus extorquere: quia res feodalis est, ego Garnerus dominus feodi, & hæredes mei, dictis monialibus, quo ad vsque vixerint, garantiam præstare tenebimur. Dictam eleemosynam, prout diximus in hoc instrumento, laudauerunt *Petrus* miles cognomento *Li Poiures de Possesse*, & bona filia vxor eiusdem Petri, soror prædicti Gaufridi, & filij & hæredes prædicti Petri militis: firmiter promittentes, quòd numquam venient contra dispositionem prædictæ eleemosynæ. Quod vt ratum & inconcussum permaneat, sigillorum nostrorum munimine fecimus ego *Garnerus* miles de Amantia, & dominus de Lile, & ego *Balduinus* frater eiusdem cognomento *Taillefer*, præsentes litteras roborari. Actum anno dominicæ Incarnationis M. CC. XVIII. Valete.

Année 1218.

Engagement aux Religieuses de Tar, par Richard sire de Dampiere.

EGO *Richardus* dominus de *Dampetra*, omnibus notum facio, quòd cùm ego pignori obligaui Abbatissæ & Conuentui monialium de *Tar*, portionem illam quam habebam in decima de Roura iuxta Diuionem, quam teneo de Ducissa Burgundiæ in feodo, ego volui & concessi, quòd ipsa de seruicio quod debeo eidem Ducissæ ratione portionis prædictæ decimæ, se teneret ad omne illud quod habeo apud Flex iuxta Bellum-montem. In cuius rei testimonium, litteras istas sigillo meo sigillatas eidem Ducissæ tradidi. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo, ipsa die Paschæ.

Année 1220.

Ex Chartul. S. Nazarij Eduensis.

SEPTIMO decimo Kal. Ianuarij obiit *Matildis Comitissa Grinonis*, quæ dedit Ecclesiæ beati Nazarij Eduensis, sexaginta solidos Diuionensis monetæ, in villa quæ dicitur *Dampetra*, de consuetudinibus eiusdem villæ annuatim recipiendos, & furnum eiusdem villæ, & nemora ad vsum furni, absque omni exactione. Sine requisitione cuius, nemo in eadem villa alium furnum præter furnum illum possit facere. Si verò dicta villa, quod absit, ad id redacta fuerit, quòd prædicti solidi de consuetudinibus dictæ villæ percipi non possint, ille qui Castrum Grinonis tenebit, quod de eis ad percipiendum ibi persoluere defuerit, tenebitur Ecclesiæ Eduensi. Hanc eleemosynam laudauerunt *Odo Dux Burgundiæ*, de cuius casamento eadem eleemosyna erat, & *Odo* nepos eiusdem Comitissæ, & successor in honore Grinonis. Ne à quoquam diabolicâ instigante nequitiâ ista donatio possit irritari, ad id testificandum, litteras nobis tradidit sigillo suo & sigillo *Galtheri* domini Episcopi Eduensis sigillatas, qui omnes illos excommunicauit, qui istam eleemosynam retinerent, vel in quocumque minuerent.

Année 1220. ou enuiron.

Adueu du fief de Cufery au Duc de Bourgogne, par Horry seigneur de Beugey.

SCIANT omnes futuri & præsentes, quòd cùm dominus *Hurris Baugeaci dominus*, à domino Duce Burgundiæ, *Cuseretum* castrum suum haberet infeodum quod sibi iurauit in necessitate sua redditurum, conditione tali, quòd nec dono, nec venditione, nec vendimonio ipsum feodum à Ducatu Burgundiæ possit separari. Et postquam necessitas finita vel pacificata fuerit, ipse Dux domino *Hurrico* castrum suum redditurum, & parta sua tenenda bona iurauit: hæc enim sunt parta. Nichil sui de rebus castri capere debent; & si aliquid improuisè inde ceperint, postquam ad cognitionem Ducis aduenerit, infra quatuordecim dies debet restaurari. Illius castri, & rerum illi pertinentium iustè debet esse defensor. In aliis enim negociis domino Hurrico auxilium consiliumque præstare debet: & si aliquis de rebus domini Hurrici ceperit, ipse Dux vt recuperaræ sint debet laborare: & post recuperationem, si quis aduersùs dominum Hurricum vllam habuerit querelam, illi in Curia Ducis stare debet rationi. Milites enim Castelli iurauerunt, quòd si dominus Hurricus parta non teneret, ipsi ad dominum Ducem cederent, donec dominus Hurricus ipso domino Duci restaurasset.

Année 1220. ou enuiron.

Transactio facta auctoritate domini Iunciuillæ, inter Abbatem & Conuentum S. Benigni Diuionensis, & Gerardum militem cognomento Machecrouste, super Aduocatia villæ de Ansunuille. *Ex Chartul. Benignian.*

NOS *Amiddeus Abbas sancti Stephani*, & Mercator Decanus Capellæ Ducis Diuionensis, vniuersis præsentibus litteras inspecturis, salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra, quod nos vidimus, & verbo ad verbum legimus quandam partem cuiusdam cyrographi, sigillo domini *Iunciuillæ* sigillatam, cuius cyrographi tenor talis est. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Ego *Hugo Iunciuillæ*, & ego *Philippus* sancti Benigni, & ego *Iohannes de Leires*, Priores, & ego *Bartholomeus* de *Vuerberuille*, vniuersis præsentes litteras inspecturis, notum facimus, quòd cùm diu inter Abbatem & conuentum sancti Benigni Diuionis ex vna parte, & *Gerardum* militem cognomine *Machecrouste*, ex altera, super Aduocatia de *Ansunuille* & dampnis à dicto Girardo in prædicta villa Ecclesiæ illàtis, coram iudicibus à domino PP. delegatis quæstio ventilata fuisset, & coram iudicibus in tantum processum fuisset, quòd miles sententiam excommunicationis incurrisset, mediantibus bonis viris, inter prædictos reformare cupientibus, in nos absolutè compromiserunt. Nos verò, cùm arbitrium suscepissemus, à circummanentibus loci iuramento interposito veritatem prædictarum rerum ordine iuris obseruato, de consensu partium, diligenter inquisiuimus: & hoc commune arbitrium nostrum, & inquisitio nostra; scilicet quòd omnes clamores in villa nominata de iniuriis ibidem factis, ad Priorem primitus debent fieri, & ipse eosdem clamores, vt dominus, debet audire siue remittere: & si emenda à conquerente vel reo seruata fuerit, qualiscumque sit Prior, duas partes, & Aduocatus tertiam habebunt, & de omnibus causis Prior solus placitabit, excepto de furto, de homicidio, sanguine, rapto, falsa mensura, & bello campali. De quibus, si euenerint, Prior & Aduocatus communiter placitare tenentur. Nec vnus sine alio, nisi de consensu alterius. Et si proinde facta fuerit emenda, Prior duas partes recipiet, Aduocatus tertiam. Et quotiescumque ad placitandum simul conueniunt, vel vnus sine alio, tamen de consensu alterius, de emendis, communiter procurabuntur, residuum vt diximus ad inuicem sibi partientur. Et si emenda pro qua conuenerunt, ad eorum procurationem non sufficeret, vna vel plures subsequentes adiungi tenentur, & ministeriales accedere debent donec eueniant. Emendæ de nemoribus Prioris sunt, cùm sua sint nemora; sed si ad vim faciendam vocauerit Aduocatum, tunc duas partes recipiet, Aduocatus, tertiam. Et si euenerit quòd aliquis de hominibus Aduocati in prædicta villa absque hærede corporis sui mortuus fuerit,

vel aliquo casu de villa processerit, Aduocatus quicquid de mobilibus hominis illius inuenerit, recipiet, & suum erit, & tenuria quam tenebat homo talis, ad Ecclesiam reuertetur. Et si postmodum, ille idem qui ita recessit, reuerti voluerit, & mansum in quo manebat, vacuum inuenerit, saluo iure Prioris & redditibus rehabebit: terram etiam quam prius tenebat Prior, ei saluo iure suo tenetur liberare. Si autem vacuum non inuenerit, & aliud plastrum in villa vacuum inuentum fuerit, vbi domus possit edificari, Prior ei saluo iure suo dabit. Et si alter aliquis extraneus Aduocatus in eadem villa ad remanendum superuenerit, Prior ei plastrum cum horto eidem contiguo dare tenetur, si in villa vacuum inuentum fuerit; saluo tamen iure suo, & Bubulterio suo excepto, & saluis redditibus suis, secundùm consuetudinem villæ, & nichil aliud, si voluerit. Prior verò, semel in anno, in hominibus suis talliam, circa beati Remigij festum faciet, & leuabit: & si homines contradixerint, vadia leuabit. Et si de hominibus Ecclesiæ Prior aliquem capere voluerit, per Aduocatum ipsum capiet, & si ab eo aliquid fuerit extorsum, Aduocatus tertiam partem habebit, Prior residuum: & si voluntati Prioris Aduocatus non consensit, per alium quem voluerit, hoc idem faciet. Presbyter, Villicus, Decanus, non sunt de iurisdictione Aduocati, nec aliquid ab eisdem extorquere tenetur, nec etiam à Priore & familia sua, nec à custobibus furni & molendini, si sint de familia Prioris. Intercursus verò in villa taliter habetur, quòd si homo Aduocati filiam suam homini Prioris dederit in vxorem, de terris & pratis suis ad voluntatem suam potest eidem conferre, & è conuerso homo Prioris homini Aduocati. Præterea, si Aduocatus Priori aliquam iniuriam intulerit, per dominum *Junciuillæ* debet emendari; similiter, si Prior Aduocato: & si idem dominus non emendaret, ad aliam iusticiam se possent vtrique transferre. Item, cùm dominus *Junciuillæ*, semel in anno, si voluerit, in hospitio Prioris possit hospitari; Prior expensas tenetur eidem procurare pro villa, sed homines Prioris vniuersas tenentur persoluere. Coruadæ hominum Prioris sunt vniuersæ. Si verò Prior destructor domus extiterit manifestus, vel res Prioratus malè destraxerit, Aduocatus & ministeriales villæ, cum presbytero, Abbati Diuionensi tenentur nunciare: & Abbas consilium correptionis debet opponere. Et si negligens esset Aduocato, & ministerialibus iniuriam faceret Aduocatus, ab hominibus Prioris nichil per violentiam debet extorquere, nec questam facere, nisi de consensu Prioris. Nos & per arbitrium nostrum, & de consensu partium diximus, quòd si neuter eorum cartas aliquas vel munimenta haberet, quæ facerent ad Aduocatiam, nullius essent valoris, & de cætero huic cyrographo adhæreatur. Vt autem arbitrium nostrum de cætero meliùs firmum & ratum habeatur, de consensu partium, cyrographum præsens fieri decreuimus; partemque vnam Abbati & Conuentui, sigillo domini *Junciuillæ* munitam, laudante Aduocato, perpetuò custodiendam tradidimus, & alteram sigilli Abbatis & Conuentus roboratam, Aduocato iam dicto in perpetuum possidendam. Actum apud *Junciuillam*, anno Domini M. CC. XX. feria quinta post dominicam qua cantatur *Gaudete in Domino*.

Année 1220.

Priuileges donnez aux habitans de Saluce.

EGo *G. sancti Benigni*, & *P. sancti Stephani Diuionensis Abbates*, omnibus præsentes litteras inspecturis, salutem. Vniuersitati vestræ scire volumus, quòd nobilis mulier *Alaydis Ducissa Burgundiæ*, ad preces domini *Henrici de Saliua*, talem libertatem, qualem dictus Henricus constituit hominibus qui morantur in parte sua de Saliua, & mansuri sunt, tenetur facere erga dominum *Henricum* & hæredes eius. Et talis est libertas, quòd homo persoluet annuatim quinque solidos & duos quartulos bladi, medietatem frumenti, & medietatem auenæ; & de qualibet bestia trahenti ad aratrum duos quartulos bladi, medietatem frumenti, & medietatem auenæ; & de manso suo debet qualibet familia vnum

quartulum auenæ, & duodecin denarios, & vnam galianam, & corueias aratorum semel in vna quacumque saison, & de vna quaque domo vnum hominem in messibus, & alium in fenationibus, & , si opus fuerit , cheuauchiam, & decimas magnas reddent illis quibus debentur, sicut consueuerunt, & tertias debent adducere ad illam villam, & computare ante hostia. Communitas decimas leguminum reddent in agris per muncellos, dicto Henrico & hæredibus suis; cuius Henrici & hæredum suorum homines, ad opus fortitudinis villæ faciendæ tenentur coniuncti sicut alij. Et si præfatus Henricus dominus de Saliua, vel hæredes sui, de tali libertate vellent hominibus in aliquo iniuriari, prædicta Ducissa prædictis hominibus dampna sua restaurare tenetur, & de dampnis istis restauratis Ducissa se teneret ad dictum Henricum & hæredes suos, & ad res eorum, sicut dictus Henricus eis præcepit : & pro tali libertate firmiter obseruanda debet quilibet familia Ducissæ annuatim vnum quartaulum auenæ : sed mandatum Ducissæ debet significare ad festum Omnium Sanctorum, famulo domini Henrici, vt vsque ad octo dies bladum illud sit paratum ad persoluendum. Et in villa de Saliua debet nuntius Ducissæ recipere illud bladum. Et sciendum est, quòd *Aymo* Maior de Saliua, & hæredes sui, & tenementum suum, à tali libertate excipiuntur. Saluis præmissis constitutionibus retinuit sibi, & hæredibus suis, dictus Henricus, iusticiam suam in hominibus suis de Saliua, & de forefactis eorum, ita quòd si aliquis forefecerit, persoluet emendam forefacti sui, dicto Henrico & hæredibus suis, secundùm quod rectum iudicium apportabit. Præterea, dictus Henricus voluit & præcepit, quod prædicti homines sui tenerentur in perpetuum seruire prædicto modo Ducibus Burgundiæ successiuè, qui dictos homines voluerunt tenere prædicta libertate, & manu tenere. In cuius rei testimonium, præsentes litteras ad petitionem vtriusque partis sigillis nostris sigillauimus. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo primo, in Iunio. Année 1221.

Acquisition de Saliue, par le Duc de Bourgogne. Année 1258.

IN nomine Domini, Amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo, mense Decembris; ego *Petronilla* vxor domini *Guidonis de Chaudenayo* militis, notum facio præsentes litteras inspecturis, quòd ego sponte, prouidè, sine vi & metu, & sine coactione ac circonuentione qualibet, vendidi, concessi, & quittaui in hæreditatem perpetuam, pro vtilitate mea speciali, illustri viro *Hugoni Duci Burgundiæ*, quidquid habebam & habere poteram, & debebam tempore confectionis præsentium literarum, in villa & finagiis, pertinentiis ac territoriis de *Saliua*, in hominibus, & rebus omnibus aliis quibuscumque, quæ prædicta mouebant & erant de meo capite, & de feodo domini Ducis supradicti : de cuius venditionis pretio iusto & legitimo plenariam, perfectam, & integram solutionem recepi & habui in pecunia numerata, & ipsum pretium confiteor in vtilitatem meam propriam & specialem posuisse, esse totaliter conuersum. Et propter hoc, de omnibus & singulis supradictis, prout specialiter & generaliter in præsenti venditione veniunt, ego me penitus deuestiens, dictum dominum Ducem corporaliter inuestiui, & in metum & plenum dominium, & possessionem corporalem, & perpetuam induxi. Venditionem autem, concessionem, quittationem, solutionem, & vestituram prædictas, ego *Guido de Chaudenay*, miles, maritus dictæ dominæ Petronillæ, laudo, & ratas & firmas habeo penitus & accepto. Insuper, nos Guido Petronilla prædicti, tenemur & promitimus, quilibet nostrum in solidum & pro toto, sub obligatione bonorum nostrorum omnium mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, quocumque & vbique sint, & per sacramentum nostrum, pro nobis & nostris hæredibus, omnibus præsentibus & futuris, quos ad hoc obligamus, præstitum corporale omnia & singula supradicta, prout in præsenti venditione continentur, garantire dicto domino

Duci, & suis hæredibus perpetuò, contra omnes, & nos pro ipso & eius hæredibus specialiter, & vbique locorum, & in omni causa, contra personas omnes opponere propter hoc, & respondere propriis sumptibus, & eos inde conseruare modis omnibus indempnes: si qui calumniatores apparerent, quod absit, & in nullo de cætero per nos vel alios contrauenire verbo, vel facto, sine consensu vel modo aliquo qualicumque. Hæc autem omnia & singula supradicta, nos *Iohannes*, *Colins*, & *Philippus* filij dictorum domini Guidonis, & dominæ Petronillæ, laudamus, volumus, concessimus, & ratas & firmas habemus, & promitimus in perpetuum habere, & tenere, & facere, iuramento præstito corporali, & in nullo de cætero per nos vel per alios contraire, auœnæ, vel minoris ætatis aut modo alio quolibet. Renunriamus autem, nos omnes & singuli prædicti, in hoc facto, exceptioni non numerati, & non traditi, atque non soluti nobis integrè, precis, seu minoris aut deceptionis vltra dimidiam iusti pretij, dotis, & hypotecæ, priuilegiis legi Iuliæ de fundo dotali non alienando, ætatis minoris & patepetatis auxilio, & omni consuetudini & statutorum cuiuslibet parto & vici dominici generalem renunciationem non valere, & omni iuris auxilio, tam canonici quàm ciuilis. In quorum omnium auctoritatem & memoriam, ac munimen, præsentibus litteris sigilla virorum venerabilium domini *Amidei* Abbatis sancti Srephani, & Magistri *Alberici* Decani Christianitatis Diuionensis rogauimus & fecimus apponi, in testimonium veritatis. Actum est anno & mense prædictis.

Acquisition par le Duc, de la part de Guillaume de Mary en ladite terre.

NOs *Amées* humbles Abbez de saint Estiene, & Maistres *Aubriz* Diens de la Chrestienté de Diion, façons sauoir à tous cels qui cels lettres verront & orront, que en nostre presence estaubliz Messires *Guillaumes de Mary* Cheualiers, & *Allebauz*, *Iahanz*, & *Iaquins*, fil celuy Guillaume, ont recogneu pardeuant nos, que il, de lour bone volunté, & senz force, & sans contreignement, ont doné, quitté, otroié, & deliuré à noble Baron *Hugon Duc de Borgoingne*, & à ses hoirs, en permaingnable & perdurable heritaige, totes les choses que il auoient, ou deuoient auoir, ou pouoient, à *Saline*, & ou finaiges, & as appartenances de celi ville, en fortereces, en maisons, en homes, en iusticiers, en seignories, granz & petites, en bois, en vsaiges, en pastures, en aigues, en prez, en terre, en costumes, & en totes autres choses quex que eles soient. Lesquex choses, ensi com il disoient, estoient dou fie celuy Duc: & de totes cels choses il se sont deuestu por els, & por lor hoirs, & en ont reuestu le Duc por luy, & por ses hoirs, & l'en ont mis en possession, & en veraie vesture, sens aler encontre, por lor sairement que fait en ont sus seinte Euangile. Et onr recogneu deuant nos, que en eschange de cels choses, li deuant diz Dux lor a doné & quitté & ourroié, & à lor hoirs auximent, por luy, & por ses hoirs, totes les choses que il auoit à cestuy ior en la ville & és appartenances de *Villebarni*, en totes choses; sauf le fié que la Dame de *Sombernon*, ou li seinz, doiuent tenir dou & des siens, de ce qu'il ont à Ville-Barny, & ou finaige, liquex fiez remant à Monseignor lou Duc, & és siens, & ces choses de Ville-Barny, & forteresse, se Messire Guillaume la façoit, il, ou si hoir à Ville-Barny, sunt dou fié lige Monseignor le Duc, & des siens, iurauble & rendable, & auec ces choses, & por raison doudit eschange, li Dux lor ay doné & deliuré deniers nombranz cent liures de Digenois; desquex choses, & des deniers il se sunt tenu por paié, & ont renuncié, &c. Et ou témoignage de ceste chose, ce fut fait en l'an de grace mil & deux cent & cinquante & sis, ou mois Douctuure.

Année 1256.

EGo *Petrus* sancti Petri, & ego *Bartholomæus* de Monte sanctæ Germanæ Priores, & ego *Bernardus* Decanus Xristianitatis Barrensis, notum facimus omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd causa quæ vertebatur coram nobis, auctoritate Apostolica, inter *Philippum* Priorem sancti Benigni, ex vna parte, & dominum *Galterum Tronicart* militem, Aduocatum de *Otrecort*, ex altera, pacificata est in hunc modum, bonorum virorum consilio mediante. Videlicet, quòd de omnibus capitalibus quæ dictus Galterus miles ceperat apud Otrecort à Priore supranominato, quittus remansit; tali siquidem conditione, quòd sæpedictus Prior, infra terminum Paschæ proximo venturum, triginta libras prouiniensium in talliis villæ memoratæ, videlicet de Otrecort, percipiet, sine parte supranominati Galteri militis. De tertiis verò, de quibus dictus miles reclamabat capitalia sua esse detenta, præfatus Prior omnino quitatus est, & eius homines, & deinceps sibi sunt reddendæ. Sciendum prætereà, quòd idem Prior & successores sui in villa de Otrecort supranominata partem quæ se contingit, integrè & pacificè possidebunt. Hanc autem pacem coram nobis factam supranominati videlicet Philippus Prior, & Galterus miles, fide interposita se firmiter obseruaturos promiserunt. In cuius rei testimonium, præsentem paginam sigillorum nostrorum munimine ad preces vtriusque partis fecimus roborari. Actum anno Verbi incarnati M. CC. XXI. mense Aprili. Année 1221.

Delegati à Papa terminant discordiam inter Priorem S. Benigni, & dominum Galterum Tornicart militem, super Aduocata de Otrecort. *Ex Chartul. Benignianis.*

EGo *Milo* dominus *Noeriorum*, omnibus notum facio præsentes litteras inspecturis, quòd ego sum homo ligius carissimæ dominæ meæ *Mathildis Comitissæ Niuernensis*, contra omnes gentes qui possint viuere & mori, salua fidelitate Ducissæ Burgundiæ vel Ducis, si succedent. Et sciendum, quòd hæredes & successores mei, eidem dominicæ Comitissæ, & hæredibus, & successoribus suis debent facere homagium ligium, sicut feci, & prout superiùs est expressum. Quod vt factum sit & firmum, præsentes litteras feci sigilli mei munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo secundo, in festo Paschali, mense Aprilis. Année 1222.

Hommage de Miles sire de Noyers.

EGo *Symon* dominus *de Chaucins*, omnibus notum facio, quòd ego cepi Taneaus de Duce Burgundiæ, & postea cepi illud à Ducissa Burgundiæ, & fortericiam de Taneaus insimul, iurabilem & reddibilem, ad magnam vim & paruam: & hoc idem mecum debent iurare omnes homines de Taneaus, Ducissæ vel Duci Burgundiæ, quicumque Dux fuerit. Ita tamen, quod si Dux vel Ducissa illud me requisierit pro affario suo, quicquid ibi capient, excepto lo Forre, tenentur illud totum mi reddere, vel mandato meo, infra quadraginta dies, & dictum Taneaus tenentur ab obsidione seruare & custodire bona fide. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo secundo. Année 1222.

Adueu de Taneaus, par Symon sire de Chaucins.

EGo *Hugo* Dei gratiâ *Lingonensis Episcopus*, vniuersis præsentes litteras inspecturis, notum facio, quod *Vuillelmus dominus Aspersmontis*, de rebus Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis, quas iniustè ceperat apud *Saretum*, in præsentia mea constitutus fecit pacem cum *Gileberto Abbate sancti Benigni Diuionensis*, & Conuentu eiusdem loci; ita quod dicti Abbas & Conuentus eiusdem loci, ipsum quittauerunt. Et propter hoc dictus Vuillelmus dedit in eleemosynam Ecclesiæ præfati sancti Benigni Diuionensis, apud Asperum-

Vuillelmus dominus Aspermontis, pacem init cum Abbate S. Benigni, de rebus quas iniustè ceperat apud

Saccium, & dat in eleemosynam decem solidos censuales. *Ex Chartul. S. Benig.*

montem, pro remedio animæ suæ & antecessorum suorum, decem solidos Stephaniensium censuales, singulis annis, in festo sancti Bartholomæi percipiendos, in nundinis Asperimontis, cum aliis decem solidis Stephaniensium censualibus, quos iam debebat Ecclesiæ memoratæ sancti Benigni Diuionensis singulis annis percipiendos in perpetuum, ad dictum terminum & in eisdem nundinis. Item dictus Vuillelmus, per iuramentum suum præstitum, promisit se facturum pacem præcisè eidem Ecclesiæ, de morte *Ferrici* militis *de Trembloy*, erga vxorem suam & filios suos: erga verò progeniem dicti militis, promisit per iuramentum præstitum facere iuxta posse suum. Actum est hoc anno gratiæ M. CC. XXII.

Année 1222.

Pierre des Barres reconnoist le Duc de Bourgogne à seigneur.

Année 1222.

EGo *Petrus de Barris*, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd post ligietatem domini *Archembaudi de Borbonensis*, toto tempore vitæ meæ ero homo ligius Ducis Burgundiæ, nec habere potero alium dominum ligium ante ipsum, præter dominum Archembaudum dominum Borbonij, nisi de bona voluntate & concessione ipsius Ducis. In cuius rei testimonium, præsentes litteras eidem tradidi sigilli mei munimine roboratas. Actum apud *Vietellum* anno gratiæ millesimo ducentesimo vicesimo secundo.

Alaidis Ducissa Burgundiæ, testatur Conuentum S. Benigni Diuionensis exsoluisse omne debitum in quo tenebatur Salamino Iudæo Diuionensi.

Année 1222.

EGo *Alaidis Ducissa Burgundiæ*, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd *Salaminus* Iudæus Diuionensis, in præsentia mea constitutus, recognouit quod Ecclesia sancti Benigni Diuionensis, tam in capite quàm in membris, liberata erat & quitta ab omni debito quod sibi vmquam antea debuerat, & omni querela. In huius rei testimonium ad petitionem vtriusque partis præsentibus litteris sigillum meum apposui. Actum anno Domini M. CC. XXII. mense Septembris.



Reconnoissance de Pons de Mont S. Iean, sire de Charny.

Année 1222.

EGo *Pontius de Monte sancti Iohannis*, dominus *Charneÿ*, omnibus notum facio, quòd *Alis Ducissa Burgundiæ*, domina mea, mi dedit feodum de *Teire*, & feodum *de Ostricort*, cum pertinentiis, in hunc modum; quod cùm placuerit dictæ Ducissæ, vel filio eius, prædicti feodi cum pertinentiis liberè & absolutè ad ipsos reuertentur. In cuius rei testimonium præsentibus litteris sigillum meum apposui. Actum anno gratiæ millesimo ducentesimo vicesimo secundo, mense Martio.

NOVERINT

NOVERINT vniuersi præsentes litteras inspecturi, quòd nos *A. Comes Valentinensis*, laudamus & confirmamus ea omnia quæ dominus *Vuillelmus de Pictauis* pater meus, donauerat quondam Deo & Ecclesiæ sancti Genesij de *Monte Mairano*; scilicet decimam per deze, & totum hoc quod dominus Vuillelmus prædictus tenet, & alij tenent de ipso sicut ducit molendinum Gontairans, & via molendinaria quæ venit de super condaminam *Gaidonis de Monte Mairano*, quæ ferit ad nemus Vuillelmi Liautauds, & vadit directè Blacham Petri de deu aiua, & ferit ad viam quæ venit de Castro Vlpiani, & vadit versus Castrum *Stellæ*, inter sanctum Crystophorum & Foliosas, & reuertetur per costam Dargensonana, & riuariam totam de Gelata, ex vtraque parte, vsque ad locum qui dicitur Cogolaz, & reuertitur per riuariam de Liria, & per Enersas, & est terra Galdran de Bellomonte, & est ibi totum Foissanes, & feudum Balastenos, & feudus Deuspilaz, & vadit directè viam quæ ducit versùs malum Pertuz, & vadit directè per locum qui dicitur Verchape, & ferit ad aquam ad introitum de Charaias, & reuertitur ad terram *Iarentonis de Vache* de Trasey, præter mansum de Colombeir, & terras Deuschahabaz, & de aliis militibus de Castro Montilij Largerij : & infra istos terminos supradictos aliæ Ecclesiæ non possint aliquid adquirere per mandamentum castrorum. Et pro hac confirmatione, quam fecimus supradictæ Ecclesiæ de Monte Mairano, habuimus à Priore ipsius Ecclesiæ xx. solidos Viennensium, quos numerauimus, & exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciamus, & promittimus, quòd in omnibus prædictis contrà nullatenus veniamus aliqua ratione legis canonicæ, consuetudinis, vel vsus. Actum est hoc apud Castrum Vlpiani sursum in Curia. Testes ad hoc vocati fuerunt *Iohannes Reneuers*, Pe. *d'Vrre*, Vuillelmus *Baiuli*, *Iohannes* frater eius, Petrus *Saluani*, & multi alij. Et ad maioris roboris firmitatem, præsentem cartam nos *A.* prædictus *Comes Valentinensis*, sigilli nostri munimine iussimus roborari. Anno Incarnationis Domini M. CC. XXII.

A.... Comes Valentinensis, confirmat donationes factas à Vuillelmo de Pictauis patre suo, Ecclesiæ S. Genesij, de Monte Mairano, & pro confirmatione accipit xx. solidos Viennensium. *Ex Chartul. Benignano.*

Année 1222.

SEXTO Idus Maij obiit *Galtherus Episcopus Eduensis*, qui dedit huic Ecclesiæ Parrochiam de Quemigneyo.

Fragment d'vn ancien Chartulaire.

Année 1223.

EGO *Iohannes de Monte Regali*, omnibus notum facio, quòd tota fortericia mea, quam ego feci vel faciam apud *Nuuley* prope Fauerneium, est iurabilis & reddibilis Ducissæ & Duci Burgundiæ, quicumque fuerit, in necessitate, ad magnam vim & ad paruam ; ita enim quod si reddita fuerit Ducissæ vel Duci, quicumque fuerit, quicquid ibi ceperit, excepto feno & stramine, infra quadraginta dies debet Dux vel Ducissa michi vel mandato meo restituere. In cuius rei testimonium præsentes litteras sigillo meo feci sigillari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo tertio.

Adueu de Iean de Montreal.

Année 1223.

EGO *Milo dominus Noerij*, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd ego deueni homo charissimi domini mei *Theobaldi Campaniæ & Briæ Comitis Palatini* illustris, & cepi ab eo quinquaginta libratas terræ, sitas apud *Nezintriacum*, in feodo & homagio : videlicet quidquid habeo in eadem villa Neintriaci in omnibus modis & commodis : & teneor eidem Theobaldo Comiti seruire bona fide, tamquam domino meo, salua fidelitate dominorum meorum quos habebam antequam ad eius homagium venissem ; videlicet fidelitate dominæ Ducissæ Burgundiæ, & Comitissæ Niuernensis, & domini *Gui-*

Miles sire de Noyers entre en hommage & fidelité du Comte de Champagne.

donis de sancto Paulo, & *Anserici domini Montis Regalis*, & domini *Montis Mirabilis*, & Abbatis sancti Martini Eduensis, domini *Clerembaudi* de Capis, domini *Galtheri de Iogniaco*, domini *Erardi de Brena*. Certum est autem, quod ego non possum de cætero facere aliquam domum contra Comitem Theobaldum nominatum. Prædictum verò feodum tenebitur à dicto Theobaldo Comite vel eius hæredibus, si hæres habuerit de corpore suo procreatos, quicumque tenebit castrum Noerij. Si verò contigerit, quod Deus auertat, dictum Theobaldum Comitem sine hærede sui corporis decedere, ego & hæredes mei erimus liberi penitus, & quitti erimus à dicto homagio & omnibus istis conuentionibus prænotatis. Quod vt notum permaneat, & firmum teneatur, litteris annotatum sigilli mei munimine roboraui. Actum anno gratiæ 1223. mense Martio.

Année 1223.

Carta Gilleberti Abbatis, & Conuentus sancti Benigni Diuionensis, pro associatione Theobaldi Comitis, ad ædificandum villam de Montruel. *Ex Chartul. Benigniano.*

NOTVM sit omnibus præsentes litteras inspecturis, quod ego *Gilebertus Abbas*, & Conuentus Ecclesiæ *sancti Benigni Diuionensis*, & ego *Galterus* tunc Prior sancti Benigni, associauimus *Theobaudum Comitem Campaniæ*, in toto territorio de *Montruel*; tali pacto, quòd Comes debet ibi homines adducere, villamque construere : & quando homines habitauerint, ibi & villa constructa fuerit, omnium reddituum, & emendarum, & iusticiarum medietatem Comes habebit, & Prior sancti Benigni alteram. Latro, homicida, & adulterium, & li rapt, erunt de iusticia Comitis; & si redimi eos contigerit, vel aliquid in mobilibus siue in terris ab eisdem remanserit, Comes medietatem habebit, & Prior sancti Benigni alteram. Et licebit Comiti ibi domum facere, si voluerit. Prior sancti Benigni habebit ibi grangiam suam, cùm terris & pratis quæ sufficere poterunt ad carrucam vnam : & habebit isdem Prior, extra partem Comitis, Ecclesiam & omnes decimas totius villæ. Nullus hominum nostrorum poterit se transferre ad villam illam, nec retinebit eos Comes, nec potest Comes villam illam alicui conferre, in eleemosynam seu in hominium, vel in feodum, aut in custodiam, nisi Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis. Nec debet Comes questam facere, vel vim inferre hominibus illis, sine consensu Prioris sancti Benigni, nec possunt cogi ire in expeditione homines eiusdem villæ, nisi Comes præsens fuerit. Præpositus aut Maior non constituentur ibi, nisi per consensum Prioris sancti Benigni; & quando constitutus fuerit aliquis horum, tam Priori sancti Benigni, quàm Comiti faciet fidelitatem. Actum est hoc anno gratiæ millesimo ducentesimo vicesimo tertio, mense Iunio.

Année 1223.

Theobaldus Campaniæ & Briæ Comes Palatinus, conuenit cum Gilleberto Abbate & Conuentu S. Benigni Diuionensis, ad ædificandum villam in territorio de Montruel certis conditionibus. *Ex Schedis Benignianis.*

EGO *Theobaldus Campaniæ & Briæ Comes Palatinus*, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd viri venerabiles *Gilebertus* Abbas, & Conuentus Ecclesiæ *sancti Benigni*, & *Galtherus* tunc Prior sancti Benigni, associauerunt me & hæredes meos, in toto territorio *de Montruel*; tali pacto, quòd ego debeo homines ibi adducere, villamque construere : & quando homines habitauerint ibi, & villa constructa fuerit, omnium reddituum, & emendarum, & iusticiarum, ego & hæredes mei habebimus medietatem, & Prior sancti Benigni alteram. Latro, homicida, adulterium, & li rapt, erunt de iusticia mea & hæredum meorum ; & si redimi eos contigerit, vel aliquid in mobilibus siue in terris ab eisdem remanserit, ego & hæredes mei habebimus medietatem, & Prior sancti Benigni alteram : & licebit michi & hæredibus meis ibi domum facere si voluerimus. Prior sancti Benigni habebit ibi grangiam suam cum terris & pratis quæ sufficere poterunt ad carrucam vnam, & habebit Prior, extra partem meam, & hæredum meorum, Ecclesiam & omnes decimas totius villæ. Nullus autem hominum ipsorum poterit se transferre ad villam illam, nec ego vel hæredes mei retinebimus eos. Similiter homines mei, de dominio meo, vel de feodis meis, aut de meis custodiis, sine mea licentia ibi non poterunt retineri. Sciendum autem, quòd ego vel hæredes mei, villam illam alicui conferre non poterimus in eleemosynam, seu in hominium, vel in feodum,

aut in custodiam, nisi Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis : neque debemus questam facere, vel vim inferre hominibus illis, sine consensu Prioris sancti Benigni : neque possunt cogi ire in expeditionem homines eiusdem villæ, nisi ego fuero præsens. Præpositus aut Maior non constituetur ibi, nisi per consensum Prioris sancti Benigni : & quando constitutus fuerit aliquis horum, tam Priori sancti Benigni, quàm mihi & hæredibus meis faciet fidelitatem. Quod vt notum permaneat & firmum, teneaturque litteris annotatum, feci sigilli mei munimine roborari. Actum anno gratiæ M. CC. XXIII. mense Iunio. Année 1223.



G. Dei gratiâ *Cathalaunensis Episcopus* & *Comes Pertici*, omnibus præsens scriptum inspecturis, salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra, quòd cùm *Radulfus* Prior, & Moniales de Vlmeto, contra nobilem virum *Bertrannum de Claromonte*, militem, coram venerabilibus viris Abbate sancti Vrbani, & .... sancti Vrbani, & .... sanctæ Annæ Prioribus, auctoritate Apostolica longo tempore litigassent, petentes ab eo, quòd ipse quoddam molendinum quod super fluuium qui dicitur Eduera, apud villam quæ dicitur *Rabececort*, in grauamen & præiudicium Ecclesiæ de Vlmeto construxerat, remoueret eum à molendino quodam quod habet super eumdem fluuium Ecclesia de Vlmeto, vsque ad situm molendini quod dicitur Leprosorum, vel in toto finagio ipsius villæ nullus alius posset construere molendinum, & quod remoueret pontem & domum : quæ omnia fecerat in solo ad Ecclesiam de Vlmeto spectante, & restitueret dampna quæ vsque ad valorem centum librarum idem miles intulerat iam dictis Priori & Monialibus, vt dicebant. Tamdem, bonorum virorum consilio mediante, in molendino ipso, pro eo quod in alieno solo constructum fuerat, recognouit se ius aliquod non habere, Ecclesiæ de Vlmeto penitus quittare ipsum, & omnibus tam ad idem molere grandientibus, quàm ad illud quod habet super iam dictum fluuium Ecclesia de Vlmeto, vias competentes tenetur tradere. Adiiciens, quòd si fortè alicui dampnum aliquod ab euntibus ad dicta molendina siue redeuntibus illatum fuerit, ille qui dampnum intulerit, per dampni restiturionónem, quamtum ad ipsum militem & suos pertinet, penitus liber erit. Hæc omnia sæpedictus miles per iuramentum suum tenetur fideliter & firmiter obseruare. Prior verò omnia dampna quæ petebat ab eodem milite, nec non & pontem cum prædicta domo, per recompensationem sumptuum factorum ædificando molendinum quod ædificauerat dictus miles, interuentu eorum quibus mediantibus pax ista fiebat, quittauit sæpefato militi liberaliter, & remsit. In ha-

Bertrannus Miles de Claromonte, concedit Monialibus de Vlmeto, molendinum apud villam de Rabececort, coram Vuillelmo Cathalaunensi Episcopo, & Comite Pertici. *Ex Ch. Ben.*

Année 1223. rum igitur rerum testimonium, ad petitionem partium, sigillo nostro feci præsentem paginam sigillari. Actum anno millesimo ducentesimo vicesimo tertio.

Guido Bressans Burgensis de Belna, dat Prioratui S. Stephani Belnensis xv. libras Diuionensium censuales, ad dotationem Altaris S. Michaëlis. *Ex eodem Chartul.*

EGo *Guido Bressans*, Burgensis de Belna, notum facio vniuersis tam præsentibus quàm futuris, quòd ego, laude & assensu vxoris meæ *Perrenon*, & filij mei *Iohannis*, Clerici, & aliorum liberorum meorum, pro remedio animarum, tam meæ & vxoris meæ, quàm antecessorum & hæredum meorum, dedi, concessi, & tradidi in perpetuum eleemosynam, Deo & Ecclesiæ sancti Stephani Belnensis, quindecim libras Diuionensium censuales, annuatim reddendas istis terminis; videlicet medietatem in nundinis Belnensibus, aliam verò medietatem in natiuitate sancti Iohannis Baptistæ; quas assignaui eidem Ecclesiæ super domum meam cum eiusdem manso, quam emi à *Guido Gaudum*, quæ est sita in Burgo Belnensi, iuxta domum lapideam quondam Petri *de Rulee*: ita videlicet, quod quicumque dictam domum vel mansum tenebit, dictam pecuniam memoratæ Ecclesiæ statutis terminis persoluet: quam si non persoluerit, Prior eiusdem Ecclesiæ, vel mandatum monachorum ibidem residentium poterit sæpedictam domum saisire, & in manu sua tenere, quovsque de prædicta pecunia sibi fuerit integrè satisfactum. Hanc autem eleemosynam feci ad præbendam vnius perpetui monachi presbyteri, quam *Gilebertus Abbas sancti Benigni* Diuionensis, & Conuentus eiusdem loci, de assensu & voluntate *Guidonis de sancto Secano*, tunc Prioris dictæ Ecclesiæ sancti Stephani, instituerunt michi, & vxori meæ, & hæredibus meis: qui perpetuò in eadem Ecclesia altari sancti Michaëlis cottidiè deseruiet: ad quod altare, cùm voutâ à dextra parte adiacenti, iam dicti videlicet Abbas & Conuentus, laude & assensu Prioris dicti & monachorum in eadem Ecclesia S. Stephani commorantium, dederunt & concesserunt michi, & vxori meæ, & hæredibus meis in perpetuum, liberè, & absque aliqua contradictione, ingressum & egressum, iter, viam, & actum, per deambulatorium, quod est à mea domo lapidea vsque in voutam vbi situm est dictum altare. Ad quod altare quicquid oblationis & beneficij obuenerit, dictæ Ecclesiæ erit, & monachus qui eidem altari deseruiet, ad illud altare per dictam Ecclesiam habet ingressum. Quod vt ratum & stabile habeatur in perpetuum, præsentes litteras iam dictæ Ecclesiæ tradidi sigillis domini *Duranni* Dei permissione *Cabilonensis Episcopi*, vacante sede Eduensi tunc gerentis vices, venerabilis ac reuerendi domini Archiepiscopi Lugdunensis, & capituli S. Mariæ Belnensis, & dominæ *Alaydis Ducissæ Burgundiæ*, & communiæ Belnensis, in testimonium roboratas. Actum est hoc anno Domini M. CC. XXIII. Année 1223.



Ex Chartul. Tornodorensi.

EGO *Bertholomeus* diuina permissione beati Benedicti *Floriacensis* dictus *Abbas*, totusque eiusdem Ecclesiæ Conuentus, omnibus notum facimus, tam præsentibus quàm futuris, quod Prioratus noster de *Dieto* est de garda & deffensione nobilis Comitissæ *Niuernia* & hæredum suorum, saluo iure domini Regis Francorum. Et ne super hoc in posterum dubitatio habeatur, præsentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum apud sanctum Benedictum Floriacensem, anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo quarto, mense Augusto.

Année 1224.

Ayant recouuré ces pieces icy des priuileges de la Ville de Diion, ie les adiouste icy, pour ne point donner par addition ce qui merite vne place considerable en ce recueil.

C'est la Chartre de la commune de Diion. *Extrait de l'original, scellé en cire verte, à lacs de soye verte & rouge.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Nouerint vniuersi præsentes pariterque futuri, quòd ego *Hugo Dux Burgundiæ*, dedi & concessi hominibus de Diuione, communiam habendam in perpetuum, ad formam communiæ Suessionis, salua libertate quam priùs habebant. Infra Banleucam Diuionensem, alter alteri rectè secundùm suam opinionem auxiliabitur, & nullatenus patietur quod aliquis alicui eorum auferat aliquid, vel de rebus eius aliquid capiat. Credicio de pane & vino, & aliis victualibus, fiet michi Diuione, quindecin diebus; & si infra præscriptum terminum credita non reddidero, nichil amplius michi credetur, donec credita persoluantur. Si quis sacramentum alicui facere debuerit, & ante adimicionem sacramenti se in negotium suum iturum dixerit, propter illud faciendum de itinere suo non remanebit, nec ideo incidet, sed postquam redierit conuenienter submonitus, sacramentum faciet. Si Decanus Diuionensis aliquem implacitauerit, nisi clamor antè venerit, vel forefactum apparuerit, non ei respondebit; si tamen testem habuerit, contra quem accusatus se deffendere non possit, emendabit. Si aliquis aliquam iniuriam fecerit homini qui hanc communiam iurauerit, & clamor ad Iuratos inde venerit, si ipsum hominem qui iniuriam fecit capere potuerit, de corpore suo vindictam capient, nisi forefactum emendauerit ipsi cui illatum fuerit, secundùm iudicium illorum qui communiam custodierint. Et si ille qui forefactum fecit, ad aliquod receptaculum perrexerit, & homines communiæ ad ipsum receptaculum transmiserint, & domino receptaculi vel primatibus ipsius loci quæstionem fecerint, vt de eorum inimico faciant eis restitutionem, si facere voluerint, restitutionem accipient: quod si facere noluerint, homines communiæ auxiliatores erunt faciendi vindictam de corpore & pecunia ipsius qui forefactum fecerit, & hominum illius receptaculi vbi inimicus eorum erit. Si mercator in istam villam ad mercatum venerit, & aliquis ei aliquid fecerit iniuriæ infra banleucam illius villæ, si Iurati inde clamorem audierint, & mercator in ista villa eum inuenerit, homines communiæ ad vindictam faciendam super hoc rectè secundùm opinionem suam auxilium præstabunt, nisi mercator ille de hostibus dictæ communiæ fuerit. Et si ad aliquod receptaculum ille aduersarius perrexerit, si mercator vel Iurati ad eum miserint, & ille satisfecerit mercatori secundùm iudicium Iuratorum communiæ, vel probare & ostendere poterit se ille forefactum non fecisse, communiæ sufficiet. Quod si facere noluerit, si postmodum intra villam Diuionensem capi poterit, de eo vindictam facient Iurati. Nemo propter me & Senescalum meum poterit conducere in villam Diuionensem hominem qui forefactum fecerit homini qui hanc communiam iurauerit, nisi forefactum emendare venerit secundùm iudicium illorum qui communiam seruant. Pecuniam illam quam homines huius communiæ crediderunt, antequam commu-

niam iurassent, si rehabere non poterunt, postquam inde iustum clamorem fecerint, quærent quoquomodo poterunt quod creditam pecuniam rehabeant. Pro illa verò pecunia quam crediderunt postquam hanc communiam iurauerunt, nullum hominem capiant, nisi sit debitor vel fideiussor. Si extraneus homo panem aut vinum suum in villam Diuionensem causâ securitatis adduxerit, si postea inter dominum eius & homines communiæ discordia emerserit, quindecin dies habebit vendendi panem & vinum in ea villa, & defferendi nummos, & aliam pecuniam suam, præter panem & vinum, nisi ipse forefactum fecerit, vel fuerit cum illis qui forefactum fecerunt. Nemo de villa prædicta qui hanc communiam iurauerit, credet pecuniam suam vel commendabit hostibus communiæ quandiu guerra durabit: & si quis probatus fuerit aliquid credidisse hostibus communiæ, iusticia de eo fiet ad iudicium Iuratorum communiæ: si aliquando homines communiæ contra hostes suos exierint, nullus de communia loquetur cum hostibus communiæ, nisi licentia custodum communiæ. Ad hoc homines statuti iurabunt, quod neminem propter amoreu seu propter odium desportabunt, seu grauabunt, & quod rectum iudicium facient secundùm suam existimationem. Omnes alij iurabunt quod idem iudicium quòd prædicti super eos facient, & patientur & concedent; nisi probare poterint quod de censu proprio persoluere nequeunt. Vniuersi homines infra villam Diuionensem & extra, infra banleucam commorantes, in cuiuscumque territorio morantur, communiam iurant. Qui verò iurare noluerit, illi qui iurauerint, de domo ipsius, & de pecunia eius iusticiam facient. Si quis autem de communia aliquid forifecerit, & per Iuratos emendare noluerit, homines communiæ facient ex inde iusticiam. Si quis ad forum pro congreganda communia factum non venerit, duodecin denariis emendabit. Nullus infra villam Diuionensem, vel extra, infra banleucam, aliquem potest capere, nisi Maior & Iurati, quandiu iusticiam de eo facere voluerint. Si quis de communia vel ipsa communia michi aliquid forefecerit, oportebit vt ego in curia sancti Benigni, per Maiorem communiæ ad iudicium Iuratorum, iusticiam de eo vel de ea capiam, nec eos extra prædictam curiam vel placitare, vel cartam monstrare compellere potero. Bannum vindemiarum in perpetuum communiæ concessi. Si autem dissentio aliqua postmodum emerserit, silicet de iudicio siue de aliquo quod non sit in hac carta prænotatum, secundùm cognitionem & testimonium Iuratorum communiæ Suessionis emendabitur, nec proinde communia in me forefecisse reputabitur. De iusticia verò & forefactis meis ita statutum est: de sanguine violenter facto, si clamor inde fiat & probatio, septem solidis emendabitur, & vulneratus quindecin solidos habebit. Si compositio de duello, ante ictum vel post ictum fiat, triginta duos solidos & sex denarios habebo. Si duellum victum fuerit, victus sexaginta quinque solidos persoluet. De misio similiter sicut & de duello fiet. Si homo de communia in furto deprehensus & comprobatus fuerit, si antea furtum fecisse non comprobatus fuerit, sexaginta quinque solidos persoluet: si verò antea comprobatus fuerit, in dispositione mea erit de eo. Si verò de communia non fuerit, in voluntate & dispositione mea de eo erit. De multro verò, in arbitrio & dispositione mea erit, & qui multrum fecerit, Præposito meo tradetur, si Maior inde posse habuerit, nec de cætero in communia recipietur, nisi assensu Iuratorum. Infractio castri, sexaginta quinque solidis emendabitur. De forefacto fructuum & ortorum, est in dispositione Maioris & Iuratorum, nisi de nocte fiat: si verò de nocte fiat, & comprobatum fuerit, sexaginta quinque solidis emendabitur. De raptu, erit in dispositione & arbitrio meo, si mulier tamen tantum clamauerit, quòd à legitimis hominibus audita fuerit, qui hoc probare possint. Infractio cheminij infra banleucam sexaginta quinque solidis emendabitur. De falsa mensura septem solidos habebo. Insuper iurabit, quod de conscientia sua falsam mensuram non habuerit; si autem hoc iurare noluerit, sexaginta

quinque solidos michi persoluet. Si quis pedagium vel ventas extra villam Diuionensem absque assensu pedagiarij vel ventarij portauerit, sexaginta quinque solidos persoluet, si inde comprobatus fuerit. Sciendum verò, quod omnia alia ab hiis quæ in hac carta continentur, in dispositione & arbitrio Maioris & Iuratorum sunt. Si ego communiam submouero pro exercitu meo, ibunt mecum, vel cum Senescallo meo, vel cum Connestallo meo infra regnum Franciæ, secundùm posse suum rationabiliter, & mecum erunt quadraginta diebus. Si verò aliquod castrum infra Ducatum meum obsedero, tunc mecum erunt pro voluntate mea. Et sciendum, quod homines communiæ famulos receptabiles pro se in exercitum meum mittere possunt. Quod autem apud *Marcennayum*, & apud *Facnay* habebam, siue blado, communiæ dedi. Sciendum verò, quod communia potest retinere homines cuiuscumque dominij sint, in villa Diuionis, secundùm consuetudines & vsagium patris mei, & prædecessorum meorum, siue hominibus domini *Saly*. Monetam verò meam Diuioni non possum fortiorem facere, quàm ad legem quinque denariorum. Præterea, ad petitionem meam, *Philippus Rex Franciæ* hanc communiam manu tenendam promisit, ita quod si ab institutis huius communiæ ego resilirem, emendari communiæ faciet, reddendo capitale, secundùm iudicium Curiæ suæ, infra quadraginta dies ex quo clamor ad eum inde peruenerit. Archiepiscopus quoque Lugdunensis, Eduensis, Lingonensis & Cabilonensis Episcopi, ad petitionem meam hanc communiam manutenendam promiserunt, taliter, quod si ego vel alius, per me, de quo posse habeam instituta communiæ quæ in præsenti carta continentur, infregerit, & ex quo inde ad eos clamor peruenerit, ipsamque infractionem per Maiorem communiæ, vel per alium loco Maioris, si Maior ire securè non poterit, & per duos alios de Iuratis communiæ, quos Maior iuramento firmauerit esse legitimos, fuerit comprobata, Archiepiscopus & Episcopi, vt ipsam infractionem reddendo capitale eiusdem per se vel per nuncios suos, infra regnum Franciæ me submouebunt. Si verò, post submonitionem factam, ipsam infractionem infra quatuordecin dies communiæ non emendauero, totam terram meam interdicto supponent, præter Diuionem, & vsque ad determinatam satisfactionem facient obseruari. Et sciendum, quod ego Dux, vel filij mei, vel vxor mea, commendatos vel hominem taillabilem infra Diuionem, vel infra banleucam habere non possumus. Dedi etiam eis quicquid dominus *Girardus* rationum apud Diuionem habebat, & omnes eschcoites in hominibus quæ ad me venire debent. Concessi similiter eis, quod nundinas sancti Iohannis, & nundinas Omnium Sanctorum, in forum, Sabbati & diei Mercurij, non possum remouere de locis in quibus erant anno quo eis hanc cartam dedi. Concessi etiam eis, quod locationem hestarum fori & nundinarum, scilicet nummulariorum mercatorum, sutorum, & aliorum vendentium non possunt accrescere vltra tertiam partem locationis, quæ fuit anno illo quo carta hæc communiæ data fuit. Præter hæc eis concessi, quod si homo de communia, pro debito meo bene & fideliter cognito captus fuerit, vel aliquid amiserit, de meis redditibus Diuionis vel de causa mea, si redditus non sufficient, redimetur, vel quod amisit ei restituetur. Concessi etiam eis, quod si Præpositus meus Diuionensis aliquid ceperit de rebus hominum communiæ, reddet sine omni placito quantum homo ille probauerit, si legitimus à Maiore testificatus fuerit. Sciendum etiam quod pro permissione huius communiæ reddent michi, vel Præposito meo, homines mei de hac communia annuatin, quingentas marchas talis argenti, quale cambitores in nundinis inter se dant & recipiunt, reddendas apud Diuionem in die Martis ante Ramis Palmarum, vel in Sabbato magno Paschæ apud Barrum. Sub prænotatis itaque constitutionibus omnes homines meos quicumque in præscripta communia fuerint, quittos & immunes à taillia in perpetuum esse concedo. Vt autem hoc ratum & inuiolabile permaneat, præfatam communiam iuraui

tenendam, & irreffragabiliter obferuandam, & *Odo* filius meus iurauit ftabiliter, & figilli mei impreffione muniui, faluo quidem iure meo & Ecclefiarum & militum, & faluis omnibus hiis quæ habebant Ecclefia & milites, in hominibus fuis, in tempore patris mei, & ante communiam qui in prædicta villa aliquid iuris habent, abfque captione hominum. Huius verò meæ conceffionis & confirmationis teftes funt, *Ancericus* dominus *Montis Regij*, *Aymo* dominus *Marrignei*, *Guido* dominus *Tilicaftri*, *Vuillermus* filius domini Odonis *Campanenfes*, Hugo dominus *Roche*, Robertus *Basllox*, Anferinus *de Ballox*, Bertinus *de Sendon*, Simon *de Bracon*, Odo *de Diuione*, Aymo *de Montereyo*, Ralo *fancti Iuliani*, Vallerus dominus *Sombernonis*, Otho dominus *Salij*, Vuillermus dominus *Fauerney*, Stephanus *Vilanus*, Yulo *de Salio*, Otho *de Saffre*, Amedeus dominus *Arcellis*, qui etiam omnes prædictam communiam fe fideliter manutenendam, & ab omni infractione conferuandam iurauerunt. Actum publicè Diuione, anno incarnati Verbi millefimo centefimo octogefimo feptimo.

Année 1187.

Ceft li chartres de la ville de Soiffons, de fes priuileges.

NOVERINT vniuerfi præfentes & futuri, quòd hæc inftituta & has habet confuetudines communia Sueffionis. Si quis violentiam alicui de comunia fecerit, cuiufcumque dominij fit, & inde clamor ad Maiorem & Iuratos peruenerit, per eos emendabit, vel de eo iufticia fiet. Si clamor de debito fiat, ad dominum de cuius iufticia eft, clamor prius ille fiet, & fi fatisfecerit ei, accipiet. Si verò non prima iufticia fuper debitorem nonnullam non faciet, fed quicquid per primam iufticiam cognitum fuerit, vel per duos legitimos teftes, Maior rehabere faciet, fi inde clamor ad eum venerit. Sciendum etiam, quod communia Maiorem & Iuratos eligit in communia fua, cuiufcumque dominij fit, feu miles fit an non, & oportet vt electus in Maiorem vel Iuratum, fit Maior vel Iuratus, velit, nolit. Poffunt autem Iurati ad fua iudicia facienda aliquos difcretos quam Iuratos aduocare, fi voluerint. Si quis communiæ miffam vel talliam fuper fe pofitam foluere noluerit, Maior vadia capiet, vel corpus eiùs detinebit, donec dicta miffa vel taillia perfoluatur, cuiufcumque dominij fit. Omnia autem regulanda funt, præter feoda. Nemo de communia cum bannito pro graui culpa loquetur, nifi licentia Maioris & Iuratorum, nec aliquod ei beneficium præbebit. Si quis iudicium in curia Maioris factum blafphemauerit, & tenere noluerit, fingulis Iuratis qui iudicio interfuerint, quinque folidos emendabit. Si villa Regi aliquem emendationem fecerit, omnis de communia, cuiufcumque dominij fint, excepto Maiore, fecundùm poffe fuum ibi ponent. Si Rex in exercitum communiam inuitat, omnes de communia, cuiufcumque dominij fint, per Maiorem ibunt, nifi Maior & Iurati eos detinuerint. Ad villam claudandam & inforcendam, vel ad balfridum, vel ad campanam faciendam, omnes, cuiufcumque dominij funt, ponunt. Curia Epifcopi ad voluntatem noftram nobis à Rege data eft, ad cartam monftrandam & ad placitandum, nec aliquis nos à dicta Curia expellere poteft. Maior in communi miffa vel taillia nichil ponet, Iurati nec excubias faciunt, neque emendationem duodecin denariorum quæ ad Maiorem pertinet. Si quis vadia famulo Maioris vi abftulerit, quinque folidis emendabit. Maior neminem Iuratorum per fe capere poteft, nifi homicidio. Si quis in duello victus fuerit, aut aliquis pro eo poft duellum firmare non poteft, nec teftimonium in caufa portare, nec aliquam monftram facere. Si Præpofitus Sueffionis aliquid contra communiam fecerit, per Maiorem emendabit. Nemo aliquem de fuis hominibus qui de communia noftra fit, infra villam noftram vel extra ob vllam caufam capere poterit quandiu per Maiorem fe iufticiare voluerit. Si homo de communia noftra famulum Regis iratus percutiet, vel è conuerfo, per Maiorem emendabitur. Sciendum quod banleucam extra ciuitatem habemus. Nemo aliquem vadiare poteft pro debito, vel

vel pro alia causa, nisi per Maiorem sua exposuerit. Si quis Maiorem desmant, per Iuratos emendabit. Si Iuratus Iuratum coram Maiore iratus percutit, secundùm iudicium Iuratorum emendabit. Si quis de communia, cuiuscumque dominij sit, ad ranutionem imsij per manum Maioris fecerit, dominus eius inde eum retrahere non potest. Custodes segetum & vinearum, assensu eorum quorum segetes & vineæ sunt, singulis territoriis apponuntur, domino terræ assentiente, qui numquam eos refutare potest. Nemo de communia iusticiabit se de possessionibus suis, per Archidiaconum, nec per Decanum, nisi sit vidua. Si guerra inter Ducem & alium dominum orta fuerit, Dux vel alius, licèt in communia homines habeant, nichil de rebus hominum communiæ pro illa guerra capere poterit. Si quis de Iuratis eorum reuelat consilium, extra consilium fiet. Si communia ad vindicandum se aliquando exierit, quocumque modo poterit se vindicabit, ita tamen, quod aliis qui nichil eis forefecerunt, dampnum non inferat. Et si quis de communia sine assensu Maioris & Iuratorum aliquid alicui forefecerit, si probatus fuerit, solus emendabit, & non communia. Sciendum, quod quicumque domum vel plateam infra villam Suessionis habet, communiam iurare debet, & in communibus Missis secundùm posse suum ponere. Vt autem hoc ratum & constans habeatur, communia Suessionis hanc cartam appositione sui sigilli certificauit. *Scellé en cire & soye blanche.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Nouerint vniuersi, quòd ego *Odo* filius Hugonis *Ducis Burgundiæ*, communiam quam pater meus hominibus de Diuione, ad formam communiæ Suessionis in perpetuum habendam concessit, sicut in carta patris mei super hoc facta continetur, eisdem hominibus laudaui, concessi, & tenendam iuraui; ad petitionem quoque patris mei, & meam, *Philippus Rex Franciæ*, hanc communiam manutenendam promisit. Ita, quod si ab institutis huius communiæ resilirem, emendari communia faciet, reddendo capitale, secundùm iudicium curiæ suæ, infra quadraginta dies, ex quo clamor ad eum inde peruenerit. Archiepiscopus quoque Lugdunensis, Eduensis, Lingonensis, Cabilonensis Episcopi, ad petitionem patris mei & meam, hanc communiam manutenendam promiserunt; taliter, quòd si ego vel alius per me de quo posse habeam, instituta communiæ quæ præsenti carta continentur infregerit, ex quo inde ad eos clamor peruenerit, ipsamque infractionem, per Maiorem communiæ vel per alium loco Maioris, si Maior securè ire non poterit, & per alios duos de Iuratis communiæ, quos Maior iuramento firmauerit esse legitimos, fuerit comprobata: præfati Archiepiscopi & Episcopi, ipsam infractionem reddendo capitale emendent, per se vel per nuncios suos infra regnum Franciæ me submouebunt. Si verò post submonitionem factam, ipsam infractionem infra quatuordecin dies communiæ non emendauero, totam terram meam interdicto supponent, præter Diuionem, & vsque ad determinatam satisfactionem facient obseruari. Vt autem huius meæ concessionis pagina perpetuis inconuulsa maneat temporibus, eam sigilli mei attestatione roboraui. Huius rei testes sunt *Auxericus* dominus *Montis Regij*, Aymo dominus *Marrigney*, Guido dominus *Tylicastri*, Villermus filius domini Odonis *Campanensis*, Hugo dominus *Roche*, Robertus de *Bailleux*, Anserinus de *Ballox*, Bertrandus *de Saudon*, Symon de *Bracon*, Odo de *Diuione*, Aymo de *Montereir*, Ralo de *sancto Iuliano*, Valterus dominus *Sombernionis*, Otho dominus *Salij*, Villermus dominus *Fauerney*, Stephanus *Iulianus*, Valo de *Salio*, Otho de *Saffres*, Amedeus dominus *Accellarum*, qui etiam omnes prædictam communiam se fide vt manutenendam ab omni infractione conseruandam iurauerunt. Actum publicè Diuioni, anno incarnati Verbi millesimo centesimo octogesimo septimo. Année 1187.

Ce est vne confirmations donée de Ode, fil Hugue Duc de Burgoigne.

Confirmations de Heude Duc de Burgoigne, donnée à la commune de Diion.

EGo *Odo Dux Burgundiæ*, notum facio vniuersis, quòd Maior & Iurati communiæ Diuionis, ne suorum discretorum excessus in dampnum vniuersitatis nimis excresserent, impetrauerunt à me sibi donari omnes illos excessus, secundùm suam considerationem pecuniæ ad villæ deliberationem posse punire quos carta suæ communiæ, à patre meo, & à me sibi donata, nominatin non exprimit, ex toto meos esse, in omni pecunia & corpore rei. Donaui etiam eis, & bona fide concessi, quòd si communia aliquando, quod absit, dissolueretur, mi vel hæredibus meis non liceret dictam punitionem retinere, vel in consuetudinem protrahere, nec aliquam eos, occasione huius punitionis, in causam trahere. Donaui etiam eis Heliam Iudæum, cum suis hæredibus, *Vigerio*, qui eum tunc ex meo dono habebat, ipsum quittante, & donum laudante. Actum anno incarnati Verbi millesimo centesimo nonagesimo septimo, quinto Nonas Iulij. Quod vt ratum habeatur, huic cartæ sigillum nostrum fecimus apponi. *Extrait de l'Original seellé de cire blanche à lacs de soye blanche & verte.*

Année 1197.

C'est la Chartre, ou li Dux Heudes coignoit qu'il hay hou deniers d'vn Monnoyer, ce qu'il ne pouoit faire, ny auoir reançon de fause Monnoye.

EGo *Odo Dux Burgundiæ*, notum facio vniuersis, quòd à *Valtero Borgole*, qui de communia Diuionis erat, de falsatione monetarum accusato, pecuniam ad voluntatem meam extorsi. Quod quia secundùm iudicium suæ communiæ non feci, assero me non pugniturum, neque michi licere de extero consimilem culpam pugnire in vllo hominum dictæ communiæ, nisi secundùm tenorem cartæ prænominatæ communiæ. Quod vt ratum habeatur, appositione mei sigilli hanc cartam muniui. Actum incarnati Verbi anno millesimo centesimo nonagesimo octauo. Originale sigillatum. *Extrait de l'original seellé en cire blanche à double queuë.*

Année 1198.

C'est vne confirmations dou Dux Huedes, des priuileges de Diion.

EGo *Odo Dux Burgundiæ*, notum facio præsentibus & futuris, quòd præstito iuramento reconfirmaui Burgensibus Diuionis, communiam suam, & firmiter tenendam promisi, sub hoc tenore. Quod si ego resilirem ab institutis dictæ communiæ, resultus factus nunciaretur Regi Francorum per Abbatem Cystercij, vel per Abbatem Clareuallis, vel per vnum suorum monachorum, quibus crederetur suo verbo, vel per vnum Burgensem Diuionis, cui crederetur suo iuramento. Hoc eodem modo crederetur nunciatus Archiepiscopo Lugdunensi, & Episcopo Lingonensi, & Cabilonensi, & Eduensi; quos bona fide rogo, vt totam terram meam, præter Diuionem, interdicto supponant, donec resultum communiæ emendauerim. Et vt hoc irrefragabiliter teneatur, præsens scriptum sigillo meo confirmaui. Actum incarnati Verbi anno millesimo centesimo nonagesimo tertio. *Seellé en cire blanche à lacs de soye rouge.*

Année 1193.

C'est la Chartre de Hugue Duc de Borgoine, donée à la commune de Diion.

EGo *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd ego coram Deo & hominibus, iuraui hominibus Diuionensibus, quod communiam eorum, Diuionensium libertates, eorum consuetudines, constitutiones, & omnes alias eorum immunitates, à bonæ memoriæ *Hugone* auo meo, & *Odone* patre meo, Ducibus Burgundiæ sibi confirmatas, sicut in eorum cartis sigillis suis sigillatis, quas Diuionenses penes se habent, pleniùs continentur, nec non & personas ipsorum, cum rebus suis, in perpetuum manutenebo, & fideliter conseruabo. Iuraui etiam dictis Diuionensibus, quod quando ad militiam promotus fuero, eis præsentes litteras innouabo,

& eo sigillo, quo miles vtar, sigillabo, & eis tradam sigillatas. In huius rei testimonium & munimen præsenti paginæ sigillum meum apposui, & dictis Diuionensibus tradidi sigillatum. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo octauo, mense Februario. *Extrait de l'original, & lacs de soye rouge.* Année 1228.

NOVS *Hugues Dux de Burgoigne*, façons sauuoir à tous cels qui verront ces presentes lettres, que comme li Maires, & li Iuré de la commune de Diion, nous haient monstré que li ville de Diion soit chargié mout, & à ce moimement, quele ne puet soffrir ne sostenir les fais des debtes & des censes dont elle est chargié; & aucun de la ville, malitioisement, & pour le fais de la ville escheiuer, dioient qu'il s'en soient alé de la ville, & demoroient en la vile, ne riens ne volent paier por aligier la ville; & li Maires, & li Iuré, & li commune de Diion, nous haient soupploié & requis, que pour deu, & pour pitié, & pour le bien de la ville, nos metriens consoil & remede en ceste chose. Nous qui hauons vehu la requeste estre auenant & mesurauble, por consoil de bones gens, & por la volonté dou Maiour, & des Iurez de la commune de Diion, hauons estaubly & accordé les porcours de cels qui s'en voudront aler de Diion, sans la taille de la ville paier; en tel maniere, que cil qui s'en voudront aller, soient hommes ou femmes vauues, senz la taille de la ville paier, por demorer aillours, s'en doiuent aler deuant la Toussainz, & doiuent demorer, & tenir feu & leu, & lor maignaige, là où il iront ester fors de la banlie, dois la Toussains, iusque à la Natiuité saint Iehan Baptiste, ne ne puent dedans cette termine tenir hostel à Diion, ne dedans la banlée, menaige, ne vendre en seur semaine, ne tenir ouuraour, ce n'est à iour de marchief, ou de foire de la ville anxi comme estranges, sauf ce que bien puet li hons ou li femmes dedans ce termine venir ou enuoier senz son maignaige, pour sa tairre faire, & vendre en gros son blef & son vin, & faire vendre par autre son vin à broiche, & venir por mariaige, ou por mor de son ami, ou por autre essoine loiaul, sens son maignaige, & venir anxi comme hons estrangers; sauf ce que ce il est trouuez à Diion à feste annuaul, ou dedans la banlée, sans aucun de cels essoines loiauls, il paieroit la taille de la ville de Diion. Et est à sauoir que dois la feste de saint Iehan deuant dite, iusque à la Toussains ensuigant, il porront venir à Diion, & amener lor maignaige, por lor moissons, por lor foins, & por lor venoinges, ou por lor foins recueillir; en tel meniere, que il ne porront vandre à estaul, ne tenir ouuraour en seur semaine, se n'est à iour de marchief, ou de foire de Diion, si comme estrangers. Et se il estoient trouuez à Diion, ou dedans la banleuë à feste annuaul, il paieroit la taille de Diion, & cil escarge, & cil porcours, doiuent estre de duit por le Maiour & por les Iurez. En se il failloit de prouer son estaige, que il tenroit aillors, il ne porroit estre accusez mas, que de paier la taille, que li seroit gerié auenammant. Et cels estaublissemanz nous volons & otroions, & confermons à tousiours mais, por nous, & por nos hoirs, & promettons à tenir, & à faire tenir à tous iours à bone foy, sauf ce que nous, por nous, & por nos hoirs, retenons, & hauons retenu à tousiours, que cil estaublissement ne puissent nuire ne greuer à nous, ne à nos hoirs, és raisons ne és droitures que nous hauiens, ou deuiens, ou pouiens hauoir par droit ou par costume, ou par bon vsaige, au iour que ces lettres furent données en ladite ville de Diion sus les homes, sus lor choses en la ville, & dehors. Et que ce soit ferme chose & estauble, por lor priere nos hauons fait mettre nostre seaul en ces presentes lettres. Ce est fait en l'an de grace mil deux cent soixente huit, ou mois de May. *Scellées en cire verde, sur double queuë de parchemin.*

Cest la Chartre de paies la taille de la ville de Diion.

Année 1268.

C'est vne confirmations de Hugue Dux de Borgoine, donée à la commune de Diion.

EGO *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd ego, coram Deo & hominibus, iuraui hominibus Diuionensibus, quod communiam eorum, Diuionensium libertates, eorum consuetudines, constitutiones, & omnes alias eorum immunitates, à bonæ memoriæ *Hugone* auo meo, & *Odone* patre meo, Ducibus Burgundiæ, sibi confirmatas, sicut in eorum cartis sigillis suis sigillatis, quas Diuionenses penes se habent, plenius continetur, nec non personas ipsorum cum rebus suis in perpetuum manutenebo, & fideliter conseruabo. In cuius rei testimonium & munimen, præsenti paginæ sigillum meum apposui, & dictis Diuionensibus tradidi sigillatam. Actum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, mense Octobris. *Scellée en cire verte sur double queuë de parchemin.*

Année 1272.

C'est la Chartre de Philippe Roy de France, donée à la commune.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. *Philippus Dei gratia Francorum Rex*, nouerint vniuersi præsentes pariter & futuri, quòd fidelis & consanguineus *Hugo Dux Burgundiæ*, suis hominibus de Diuione communiam dedit, ad formam communiæ Suessionis, salua libertate quam antea habebant. Hanc autem communiam memoratus Dux *Hugo*, & *Odo* filius eius, iurauerunt tenendam & inuiolabiliter obseruandam. Vnde, ad petitionem & voluntatem ipsius Ducis, & filij eius, præfatam communiam manucapimus conseruandam & manutenendam, sub hac forma. Quod si Dux vel hæredes eius memoratam communiam vellent infringere, vel ab institutionibus communiæ resilire, nos ad posse nostrum eam teneri faciemus. Quod si Dux pro nobis facere nollet, nos eos & res suas in terra nostra receptaremus, saluum conductum eis præbentes. Quod vt perpetuam & inconuulsam sorciatur firmitatem, præsentem cartam sigilli nostri auctoritate, & Regij nominis karactere inferiùs annotato communiri præcipimus. Actum apud *Caluum Montem*, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo octogesimo tertio, regni nostri anno quinto, astantibus in palatio nostro, quorum nomina supposita sunt & signa. Signum Comitis *Theobaldi Dapiferi* nostri, signum *Guidonis Buticularij*, signum *Mathei Camerarij*, signum *Radulphi Constabularij*. Data per manum *Hugonis Cancellarij*. *L'original est scellé en cire verte, & lacs de soye verte.*

Année 1183.

C'est vne confirmations dou Roy Phelippe, donée es homes, & à la commune de Diion.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. *Philippus Dei gratiâ Francorum Rex*. Nouerint vniuersi præsentes pariter & futuri, quòd *Hugo Dux Burgundiæ*, hominibus de Diuione dedit & concessit communiam in perpetuum habendam, ad formam communiæ Suessionis. Nos verò ad petitionem ipsius Ducis & *Odonis* filij eius, eam confirmamus, & ita manutenendam promittimus, quod si vel Dux, vel dictus filius eius ab institutis huius communiæ resilierit, nos infra quadraginta dies ex quo clamor inde ad nos peruenerit, communiæ emendari faciemus, sicut Curia nostra iudicabit, reddendo capitale. Quod vt perpetuam stabilitatem obtineat, præsentem paginam sigilli nostri auctoritate, ac Regij nominis karactere inferiùs annotato præcepimus confirmari. Actum *Tornodorij*, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo octogesimo septimo, regni nostri anno octauo, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt & signa. Signum Comitis *Theobaldi Dapiferi* nostri, signum *Guidonis Buticularij*, signum *Mathei Camerarij*, signum *Radulphi Constabularij*. Data vacante Cancellaria. *Scellé en cire verte à lacs de soye rouge.*

Année 1187.

EGo *Hugo Dux Burgundiæ*, omnibus notum facio, quod dedi & conceſſi Maiori & Scabinis Diuionis, Iudæos meos Diuionenſes, & volo quòd ſint de ſua communia. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſecundo, menſe Mayo. *Scellé en cire blanche; & ſimple queue pendante.*

Hugues done à la commune de Dion ſes Iuifs. Année 1232.

ODo *Dux Burgundiæ*. Sciant vniuerſi tam præſentes quàm futuri, quòd anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo nonageſimo ſexto, diſcordia fuit inter me & communiam Diuionenſem, quæ pacificata fuit in hunc modum. Quittauerunt enim michi villam quæ vocatur Fenay, quam pater meus dederat eis, aſſenſu meo & laude mea, & ego dedi communiæ Bannum Diuionenſem, & Iudæos, & attractum liberè Iudæorum, & partem eſtalagij Diuionis, quæ ad me pertinebit eo tempore de nundinis ſancti Iohannis, & de nundinis feſtiuitatis Omnium Sanctorum. Et quia continetur in magna cartâ Diuionenſis communiæ, quod pater meus & ego dederamus communiæ in perpetuum villam de Frenay. Si quis vellet lædere cartam propter hoc, & ire contrà communiam, ego nullo modo paterer contra omnes terram, teſtimonium & garantiam. Huius concordiæ & donationis noſtræ in teſtimonium, cartam præſentem ſigilli noſtri munimine roborauimus. *Scellé en cire blanche, à double queue.*

C'eſt li dons dou ban de l'atrait des Iuifs, & de la foire ſaint Iehan, & de Touſſains, par li Duc Huede. Année 1196.

EGo *Odo Dux Burgundiæ*, præſentibus & futuris notum facio, quod ſi ego reſilirem ab inſtitutis communiæ Diuionenſis, quam conceſſi in perpetuum habendam hominibus eiuſdem villæ, dominus *Grancei*, & dominus *Tricaſtelli*, & dominus *Vergij*, & dominus *Tyliæ*, & dominus *Pontius Coneſtabulus*, & Guillermus dominus *Marrigney*, & dominus *Maley*, & dominus *Chantite*, & Seneſcallus, & dominus *Salij*, & dominus *Montis Regalis*, reciperent Burgenſes Diuionenſes in ſuas munitiones, & conducerent eos, & ſua pro poſſe ſuo. *Scellé en cire verte, à double queuë.*

C'eſt vne confirmations de Heudes Dux de Borgoine.

EGo *Odo Dux Burgundiæ*, præſentibus & futuris notum facio, me præcepiſſe *Hugoni domino Vergey*, Stephano de *Monte ſancti Iohannis*, Pontio de *Grancey* Coneſtabulo meo, Odoni domino *Channitie*, Odoni domino *Grancey*, Hugoni domino *Tilicaſtri*, Guidoni domino *Salij*, Galtero domino *Somberinonts*, Marcello domino *Mailley*, Guidoni domino *Tily*, vt ipſi homines meos infra munitiones ſuas recipiant, & ipſos cum rebus ſuis conducant, ſi ab inſtitutis communiæ Diuionenſis reſiliero, quandiu inter me & meos homines Diuionenſes diſcordia fuerit, nec interin de aliquo quod ab eis exigerim michi reſponderunt. Actum anno incarnati Verbi milleſimo centeſimo nonageſimo tertio.

C'eſt vn mandement fait à pluſors Cheualiers, por aſſurance de la Chartre de Dion, par li Dux Huedes. Année 1193.

DEi gracia Abbati Claræuallis Patri ſuo ſanctiſſimo, *Odo Dux Burgundiæ*, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum. Dilectionem noſtram, de qua multum confidimus, humiliter exoramus, quatinus amore Dei & noſtri, hominibus communiæ Diuionenſis promitatis, quod ſi ab inſtitutis communiæ reſiliero, quoquomodo didiſceritis, nos reſultum communiæ Regi Francorum, per vos, vel per vnum monachorum veſtrorum, cui ſolo verbo creditur, nunciabitis: ſimiliter Archiepiſcopo Lugdunenſi, Epiſcopo Lingonenſi, Epiſcopo Eduenſi, & Cabilonenſi, eundem reſultum nunciabitis, qui totam terram meam præter Diuionem interdicto ſupponent, donec emendatum ſit.

C'eſt vn mandemanz que li Dux fait à l'Abé de Cleruaus.

C'est vne promesse que Aalis Duchasse fit à la commune de Diion.

EGO *Aalidis Ducissa Burgundiæ*, notum facio præsentibus & futuris, quòd communia Diuionensis ad mandatum meum iurauit, quòd si alicui nupsero, nisi de voluntate karissimi domini mei *Philippi Regis Francorum*, vel ei, provt debuero non seruiero, dicta communia, absque malefactis, ad dominum Regem se tenebit, & contra me ibit, donec inde domino Regi fuerit satisfactum, saluis tamen consuetudinibus & libertate dictæ communiæ. Quod vt ratum & firmum habeatur, præsenti paginæ sigillum meum apposui. Actum anno Domini millesimo ducentesimo octauo decimo, mense Augusto. *Seellé en cire blanche, à double queuë.*

Année 1218.

C'est vne lettre dou Seignour de Vergey Villaumes, sire, qui promit à maintenir & à garder la commune de Diion.

EGO *Villermus de Vergeyo* Senescallus Burgundiæ, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd cùm *Hugo Dux Burgundiæ* contulit libertatem marcharum hominibus suis villæ Diuionensis, quam per sacramentum suum in perpetuum tenere promisit, ego similiter iuraui dictam libertatem, sicut in litteris Ducis expressum est, firmiter obseruare, & consilium & auxilium meum fideliter imponere de dicta libertate firmiter obseruanda. Si verò Dux, de his in aliquo dictis hominibus suis, per se vel per inimicum suum vellet molestiam inferre, vel de hiis in aliquo resilire, ego per sacramentum meum pro posse meo fideliter laborarem, vt Dux dictam libertatem & pactiones teneret, & ego dictos homines Diuionenses vbique conseruarem secundùm posse meum. In cuius rei testimonium dictis hominibus præsentes litteras tradidi sigilli mei munimine roboratas. Datum Diuioni anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense Nouembris.

Année 1231.

Lettre de Gautiers Seneschaut le Duc de Borgoine, à garder lesdiz preuileges.

EGO *Galterus de Castellione* Senescallus Ducis Burgundiæ, præsentibus & futuris notum facio, me bona fide iurasse communiam Diuionensem pro posse meo manutenendam, nec consilium exibebo, nec assensum, quando Dux ab institutis communiæ resiliat, immo homines Diuionenses in munitiones meas recipiam, & homines communiæ cum rebus suis conducam.

En ceste lettre promist Huedes sire de Chantlis, à garder à la commune de Diion lesdiz preuilaiges.

NOTVM facio omnibus, quòd ego *Odo dominus Chanlite*, ad petitionem *Odonis Ducis* reciperem Burgenses Diuionenses in meas munitiones, & eos conducerem, & sua pro posse meo, si dictus Dux ab institutis communiæ Diuionensis resiliret.

C'est la chartre de Hugue Duc de Borgoine, comment l'en doit mettre le Maire & les Escheviz en la ville de Diion.

HVGO *Dux Burgundiæ*, karissimis suis & dilectis, Maiori, Scabinis, & toti communiæ Diuionensis, salutem & amorem. Noueritis quòd vestram petitionem, quam nobis fecistis, audiuimus & intelleximus diligenter, pro eo quod nobis non videtur dissocia rationi quæ petitio talis fuit. Videlicet vt vobis concederemus & vellemus, quòd qui institueretur Maior in communia Diuionensi, deinceps vsque post transactum triannium, ille idem non possit eligi in Maiorem. Similiter, qui per vnum annum essent Scabini, nullus eorum vsque post transactum triannium vllo modo potest vocari vel eligi in Scabinum. Adiunctum etiam fuit nostræ petitioni, vt non possent in vno anno fieri Maior vel Scabinus, pater cum filio, aut filius cum patre, neque similiter duo fratres. Quam petitionem pro eo quod eam perpendimus nobis & nostris esse non nocuam, vobis autem & posteris vestris necessariam & honestam, de consensu consilij nostri eam vobis & vestris posteris concedimus &

donamus. Verumtamen nobis liceat Maiorem qui pro tempore fuerit, quantumcumque nobis placuerit, ipsum reeligere in Maiorem, dummodo iuuentus fuerit idoneus & fidelis, & nobis & villæ vtilis, & ab vniuersitate villæ fuerit reelectus. Et hoc vobis concedimus & præcipimus firmiter obseruari, saluis nichilominus omnino vobis & posteris vestris, litteris, cartis, consuetudinibus, & aliis vsibus bonis vsque tunc habitis & obtentis. Et vt hoc ratum & firmum in perpetuum habeatur, præsentibus litteris sigillum nostrum fecimus apponi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quinto, mense Nouembris. *Scellé en cire blanche à double queuë.*

Année 1235.

C'est vns acorz faiz de Robert Duc de Borgoine, des marz de la commune de Diion.

NOs *Robertus Dux Burgundiæ*, Franciæ Camerarius, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd cùm propter defectum causæ quingentarum marcharum nobis debitæ, & non solutæ, & regimen villæ Diuionensis in manu nostra cepissemus, & Odonem *de Salmasia* Maiorem Diuionensem, & Scabinos ad regimen dictæ communiæ Diuionensis cum dicto Odone creatos, à dicto regimine admouissemus, & *Petrum de Antigneyo* nomine nostro Maiorem, & nouos Scabinos cum ipso in regimine communiæ instituissemus, super quibus dicti Odo & Scabini cum ipso creati domino Regi Franciæ conquesti fuerant, petentes vt sibi & communiæ Diuioni præmissa faceret emendari; dicentes dictum dominum Regem iuxta tenorem litterarum prædecessorum suorum dictæ communiæ concessarum ad hæc teneri. Nos captionem, admonitionem, & institutionem prædictas, pro bono pacis, & de bonorum consilio penitus adnullamus, nolentes quod occasione earundem, Maiori, Scabinis, & communiæ Diuionensis, in libertatibus, iuribus, & consuetudinibus suis, seu priuilegiis & cartis, tam à claræ memoriæ *Philippo Franciæ Rege*, quàm à nostris prædecessoribus Burgundiæ Ducibus dictæ communiæ concessis, aliquod in posterum præiudicium generetur. Immo volumus & concedimus, quod status communiæ Diuionensis, in omnibus & per omnia in ea integritate & firmitate integer & illæsus permaneat, in quibus erat ante tempus captionis, admonitionis, & institutionis prædictarum, & carta, & priuilegia dictæ communiæ eandem roboris firmitatem obtineant, quam habebant ante tempus captionis, admonitionis, & institutionis prædictarum. In cuius rei testimonium & munimen, præsentes litteras dedimus nostro sigillo sigillatas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, mense Ianuario.

Année 1277.

Pour la Iustice du Maiour de Diion.

NOvs *Roberz Dux de Bourgoine*, façons sauoir à tous cels qui verront & oiront ces presentes lettres, que comme nostre amez *Richarz de Montmorot* Cheualiers lay, en arriers nostre Bailliz de Diion, ha hust fait adiorner pardeuant soy *Bartholomy l'Espicier* de Diion, à ses assises de Diion nouuellement passées, sus cas de iniure que lidiz Baillis proposoit contre lidit Bartholomin; c'est à sauoir, sur ce que il disoit, que lidiz Bartholomins, en nostre ville de Diion, en maltalant & en courrouz hauoit charié, & fait charier le coutel trait *Huguenin le Roussclot* nostre Tabellion de Diion, & requeroit lidiz Bartholomins sur ce la court dou Maiour de Diion, & que il fust renuoyez pardeuant ledit Maiour, pour faire droit; ledit Maiour present & requerant la court doudit Bartholomin, comme de son iustisauble; ledit Baillif disant encontre, que nous deuiens hauoir la Court doudit Bartholomin en cel cas, pour ce que il disoit, que lidiz Roussclot est, & estoit en nostre seruise. Et sur ce, lidiz Maires & Bartholomins requerient audit Baillif, que lor en deist droit. Li quex Baillis dit & prononça par sentence locutoire, que lidiz Maires ne debuoit hauoir la Court doudit Bartholomin en tel cas. Et lidiz Maires,

& li autres prodomes de Diion nous haient monstré & supplié, que nous ne veüillessins pis vser de ladite interloeutoire, comme elle fust donée, si comme il disoient en lor grief, & ou préiudice de lor priuileges de la commune de Diion. Nous oye la requeste doudit Maiour & des prodomes, volons & ottroions, que ladite interlocutoire donée por ledit nostre Baillif, ne tiengne, & ne face préiudice és priuilaiges de sadite commune, ne à nous auxi, & que pour ladite interlocutoire, drois ne nous soit acquis contre ladite commune, ne à ladite commune contre nous. Et voulons & ottroions, que nonobstant ladite interlocutoire, li preuileige, & les chartres de ladite commune demorint en lor force & en lor valour, si comme il estoient deuant ladite interlocutoire. En tesmoignage de laquel chose, nos hauons fait mettre nostre seaul en ces presentes lettres. Ce fut faiz & donées à Beaune, le lundy apres le mois de Pasques, l'an de grace mil deux cent quatre-vint & dix-sept. *Sellée en cire blanche sur double queue de parchemin.*

Année 1297.

Confirmations des priuileges de Diion, & de la iustice du Maiour.

NOVS *Robers Dux de Burgoigne*, façons sauoir à tous cels qui verront & oyront ces presentes lettres, que comme li Maires, li Escheuiz, li commune, & li habitant de la ville de Diion haient volu & ottroyé, que de l'amande que nous demandiens à aux, por raison de plusieurs iniures que nous disiens estre faites à *Gillot d'Auxois* Clerc, en façant nostre seruice & nostre office, nous puissiens faire raison à nous & à aux, soy ladite amande, & en puissons aux condampner ou assorre, selon ce que droit & raisons seray. Nous voulons & outroions por nos, & por nos hoirs, que porce que il nous hont donée poir de cognoistre, & de pronuncier l'amende dessusdite, en cest fait nuls préiudices ne soit fais à lor preuileiges, ne à lour chartres, en cestuy cas, ou en semblauble, ou temps à auenir; ains quant es càs à auenir, nous volons que lor preuileiges soient sauls & nostre droiz auxi, en la menere, & en la forme qu'il estoient deuant la confection de ces presentes lettres. En tesmoignaige de laquel chose nous auons mis nostre seaul en ces presentes lettres. Ce est fait l'an mil deux cent quatre-vint & dix-huit, ou mois de Septembre. *Sellée en cire blanche sur double queue de parchemin.*

Année 1298.

Cest li estaublissemens de Heudes Dux de Borgoine à la commune, par le corsentement dou Maiour, & des Iurez de Diion.

EGO *Odo Dux Burgundiæ*, notum facio præsentibus & futuris, me de assensu & voluntate Maioris communiæ Diuionis, & omnium Iuratorum eiusdem communiæ, instituisse, quod quicumque in villa Diuionis aliquam possessionem, pacificè, & absque reclamatione, per annum & diem possederit, eam ex tunc in antea pacificè possideat; nisi qui reclamauerit probet se extra patriam fuisse, vel talem se ipsum fuisse, quod reclamare non potuit. Sciendum etiam, quod gageria non est tenatura. Quod vt ratum habeatur, præsentem cartam sigillo meo confirmaui. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo sexto decimo. *Scellé en cire blanche à double queuë.*

Année 1216.

Vne confirmations de l'Archeuesque de Lion, donée à la commune de Diion.

NOVERINT vniuersi, quod ego Dei gratia Lugdunensis Archiepiscopus, ad petitionem *Odonis Ducis Burgundiæ*, communiam Diuionis manutenendam sub hac forma recepi. Quod si dictus Dux ab institutis memoratæ communiæ resilierit, & refultus per Abbatem Cistercij, vel per Abbatem Clareuallis, vel per vnum suorum monachorum, quibus solo verbo credam, vel per vnum Burgensem Diuionensem, cui solo iuramento credam, michi nunciatum fuerit; nos totam terram dicti Ducis, præter Diuionem, interdicto supponemus, & interdictum teneri faciemus, donec refultus communiæ emendatus fuerit, & homines suos memoratæ communiæ, qui ad nos causa securitatis confu-

confugerunt, cum ſuis rebus, ſaluum eis præbentes conductum, in terra noſtra recipiemus, quos dicto Duci, vel eius Mandato de aliquo in cauſa reſpondere cogere non poterimus, quandiu diſcordia inter ipſum Ducem & communiam Diuionenſem fuerit. Actum anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto. Année 1294.

Vne confirmations de Guiz Aueſqued'Oſtũ, à la commune de Dijon.

NOVERINT vniuerſi, quòd ego *Guido* Dei gratiâ *Eduenſis Epiſcopus*, ad petitionem Odonis Ducis Burgundiæ, communiam Diuionis manutenendam ſub hac forma recepi: Quòd ſi dictus Dux ab inſtitutis memoratæ communiæ reſilierit, & reſultus per Abbatem Ciſtercij, vel per Abbatem Clareuallis, vel per vnum ſuorum monachorum, quibus ſuo ſolo verbo credam, vel per vnum burgenſem Diuionenſem, cui ſuo ſolo iuramento credam, michi nunciatus fuerit: Nos totam terram dicti Ducis, quæ in noſtro Epiſcopatu eſt, interdicto ſupponemus, & interdicto teneri firmiter faciemus, donec reſultus iam dictæ communiæ emendatus fuerit, & homines ſuos memoratæ communiæ, qui ad nos cauſa ſecuritatis refugerint, cum ſuis rebus in terra noſtra, ſaluum eis præbentes conductum, recipiemus, quos dicto Duci vel eius Mandato de aliquo reſpondere in cauſa cogere non poſſumus, quandiu diſcordia inter ipſum Ducem & communiam Diuionenſem fuerit. Quod vt ratum habeatur, huic cartæ ſigillum noſtrum appoſuimus. Actum anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto. Année 1294.

C'eſt vne confirmations de Guiz Aueſque de Langres.

NOVERINT vniuerſi, quòd ego *Guido* Dei gratiâ *Lingonenſis Epiſcopus*, ad petitionem *Odonis Ducis Burgundiæ*, communiam Diuionis manutenendam, ſub hac forma recepi: Quòd ſi dictus Dux ab inſtitutis memoratæ communiæ reſilierit, & reſultus per Abbatem Ciſtercij, vel per Abbatem Clareuallis, vel per vnum ſuorum monachorum, quibus ſolo ſuo verbo credam, vel per vnum burgenſem Diuionenſem, cui ſolo iuramento credam, mî nunciatus fuerit: Nos totam terram dicti Ducis, quæ in noſtro Epiſcopatu eſt, præter Diuionem, interdicto ſupponemus, & interdictum teneri firmiter faciemus, donec reſultus iam dictæ communiæ emendatus fuerit, & homines ſuos memoratæ communiæ, qui ad nos cauſa ſecuritatis refugerint, cum rebus ſuis in terra noſtra, ſaluum eis præbentes conductum, recipiemus; quos dicto Duci, vel eius Mandato de aliquo reſpondere in cauſa cogere non poſſumus, quandiu diſcordia inter ipſum Ducem & communiam Diuionenſem fuerit. Quod vt ratum habeatur, huic cartæ ſigillum noſtrum appoſuimus. Actum anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto. Année 1294.

Vne confirmations de Guiz Aueſque de Chalon, à la commune de Dijon.

GVIDO Dei gratiâ *Cabilonenſis Epiſcopus*, vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, æternam in Domino ſalutem. Noueritis, quod, ad requiſitionem *Hugonis Ducis Burgundiæ*, promiſimus & tenemur hominibus eiuſdem Ducis villæ Diuionis, quòd ſi idem Dux, per ſe vel per alium reſilierit à libertate marcharum argenti, quam ipſe dedit & conceſſit eiſdem hominibus Diuionis, & eorum hæredibus, in perpetuum, aut ſi reſilierit à pactionibus quæ in carta ſuper hoc confecta continentur pleniùs, quam idem Dux dictis hominibus ſigillo ſuo ſigillatam tradidit in anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo primo: Nos, vſque dum ad libertatem prædictam tenendam, & ad alias pactiones cartæ ſuæ prædictæ tenendas & obſeruandas redierit, & dampna eiſdem hominibus exinde facta integraliter inſtituerit, terram ſuam, & homines ſuos, vbicumque ſint in noſtra dioceſi, præter villam Diuionis, diſtricto

supponemus interdicto, & faciemus firmiter obseruari; competenti tamen monitione præmissa & hoc faciemus, quociescumque clamor hominum prædictorum super resultu dicti Ducis ad nos peruenerit, aut per certum Mandatum ipsorum nobis fuerit nunciatus. Quibus hominibus, vel cui certo Mandato credemus de resultu eiusdem Ducis, per suum proprium sacramentum. In huius rei testimonium præsenti paginæ sigillum nostrum apposuimus. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo secundo.

Année 1232.

C'est la chartre des mars deheus par la commune de Diion, confirmée par le Roy. Et l'achap de la Viconté de Diion, dou Duc Robertz, & des conuentions.

PHILIPPVS Dei gratiâ *Francorum Rex*, notum facimus vniuersis tam præsentibus quàm futuris, quòd nos litteras dilecti & fidelis nostri *Roberti Ducis Burgundiæ* vidimus, in hæc verba. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Nos Robertus Dux Burgundiæ, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis vel audituris, quòd nos hominibus nostris communiæ Diuionis, vt de quingentis marchis argenti, in quibus singulis annis nobis & Ducibus Burgundiæ tenentur, provt in carta communiæ Diuionis continetur, ipsi homines sint liberi & immunes, & de dictis quingentis marchis argenti ipsos homines liberamus, absoluimus, & quittamus in hunc modum, videlicet vt quisque sit de communia Diuionis prædicta, domicilium habens, morans homo noster apud Diuionem, habens aut habiturus quoquomodo in bonis valorem seu extimationem sexcentarum librarum Turonensium paruorum, & plus, quantumcumque habeat, aut à quibuscumque personis acquirat vel habeat, soluet nobis vel Mandato nostro, quolibet anno, duas marchas argenti tantùm, & non plus. Ille autem qui non habebit in bonis valorem seu extimationem sexcentarum librarum Turonensium paruorum, descendendo de quolibet centum libris dictæ monetæ Turonensis, soluet nobis aut Mandato nostro, quolibet anno, vinginti solidos Turonenses paruorum, & non plus. Qui verò minùs habebit de centum libris Turonensium paruorum, secundùm minus descendendo, persoluet secundùm modum extimationis bonorum suorum. Quicumque verò moram faciet apud Diuionem homo noster, ad minus soluet nobis vel Mandato nostro, quolibet anno, duodecin denarios Turonenses paruorum. Qui autem soluere volet duas marchas argenti, iurare valorem seu extimationem rerum suarum vel bonorum suorum non compelletur. Sed qui duas marchas argenti soluere noluerit vel recusauerit, valorem seu extimationem bonorum suorum iurabit in præsentia Maioris & Scabinorum communiæ Diuionensis, & Mandati nostri, si velit Mandatum nostrum interesse. Si Maior & Iurati intelligant iurantem esse bonæ famæ, credetur eidem iuranti ex solo suo simplici iuramento, sine omni alia inquisitione vel probatione super hoc facienda. Si verò sinistra suspicio habeatur de iurante, Maior & Scabini inquirent per quinque de vicinis fide dignis & propinquioribus hinc & inde super hoc iuratis, valorem seu extimationem bonorum eiusdem cuius sinistra suspicio habetur, & si reperierint per iuramentum maioris partis dictorum iuratorum illum cuius sinistra suspicio habetur, habere in bonis maiorem valorem seu extimationem quàm iurauerit de maiori valore seu extimatione, ille qui iurauit cuius sinistra suspicio habebitur, secundùm formam & modum prædictum vsque ad dictas duas marchas soluet tantùm, absque pœna vel emenda soluenda vel leuanda. Quicumque de dictis marchis & pecunia nobis vel Mandato nostro concordauerit, illum qui sic concordauerit, idem volumus immunem esse & liberum illa vice. Maior & Scabini prædicti facient præconizari annuatim post festum Omnium Sanctorum, quod quicumque sit de communia Diuionis, domicilium habens, morans homo noster apud Diuionem, satisfaciet de marchis & pecunia prædictis in festo Purificationis beatæ Mariæ Virginis. Maior & Scabini volentes satisfacere de marchis & pecunia prædictis, secundùm formam prædictam, ad requisitionem Mandati nostri, compellent eos ad satisfactionem

per bonorum suorum, non corporum captionem. Si sit aliquis rebellis ad iurandum vel satisfaciendum vt prædictum est, si Mandatum nostrum petat à Maiore & Scabinis eos cogi ad iurandum vel ad satisfaciendum, & Maior & Scabini dicant quod eos commodè cogere non possunt aut nolunt; Mandatum nostrum poterit eos cogere ex ista causa, absque corporis captione. Illi autem qui super hoc iurauerint, & satisfacere noluerint pro illis qui iurare & satisfacere voluerint, gagiari vel cogi non possunt aut debent. Filios, filias, siue coniugati sint, an non, morantes cum patribus aut matribus, vel aliquo ipsorum, à dictis duabus marchis & pecunia prædictis volumus & concedimus esse quittos, liberos & immunes. Fratres & sorores, nepotes, neptes, & cæteri descendentes, qui partiti non fuerint aut diuisi, pro vna persona reputabuntur, & vt vna persona de duabus marchis argenti & pecunia prædictis satisfacient iuxta modum prædictum. Si verò prædictæ personæ partitæ & diuisæ fuerint, quanuis insimul moram faciant, tenentur ad solutionem marcharum & pecuniæ prædictarum, secundùm formam prædictam. Si autem liberi, fratres, sorores, nepotes, neptesque, & cæteri descendentes, in auoeria fuerint, ille qui ipsorum auoeriam habuerit, de duabus marchis argenti & pecunia prædictis pro se & existentibus in auoeria soluet, secundùm existimationem bonorum suorum, & bonorum illorum qui fuerint in eius auoeria, & secundùm modum prædictum & formam prædictam; dum tamen vltra duas marchas argenti pro se & existentibus in auoeria non soluat. Pignora aut gagia, quæ Maior & Scabini Diuionis capient, vel capi facient ab illis, qui de dictis duabus marchis & pecunia non satisfecerint, postquam Mandato nostro tradita fuerint, per octo dies continuos seruabuntur antequam vendantur. Dolia & cuppæ in existimatione bonorum computabuntur, & omnia alia vtencilia hospitij quocumque sint; & vestes emptæ, vt reuendentur vtensilia hospitum, quæ habentur ad opus hospitum suscipiendorum & hospitandorum, in valore seu existimatione bonorum reputabuntur, & computabuntur. Quicumque sit Maior communiæ Diuionis, in anno vel annis sui regiminis ipsum à duabus dictis marchis & pecunia quittamus, & volumus esse liberum & exemptum. Nos vel Dux Burgundiæ, vel quicumque successor noster, seu alij à nobis causam habentes, per nos, aut per alium petere non poterimus ab hominibus communiæ Diuionis dictas quingentas marchas, quoniam per conuentiones prædictas duarum marcharum argenti & pecuniæ prædictarum pro extimatione bonorum, iuxta modum prædictum quittatæ sunt & remissæ: & contenta in dictis conuentionibus ex eadem causa debentur, ex qua dictæ quingentæ marchæ debebantur. Homines communiæ Diuionis, siue existentes de communia, siue recedentes de communia, & de communia non existentes, volumus & concedimus à satisfactione & à probatione satisfactionis super duabus marchis argenti & pecunia prædictis esse quittos, liberos & immunes, nisi de anno vltimo, in quo ab eis satisfactionis probatio exigetur. Homines communiæ Diuionis recedentes à villa Diuionensi, vbicumque se transferant vel morentur, tenebunt, & habebunt bona sua omnia, & singula mobilia & immobilia, vbicumque sint sita, & ex ipsis bonis suis omnibus & singulis poterunt facere suam plenariam voluntatem tam liberè, vt ante conuentiones, quæ in præsentibus litteris continentur, & ante confectionem præsentium litterarum ea tenere poterant, aut debebant, ita quod per hæc iuri nostro nullum præiudicium afferatur, & dictis hominibus nichil noui quæratur, præter id quod superiùs est expressum de duabus marchis argenti, & aliis sommis prædictis, pro quibus secundùm modum prædictum quingentæ marchæ, quæ nobis ante præsentis litteræ confectionem ab hominibus nostris Diuionensibus debebantur, remissæ sunt & quittatæ. Si quid iuris, actionis vel rationis sit acquisitum prædictis hominibus, ex facto nostro, vel prædecessorum nostrorum, vel aliquo suo, aut aliqua alia ratione qualicumque, secundùm tenorem preuilegiorum, instrumentorum suorum,

litterarumque suarum, aut alias, volumus & concedimus eisdem hominibus esse saluum in personis, & bonis, & rebus eorum mobilibus & immobilibus, litteris præsentibus nonobstantibus & conuentionibus prænotatis. Maior & Scabini Diuionenses pro negociis dictæ communiæ Diuionis poterunt imponere, aut indicere hominibus dictæ communiæ, & leuare à dictis hominibus quantamcumque summam pecuniæ voluerint, & quam viderint expedire : & si ad iactus missionum dictorum negociorum dictæ communiæ faciendum Mandatum nostrum interesse voluerit, intererit in hoc socius in hoc tanquam vnus ex Scabinis villæ Diuionis, & iurabit super sancta Dei Euangelia, quod in dictis iactibus dictarum missionum faciendis bene & fideliter se habebit, hoc saluo, quod si quæstio vel discusio esset inter nos & dictos homines communiæ Diuionis, Maior & Scabini Diuionenses, præsente Mandato nostro, si voluerit interesse, super homines dictæ communiæ imponere poterunt, & leuare missiones competentes ad deffensionem ipsorum; quas missiones nos vel Mandatum nostrum perturbare aut contradicere non possumus, aut debemus. Et sciendum est, quod virtute huiusmodi litteræ, vel eorum quæ in præsenti littera continentur, super dictos homines, vel super bona sua, siue ratione possessionis, siue proprietatis, aut receptionis pecuniæ aut marcharum prædictarum, exigere non possumus, nec dicti homines super nos, nec etiam plus reclamare iuris aut rationis quàm poteramus, & debebamus ante præsentis litteræ confectionem, vel perfectionem eorum quæ in præsenti littera continentur, omnibus tamen punctis & articulis præsentis litteræ durantibus in sui roboris firmitate. Promittimus insuper pro nobis, & nostris hæredibus, & successoribus, & pro causam à nobis in hoc habentibus per stipulationem legitimam & solempnem, & per iuramentum nostrum super sancta Dei Euangelia corporaliter præstitum, omnia preuilegia, omnes libertates, immunitiones, cartas, instrumenta, percursus, & litteras communiæ Diuionis sigillatas, & sigillata à Regibus Franciæ, & quolibet eorum, & à prædecessoribus nostris, & à nobis, & à quibuscumque specialiter & generaliter dictis hominibus concessas, & concessa inuiolabiliter obseruare in personis, & rebus & bonis eorum, & per banleucam Diuionensem, volentes quod vsus, & consuetudines, & iura communiæ prædictæ, & hominum prædictorum, nullo modo possint infringi per ea quæ in præsenti littera continentur. Ita quod per hoc iuri nostro nullum præiudicium afferatur, & dictis hominibus nichil noui quæratur, præter id quod superius est expressum, quod de duabus marchis argenti, & aliis summis prædictis, pro quibus secundùm modum prædictum quingentæ marchæ, quæ à nobis ante præsentis litteræ confectionem ab hominibus nostris Diuionis debebantur, remissæ sunt & quittatæ. Obligantes nos, & nostros hæredes, & successores, & causam habentes à nobis per nostrum iam præstitum iuramentum, ad omnia & singula supradicta, ac si essent specialiter enumerata, preposita vel dicta, firmiter tenenda, & in perpetuum inuiolabiliter obseruanda, & in nullo contraire promittimus per nos vel per alium, nec contrauenire volenti in aliquo consentire tacitè, vel expresè, aut modo alio qualicumque, volentes, & concedentes, quod si aliqua contrarietas, repugnantia, dubietas, obscuritas, duplicitas, vel simplicitas inueniatur, aut reperiatur quocumque modo, & quocumque tempore, in preuilegiis, instrumentis, litteris, cartis, procursibus, & litteris sunt, siue antiqua vel noua, intelligantur & exponantur rationabiliter secundum quod meliùs & vtiliùs poterunt intelligi ac exponi ad vtilitatem dictæ communiæ, & hominum prædictorum. Item cùm discordia verteretur inter nos, ex vna parte, & homines dictæ communiæ, ex altera, super hoc quod petebant à nobis Viceecomitatum Diuionensem, quem acquisieramus, quod non poteramus facere, vt dicebant; tandem concordatum est in dictis conuentionibus inter nos & ipsos habitis in hunc modum : quod nos dictum Viceecomitatum, cum omnibus iuribus & pertinentiis eius in hominibus, iusticia, dominio, & nundinis

Omnium Sanctorum, & aliis in dictam communiam transferimus eo modo, quo eidem communiæ prædicta competerat in cæteris locis villæ Diuionis, & dictum Vicecomitatum ipsi communiæ, perpetuò pro nobis, & nostris hæredibus concedimus & quittamus, ita tamen quod ipsi homines Vicecomitatus soluent nobis de marchis & pecunia prædictis secundùm modum prædictum, & taxatum in aliis hominibus communiæ supradictæ, saluis ipsis hominibus Vicecomitatus, & libertatibus quas habebant ante præsentis litteræ confectionem, & quem Vicecomitatum cum eius iuribus dictis hominibus communiæ Diuionis bona fide garantire promittimus contra omnes perpetuò, & tenemur. Renunciantes siquidem in hoc facto, & certa scientia, & per dictum iuramentum, exceptioni læsionis, vel deceptionis in factum omni actioni nobis & nostris hæredibus siue successoribus, vel à nobis causam habentibus, ad reuocandum prædicta, vel aliquod de prædictis competenti, vel in futurum competituræ. Implorans officium Iudicis & Prælati constitutioni, præsente vtroque, & omni auxilio totius iuris canonici & ciuilis, & omnibus exceptionibus, iuribus, rationibus, allegationibus, deffensionibus totius iuris & facti, & aliis quibuscumque quæ contra præsens instrumentum vel factum possent obici siue dici, & iuridicenti generalem renuntiationem non valere. In quorum omnium testimonium & munimen perpetuum litteris istis sigillum nostrum duximus apponendum. Actum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, mense Decembris, Philippo Rege Francorum tunc regnante. Nos verò *Philippus* Dei gratiâ *Francorum Rex*, prædicta omnia, & singula, rata & grata habentes, ea volumus & approbamus, saluo in omnibus iure nostro, & etiam alieno. In cuius rei testimonium, præsentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, mense Decembris. Originale præsentium literarum est sigillatum in cira viridi cum fileis sericis rubeis & viridis.

Année 1284.

A vos tres-haut & excellent Prince Monseigneur le Duc *de Borgoine*, lour tres-chier & redoutté Seignour. Supplient humblement li Maires & li Escheuiz, & la commune de Diion, que par vostre deuancier Duc de Borgoine, nostre tres-chier seigneur, cui Dex absoille, nous haient doné quicque libertez & franchises, escrittes & seelées de lor seauls, & conformées des Roys de France, & vous par vostre grant bonté & leauté, haiées reconformées les choses desusdites. De laquelle nostre reconformation vos nos auez otroié & baillié lettres sus vostre seel, si cum nos les hauons de nos deuantiers, que il vous plaise lesdites lettres faire seauler, & à nos deliurer, & que vos faciez cesser vostre Bailif, vostre Preuost, & vos Sergens de Diion, de faire les griefs que il font à nos de iour en iour contre lesdiz priuileges: liquel grief s'enseuguent. Premierement, vostre Baillif de Diion, Preuost, & Sergens, prannent, saissent, & arrestent en la ville, & dehueurs dedans la banleux de Diion, sans requerre ne motte en deffault li Maiour & les Iuriez de ladite ville: lesquex choses sunt contre le preuilege de ladite ville qu'il dit: *Nullus infra villam Diuionis, vel extra, infra banleucam, aliquem potest capere, nisi Maior & Iurati, quandiu de eo iustitiam facere voluerint.* Item, vostre Baillif de Diion aiorne, & fait aiorner de iour en iour les habitanz de la ville de Diion pardeuant soi, à Talant, & à Beaune, & autre part, sur iniures violantes, & despiz faiz à Monseigneur, & à ses gens, & à ses Sergens, si comme l'on dit, lesquelx choses sunt contre le preuilege qu'il dit: *Si quis de communia, vel ipsa communia, aliquid mi forefecerit, oportebit vt ego in curia sancti Benigni, per Maiorem communiæ, ad iudicium Iuratorum, iustitiam de eo vel de ea capiam, nec eos extra prædictam curiam, vel placitare, vel quartam monstrare compellere potero.* Item, cum vns nostres bouriois de Diion, que l'on apeloit *Mathieu le Chandelier*, soie trespassez, &

Ce sont les supplications faites au Duc Hugue, afin qu'il feist le serment de garder & maintenir les priuileges de Diion.

plusours autres, por le tans de horandroit, liquel estoient recehu en ladite commune, comme nostre home & nostre buriois & an veu & an seu de lor seignours, bien cinquante ans & plus, & *Ichanz Perceuaux* Damoiseaux, & autres soient venus, & disint que li biens desdiz morz lor soit eschoi, porce qu'ils hauoient esté lour home, si comme il dit, soient & recheuloient auoir lour biens; laquel chose il ne peurent faire, & seroit ou grand preiudice de nos, & de ladite commune, & plus de nos, que de ladite commune: laquel chose ne puet estre faite, por point de chartre, qu'il dit: *Sciendum vero quod communia potest retinere homines cuiuscumque dominij sint, in villa Diuionis, secundùm consuetudines & vsagium patris mei, & prædecessorum nostrorum, sine hominibus domini Salij.* Item, vos gens nos troblent sans cause toutes escheoites, qui à vos puet auenir, c'est asauoir, & biens de meurtriers, de bastars, des larrons, & de toutes autres choses de escheoites, & de espaues; laquel chose est contre le point de la chartre, qu'il dit: *Dedi etiam eis quidquid dominus Girardus rationem apud Diuionem habebat, & omnes hechoitas in hominibus, quæ ad me deuenire debent.* Item, com por vostre dopt *Iheanz Marioche, Varelinz li Lombars*, & plusiours autres, fuit vostre bouriois de Diion, soient & haient esté pris, retenus longuement en cors & en biens, lesquex choses sont contre le preuilege qu'il dit: *Præter hæc eis concessi, quod si homo de communia, pro debito meo bene & fideliter cognito, captus fuerit, vel aliquid amiserit de meis redditibus, vel de causâ mea, si redditus non sufficient, reddimetur, vel si quid amiserit restituetur.* Item, li Preuoz de Diion, por lui & por ses Sergens, prant, & fait panre des choses des homes de la commune de Diion, & ne la veut rendre por le Maiour, qui est contre le preuilege qu'il dit: *Concessi etiam eis, quod Præpositus meus Diuionis aliquid ceperit de rebus hominum communiæ, reddet sine omni placito, quantum homo ille probauerit, si legitimus à Maiore communiæ testificatus fuerit.* Item, li Preuoz de Diion font mout de grief plusours fois à la commune de Diion, en prenant, faisisant, & arrestant personnes & biens en la ville, & fuers de la ville, en la banleuhe de Diion, & le refarent à amander por le Maiour de Diion, laquel chose est contre le point de la chartre, qu'il dit: *Si Præpositus Diuioni aliquid contra communiam fecerit, per Maiorem emendabit.* Item, vostre Chastelains de *Talant*, ou grief & ou preiudice de nos, & empeschant la iuridiction de nos & de nos preuileges, tient iours, & cognuit de touz faiz que li Iuis font, & que il ont à faire à autres gens de nostre commune, & d'autres, laquel chose ne puet, ne doit faire por les points des chartres, qui dient: *Donaui etiam eis Eliam Iudæum cum suis hæredibus, Vigerio, qui eum tunc ex meo dono habebat, ipsumque quittante, & donum laudante.* Item, por autre point de chartre, qui dit: *Odo Dux Burgundiæ. Sciant vniuersi tam præsentes quàm futuri, quod anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo nonagesimo sexto, discordia fuit inter me & communiam Diuionensem, quæ pacificata fuit in hunc modum. Quittauerunt enim mi villam quæ vocatur Fatennay, quàm pater meus dederat eis, assensu meo, & laude mea. Et ego dedi communiæ bannum Diuionensem, & Iudæos, & attractum libere Iudæorum.* Item, por autre chatre, qui dit: *Ego Hugo Dux Burgundiæ, omnibus notum facio, quod dedi & concessi Maiori & Scabinis Diuionis, Iudæos meos Diuionenses, & volo quod sint de sua communia.* Et cumbien sire, que li points des chartres desusdites soient sofisamment esclarsies de lour, si hauons nos por point de chartres autre que lidiz poins & chartres soient exposez au plus grant profit que l'on porray por la commune, & por le point de chartre, qui dit: *Promittimus insuper, pro nobis & nostris hæredibus & successoribus, & pro causam & à nobis in hoc habentibus, per stipulationem legitimam & solempnem, & per iuramentum nostrum super sancta Dei Euangelia corporaliter præstitum, omnia preuilegia, omnes libertates, immunitates, cartas, instrumenta, precursus, & habitas communia Diuionensis sigillatas, & sigillata à Regibus Franciæ, & quolibet eorum, & à prædecessoribus nostris, & à nobis, & à quibuscumque, specialiter & generaliter, dictis hominibus concessas, & concessa inuiolabiliter obseruare, in

personis, & rebus, & bonis eorum, & per banlieucam Diuionis : volentes quod vsus, & consuetudines, & iura communia prædicta, & hominum prædictorum, nullo modo possint infringi : obligantes nos, & nostros hæredes, & successores, & causam à nobis habentes, per nostrum iam præstitum iuramentum, ad omnia & singula supradicta, ac si essent specialiter enumerata, proposita, vel dicta, firmiter tenenda, & in perpetuum & inuiolabiliter obseruanda. Et in nullo contraire promittimus, per nos, vel per alium, nec contrà venire volenti in aliquo consentire tacitè vel expressè, aut modo alio qualicumque. Volentes & concedentes, quod si aliqua contrarietas, repugnantia, dubietas, obscuritas, duplicitas, vel simplicitas inueniatur aut reperiatur, quocumque modo, & quocumque tempore, in priuilegiis, instrumentis, litteris, quartis, processibus, libertatibus, & immunitatibus eorum, ea quæ in dictis preuilegiis, quartis, exstrumentis, percussibus, & litteris sunt, sint antiqua vel noua, intelligantur & exponantur rationabiliter, secundùm quod meliùs & vtilius poterunt intelligi ac exponi ad vtilitatem dictæ communiæ, & hominum prædictorum.

NOvs *Hugues Dux de Bourgoine*, façons sauoir à tous, que nous, les libertez, immunitez escriptes, donées & outroihiez au Maiour & Escheuiz, à la commune, ou es hommes, & es habitans de la ville de Diion, de nostre chier seignour & pere *Robert*, de nostre grand pere *Hugue*, & de nos autres predecessours *Dux de Bourgoine*, les confirmations desdites immunitez & libertez desdiz hommes de Diion, requises desdits nos predecessours, saalées de seaulx de nos deuantiers, si comme il est plus à ploin contenuz en lettres, lequeles li hommes de Diion ont deuers aux, saichanz, & de bonne volonté, de nostre certaine science, loons approuons, & mesmemant por ceste presente page, conformant les confirmations de tres-noble Prince nostre Seignour Phelippes Roy de France, & requises des autres Rois ses deuantiers des hommes & habitans de Diion, sur les immunitez & libertez, les escrips d'icels, & en la meniere quele sunt escriptes, loierons dou tout en tout, & expressemant approuuons, mesmemant maintanrons les personnes desdits habitans, & lour choses, & garderons perpetuelmant, seaullement en lor escrips, libertez, & immunitez deuantdites. Maismemant auons iurié deuant Dieu & les hommes, touttes les choses dessusdites, & vne chascune, ensin comme elles sunt dessus expressées, pour nous, nous hoirs & succéssours, lesquels quant à ce, especiaulement, & de certaine science obligons à icels Maire, Escheuiz, commune, & à tous les habitanz, y a chascuns de ladite ville, tenir & garder, sans corrompre, & non aller encontre, voilans que se en aucune chose, por nos gens, les libertez auantdites fuissint de fait enfraintes puis, qu'il soit loiaulement certains de la francion, qu'il soient ramenez en estat deheu. En tesmoins de laquel chose nous hauons mis nostre seaul en ces presentes lettres, faites & donées à Diion le diemanche apres la Natiuitez nostre Soignour, l'an d'iceluy mil trois cent & treize, ou mois de Decembre.

C'est la confirmations que la commune de Diion a dou Duc Hugue.

Année 1313.

NOvs *Eudes Dux de Burgoine*, Cuens d'Artois, & de Burgoine Palazins, & Sires de Salins, façons sauoir à tous, que comme nous haiens donnée vne commission sus nostre seel, à nos amez & feaux Cheualiers Monsieur *Iehan de Ballenoul*, Monsieur *Robert Daubigné*, & Monsieur *Iehan de Chastoillon* nostre Baillif de Digenois, ou a doux d'aux, contenanz la forme qui s'ensuit. *Eudes Dux de Burgoine*, Contes d'Artois, & de Burgoine Palazins, & Sires de Salins, à nos amez & feaux Cheualiers Monsieur *Iehan de Balenou*, Monsieur *Robert d'Aubigné*, & Monsieur *Iehan de Chastoillon* nostre Baillif de Digenois, ou aux doux de lour, saluit. Plusours des habitans de nostre ville de Diion, especiaulment des marchanz, ou dou menu commun, sunt venus plaintiz à nous, & y vien-

Commission du Duc Eudes, pour informer des entreprises faites par les Maire & Escheuins de Diion sur ses droiz, sans préiudice des priuileges des ha-

bitans de ladite ville.

nent de iour en iour, & nous hont monstrez en complaignant, que li Gouuerneur de nostre ville de Diion, Mahours, Escheuiz, Sergens, Procureurs, & plusours autres, lour hont faiz plusours griefs, estorcions, iniures, & violances en personnes & en biens, & sofferts à faire à lour parens & lour amis, & plusours de nos droiz recelez, en tel cas & en autres. Si nous hont supplié humblement en pitié, que sur ce les vosseliens porueoir de remede conuenable. Et pource que nous desierons l'escroissement & le bon estat de nostredite ville, & pour le grant cri dou puiple, ne pouons ces choses passer soubs dissimulations; Nous vous mandons & commettons à vous ensemble, ou es doux de vous, que vous en vos propres personnes alez à nostredite ville de Diion, & appellez ceux qui seront à appeller, saichiez, & enquerez diligemment, sommairement, & de plain, la verité des choses dessus: & ce que vous trouuerez estre fait non dehument, & contre raison, faites remattre en estat dehu, & adrecier & amander à nous, & à partie: & si ce faites par tel maniere, que li marchans & li menus communs de nostredite ville puissent viure & demorer en pais par dessous nous. Et ne volons que chouse que vous faciez en ces bosoignes, tournoit, ou face préiudice és libertez, preuileges, & franchises, & bones costumes de nostredite ville. De ce faire nous vous donons pouoir. Mandons & commandons à tous nos subgiez, que en ce facent obeïssent à vous. Donney à *Lantanney* le dixiesme iour de Iuillet, l'an de grace mil trois cent trente & doux. Et por l'occasion de nostredite commission, nostredit Cheualiers, ou li dui d'aux, soient ahuz en ladite ville do Diion, & ahient cognahu, & cognoissient, & fait plusours meffaits, extorcions, & autres actions, & causes sus les Mahours qui ont estey Mahour de Diion ou temps passey, plusours officiers, & plusours autres habitans de ladite ville de Diion; nostre ententions n'est pas, & ne volons quе por commission, ou commandement que nous haiens fait, ou por chose que nostredit Cheualier, facient, ou haient fait préiudice aucuns en saisine, ne en proprietey soit faiz, es Mahourz & Escheuiz, à la commune, ne es habitans d'icelle ville de Diion en lour iustice de Diion, & és appartenances, en lour preuileges, droiz, immunitez, franchises, & libertez, & lor costumes, einssois lour volons estre sauuez, & que pour ce aucuns droiz ne nous soit acquis. Et promettons en bone foy, pour nous, & pour nous successours, garder les chouses dessusdites, & non venir encontre; saul & reseruey à nous tous nos droiz que nous hauiens en ladite ville de Diion deuant la confection & la datte de nostredite commission, de laquel la tenour est dessus escripte, esquelx nous n'entendons point à renonciet por la tenour de ces presentes lettres, mais iceus retenons à nous, & reseruons pour nous & pour les nostres. En tesmoignage de laquel chouse, mis hauons le seaul grant de nostre Chambre en ces presentes lettres, qui furent faites & donées le Diemonge deuant la feste saint Andrié Apostre, l'an de grace mil trois cent trente & doux.

Année 1332.

Année 1332.

Lettres, par lesquelles Eudes Duc de Bourgoigne ordonne, que les Ducs de Bourgoigne, en prenant possession du Duché à leur aduénemant, iurèront la confirmation des priuile-

NOVS *Eudes Dux de Burgoine*, Contes d'Artois, & de Burgoine Palazins, & Sires de Salins; façons sauoir à tous cels qui verront, ourront, & liront ces presentes lettres, que comme de certaine science nous ahiens conformé & iuré tenir, & fermement garder les libertez, franchises, immunitez, chartres, & preuileges, & confirmations d'icelles, donnés & outroiez de nos deuantiers Dux de Bourgoine, au Mahour, & aux Escheuiz, & à nos habitans de nostre ville de Diion, si comme elles sunt escriptes. Nous, pour les bons & agreaubles seruises que nous hont faiz, & que de iour en iour nous font lidiz habitans de nostredite ville de Diion, volons & outroions, que nostre hoir ou successours en nostre Duchié de Burgoine, iurient, & soient tenus de iurier publicmant, en l'Eglise de saint Benigne de Diion, en lour premier auenemant en

en ladite Duchié, que il garderont, & feront tenir & garder lesdites libertez, frainchises, immunitez, chartres, & preuileges, & conformations d'icelle, ensint comme elles sunt escriptes, & plux à ploin contenuës es lettres, es chartres donées de nos deuantiers es habitans de nostredite ville de Diion. Et de ce faire, & fermement tenir, & garder perpetuellement, nous obligeons especiaulment & expressement, nous, nos hoirs, nos successours, & à tous cels qui hauront cause de nous en nostre Duchié de Burgoine. Et promettons en bonne foy lesdites chouses tenir & fermement garder à tousiours mais, sans venir encontre par nous, ne par autre. En tesmoignage de laquel chouse nous hauons fait mettre nostre grant seel en ces presentes lettres, faites & donées à *Montbart* nostre Chasteau, le vantedy aprés la feste de saint Bartholomier Apostre, l'an de grace mil trois cent trente & quatre.

ges de la ville de Diion en l'Eglise S. Benigne.

Année 1334.

NOus *Eudes Dux de Burgoine*, Contes d'Artois, & de Burgoine Palazins, & Sires de Salins, façons sauoir à tous cels qui verront & ourront ces presentes lettres: que comme pour certaine cause, li Maires, li Escheuiz, & li habitanz de nostre ville de Diion, en ceste année presente, nous aient donnez les doubles marz vne fois tant soulemant, nous, por nous, & por nos hoirs & successours, volons que ou temps auenir il lour tournoit, ne puisse tourner à preiudice, ny à leur successours. Ou tesmoignage de ce, nous hauons à mettre nostre grant seel en ces presentes lettres, faites & donées à *Montbart*, le mecredy iour de la feste saint Barthelomier Apostre, l'an de grace mil trois cent trente & quatre.

Lettres, par lesquelles Eudes Duc de Bourgoigne declare, que les doubles marz à luy donnez par les habitans de Diion en vn an, sera sans tirer à consequence.

Année 1334.

EVDES *Dux de Burgoine*, Contes d'Artois, & de Burgoine Palazins, & Sires de Salins; à tous cels qui verront & ourront ces presentes lettres, salut. Ce que nous hauons pris, ou fait panre Maistre *Estiené de Clareuaux* en la ville de Diion, laquel chouse nous ne deuienz pas faire, nous ne volons pas que ce tournoit à preiudice au Maire, à la commune de Diion, en lour droiz, en lour iustice qu'il hont en ladite ville de Diion, ne reclamer n'en volons saisine, ne autre droit par ladite prise: ains volons, que lour droiz lour soit auxi saul en saisine, en proprietey, & en toutes autres chouses, cum se ladite prise nahust onques estey faite. Donné à Diion le sambadi premier iour de Auril, l'an de grace mil trois cent trente & quatre, souz nostre petit seaul en tesmoignage de veritey.

Declaration du Duc Eudes, concernant la iustice du Maire en la ville de Diion.

Année 1334.

MARTINVS Episcopus, seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus, Claremontensi, & Antisiodorensi Episcopis, salutem & Apostolicam benedictionem. Inter Prælatos Ecclesiarum quatedralium, & aliarum, ac monasteriorum, aliorumque locorum Ecclesiasticorum, ac Capitula, Conuentus, aliasque personas Ecclesiasticas, ac etiam sæculares Ducatus, & dilectum filium & nobilem virum *Robertum Ducem Burgundiæ*, pro communi vtilitate habitus dicitur esse tractatus, quod idem Dux conquiescens à monetarum mutatione frequenti, quæ Prælatis, Capitulis, Conuentibus, & personis, ac Ecclesiis, monasteriis, & locis eiusdem, & vniuersaliter omnibus incolis ipsius Ducatus asserentur esse dampnosius; de cætero, pro se ac successores suos, monetam immutabilem, forma, lege ac pondere cudi ac fabricari faciat, sub certo valore habendam, tenendam, & perpetuò inuiolabiliter obseruandam: hoc eidem adiecto tractatui, quod de mirabilitate huiusmodi, per nos ac per karissimum Christi filium nostrum *Philippum Regem Francorum* illustrem, solidæ cautionis remedium præbeatur, & quod propter homines viri Ecclesiastici existentes

Bulle du Pape Martin IV. par laquelle il confirme le traité fait par les Ecclesiastiques de Bourgoigne, auec le Duc Robert second, de luy donner le reuenu des decimes d'vne demie année, à condition que le Duc ne changeroit plus la va-

leur de sa monnoye, &c.

in Ducatu prædicto de omnibus prouentibus, redditibus, & obuentionibus Ecclesiasticis, dent decimam eidem Duci, per biennium continuum colligendam, & soluendam per Episcopos in ciuitatibus & diocesis, vel per viros idoneos ab Episcopis ipsis deputatos ad valorem & taxationem. Quibus taxati fuerint in decima concessa in subsidio terræ sanctæ, nostro in luis beneplacito reseruato; quodque clerici, & laïci, nobiles & ignobiles conditionis liberæ, de aliis suis prouentibus & redditibus dent prædicto Duci similiter, per biennium continuum, quinque solidos soluere teneantur. Super quibus quamplures ex Prælatis, Capitulis, Conuentibus, & personis prædictis, nobis suas patentes litteras destinarunt. Nos autem in hac parte idem decentius, honorificius, vtilius existat, quod decentius, honestius & vtilius existat, circumspectione prouida eligi cupientes, quod nos de facto & facti circunstanciis habere poteritis notitiam pleniorem fraternitati nostræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, præsentium tibi autoritate committimus, & notatis omnibus Prælatis, Capitulis, Conuentibus, & personis eiusdem quos negocium contigerit huiusmodi. Et super hiis eorum requisito consensu, si idem de ipsorum vel trium partium eorundem à Regis eiusdem communi vtilitate & concessu processent, ac cautionibus receptis idoneis, legitimis, decentibus, plenè sufficientibus & honestis, & alias secundùm dictum expedire videritis. Super quibus omnibus vestras intendimus conscientias honerare prædicto contractui, & quod decima ipsa de prædictis prouentibus, redditibus & obuentionibus Ecclesiarum taxandis iuxta valorem & taxationem habitas clericura concessione decimæ concessæ subsidio terræ sanctæ prædictæ colligatur & soluatur Duci prædicto per biennium continuum, per ipsos, in suis ciuitatibus & diocesis, vel per viros idoneos, ipsis Episcopis deputandos, vestrum autoritate nostra præbeatis assensum. Cæterum, si dictas tres partes, & Regem eiusdem vellet, aut consentire contigerit, vt prædicitur, aliquam quartam partem singulariter, vel contrà ad id monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione prædicta compellatis, nonobstante si aliquibus à Sede Apostolica sit indultum, quod excommunicati vel interdicti nequeant, aut suspendi per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam eidem de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, rescripturi nobis fideliter per vestras litteras harum seriem continentes quicquid duxeritis in prædictis faciendum. Datum apud *Vrbem Veterem*, decimo Kalendas Iunij, Pontificatus nostri anno secundo.

Année 1282.

Chartre de Alixandre, frere du Duc Eudes, de la confirmation de la commune de Dijon, & des libertez d'icelle. Année 1193.

EGo *Alexander* frater Odonis *Burgundiæ* Ducis, præsentibus & futuris, notum facio, quòd ego communiam Diuionis, quam *Hugo* Dux Burgundiæ pater meus condam bonæ memoriæ, fecit, & *Odo* frater meus reconfirmauit, tenendam & manutenendam iuraui, sicut in autentico Hugonis patris mei, & Odonis fratris mei continetur. Et vt hoc inrefragabiliter teneatur, sigillo meo muniui. Actum est hoc incarnati Verbi anno millesimo centesimo nonagesimo tertio.

Chartre, comment Hugue Euesque de Lengres peut contraindre la Duchesse à tenir les pactions de la commune.

HVgo Dei gratiâ *Lingonensis Episcopus*, vniuersis præsentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quòd *Aalidis* nobilis *Ducissa Burgundiæ* postulauit & requisiuit à nobis, quatinus, si fortè contingerit, quod in aliquod resiliat à pactionibus quas habet erga communiam Diuionensem, vsque dum *Hugo* filius eius peruenerit ad vicesimum primum annum ætatis suæ, quòd pactiones continentur expressæ in carta eiusdem Ducissæ, quam dictæ communiæ tradidit suo sigillo sigillatam, in anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo. Si postquam clamorem dictæ communiæ

super resultu eiusdem Ducissæ receperemus, infra quadraginta dies à nobis canonicè monita, ad pactiones dictæ cartæ suæ cum plenâ satisfactione redire noluerit, terram eius, vbicumque sit in Episcopatu nostro, villam Diuionensem districto supponemus interdicto, & faciemus obseruare. Nos verò, sicut ipsa Ducissa postulauit & requisiuit à nobis, secundùm formam superiùs comprehensam faciemus, quotiens super hoc fuerimus requisiti à dicta communia, vel per Maiorem, vel per aliquem Iuratorum, vel per quenlibet alium nuntium nobis defferentem litteras de communia Diuionensi. In huius rei testimonium præsenti paginæ sigillum nostrum apposuimus. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo primo.

de Diion, iusque à ce que le Duc Hugue son fil eust vingt-vn an.

Année 1221.

Durand *Euesque de Chalon* promit aux habitans de Diion le mesme à la requisition de la Duchesse, par ses lettres du mois de Decembre 1221.

Chartre de Guilaume de Vergey Seneschal de Bourgoine, promet contraindre la Duchesse sa seur à obseruer les priuileges de la commune de Diion.

EGo *Vuillermus de Vergeyo*, Burgundiæ Senescallus, omnibus notum facio, me iurasse, quòd si *Aalidis Ducissa Burgundiæ*, soror & domina mea, vel Hugo filius eius, nepos & dominus meus, vel alius, caperent aliquem, vel res communiæ Diuionensis, seu disturbarent vineas ad vindemiandum, seu grauamen aliud inferrent dictæ communiæ, vsque dum dictus Hugo dominus & nepos meus ad vicesimum primum annum ætatis sui venerit, ego interim, bona fide, & pro posse meo, sub iuramento meo præstiro, dictam Ducissam, vel filium eius prænominatum, seu quenlibet alium ad hoc inducerem, & ad hoc laborarem, & consilium fideliter adhiberem, vt & homines seu res de communia Diuionensi quas tenerent, redderent, & quod ab omni disturbatione vindemiarum, & quod ab omni grauamine inferendo dictæ communiæ cessarent, & quod de illatis grauaminibus dictæ communiæ satisfacerent. Quòd si ad monitionem & instauriam meam facere recusarent, ego omnibus de communia Diuionensi, qui vellent se alibi transferre, consilium, auxilium, & conductum, & eorum rebus, pro posse meo sub iuramento meo præmisso, vbicumque se transferre vellent, præberemus. In huius rei testimonium, præsentibus litteris sigillum meum apposui. Actum anno gratiæ millesimo ducentesimo vicesimo primo.

Année 1221.

Villaume sire *de Mont sainct Iehan*. Villaume *sire de la Marche*, & Guillaume *sire de Til*, promirent le mesme aux habitans de Diion, par leurs lettres seellées de leurs seaux l'an 1221. & l'an 1222. le lundy apres la feste des Apostres sainct Pierre & sainct Paul.

Chartre par laquelle Gui Euesque d'Ostum peut contraindre le Duc de garder les libertez des marcs de Diion.

GVido Dei gratiâ *Eduensis Episcopus*, vniuersis præsentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Noueritis, quod nos ad requisitionem nobilis viri *Hugonis Ducis Burgundiæ*, promisimus & tenemur hominibus eiusdem Ducis villæ Diuionis, quod si idem Dux, per se vel per alium resilierit à libertate marcharum argenti, quam ipse dedit & concessit eisdem hominibus Diuionis, & eorum hæredibus in perpetuum, aut à pactionibus quæ continentur in carta sigilli eiusdem Ducis sigillata, & dictis hominibus tradita in anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo, quod nos, vsque dum ad libertatem prædictam tenendam, & ad alius pactiones cartæ suæ prædictæ tenendas & obseruandas redierit, & dampna eisdem hominibus exinde facta integraliter restituerit, terram suam & homines suos, vbicumque sint in nostra diœcesi, præter villam Diuionis, districto supponemus interdicto, & faciemus firmiter obseruari monitione tamen præmissa. Et hoc faciemus, quotiescumque clamor dictorum hominum super resultu dicti Ducis ad nos peruenerit, aut per aliquem certum Mandatum eorum nobis fuerit nunciatus. Quibus hominibus, vel cui Mandato credemus de resultu eiusdem Ducis per suum proprium

sacramentum. In huius rei testimonium præsenti paginæ sigillum nostrum

Année appofuimus. Actum est hoc, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo

1231. primo.

C'est li costumes tenuës & gardées à Diion.

IL est costume à Diion, que se aucuns fait grosse demande, qui montoit plus de cent sols contre aucune personne, ou demandoit herietaiges aucuns: se li demanderres fait deffaut, li demanderres, ou actouz puet faire faire raiorner au secont iour, ou au tierz, ou au quart, ou à autre, quelque ili plaira dedans la quinzaine, celuy cui il demande, ou fait sa demande, c'est asauoir le reus. Li reus, c'est asauoir cilz cui l'on demande, respondray portant comme raison aporteray à la demande doudit actour, nonobstant que li reus ne soit adiornez de quinzainne, mas li Iuges ne puet essigner es parties iornées dilatoires, se elles ne sunt de quinzainne, se n'est por oir intellocutoire, ou sentence diffinitiue; quar li Iuges porray essigner es parties teles iornées comme il li plaira, por oir intellocutoires, ou autres sentences diffinitiues, à la velontey dou Iuge, sans donner es parties iornées de quinzainne.

Item, il est costume, que se aucuns demande herietaige à aucun à Diion, li reus, c'est asauoir cilz contre cui la demande est faite, auray ses dilations de quinzainne en quinzainne, iusque à responce; c'est asauoir iour de consoil, qui le gart de mespanre premierz apres apeusemant, & apres iour de consoil: & se li reus demande ainçois l'vne des dilations que l'autre, ansinc comme elles sunt desus dites par ordre; c'est asauoir à peusemant ou iour de desconsoil, ainçois que iour de consoil, porce ne perdray pas li reus, que il ne puisse demander toutes les iornées dilatoires que il n'auray hahues.

Item, il est costume à Diion, que se aucuns demande à aucun aucune somme de pecune, qui montoit plus cent sols, li reus auray lidites dilations de quinzaine en quinzaine, se n'est que lidiz reus hait recehu doudit actour de nouel, ou vendre aulcunes denrées de nouel; desquex choses lidiz reus n'auray nulles dilations. Et s'ensuiue est, qui conuiegne que lidiz reus hait dilations, il ne les auray pas de quinzaine, ce n'est dou main au soir, & dou soir au main: Et n'auray pas lidiz reus totes lidites dilations dou main au soir, ansinc comme il est sus dit marqué apeusement tant soulemant.

Item, il est costume à Diion, que de ce qui est cognehuz pardeuant le Maiour, ou pardeuant son Leutenant, cil qui hauray faite la coignoissance, soit de dot, ou de autre chose, se cil qui hay faite la coignoissance, demande qu'il hait huit iours de dilations, il les hauray, & lesdiz huit iours passez, cilz qui hay promis à faire satisfacion de ce qu'il hay coignehu, belerai gaiges: Lesquex gaiges, quant il seront bailliez, cilz cui il seront bailliez, les vendray, ou porray vendre le plus pruchien marchief apres les sept nuiz, apres ce qu'il hauront estez bailliez, se n'est de chose coignehue en lettres dou Duc ou dou Maiour: quar se ce est de chose coignehue en lettres, il n'auray nulles sept nuiz, mas seray controinz por maintenant. Et asauoir, que cilz cui l'on doit, ne panray pas gaiges de celuy qui li doit, ou de son ploige, se il ne vaillent tant d'argent comme l'on li doit, se n'est por la velonté de celuy cui l'on doit.

Item, il est costume & droiz à Diion, que nuls ne puet riens demander à cels qui sunt de moindre aaige, ou en auoerie, iusques à ce qui soient à chief croissant, ou en aaige sossisant, & fors d'auoirie; mais l'on puet bien demander à cels qui ont la tutelle, ou la voerie, ou nom de tutele & d'auoerie de cels qui sunt en tutele ou en auoerie. Et cels qui sunt de moindre aige, ou en auoüerie, puent bien demander, ou faire demander lor droit & lor raison par cels en cui tutele il sunt contre touttes personnes. Et est asauoir, que chose qui fust faite contre cels qui sunt de moindre aaige, ou contre cels qui

funt en auoüerie, ne vanroit, & ne nuiroit à cels qui funt de moindre aaige, ou en auoüerie, fe elle n'estoit faite contre cels en cui tutele, ou en auoüerie il funt.

Item, il est costume de droiz à Diion, que nulle femme mariée ne puet ester en iugement fans fon mary, fe ne estoit que li mariz fust ignoranz, ou maniaques, ou lunatiques, en tel meniere, qu'il ne hust le fan de luy ou autruy gouerner, ou que li mariz de luy fust alez outre mer, ou en gerre de fon feignour. Et s'il estoit en gerre de fon feignour, & la chofe mahust de par la femme, il conuainroit toutes voyes que li femme aportast à chafcune iornées lettres creaubles, que fes mariz hauroit fort & acreauble ce que le feroit, ou que lidiz mariz fust renduz pour maladie en madiere, ou en autre religion, ou qui ne veigne, au repairoit auec fa femme, ne ne s'entremette de l'administration des biens de fa femme, mais hait li famme l'administration de fes biens, fenz tenir nuls des biens de fon mary.

Item, il est coustume que nuls Aduocaz ne porteray tefmoignaige de verité en la caufe, & por la partie de cui il est Aduocaz.

Item, li mariz ne puet porter tefmoignaige de verité por fa femme, ne la femme por le mary, ne li frere pour fon frere, ou por fa fuer, fe lidiz freres & fuers ne funt partis. Et est afauoir que nuls ne proueray par fa maignie, fe n'est en cas iniurioux; car en cas iniurioux l'on proueray bien par fa maignie, fe anfinc est que autres ne faiche riens de l'iniure qui auray esté faite, fors que ladite maignie.

Item, il est de coustume à Diion, que aucuns hay empris à prouer aucune iornée certaine; & cilz qui hay empris ne vient au iour, cilz qui s'estoit efforciez de prouer fentention contre l'autre partie, ne fera plus recehus de faire ladite proue, & en fera abfolz de ladite proue, cilz contre cui ladite proue deuoit estre faite. Et est afauoir, que fi cilz qui doit prouer vient audit iour, & li autre partie n'y viegne, perce ne gaaigne riens cilz qui doit prouer, mais feray raiorner l'autre partie por veoir faire ladite proue.

Item, il est droiz & coustume à Diion, que fe aucuns doit à plufors perfones vn mefme dept, ou dix liures, ou vint liures, & li vns de cels cui l'on doit, adreçoit fa demande contre celuy qui doit ledit dept, & demandoit à iceluy tout le dept estre rendus à luy; li reus ne repondray pas à la demande doudit auctour, mas que por tel partie, & por tel portion, comme il affiert audit auctour doudit dept, c'est afauoir, ou de la moitié, ou dou tierz, ou dou quart.

Item, il est de coustume à Diion, que les femmes qui funt mariées de pere & de mere, ne prannent riens en l'efcheoite dou pere ne de la mere, fe elles ne funt touttes filles; quar fe elles funt toutes filles, eles raporteront arriers ce que eles en ont porté dou pere & de la mere, & repartiront ce qui y feray por testè, autant l'vne comme li autre.

Item, il est de coustume à Diion, que li efcheoite ne monte pas, c'est afauoir, que li pere ne puet estre hoiz dou fil, ne li oncles, ou li tante, ne peuent estre hoir dou neuoul, ou de la niece.

Item, il est coustume à Diion, que le mariaige durant dou mary & de la femme, le bien moble funt au mary, & puet demander li mariz les biens mobles mouenz de par fa femme, fans venir à fa femme en iugement.

Item, il est coustume à Diion, & en toute Borgoigne, que fe mariaiges est perpallez entre les amis de doues perfonnes, c'est afauoir de lomme & de la femme, celi amy de lomme faict doüaire, ou don pour noces à la femme; fe la femme n'est prefanz, li doüaires ou don pour noces ne vaut riens, & ne lou puet lou riens demander.

Hugo Lingonensis Episcopus rescribit super electione Abbatis sancti Benigni Diuionensis & super aliis rebus quæ ad Prouisioné dicti monasterii pertinent. *Ex Ch. Ben.*

HVGO Dei gratia *Episcopus Lingonensis*, omnibus præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noueritis, quòd cum Prior totusque Conuentus sancti Benigni Diuionensis, in nos vnanimiter & concorditer transtulissent vota sua, super electione & aliis quæ ad prouisionem dicti monasterij pertinebant, prout in litteris eorum super hoc confectis plenius continetur, nos eis promisimus, quod per hoc nolebamus ipsis vel Ecclesiæ suæ in posterum aliquod præiudicium generari. In cuius rei testimonium, præsentes litteras sigillo nostro, & sigillo Abbatis Cistercij, qui præsens erat, fecimus communiri. Datum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo quarto. Die Martis ante Natiuitatem Beatæ Mariæ Virginis.

Année 1224.

Honorius PP. III. confirmat auctoritate Apostolica, omnes possessiones & omnia priuilegia monasterio sancti Benigni Diuionensis indulta. *Ex eodem Chartul.*

HONORIVS seruus seruorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conuentui Monasterij sancti Benigni Diuionensis, salutem & Apostolicam Benedictionem, sacro sancta Romana Ecclesia deuotos & humiles filios ex assuetæ pietatis officio propensius diligere consueuit, & ne prauorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater suo protectionis munimine confouere. Ea propter, dilecti in domino filij, iustis vestris postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras & locum in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis præstante Domino poterit adipisci, sub Beati Petri & nostri protectione suscipimus specialiter, possessiones ac alia bona vestra, sicut ea omnia iustè ac pacificè possidetis, vobis & per vos monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contrairè: si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani XII. KL. Ianuarij Pontificatus nostri anno octauo.

Année 1224.

EGo *Galterus* Dominus *Vangionis Riui*, notum facio omnibus præsentibus & futuris, quod ego dedi & concessi pro remedio animæ meæ & antecessorum meorum, in perpetuam eleëmosynam, monachis sancti Benigni, Amaniart, filiam Ioiat, de veteri villa, quod vt ratum & firmum permaneat, sigilli mei munimine roboraui. Actum anno M. CC. XXV.

Galterus Dominus Vangion. Riui, dat monachis sanct. Benigni quamdam filiam de veteri villa. Ex vol. Ch. Année 1225.

EGo *Hugo Castellanus Vitriacensis*, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quod cum perciperem in molendinis *de Chausteio* quæ ad Priorem & moniales sancti Iohannis *de Vlmeto* spectare noscuntur, libum vnum, quotienscumque ad villam de Chausteio me venire contingebat, ego pro remedio animæ meæ & parentũ meorum, de voluntate & assensu nobilis mulieris Aelidis vxoris meæ & liberorum meorum quicquid iuris habebam in percipiendo liba memorata legaui in eleëmosynam perpetuam & concessi dictis Priori & monialibus sancti Iohannis de Vlmeto. In cuius rei testimonium præsentes litteras sigilli mei munimine roboraui. Actum anno Domini M. CC. XXIV. mense Nouembri.

Hugo Castellanus Vitriacensis, vna cum Aelide vxore sua, dat in eleëmosynam monialibus sancti Iohannis de Vlmeto, libum vnum quem percipiebat super molendino de Chausteio, quotiens ad villam de Chausteio cum venire contingebat. Année 1224.

EGo *Oda Dominus Granciaci*, notum facio vniuersis præsentibus & futuris, quod accepi de clarissimo Domino meo *Hugone Duce Burgundiæ*, in feodum ligum, Chaumont forteritiam meam, sitam in colle quæ est supra villam de *Ranaco*, & quicquid infra forteritiam continetur, quod ad dictam forteritiam dignoscitur contingere. Iuraui etiam dictam forteritiam esse semper reddibilem iurabilem Duci Burgundiæ, ad bonos vsus & consuetudines Burgundiæ. In cuius rei testimonium, præsentes litteras sigillo meo confirmaui. Actum in præsentia nobilium virorum Domini *Roberti Claromontensis Episcopi*, & Domini Archidiaconi de Bolonio, anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo sexto mense Aprilis.

Adueu au Duc de Bourgogne de la forteresse de Chaumont. Année 1226.

EGo *Iohannes* Dei gratia *Archiepiscopus Bisuntinus*, notum facimus præsentibus & futuris, quod Dominus *Vuillelmus* miles de *Fauerné*, filius *Bizelini* quondam villici eiusdem villæ, in nostra præsentia constitutus, acquittauit bona fide, prout melius potuit, Abbatiam sancti Benigni Diuionensis, in capite & in membris, & specialiter Prioratum *sancti Marcelli*, cum omnibus appendiciis suis, de omnibus debitis & querelis vniuersis quæ tunc habebat vel habere poterat aduersus dictam Abbatiam in capite & in membris, & specialiter aduersus dictum Prioratum, sicut superius est expressum: & promisit bona fide, quod super omnibus supradictis nullam mouebit deinceps querimoniam, nec per se, nec per alium, seu quæstionem abrenunciauit. Etiam dictus miles, omnibus litteris seu scriptis, & etiam omnibus actionibus, quas tunc temporis habebat vel habere poterat aduersus dicta loca, & si quas litteras haberet temporis retroacti; nec ipse nec alius posset vti, & si exhiberentur nullius essent valoris. Et pro ista acquittatione, quam fecit, dedit ei *Petrus Abbas* Abbatiæ nominatæ, centum libras Stephaniensium, quinque minus. Datum apud Carum-Locum, anno gratiæ M. CC. XXVI. mense Ianuarij, in crastino Circuncisionis Domini, & in huius rei testimonium & munimen, ad preces dicti Vuillelmi militis, sigillum nostrum apposuimus huic cartæ.

Dominus Vuillelmus miles de Fauerne, contra Iohanne Archiepiscop. Bisuntino, remittit omnem querelam Abbatiæ sancti Benigni, & specialiter Prioratui sancti Marcelli. Année 1226.

EGo *Galterus Dominus Risnelli*, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quod Pater meus *G.* quondam Dominus *de Risnel*, & ego nichil dedimus Domino *Libaudo de Basfroimont* apud Dainuile, de his quæ ad Ecclesiam

Galterus Dominus Risnelli, ius hæreditariu

transmittit ad Domind Liebaudum de Bastroimont, apud villã dainuille. *Ex Ch.Ben.* Année 1226.

sancti Benigni Bertiniacæ curtis pertinebant, nec ei super iis debeo, nec possum, nec teneor vllam ferre garantiam; sed nos ei dedimus in feodo & homagio, quicquid dictus G. Pater meus in ipsa villa, scilicet Dainuile, iure hæreditario possidebat, antequam terra & prouentus & homines & cætera eiusdem villæ quæ ad dictam Ecclesiam sancti Benigni pertinebant, ei pignori fuissent obligata. Actum apud *Bisnel*, quinta feria post Pascha anno gratiæ M. CC. XXVI.

Henricus Dominus Fontis Vennæ, Episcopo Lingonensi rescribit, quatenus supponat terras suas districto interdicto, si à pactionibus resiliret, quas cum monachis sancti Benigni Diuionensis sancti Marcelli inierat. *Ex Ch.Ben.* Année 1226.

REVERENDO Domino suo *H.* Dei gratia *Episcopo Lingonensi*, *H. Dominus Fontis Vennæ*, salutem & se totum. Reuerentiam vestram exoramus, quatinus litteras illas, in quibus pactiones firmatæ inter nos & Abbatem & Conuentum sancti Benigni Diuionensis continentur, super Prioratu sancti Marcelli, sigillo vestro sigilletis. Rogamus etiam vos, quatinus, si nos vel hæredes nostri aliquando velimus ab his pactionibus resilire, cum requisiti fueritis ab Abbate & Conuentu sancti Benigni Diuionensis, infra quindenam, sententiam excommunicationis in nos. Et hæredes nostros proferatis, & terras nostras, & terras hæredum nostrorum qui contra pactiones firmatas venerint, districto ponatis interdicto, donec satisfactum fuerit Abbati & Conuentui supradictis. Iurauimus enim, nos pactiones illas bona fide obseruaturas. In huius rei testimonium, litteras nostras patentes vobis transmisimus sigillo nostro sigillatas. Actum anno gratiæ M. CC. XXVI. mense Maio.



Vuillelmus Dominus de Vergeio, vna cum Clementia vxore, ratas habent Conuentiones initas inter H. Dominum Fontis Vennæ, & Conuentum sancti Benigni Diuionensis super concessione fructuum Prioratus sancti Marcelli. *Ex Ch. Ben.* Année 1226.

EGO Dominus *Vuillelmus de Vergeio*, *& Clementia* vxor mea, notum facimus omnibus præsentes litteras inspecturis, quod Conuentiones quas nobilis vir *H. Dominus Fontis Vennæ* habet cum Abbate & Conuentu sancti Benigni Diuionensis, super concessione fructuum Prioratus sancti Marcelli, nos ratas modis omnibus habemus & firmas, & nunquam, nec per nos, nec per alios contra veniemus, sed firmiter obseruabimus, sicut in ipsorum Abbatis & Conuentus sancti Benigni & Domini H. Fontis Vennæ litteris plenius continetur nos & hæredes nostros principales constituimus fide iussores: & hæc omnia nos obseruaturos iurauimus bona fide, & in huius rei testimonium sigillum nostrum apposuimus huic cartæ. Actum anno gratiæ M. CC. XXVI. mense Maio.

HVGO

HVGO Dei gratia *Lingonensis Episcopus*, omnibus præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra, quod *Petrus Abbas sancti Benigni* Diuionensis, nobis reddidit centum marchas argenti pro quibus in manu Zachariæ Burgensis Verziliaci tenebamur pro Ecclesia sancti Benigni Diuionensis, & litteras quas dictus Zacharias de dictis centum marchis habebat dicto Abbati reddere debere. Similiter nobis persoluit ducentas libras Pruuiniensium, quas *Abbas Gallo sancti Benigni* nobis debebat, & nos litteras quas à dicto Calone Abbate super ducentis libris habebamus ei reddere debemus, & litteras quas dictus Petrus Abbas de supradictis ducentis libris *Petro & Duranno de Chapponay* ciuibus Lugdunensibus fecerat, similiter ei reddere debemus; si eas poterimus inuenire: sin autem, volumus, & testimonio præsentium confirmamus, vt de cætero nullius possint esse efficaciæ vel valoris. Similiter nobis reddidit lx. libras pro magistro *Vuillelmo Chapum*, quas expendit in curia Romana pro negotiis Ecclesiæ sancti Benigni. De omnibus vero supradictis, Abbatem & Conuentum sancti Benigni Diuionensis debemus semper ab omnibus acquittare & seruare indemnes: Et in huius rei testimonium, sigillum nostrum apposuimus huic cartæ. Datum Lingonis anno Domini M. CC. XXVI. mense Septembri, in Crastino sancti Mathæi.

Hugo Episcopus Lingonensis confitetur monachos sancti Benigni sibi reddidisse centum marchas argenti & alias res, pro quibus fidem suam interposuerat in manibus Zachariæ Burgensis Verziliaci, & Petri Duranni de Chapponay ciuium Lugdunensium. *Ex ced. Ch.*

EGO frater *Guido* dictus *Abbas Cariloci* Cisterciensis ordinis, & ego *Fredericus Prior Iussei*, & ego *Henricus Dominus Fontis Vennæ*, notum facimus præsentibus & futuris, quod Dominus *Vuillelmus* miles *de Fauerneio*, filius *Licelini* quondam villici eiusdem villæ, in præsentia nostra constitutus, acquittauit bona fide, prout melius potuit, Abbatiam sancti Benigni in capite & in membris, & specialiter Prioratum sancti Marcelli cum omnibus appendiciis suis, de omnibus debitis & quærelis vniuersis quæ tunc habebat vel habere poterat aduersus dictam Abbatiam, in capite & in membris, & specialiter aduersus dictum Prioratum, sicut superius est expressum: & promisit fide data, quod super omnibus antedictis nullam mouebit deinceps quærimoniam, nec per se nec per alium, seu quæstionem abrenunciauit. Etiam dictus miles, omnibus litteris seu scriptis, & etiam omnibus actionibus, quas tunc temporis habebat vel habere poterat aduersus dicta loca, & si quas litteras haberet temporis retracti, nec ipse nec alius posset vti, & si exhiberentur, nullius essent valoris. Et pro ista acquittatione quam fecit, dedit ei Petrus Abbas Abbatiæ nominatæ, centum libras Stephanensium, quinque minus. Actum anno gratiæ M. CC. XXVI mense Septembri, in festo sancti Michaelis, apud *Bugetum*. Et in huius testimonium & munimen, ad preces dicti Vuillelmi militis sigilla nostra apposuimus huic cartæ.

Vuillelmus miles de Fauerney, coram Guidone Abbate Cariloci, & Frederico Priore Iussei, acquittat & remittit omnem quærelam Abbatiæ sancti Benigni Diuionensis, & specialiter Prioratui sancti Marcelli. *Ex ced. Ch.*



Homage de Gui Comte de Neuers & de Forests pour ce qu'il tenoit de Durand Euesque de Chalon.

EGo *D.* miseratione diuina *Cabilonensis Episcopus*, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quod nos recepimus ad homagium manuale, *Guidonem* nobilem *Comitem Niuernensem & Forensem*, de feodo quod à nobis tenet quod tale est *Bagnaux*, *Bellum Videre*, *Vitres*, *Braygeuolle*, *Laudes*, *Riciacum*, & vltra, & quidquid continetur in procursit sancti Vincentij, & magnum tetragium apud Molesme, & Chaones. De isto autem feodo receperamus prius. *Mathildem* nobilem Comitissam Niuernensem vxorem prædicti Comitis, & Herueum quondam Comitem Niuernensem, & Petrum quondam Comitem Altisiodorensem propter hoc autem feodum, in recognitione, debent prædicti Comes & Comitissa reddere nobis & successoribus nostris, in perpetuum, in festo sancti Vincentij, quinquaginta solidos Pruuinienses annuatim. Et tenentur ipsi vel hæredes eorum, facere pro prædictis feodis successoribus nostris homagium manuale. In cuius rei testimonium, præsentes litteras sigilli nostri muninime duximus roborandas. Actum anno gratiæ millesimo ducentesimo vicesimo septimo mense Aprili.

Année 1227.

André de Bourgogne Daufin, vēd les Comtez de Chalon & de Beaune, au Duc de Bourgogne.

EGo *Delfinus Comes Viennensis* & Alboniæ, omnibus notum facio, quod ego teneo me propagato, de hoc quod *Aalaydis Ducissa Burgundiæ*, & filius suus Hugoninus Dux Burgundiæ debebant michi pro emptione *de Cabilone & de Belna*, & feodis & appendiciis eorum, quia ad plenum fecerunt gratum meum michi dicta Ducissa & Hugoninus filius eius: & propter hoc quittaui eos in perpetuum de omnibus pro quibus michi tenebantur pro emptione illa. Actum est hoc anno millesimo ducentesimo vicesimo septimo mense Iunio.

Année 1227.

Homage de Philippe, Sire de Plancy.

EGo *Philippus Dominus Planceij*, notum facio omnibus præsentibus & futuris, quod ego cepi ab *Hugone Duce Burgundiæ*, in feodo ligio, stagnum meum desuper moliismum, & motam sitam in medio stagni, & feodum quod Dominus *Iterus de Broca* tenet de me apud Villam Dei, saluo homagio Domini *Clarambaudi de Capis*, & Domini mei Comitis Campaniæ, & Comitis Niuernensis. Ego autem de supradictis teneor coram omnibus legitimam portare garantiam dicto Hugoni Duci Burgundiæ, & recognoscere in omni curia. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo septimo mense Nouembri.

Année 1227.

Guy Euesque d'Autun, renonce au droit de la cotte morte des Chanoines de saint Syphorien.

EGo *Guido* Dei gratia *Eduensis Episcopus*, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quod in Caducis sine successionibus Presbyterorum qui Canonici sancti Simphoriani sunt, & immorati sunt vel erunt in Ecclesiis Parrochialibus quarum jus patronatus ad Ecclesiam sancti Simphoriani spectat, & qui decesserunt intestati vel decedent, quod absit, inspectis diligenter priuilegiis dominorum Episcoporum & iis ..... qui dicta Ecclesia sancti Simphoriani Eduensis habent pœnes se nichil juris habemus, & nichil de cætero possumus vel poterimus reclamare. Datum Edue, anno gratiæ millesimo ducentesimo vicesimo septimo in crastinum Natiuitatis Domini.

Année 1227.

Homage de Guillaume de Vesgy.

EGo *Vuillelmus de Vergeyo* Dominus Mirabelli, notum facio præsentibus & futuris, quod teneo in feodum à Domino meo *Hugone Duce Burgundiæ*, castrum Mirabelli jurabile & reddibile, & gardam Abbatiæ sancti Leodegarij, & totam castellariam & domum Mirabelli, & Senescalejam Burgundiæ & Beræ, præterea cæpi ab ipso Duce Losais jurabile & reddibile ipsi & hæredibus suis in

perpetuum qui descendent de corpore suo, & sum suus ligius contra omnem hominem qui possit viuere & mori. Si vero, quod absit, hæredes de corpore suo non descendentes faceret. Ego vel hæres meus non tenebitur. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo octauo, mense Ianuarij. Année 1228.

Homage du Duc de Bourgogne à l'Euesque de Langres.

HVGO Dei gratia *Lingonensis Episcopus*, vniuersis præsentes litteras inspecturis salutem in Domino, noueritis, quod sicut dilectus noster *Hugo Burgundiæ Dux* illustris in suis litteris recognoscit, Nos similiter recognoscimus, quod ipse est homo ligius Episcopi Lingonensis, post Regum Franciæ, & tenet ab ipso Episcopo in feudo ligio, quicquid habet apud *Castellionem* & in appendiciis, tam in feudis quam in domanio, & castrum Montis Barri cum appendiciis, excepta domo sua quam habet in eodem castro, quam tenet Abbati Reomaensi. Tenet similiter ab eodem Episcopo, feudum de Grisoliis, & feudum de Lerreio in cujus rei testimonium, præsentes litteras sigilli nostri fecimus munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo octauo, mense Februario. Année 1228.

Homage d'Eudes Sire de Montagu au Duc de Bourgogne.

NOS *Robertus* Dei gratia primus *Lugdunensis* Ecclesiæ *Archiepiscopus*, notum facimus vniuersis tam præsentibus quam futuris, nos fuisse quondam apud Broilleyum, vbi vidimus & audiuimus, quod *Odo Dominus Montis Acuti* accepit Montem Acutum ab *Odone Duce Burgundiæ* in feodum ligium, jurabile & reddibile. Datum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo octauo, mense Februario. Année 1228.

Alix Duchesse de Bourgogne receuë en cette qualité comme Chanoine de la sainte Chapelle de Dijon. Extraict du Chartulaire de ladite Chapelle.

EGO *Alaidis Ducissa Burgundiæ*, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quod in initio promotionis meæ, quam cito fui Diuione, & postmodũ quando Ducatus principatum suscepi, tamquam fœlix actuum mearum initium, secundum statuta piissime recordationis *Odonis* viri mei, & *Hugonis* patris sui, Ducum Burgundiæ, adij Ecclesiam nostram capellam videlicet Diuionis, & consortiam spiritale canonicorum recepi, fidelitatem eis & statuta prædictorum Ducum me seruaturam iuraui, singulos Canonicos in signum fraternitatis & in osculum sanctum recepi, tam illos quam res illorum in speciale tutamen amplectens, & posteritati meæ mandaui & mando, quod similiter faciant, adimpleant, & obseruent, & præcipiant obseruari, & iurent dictus Canonicis, quod suas & dictas capellæ libertates, immunitates, constitutiones, donationes, personas eorum, cum rebus suis, & quæcumque scripta sunt in cautis dictorum Ducum sigillatis, fideliter obseruent & faciant obseruari, posteritati suæ mandant & præcipiant similiter faciendum & inuiolabiliter obseruandum. In huius rei testimonium & munimen, præsenti paginæ sigillum meum apposui. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo octauo. Année 1228.

Tiltre pour la maison de Pontallier.

A Son tres-chier Soignor *Hugon Duc de Borgoine*, *Hugues Sires de Rans*, salut & bone amor. Ie voz faz à sauoir, que iay donné an mariage Monsoignor *Guillaume de Pontallier* Cheualier, fil au noble Baron *Guillaume de Chanlite* Vicomte de Diion, vne partie de la terre que ie tien de vos & hé; c'est à sauoir ce que auoie à Viesuerges, & à Saissims, & à Flameranz, & és espandues de cesdites villes. Si vos prions & requerons, com à Monsoignor, que vos en receues ledit Monsoignor Guillaumes Cheualier à Home.

Pontius de Mõte Sancti Iohannis, Dominus Charnei, laude Sibillæ vxoris, & Hugonis filij, concedit Ecclesiæ Sancti Hypoliti de Cobertau xl. solidos Diuionensium singulis annis percipiendos in collecta de Charneio.

EGo *Iohannes* Decanus capellæ Ducis Diuionensis, præsens scriptum inspecturis, salutem in Domino. Nouerint vniuersi, quod ego præsentem cartulam vidi oculo ad oculum, & illius tenorem diligenter inspexi, & ad preces Abbatis & Conuentus sancti Benigni Diuionis in testimonium sigilli nostri munimine roboraui. Datum anno Domini M. CC. XL. die Martis, post Bordas. Ego *Pontius de monte sancti Iohannis* Dominus Charnei, omnibus notum facio, quod ad laudem *Sibillæ* vxoris meæ, & *Hugonis* filij mei, dedi & concessi in perpetuum Ecclesiæ sancti Hypoliti de Cobertau, pro anima mea, quadraginta solidos Diuionensium monetæ, ad dominicam Bordarum singulis annis, in collecta mea de Charneio capiendos. Quod vt ratum & stabile sit, præsentes litteras sigilli mei munimine confirmaui. Actum anno gratiæ M. CC. XXVIII. mense Nouembri.

Année 1228.

Iohannes Comes Cabilonensis filius Comitis Stephani, fidem facit, Ecclesiam sancti Benigni liberam esse ab omni debito in quo tenebatur Dedoni Iudæo suo, pro CLXXX. libris Stephaniensium.
Ex Ch. Ben.

EGo *Iohannes Comes Cabilonensis*, filius Comitis *Stephani*, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quod cum discordia verteretur inter Abbatem & Conuentum sancti Benigni Diuionensis, ex vna parte, & Dedone Iudæum meum super me manentem, ex altera, pacificata est in hunc modum; quod dictus Abbas & Conuentus debent reddere dicto Dedone Iudæo meo, quater viginti & decem libras Stephaniensium in Pascha Domini proximo venturum, apud Diuionem, & quater viginti & decem in festo Beati Remigij proximo venturo. Et si dictis temporibus dicta pecunia non solueretur supra dicto Iudæo, ex tunc quælibet libra, qualibet septimana, duos denarios lucraretur: & super hoc Abbas sancti Benigni litteras suas tradidit dicto Iudæo, de consilio & assensu Gilonis Prioris sancti Benigni, & Guidonis Prioris de Belna, Amministratorum Ecclesiæ sancti Benigni, qui præsentes aderant, qui etiam sua sigilla cum sigillo Abbatis in testimonium apposuerant; & quando primum pagamentum fiet in Pascha Domini, litteræ supradictorum Abbatis & Amministratorum mutabuntur, & quando vltimum pagamentum fiet, dictus Iudæus litteras integrè adquittationis sub sigillo alicuius autenticæ personæ faciet & reddet Abbati & Ecclesiæ sancti Benigni, & litteras etiam quas supradicto debito ab ipsis habet. Et propter hoc in mea præsentia dictus Dedone Iudæus meus Ecclesiã sancti Benigni Diuionensis cum omnibus appendiciis suis ab omnibus debitis & quærelis quas contra ipsam habebat vel habere poterat à retroactis temporibus quittauit, & voluit quod si de cætero ab ipso vel hæredibus suis vel alio aliquo nomine suo aliquæ litteræ contra dictam Ecclesiam ostenderentur, nullius essent valoris, & ego similiter dictam Ecclesiam cum omnibus appenditiis suis ab omnibus debitis & quærelis quas aduersus eam habebam vel habere possem, etiam quittaui, & in huius rei testimonium ad preces dicti Iudæi sigillum meum apposui huic cartæ. Actum anno Domini M. CC. XXVIII. mense Decembri.

Année 1228.

Coustume accordée à Auzonne.

IE *Estienes Cuens de Borgoigne*, & ie *Iehanz Cuens de Challon*, & ie *Agnes* femme le Comte *Esteuenon*, façons sauoir à toz cels qui verront ceste chartre, que nos auons mis Ausone, & cels qui en la vile habiteront, à tel costumes & à tel franchise li mes & li buef paieront lor cense de la sainct Michié, chascune maignie de de la vile doit doner chascun an cinq sols à nos & à cels qui apres nos tauront la la vile, & se mes Remaint vuiz deans les forteresses ausiment pae cinq sols cum cil iauoit maignie. Et quant ceste de ces cinquains sols sera receuë, li some doit estre comptée & à tant comme ele montera li home de la vile nos doiuent doner chascun an por achater viandes: & ce doit estre leuez en tel maniere entre lor & igalé, que cil qui plus en paera nan paera plus de quinze sols, & ce nos ont il doné communement de lor espeignegre & sans force faire. Cil qui vanront en la vile

auec nos & à nostre cost, paeront la nuict vn denier de foin por chascun cheuau, & se il iest nuict & ior, deux deniers. Li curtilaige de la vile sont seur en tel maniere que lan ni puet riens prandre de par nos, se par achat non. Ices doues choses dou foin & dou curtilaige sont senz creance masqs por lou gaige randant, tant que cil qui le vent en ait son grance. Et qui lo brisera à li costera soixante sols. A cels qui vendant à detail, comme cil qui acheptent por reuendre, auons nos quarante iors de creance, en tel maniere que cil qui vendront les danrées, doiuent auoir bon gaige en bonne sehurté, & apres les quarante iors cil qui auront les gaiges les porront vandre sans totes acusons, se il n'est paié. Se aucuns de cels d'Auxone ostoit pris por la coneue dou Seignor de la vile, li sires le doit rendre de ses deniers ou des cinquain sols que li home de la vile li doiuent chascun an. Se Beste est prise en domaige de bled ou de pré par eschappée, cil cui li beste sera, doit rendre le domaige & la pergie que monte à quatre deniers se le est cheuaux, & se le est beste armelaine deux deniers, se le est Pors, vn denier. Se ele n'est menee, cil cui ele est doit rendre lou domaige & la pergie, & sa loi, qui monte cil est iors trois sols, & cil est nuiz soixante cinq sol. Cil qui fera domaige de la cloison de la vile, & de la cloison des curtiz & des curtillaiges, & des fruitz & des abres, se il le fait à esciant, il doit amender le domaige à sa loi, qui monte trois sols s'il est iors, se il est nuiz soixante cinq sols: Et s'il n'est faiz à escianz, cil qui lou fait amende lou domaige sans loi. Et se il tot est anfens, li peres ou li meres amendent lou domaige: Et li tant de lanfance est iusque à quatorze ans, & li lois des anfans quelque forfait qu'il facent sera iugié au regart des quatre Prodomes qui doiuent estre esleu chascun an, por les Prodomes de la vile. Cil quatre Prodomes qui seront apelé conseillier, auront tel puissance, que par lor consoil doiuent estre faiz li iugemens de la vile, & à lor regart doit li Preuoz leuer les lois & les amendes, & il doiuent iurer, que il, à bone foi, à lor esciant, iugeront ne por Soignor, ne por Dame, ne por amor, ne por ayne, ne lairont à dire le droit ne la raison. Et cil quatre doiuent estre esleu chascun an, au los dou plus de la vile, & qui sus aucun de ces quatre mettra main ne fera vilenie, il deuroit en tel loi comme s'il estoit fait à meisme le Preost. Li Preost doit faire sairement & feauté au prior de Vergei, que il, en bone foi, li gardera & rendra ses droiz. Se aucuns des homes d'Auxone muet home de fors qui se dotoit mener en la vile por aucun affaire, il doit querre lou conduit au prost & es conses & qui sor lou conduit à ces li faroit outraige, il paieroit la loi au regart des conses. Li marchez sora conduz lou lundi tote iors, à bien & à foi, vers totes gens, & niz ni sera gaigiez por la dete son Seignor, masqs por la soe dete coneue, & par celi lon puet lan bien gaigier cil qui san iront d'Auxonne ester autre part, se il san vont por lou forfait quant li Sires ou li Preost lor face, & li Sires ou li Preost ne lor vuet amender au à regart des consoilliers & des autres Prodomes, il poent laisser lor heritage cui lor plaira, masque il demoront à Auxone ou vendre, & se il soiuont autremant li heritaiges remaint au Seignor. Li estrange qui nouelement seront herbergie à Auxone ce que il conquerront porront laissier ou vendre à lor plaisir, celui cui il voudront qui demorra en la vile. Se cil qui sainiront praignans dou Seignor ou du Preost, il doiuent estre conduit du Seignor en bonne foi, vn iors & vne nuit. Li Sire doit auoir lou bãc à Auxone tot lou mois d'Aoust. Li home d'Auxone doiuent au Seignor lost & sa cheuauchie, & lou charroi en la cheuauchie & fors de la cheuauchie li doiuent lou charroi, en tel maniere que li Sires ne le puet mener si loingt la vile que il ne piust repairier lou ior meisme à la vile. De ces Conuens sont fors mis, li hoir & li tenemenz *Guillaume Soydenier* & li mareschauz, & lor hoir, & lor tenemenz & piros. Por ces Couanz ne remaint il mie que cil qui estoient acensi deuant ceste chartre au Comte & à la Comtesse ne paioient lor cense, qui estoit deuan ce accordée. Ces Couenz & ceste franchise auons nos iure à garder & à tenir & bone foi tos iorz mais, & nos sumes en loie & nos, & nos terres en la main l'Arceuesque, en tel maniere que se nos brisiens aucune foiz ces Couenz & nos

amender ne lou voliens dedans les quarante iors que l'Arceuesque nos admonesteroit, li nos porroit Escumenier & mettre nostre terre en entredit & de ce lor deuons nos doner les lettres l'Arceuesque pendans. En tesmoignaige de ceste chose, & porce que ce soit ferme chose & a establi à toz iors mais, nos auons pandu nos seaus en ceste chartre, & ce fu fait l'année de l'Incarnation Nostre-Seignor mil deux cent & vingt-nuef.

Année 1229.

ROMANVS miseratione diuina *sancti Angeli Diaconus Cardinalis* Apostolicæ sedis Legatus, vniuersis præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra, quod cum multæ essent controuersiæ, inter nobiles viros *Theobaldum Comitem Campaniæ*, ex parte vna, & *Guidonem Comitem Niuernensem*, ex altera, super Forteliciis, feodis, & rebus aliis, tandem super omnibus quærelis in nos compromiserunt, securitatibus hinc inde præstitis, quod per omnia *haut & bas* stabunt ordinationi nostræ, sicut in eorum litteris continetur; quarum tenorem duximus præsentibus inserendum. Ego *Theobaldus Campaniæ & Briæ Comes* palatinus, notum facio vniuersis, quod ego, super omnibus quærelis & controuersiis quæ vertebantur inter me & *Guidonem Comitem Niuernensem*, nec-non & super pace inter me & dictum Guidonem Comitem reformanda & firmiter obseruanda, compromisi in venerrabilem virum *Romanum* sancti Angeli Diaconum *Cardinalem*, Apostolicæ sedis Legatum; promittens, prestito tactis sacro-sanctis Euangeliis & sanctis reliquiis iuramento, quod ego, *haut & bas*, stabo super hiis ordinationi ipsius Legati. Concedo etiam & volo, quod idem Legatus, vbicumque fuerit, siue in Legatione, siue extra Legationem, habeat potestatem, omni appellatione remota, animaduertendi in me, & terram meam, si à dicto suo vel ordinatione sua me aliquando in aliquo contingerit resilire. Et super hoc omnino me suppono iurisdictioni ipsius, vel illius seu illorum, cui vel quibus in hac parte vices suas duxerit committendas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo nono, die veneris proxima post festum sancti Dionysij. Ego *Guido Comes Niuernensis* & forensis, notum facio vniuersis, quod ego, super omnibus quærelis & controuersiis quæ vertebantur inter me & *Theobaldum Campaniæ & Briæ Comitem* palatinum, nec non & super pace inter me & dictum Theobaldum Comitem reformanda & firmiter obseruanda, compromisi in venerabilem virum *Romanum sancti Angeli Diaconum Cardinalem*, Apostolicæ sedis Legatum promittens præstito tactis sacro-sanctis Euangeliis & sanctis reliquiis iuramento, quod ego, *haut & bas*, stabo super hiis ordinationi ipsius Legati. Concedo etiam & volo, quod idem Legatus, vbicumque fuerit siue in Legatione, siue extra Legationem, habeat potestatem, omni appellatione remota animaduertendi in me, & terram meam, si à dicto suo vel ordinatione sua me aliquando contingerit resiliere. Et super hoc me omnino suppono iurisdictioni ipsius, vel illius seu illorum cui vel quibus in hac parte vices suas duxerit committendas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo nono, die veneris proxima post festum sancti Dionisij. Nos autem pro bono pacis ita duximus ordinandum. Quandiu Comes Guido forensis qui modo est tenebit Comitatum Niuernensim, fortaliciæ quæ sunt in marchia huius Comitatus Campaniæ, Comitatus Niuernēsis remanebunt fortaliciæ, & poterunt emendari & circa easdem fortalicias ad vnum iactum balistæ poterunt facere fortalicias & munire pro voluntate sua, sed nouæ fortaliciæ in eisdem marchiis non poterunt fieri ab ipsis Comitibus, nec ipsi substinebunt quod ibi fiant ab aliis. De feodis de quibus erant controuersiæ, remanebunt in possessione illi qui modo possident. Si autem in iustitiis eorumdem Comitum alique controuersiæ orirentur, de nouo terminabuntur per *P. Goin* militem ex parte Comitis Campaniæ, & per *Colinum de Castellione* militem, ex parte Comitis Niuernensis. Et si isti non concordarent, desuper est assumptus *Sauaricus Abbas Vtraslatensis*, qui eorum discordiam concordaret. Et si isti tres concordare non

possent, discordiæ referrentur ad nos, & staretur ordinationi nostræ super eis. Si non alterum vel vtrumque de duobus præmissis contingeret impediri ita quod oporteret alios subrogari, loco *P. Guin*, Comes Campaniæ, & loco Colini Comes Niuerniæ intra mensem alios substituere tenebuntur. Si vero loco Abbatis Virdiliacensis oporteret alium substitui, nisi partes intra quadraginta dies cõcordarent, de tertio assumendo referretur ad nos, & nos tertium apponeremus, dicimus etiam per dictum nostrum, quod si aliqua controuersia vel discordia oriretur inter dictos Comites, non possent propter hoc recedere à pace & amicitia, nec aliquod malum sibi quærere, donec illud nobis nunciarent: & nos animaduerteremus in illum quem culpabilem videremus. Super Villa Noua Mangerit ita dicimus, quod Comes Campaniæ poterit reedificare villam illam, quando ei placuerit, ita tamen, quod homines Comitis Niuerniæ feodorum suorum, vel custodiarum suarum ibi non poterint recipere nec fortaliciam aliquam nec mercatum poterit ibi facere, donec dicamus hoc per dictum nostrum, & nos retinemus in potestate nostra, vt possimus super hoc dicere dictum nostrum, quando nobis placuerit & videbimus expedire similiter dicimus de damnis factis Comiti Campaniæ per Comitem Niuerniæ, in guerra, quod scilicet in potestate nostra retinemus dicere dictum nostrum super hiis, quando nobis placerit & videbimus expedire, & Comes Campaniæ nihil poterit super hiis petere donec protulerimus super hoc dictum nostrum. Hoc autem dicimus, saluo in omnibus iure dicti Comes Campaniæ & hæredem suorum, & illorum hæredem qui habebunt Comitatum Niuernensem post Comitem Guidonem. Ita quod ex hoc quod super præmissis diximus vel ordinamus nullum alteruterum partium preiudicium generetur, quin ex tunc possint habere inde prosequi iura sua. Nos autem plenariam potestatem retinemus, supplendi, interpretandi, addendi, & ordinandi etiam sicut viderimus expedire. Hoc autem fecimus publicari & recitari in præsentia supradictorum Comitum, assistentibus venerabili Patre *Archiepiscopo Senonensi*, Abbate Virdiliasensi, fratre *Iohanne de Milliaco*, & aliis pluribus bonis viris dicti etiam Comites super hoc requisiti dictum nostrum acceptauerunt & ratum habuerunt. In cuius rei testimonium præsentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum Antisiodori anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo nono, die Dominica post festum Beati Dionysij proxima. Année 1229.

EGO *Hugo de Antegneio* Dominus *Pannei*, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quod ego donaui, pro anniuersario Karissimi Patris mei VV, ... defuncti, Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis, sexaginta solidos Diuionensium, singulis annis percipiendos in redditu molendini mei de Villeio: qui debent persolui in die sancti Bartholomæi Apostoli, & anniuersarium debet celebrari in crastino exaltationis Sanctæ Crucis. Ego vero & hæredes mei tenentur in perpetuum dictæ Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis dictos nummos absque vlla contradictione facere persolui. In huius rei testimonium, præsentes litteras sigilli mei munimine feci roborari. Actum est hoc anno Domini M. CC. XXIX. mense Decembri.

Hugo de Antegneio Dominus de Pasneio, dat pro anniuersario Patris VV. LX. solidos Diuionẽsium, percipiendos in redditu molendini de Villeio. *Ex Ch. Ben.*

Année 1229.

EGO *E.* Domina *de Risnello*, omnibus præsentes litteras inspecturis notum facio, cum Tirricus gener Petri Decani de Riniartis Curia, homo Prioris de sancto Benigno, aliquantulum moratus fuisset apud Riniartis curiam, & nichilominus ab illo loco seruisset dicto Priori in Tailliis & aliis seruitiis, sicut alij homines sui de Manneto villa faciunt; timens idem Prior ne in posterum mora talis fuisset eidem damnosa, ad omne tenementum dicti hominis quod mouebat de Prioratu sancti Benigni, & ad alia quæ ad ipsum de iure credebat pertinere, assignauit Prior memoratus, & cum fructus qui erant superdictum tenementum

Domina de Risnello fidem facit nichil preiudicij esse Priori sancti Benigni si Tirricus homo Manneti villæ

moraretur in Curia Riniartis *Ex eodem Chartul.*

iam vellet recolligere, consuluimus dicto Priori quod ad præsens sustineret, præcipuè cum guerræ adhuc imminerant vndique. Qui consilio nostro penitus adquieuit; verumtamen in hoc consenserunt partes coram nobis, quod quando placeret Priori de sancto Benigno, vocaret dictum Tirricum ad residendum & commorandum apud Mannetem villam, & nisi resideret, dictus Prior sine difficultate & reclamatione aliqua ad præmissa se verteret & teneret; hoc retento quod quamdiu de voluntate Prioris sit apud Riniartis Curiam morabitur, seruiet eidem Priori in Talliis & seruitiis aliis, sicut facient alij homines sui de villa memorata. Et ad petitionem vtriusque partis sigillum nostrum in robur & firmitatem præsentibus apposuimus. Datum apud Risnellum anno Domini M. CC. XXX. mense Augusto.

Année 1230.

Donation d'Estienne Comte de Bourgogne à l'Abbaye de Baune.

QVONIAM gesta singulorum elabuntur dignum & acceptum est, vt ea quæ vtilia sunt reseruari sub scripturæ testimonio commendentur sciant igitur vniuersi præsentes litteras inspecturi, quod ego *Stephanus Comes Burgundiæ*, pro salute animæ meæ, & pro antecessorum meorum animabus, dedi & concessi Deo & sancto Petro Balmensis Monasterij, & Monachis per succedentia tempora ibidem degentibus, quidquid iuris, vsus, consuetudinis, exactionis, vel cuiuslibet rei, iuste vel iniuste habebam apud Breyriacum, & apud Vvers, in perpetua eleëmosyna possidendum, vt de damnis atque iniuriis quas ego & antecessores mei veraciter recognosco iniuste prædicto Monasterio Balmensi scilicet apud Cranterum Nuuium, Langinacum, Montri, Breyciacum, & Yvuers, multotiens intulimus à summo iudice & vindice veniam consequamur. & ne præfata eleëmosyna ab aliquo vel aliquibus hæredum meorum possit de cætero reuocari, sed firma & stabilis in perpetuum permaneat, præsenti scripto sigillum meum apposui in testimoniũ & munimen. Actum anno gratiæ millesimo ducentesimo tricesimo.

Année 1230.

Adueu au Duc de Bourgogne pour Marnay.

EGO *Byatrix Domina Iamuille* notum facio præsentibus & futuris, quod ego volui & præcepi Karissimo Domino & marito meo *Symoni Domino Iamuille*, quod caperet à Domino Duce Burgundiæ *Hugone*, castrum de Marnai quod moret & est de capite & hæreditatio meo, & quicquid per ipsum Dominum meum de dicto feodo factum est, sicut in litteris suis continetur, totum habeo & volo & concedo. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo, mense Septembri.

Année 1230.

EGO *Sunon Dominus Ianeruille*, Senescallus Campaniæ, omnibus notum facio, quod cepi à nobili viro *Hugone Duce Burgundiæ*, Domino meo, Lande de assensu *Byatricis* vxoris meæ, castrum de *Marnay* in feodo ligio, & teneor dictum Ducem iuuare de dicto castro, contra omnes homines, præter *Theobaldum Comitem Campaniæ*, de hac guerra quam modo dictus Dux & Comes Campaniæ inter se habent, & specialiter contra *Iohannem Comitem Cabilonensem*: & cognosco, quod sum ligius Ducis contra omnes à lingonis versus Burgundiam. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo, mense Septembri die martis ante festum sancti Michaëlis apud Compendium.

Année 1230.

Transactio facta inter G. Abbatem Reomansem,

EGO *G. Abbas Reomensis*, generalis amministrator Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis, & nos Conuentus eiusdem Ecclesiæ videlicet sancti Benigni, & ego *Gaufridus de Guerpont* Dominus, omnibus notum facimus, quod de omnibus quærelis quas dictus amministrator & Conuentus sancti Benigni Diuionensis habent

habent contra me à retroactis temporibus, pro Prioratu de Sulimont; videlicet super terris, pratis, hominibus, nemoribus, etiam aquis, aquarumque decursibus, censibus, & redditibus, compromisimus in venerabiles viros, ego Gaufridus in magistrum *Iacobum*, Tullensem Archidiaconum & alium, & si ad dies assignatas ipsum magistrum Iacobum habere non potuero alium habebo: nos amministrator & Conuentus, in Magistrum *Fredericum* Canonicum Lingonensem, & si ad dies assignatas ipsum habere non potuerimus, habebimus fratrem Iohannem Priorem de sancto Benigno; hoc modo, quod ego Gaufridus per iuramentum meum corporaliter præstitum, omne illud quod sciam & credidero *Garinum* Patrem meum tenuisse, vel me vel homines meos tenere de supradictis, sine difficultate dicto Prioratui restituam & restitui faciam de hominibus dicti Prioratus sic erit, quod si ego vel Garinus pater meus, aliquam malam consuetudinem induxerimus super eosdem, à quindecim annis antequam *Varinus de Barro Ducis*, dictus Farnaz, haberet Prioratum supradictum ab Abbate & Conuentu sancti Benigni Diuionensis & deinceps desistam de cætero, & Prior dicti loci faciet de supradictis hominibus sicut predecessores sui consueuerunt facere, sicut per me vel dictos arbitros fuerit declaratum, & si nos à dictis hominibus aliquid exegimus, vel etiam de bonis Prioratus aliqua percepimus, dictus amministrator & Conuentus nostræ conscientiæ reliquerunt, & si per iuramentum meum supradicta non fuerint plenarie declarata, licebit dictis arbitris testes examinare quos dictus amministrator & Conuentus voluerint producere, propter ipsos iurare non voluerint, faciam ipsos iurare, si potuero; sin autem, vel per Episcopum loci, vel per Archidiaconum eosdem cogi faciam ad iurandum, & testibus receptis bona fide & postmodum attestationibus publicatis sententiabunt, nisi pax de consensu partium interuenerit, gratum & ratum habituri quicquid per supradictos arbitros factum fuerit. Datum Diuioni anno gratiæ M. CC. XXX. mense Augusti. Année 1230.

administratorem Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis, & Gaufridum Dominum de Guerpont super rebus Prioratus de Sulimont. Ex Ch. Ben.

EGO *Herueius Dominus Sumbernonis*, omnibus notum facio, quod ego teneo in plano feodo, castrum meum de Maulein à Domino Rege Franciæ, & ego promisi Hugoni Duci Burgundiæ Domino meo, quod ego vel mei non possumus in aliquo crescere Dominum Regem in feodo supradicto, nec ab aliquo possumus illud capere, nisi solummodo à Duce Burgundiæ Domino meo, vel à suis. Si vero Dominus Dux vel sui aliquo in tempore possent proquirere, & tantum facere erga Dominum Regem Franciæ, quod Dominus Rex eis daret feodum illud ego vel mei illud à Domino Duce vel à suis capiemus, si ipse Dux vel sui tantum facerent erga me vel meos quod gratum haberemus, scilicet super hoc non possent me vel meos cogere vel efforciare, nisi esset de nostra propria voluntate in cuius rei testimonium, præsentes litteras sigillo meo feci sigillari. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo mense Iunio. Année 1230.

Trasaction pour l'hommage de Maulain.

EGO *Humbertus Dominus Bellijoci*, notum facio vniuersis præsentibus & futuris, quod cum *Guichardus* Dominus Bellijoci pater meus teneret in feodum Bellam Villam ab *Odone* bonæ memoriæ *Duce Burgundiæ*, & post modum istud feodum augmentasset de quibusdam castris suis; scilicet de Layo, & de Cysiaco, & de Perreux, & de omnibus quæ ipse Guichardus posset adquirere in comitatu forensi: tali conuentione & pacto, quod dictus Odo promisit pro se & pro hæredibus suis, Dominum Guichardum & hæredes suos iuuare, & consilium & auxilium præstare contra Comitem *Forensem*, & contra hæredes ipsius, & etiam contra Comitatum *Forensem* quotiens dictus Guichardus, vel eius hæredes, haberent guerram contra dictum Comitem, vel contra hæredes ipsius Comitis, vel contra Comitatum Forensem. Ego dictum feodum de Bella villa, & supradictam

Homage du Sire de Beaujeu au Duc de Bourgogne.

augmentationem *Hugoni Duci Burgundiæ*, filio dicti Odonis, recognoui, tali conuentione & pacto, quod ipse Hugo promisit pro se & suis hæredibus, bona fide, & tenetur, me & meos hæredes iuuare, & auxilium & consilium præstare contra Comitem Forensem, & contra hæredes suos, & etiam contra Comitatum Forensem, quotiens ego, vel hæredes mei, habebimus guerram contra dictum Comitem, vel contra hæredes ipsius Comitis, vel etiam contra Comitatum Forensem. In cuius rei testimonium, præsentes litteras sigilli mei munimine roboraui.

Année 1231. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo.

Le Comte de Neuers & de Forests, obtient la garde de l'Abbaye de Rougemōt.

EGO *A. Abbatissa* Beatæ Mariæ *de Rubeo Monte*, & eiusdem loci conuentus, notum facimus vniuersis, quod karissimus Dominus & amicus noster, nobilis vir *Guido Comes Niuernensis* & Forensis, ad preces nostras, & adinstantiam nostram, Burgenses & homines nostros de Rubeo Monte, & res ipsorum, & etiam Dominium Dei & domum leprosorum eiusdem villæ, in sua garda & tutela suscepit, & etiam homines nostros de Buterit, & de Sarreniaco, & de Asiaco. Ita tamen quod ipse Dominus Comes, & nos, volumus iura Domini *Andreæ de Rubeo Monte*, in hoc faciendo, ibidem esse salua Duci vero Burgenses, & homines, pro hac concessione à dicto Domino Comite sibi facta, concesserunt spontanea voluntate, & de mandato nostro, eidem Comiti. Vnam marcham, auri, de pretio viginti librarum Parisiensium, vel triginta librarum Diuionensium monetæ, eidem Comiti vel mandato suo annuatim in festo natalis Domini persoluendam præterea suscepit idem Dominus Comes in sua garda & tutela, capellanos & clericos eiusdem Ecclesiæ, & res suas morantes apud Rubeum Montem; dum tamen per Dominum Comitem voluerunt stare, iuri valeant litteræ istæ, ab hoc festo Beati Clementis in septem annos. Nos vero vnico sigillo quo vtimur præsentes litteras fecimus sigillari, in testimonium huius rei. Datum apud

Année. 1231. *Rubeum Montem*, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense Nouembris, in festo Beati Clementis.

EGO *Guillelmus* Dominus *Montis sancti Iohannis*, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quod ego & karissimus Dominus meus *Hugo Dux Burgundiæ*, taliter concordati sumus, de meo Dominio, & de castro & villa *Montis sancti Iohannis*, & de Salmasis, & de Octosiaco. Quod ego eidem Duci iuraui reddibilem dictum Donion & castrum & villam Montis sancti Iohannis, & Salmasiam, totum & Othosiacum totum similiter iurabilem & reddibilem, ad magnam vim & ad paruam. Ita quidem, quod idem Dux, de tribus supradictis castris non potest à me petere, nisi duo in simul, & tertium debet mi remanere. Et si vellet illud tertium castrum quod tenerem habere, ipse Dux tenetur vnum de illis duobus castris meis, quod teneret, reddere prius mi bona fide in eodem statu in quo eidem Duci traditum esset. Si vero forte accideret, quod idem Dux, vel sui, in duobus dictis castris, quod sibi tradidissem, vel in vno mi vel meis aliquod damnum fecissent, sicut de combustione, vel de diruptione, vel de preda capta, vel de hominibus captis, vel aliter de meis rebus captis siue feno & sine fuere, ipse suo interposito iuramento, damna illata mi & meis bona fide reddere tenetur, antequam ei redderem illud castrum de tribus supradictis, quod tenerem & damna illata in duobus castris meis qui tenent, vel in vno sicut dictum est, reddere bona fide, intra quadraginta dies mi & meis. Idem Dux nihilominus teneretur quando voluerit, sicut dictum est, hoc mi & meis fecisset ego teneor bona fide eidem Duci reddere illud tertium castrum meum quod tenerem, cum mi traderet vnum de dictis duobus castris quam teneret alioquin, illud tertium castrum de tribus supradictis, quod ego tenerer ei reddere non teneor,

quousque cui & meis fecisset quomodo superius sunt expressa. Si autem, quod abiit, idem Dux sine hærede de vxore sua desponsata decederet, ipse cui & hæredibus meis in perpetuum quittauit Iuramentum. Quod idem feci de dicto Dojon, montis sancti Iohannis. Hæc autem omnia de tribus supradictis castris, facta sunt saluo iure aliorum castrorum quod teneo à dicto Duce iurabile & reddibile, & saluis aliis feodis quos alibi teneo ab eodem. In cuius rei testimonium, & actum anno domini millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense Decembri. Année 1231.

Chartre de la Coustume accordée aux habitans de Montbar, par le Duc Bourgogne.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Nouerint vniuersi præsentes & futuri. Quod ego *Hugo Dux Burgundiæ*, dedi & concessi hominibus meis de *Montebarro*, Communiam & libertatem habendam in perpetuum, ad formam Communiæ & libertatis Diuionis; saluis suis bonis vsibus. Alter alteri recte secundùm suam opinionem auxiliabitur, & nullatenus patietur quod aliquis alicui eorum auferat aliquid vel de rebus suis aliquid capiat. Creditio de pane & vino, & aliis victualibus, fiet michi apud Montembarrum quindecin diebus, & si infra prædictum terminum credita non reddidero, nichil amplius michi credant, donec credita persoluantur. Si quis sarramentum alicui facere debuerit, & ante admonitionem sarramenti se in negotium suum iturum esse dixerit, propter illud faciendum de itinere suo non remanebit, nec ideo incidet; si postquam redierit, si conuenienter submonitus fuerit, sarramentum faciet. Si Decanus Montisbarri aliquem implacitauerit, nisi clamor ante venerit, vel forisfactum apparuerit, non ei respondebit, si tamen testem contra quem accusatus fuerit se deffendere non possit emendabit. Si quis aliquam iniuriam fecerit homini qui hanc Communiam iurauerit, & clamor ad Iuratos inde venerit, si ipsum hominem qui iniuriam fecit capere potuerunt, de corpore suo vindictam capient; nisi forisfactum emendauerit illi cui illatum fuerit, secundum iudicium illorum qui Communiam custodierint: Et si ille qui forisfactum fecit, ad aliquod receptaculum perrexerit, & homines Communiæ ad receptaculum transmiserint, & domino receptaculi, vel primatibus ipsius loci quæstionem fecerint vt de eorum inimico faciant eis rectitudinem: si facere voluerit rectitudinem, capient. Quod si facere noluerit, homines Communiæ auxiliatores erunt faciendi vindictam, de corpore & de pecunia ipsius qui forisfactum fecit, & hominum ipsius receptaculi. Si mercator in istam villam ad mercandum venerit, & aliquis ei aliquid fecerit iniuriæ infra villam Montisbarri, si Iurati inde clamorem audierint, & mercator in ista villa eum inuenerit, homines Communiæ ad vindictam faciendam super hoc recte, secundum opinionem suam auxilium prestabunt; nisi mercator ille de hostibus dictæ Communiæ fuerit. Et si ad aliquod receptaculum ille aduersarius perrexerit, si Mercator, vel Iurati, ad eum miserint, & ille satisfecerit Mercatori secundum iudicium Iuratorum Communiæ, vel probare & ostendere poterit se illud forisfactum non fecisse, Communiæ sufficiet. Quod si facere noluerit, si postmodum intra villam Montisbarri capi poterit, de eo vindictam facient Iurati. Nemo, præsente me, & Senescallum meum conducere in villam Montisbarri hominem qui forisfactum fecit homini qui hanc Communiam seruant, nisi forisfactum emendare venerit secundùm iudicium illorum qui Communiam seruant. Pecuniam illam quam homines crediderunt qui sunt de Communia, antequam Communiam iurassent, si rehabere non poterunt postquam inde iustum clamorem fecerint, quærent quoquomodo possint quod creditam pecuniam rehabeant. Pro illa vero pecunia quam crediderunt, postquam hanc Communiam iurauerint, nullum hominem capient nisi sit debitor vel fideiussor. Si extraneus homo panem suum vel vinum in villam Montisbarri, causa securitatis, adduxerit, si postea inter dominum eius & homines Communiæ discordia consisterit, quindecim dies habebit vendendi panem & vinum in ea villa, & defferendi nummos, & aliam pecuniam suam, præter panem &

vinum; nisi ille forisfactum fecerit, vel fuerit cum illis qui forisfactum fecerunt. Nemo de villa prædicta, qui hanc Communiam Iurauerunt, credet peccuniam suam vel commodabit hostibus Communiæ, quandiu Communia durabit: Et si quis probatus fuerit aliquid credidisse hostibus Communiæ, iusticia de eo fiet ad iudicium Iuratorum Communiæ. Si aliquando homines Communiæ contra hostes suos exant, nullus de Communia loquetur cum hostibus Communiæ, nisi licentia custodum Communiæ. Ad hoc homines statuti Iurabunt, quod neminem propter amorem seu propter odium deportabunt, vel grauabunt, & quod rectum iudicium facient secundum suam existimationem. Omnes alij Iurabunt quod idem iudicium, quod prædictum super eos facient & patientur & concedent, nisi probare poterunt volunt quod de censu proprio persoluere nequeunt. Vniuersi homines mei Montisbarri Communiam Iurabunt, qui verò Iurare noluerit illi qui Iurauerunt de domo ipsius, & de pecunia eius iusticiam facient. Si quis autem de Communia aliquid forefecerit, & per Iuratos emendare noluerit, homines Communiæ exinde facient iusticiam. Si quis ad sonum factum pro congreganda Communia non venerit, duodecin denarios emendabit. Nullus infra villam Montisbarri aliquem poterit capere, nisi Maior & Iurati, quandiu de eo iusticiam facere voluerint. Si quis de Communia vel ipsa Communia michi aliquid forefecerit, oportet vt in Prioratu sancti Thomæ Montisbarri veniat, & Ego, per Maiorem Communiæ, ad iudicium Iuratorum de eo vel de ea iusticiam capient, nec eos extra prædictum Prioratum vel placitam vel cartam monstrare compellere potero. Si aliquis fregerit bannum vindemiarum, emendatio erit super Maiorem & super Iuratos, emendatio illa erit mea, si autem dissentio aliqua postmodum emerserit, scilicet de iudicio siue de aliquo quod non sit in hac carta prænotatum, secundum cognitionem & testimonium Iuratorum Communiæ Diuionis emendabitur, nec proinde in me forefecisse reputabitur. De iusticia verò & forefactis meis ita statutum est, de sanguine violenter facto, si clamor inde fiat & probatio; septem solidis emendabitur, & vulneratus habebit quindecim solidos. Si compositio de duello, ante ictum vel post ictum, fiat, sexaginta quinque solidos & sex denarios habebo. Si duellum victum fuerit, in dispositione mea erit. De Iuisio fiet sicut & de duello. Si homo de Communia deprehensus in furto, & comprobatus fuerit, in dispositione mea erit de eo. De Mulctro in dispositione mea & arbitrio meo, & qui Mulctrũ fecerit Præposito meo tradetur, si Maior inde posse habuerit, nec de cætero recipietur in Communia nisi assensu Iuratorum. Infractio castri sexaginta quinque solidis emendabitur. De forefacto fructum, in dispositione Maioris & Iuratorum erit; nisi de nocte fiat: & cum probatum fuerit quod de nocte fiat, sexaginta quinque solidis emendabitur. De Raptu erit in dispositione mea & arbitrio meo, si mulier tantum clamauerit quod à legitimis hominibus audita fuerit qui hoc probare possint. Infractio Cheminij sexaginta quinque solidis emendabitur, falsa mensura sexaginta quinque solidis emendabitur. Si autem aliquis pedagium vel ventas extra villam Montisbarri, absque consensu pedagiarij vel ventarij portauerit, sexaginta quinque solidis persoluet; si tamen comprobatus fuerit. Sciendum verò, quod omnia ab hiis quæ in hac carta continentur in dispositione Maioris & Iuratorum sunt. Si ego Communiam pro exercitu meo commouero, mecum ibunt, vel cum Senescallo meo, vel cum Constabulario meo, infra regnum Franciæ, secundum posse suum, rationabiliter & mecum ibunt, quadraginta diebus. Si verò aliquod castrum infra Ducatum meum obsedero, tunc mecum erunt per voluntatem meam. Sciendum quod homines Communiæ receptabiles famulos in exercitum meum pro ipsis mittere possunt. Communiæ potest retinere homines, cuiuscumque territorij sint, in villa Montisbarri, secundum consuetudines & vsagium Patris mei & prædecessorum meorum. Præterea Rex Franciæ Ludouicus, ad petitionem meam, hanc Communiam manutenendam promisit; ita quod si ab institutis huius Communiæ resilirem;

emendari Communiæ faciet, reddendo capitale, secundum iudicium curiæ, suæ infra quadraginta dies ex quo clamor ad eum inde peruenerit. Archiepiscopus verò Lugdunensis, Eduensis, Lingonensis, Cabilonensis, Episcopi, hanc Communiam ad petitionem meam manu tenendam promiserunt; taliter, quod si Ego vel alius, de quo posse habeam, instituta Communiæ quæ in præsenti carta continentur infregerimus, ex quo inde ad eos clamor peruenerit, ipsa quoque infractio per Maiorem Communiæ, vel per alium loco Maioris, si Maior secure ire non poterit, & per duos alios de Iuratis Communiæ quos Maior iuramento firmauerit esse legitimos, fuerit comprobata, Archiepiscopus, & Episcopi, vt ipsam infractionem emendam, reddendo capitale, per se vel per nuncios suos infra regnum Franciæ me submouebunt. Si verò post monitionem suam ipsam infractionem infra quatuordecim dies non emendauero, totam terram meam interdicto supponent, præter Montembarri & vsque ad satisfactionem facient emendari. Et sciendum, quod Ego, vel vxor mea, vel hæredes mei, commendatos vel tailliabilem hominem infra Montembarri habere non possumus. Præterea si homo de Communia, pro debito meo bene & fideliter cognito, captus fuerit, vel aliquid admiserit de meis redditibus Montisbarri vel de censa mea, si redditis non sufficient redimetur vel quod admisit. Concessi etiam eis, quod si præpositus Montisbarri aliquid acceperit de rebus hominum Communiæ, reddet sine omni placito quantum ille homo probauerit, si legitimus à Maiore Communiæ testificatus fuerit. Sciendum etiam, quod pro permissione huius Communiæ, reddent michi, vel mandato meo, vel Præposito meo homines mei de hac Communia, annuatim, quinquaginta marchas talis argenti quale Mercatores in nundinis dabunt inter se & recipient, reddendas apud Montembarri die Martis ante Ramos Palmarum vel in sabbato Magno Paschæ apud Baruum. Si verò tunc non reddiderint, deinceps possum vadiare. Ditior eiusdem villæ Montisbarri non pagabit michi per annum de causa quinquaginta marcharum quam michi debent annuatim, nisi vnam marcham argenti, & iidem homines sic tenentur michi facere valere annuatim villam Montisbarri quinquaginta marchas argenti, leuando à ditiori vnam marcham argenti. Si autem tenando à ditiori vnam marcham argenti annuatim dicta summa quinquaginta marcharum non posset leuari de prædicta villa. manentes in eadem villa tenentur supplere quod deerit à prædicta summa. Et si leuando à ditiori vnam marcham argenti, villa antedicta plusquam quinquaginta marchas argenti valuerit, quod plus valebit meum erit. Maiorem verò & Scabini, post electionem Maioris, quolibet anno iurabunt, quod facient michi valere villam Montisbarri quantum poterunt, bona fide, vltra summam prædictam quinquaginta marcharum argenti, leuando vnam marcham argenti annuatim à ditiori tantummodo, sicut prædictum est, & credetur eidem Maiori & Scabinis super hoc quod exinde fecerint per iuramentum prædictum, nec vltra poterunt à me super hoc in aliquo molestari. Sub prænominatis itaque constitutionibus, omnes homines meos, quicumque in prædicta Communia fuerint quittos & immunes à taillia in perpetuum esse concedo. Concessi etiam hominibus meis de Montebarri, totum actractum & quicquid acquiram in dicta villa Montisbarri. Hanc autem Communiam & libertatem, & has pactiones iuraui tenendas & irrefragabiliter obseruandas, & sigilli mei impressione muniui, saluo quidem iure meo & Ecclesiarum, & militum & saluis omnibus hiis quæ habebant Ecclesiæ & milites, in hominibus suis, in tempore Patris mei, & ante Communiam, qui in prædicta villa aliquod iuris habent. Actum anno gratiæ millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense Aprilis. Année 1231.

Les habitans de Montbar afranchis du droit de mainmorte.

EGO *Odo Dux Burgundiæ*, notum facio præsentibus & futuris me dedisse & in perpetuum concessisse hominibus meis de *Montebarro*, & hæredibus ipsorum manummortuam quam in ipsos habebam. Quod vt ratum habeatur, præsentem cartam sigillo meo confirmaui. Actum est hoc anno Incarnati Verbi millesimo ducentesimo primo.

Et du Ban à vin.

EGO *Odo Dux Burgundiæ*, notum facio præsentibus & futuris, me dedisse & in perpetuum libere concessisse hominibus meis *de Montbar*, Bannum meum quod in eadem villa habebam super vinis vendendis. Quod vt ratum habeatur, præsens scriptum sigillo meo confirmaui Actum est hoc anno Incarnati Verbi millesimo ducentesimo nono, mense Aprilis.

Philippe Roy de Frāce, Duc de Bourgoingne, confirmę & acroist les priuileges de la ville de Montbar.

PHELIPPE fils de Roy de France, Duc de Bourgoingne; à tous ceux qui ces lettres verront & pourront, salut. Sauoir faisons, que de grace especial, & en recommendation de plusieurs seruices bons & agreables, que nous ont faict par plusieurs fois, font continuellement, & esperons que encor facent les Habitans de Montbart, dont nous sommes bien contens, & pour la somme de cinq cent francs d'or qu'ils nous ont payez, en esclaircissant & interpretant clerement aucunes doubtes & obscurtez, qui parauenture sont ou pourroient estre sur l'entendement d'aucuns points, ou d'aucunes clauses des priuileges ou chartres de la Commune dudit Montbart: voulons & ouctroions, pour nous, & pour nos successeurs Dux de bourgoingne, ou ceux qui de nous auront cause à nostredite Commune; & en interpretant les clauses & points, & ostant lesdites doubtes & obscurtez; desclarons par la teneur de ces presentes lettres, nostredite Commune auoir & debuoir auoir perpetuellement en tout & par tout. Le Belle de nostre Chastel dudit Montbart, la Iustice, & tout l'exercite & prouffit de Iustice, tel, & en la maniere que icelle Commune, ou li Maire & Escheuins de ladite Commune l'ont, ou ont accoustumé de auoir en la ville & fors de nostredit Chastel de Montbar, excepté en & sur nos Officiers & familiers, qui ne sont ou seront bourgeois ou habitans de ladite ville de Montbar, ou demourans oudit Belle. Et contient ledit Belle, quant à ceste presente declaration, tout ledit Chastel, excepté le Donjon qu'est dez la porte dessoubs les greniers qui sont entre la maison du Curei, & la maison accoustumée à demourer nostre Chastelain, autremant dite Belle, & se extant de long ledit Donjon iusques à la Tour de Laubepin, pardeuers le Couhart de ladite ville. Item, nostre main, comme souueraine mise par nous, ou par nos Iusticiers, & la main de nos predecesseurs, & de leurs Officiers, pour les debas de nous, ou de nos gens, ou de nostre Procureur d'vne part: Et ladite Commune de leur part, ou desdits Maire & Escheuins d'autre part en la Iustice dudit Belle, de par nos heritaiges, & des heritaiges des Eglises & des nobles, soient lesdits heritaiges en la ville de Montbar, ou finaige d'icelle, nous leuons & ostons au prouffit de ladite Commune, & iceux heritaiges iusticeront, & pourront iusticier en la forme & maniere qu'ils ont accoustumé de iusticier, & autres heritaiges desdites ville & finaiges. Item, les Habitans & Bourgeois de ladite ville & Commune de Montbar pranront pour leur necessitez, & pourront pranre de cy en auant à tousiours mais quant il leur plaira, sans aucunes emandes, es chemins communs, terre, laine, areigne, & autres........... en tel maniere, que cil qui ce fera remplira & mettra en estat souffisant, & auec ce laissera chemins iusques à ce que li croux, ou fosse qu'ils feront soit ramplis, & mis en estat souffisant & conuenable, & ne pouons, ne ne porrons dez en auant acquerir pos-

sessions ny heritaiges contre les points des priuileges de ladite Commune, ne elle contre nous. Item, voulons & octroyons aux habitans de ladite Commune, qu'ils ayent, & puissent faire seaulx de Commune, ainsi comme ceux de la commune de Diion. Item, tous les vsaiges, porcours, les franz, libertez, & franchises, iustice, possessions, & saisine, & tous les points des chartres de ladite Commune, & des habitans de nostredite ville de Montbar: Nous, pour nous, & pour nos successeurs, confirmons, approuuons, & ratiffions, aggreons, & loüons par la teneur de ces presentes, de grace especial, se mestier est; & mandons à tous nos Officiers & Iusticiers qui sont ou seront pour le temps auenir, que contre la teneur de ces presentes, ne empeschent aucunement lesdits habitans de Montbar, mais les en seuffrent ioyr & vser paisiblement sans contredit. Promettons en bonne foy à nostredite Commune, soubs l'obligation de nous, & de nos heritiers ou successeurs, & de tous nos biens, meubles, & non meubles, presens & aduenir, toutes les choses dessusdites, & vne chacune d'icelles par soy, tenir, garder, & maintenir fermes & estables perpetuellement, sans faire, ou venir par nous, ou par autres taisiblement, ou en appert en aucune maniere au contraire. Et que ce soit ferme chouse à tousiours, nous auons faict mettre nostre seel de secret à ces presentes lettres, sauf en autres chouses nostre droit, & l'autruy en toutes. Ce fut fait à Beaulne le douziesme iour du mois d'Aoust, l'an de grace mil trois cent soixente & seze. Signé par Monseigneur le Duc. *I. de Val.* Année 1376.

Par lettres patentes de Iean Duc de Bourgoingne, Comte de Neuers, Baron de Douzy. Données à Montbar le treiziesme Ianuier mil quatre cent & quatre, signées par Monseigneur le Duc *I. de Saulx*, & sellées du seel duquel ledit Duc vsoit auant le trespas de sa tres-redoubtée Dame & mere, cui Dieu absoille, suiuant qu'il est porté par lesdites lettres. Tous les priuileges desdits habitans de Montbar furent confirmez.

NOVERINT vniuersi præsentes & futuri, quod ego *Richardus* filius domini Guidonis militis *de Loya*, & ego *Stephanus* Clericus, & ego *Vuillelmus*, Fratres dicti Richardi, terram quam domina *Graſſa* soror Patris nostri prædicti Guidonis militis; scilicet quattuor Iugera ad Vlmum sanctæ Mariæ, & duo in Fossegirard, Deo & monachis sancti Benigni Diuionensis apud Loyam commorantibus dederat in eleemosimam: dictam eleemosynam laudamus & confirmamus prodictis monachis, quietè & pacificè & ab vsque vlla contradictione possidendam, & nos & hæredes nostri prædictam terram sæpedictis monachis deffendere tenemur & confirmare: Et vt hoc ratum sit & firmum, quia sigillum non habemus, sigillo *Hugonis de Sedeloco* Bailliui Comitatus Burgundiæ præsentem paginam fecimus roborari. Actum apud Loyam an. Domini M. CC. XXXI. mense Decembri.

Ricardus filius Domini Guidonis militis de Loya, vna cum suis fratribus, ratam habent donationem factam de vi. Iugeribus à domina Graſſa sorore prædicti Guidonis, monachis S. Benigni apud Loiā morantibus. *Ex Ch. Ben.* Année 1231.



Galterus dominus Vangionis Riui, vna cum Bertha vxore, dant molendinum viridarium & placeam ad ædificandum furnum, Prioratui sancti Stephani Vangionis Riui.
Ex Chartul. Beaugensis.

EGO *Galterus dominus Vangionis Riui*, omnibus præsentibus & futuris notum facio, quòd cùm ego vellem facere Molendinum infra ambitum murorum *Vangionis Riui*, propter guerras quas michi dicebam & credebam imminere, Prior & monachi sancti Stephani Vangionis Riui venerunt, contradicentes, quod nec ego nec aliquis alius poterat ibidem habere Molendinum vel ædificare, præter quam ipsi. Ego autem pro remedio animæ meæ & *Bertha* vxoris meæ, & antecessorum meorum, dedi & concessi in eleemosynam perpetuam sancti Stephani Vangionis Riui, molendinum quod ego facio & facturus sum infra ambitum murorum Vangionis Riui; ita quod Prior dicti loci molas apponet & ferra in eodem, & nichil ampliùs retinuimus tamen ego & Berta vxor mea, ad vitam nostram, pro factura dicti molendini, medietatem omnium prouentuum eiusdem iam dicti Prior & Prioratus aliam medietatem percipient. Post decessum amborum nostrum, sæpedicti Prior & Prioratus, dictum molendinum integrè cum omnibus prouentibus suis perpetuo possidebunt. Ita hæredes mei nichil reclamabunt in eodem, nec reclamare poterunt, nec homines iusticiæ meæ, ego vel Berta vxor mea, vel etiam dictus Prior, cogemus vel cogere poterimus de molendo in dicto molendino, sed molent ad voluntatem suam in dicto molendino vel in aliis, sicut antiquitus consueuerunt. Apponetur autem molendinarius in dicto molendino per me vel vxorem meam, si superuixerit me, & per Priorem dicti Prioratus. Viridarium propè domum monachorum quod tenuit magister Girardus quondam Archidiaconus de Bassigneio, quod à me reclamabant Prior & monachi loci memorati, quicquid iuris habebam vel habere poteram in eodem in eleemosynam perpetuam eisdem concessi, & ipsos de eodem inuestiui. Nicholominus vsque ad quinque annos acquittaui omnes homines & familias Prioris & Prioratus Vangionis Riui, & absolui de gisto Canum, & Venatorum meorum. Dedi similiter dictis Priori & Prioratu; vnam placeam liberam & competentem ad furnum faciendum infra ambitum murorum Vangionis Riui, propè portam de Baunaise, quantum plus potero, & hæc adimplebo quando placuerit Priori. Quod vt firmum sit & stabile, ego, & B. Vxor mea, in robur & firmitatem perpetuam, sigilla nostra præsentibus fecimus apponi. Actum anno Domini M. CC. XXXII.

Année 1232.

Ribur forte Kiburg.



Ego

EGo *Guillelmus Comes Gebennensis*, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quod ego teneo in feodum, à nobili viro karissimo domino meo *Hugone Duce Burgundiæ*, castrum meum *de Clotes*. Ita quod de ipso castro potest ad voluntatem suam guerrare, ad magnas gentes & ad paruas, & cum armis & sine armis. In cuius rei testimonium præsentes litteras sigilli mei munimine feci roborari. Actum Viennæ in festo beati Thomæ Apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo secundo.

Homage de Guillaume Comte de Geneue.

Année 1232.

EGo *Hugo Castellanus Vitriacensis*, notum facio omnibus præsentem paginam inspecturis, quòd ego, de laude & assensu *Helidis* vxoris meæ, & filiorum meorum scilicet *Henrici*, & *Roberti*, & *Guillelmi*, & aliorum liberorum meorum, in puram & perpetuam eleemosynam, pro remedio animæ meæ, concessi Ecclesiæ sancti Iohannis de Hulmeto, Mariam vxorem Clarembaudi de Heisio Emmaurici, cum hæredibus suis tam præsentibus quam futuris, quietè & pacificè possidendis. Promisi etiam, quod nichil de cætero, nec per nos, nec per alios, in ipsam, nec in res ipsius reclamabimus, nec faciemus reclamari. Testes sunt dominus *Aubertus de Passio*, & *Petrus* Baillinus, Iohannes Præpositus de Sarmasia. In huius rei testimonium, præsenti cartæ sigillum meum feci apponi. Datum anno Domini M. CC. XXXIII.

Hugo Castellanus Vitriacensis, de assensu Helidis vxoris, & filiorum, dat Ecclesiæ S. Iohannis de Vlmeto Mariam Vxorem Clarembaudi. Ex Ch. Ben.

Année 1233.

EGo *Hugo dominus de Fisca*, vniuersis præsentibus & futuris notum facio, quòd de laude & assensu *Beatricis* vxoris meæ, & filiorum meorum, videlicet *Hugonis* iam militis, & Elisabeth vxoris eiusdem, *Alani* & *Galtheri* filiorum meorum adhuc domicellorum, vendidi pro sex viginti libris & sexdecim denariis forcium Campaniæ, & in eleemosynam dedi perpetuò possidendum, Ecclesiæ beati Benigni Diuionensis, & Priori & Prioratui de sancto Benigno, quicquid habebam vel habere poteram, reclamabam vel reclamare poteram, apud sanctum Benignum, & in finagio eiusdem, in hominibus & familiis eorumdem, cum ipsorum tenementis: quicquid habebam etiam, vel reclamabam ibidem, in pratis, terris, mansis & in omnibus aliis, quæ ego possedi vel reclamaui, vel alij pro me possederunt; saluis vsagiis quæ homines de Simellei, de Veisignez, & de sancto Benigno habent inter se, vel habere debent, & excepto feodo de Scoto, quem hæredes domini *Gerardi le Besque* tenent nomine meo, de laude etiam & assensu prænominatorum, in venditione & eleemosyna prænominatis apposui, pedagium siue ventam quæ accipiebatur apud Simelleium & Eschaleuramnes, ab hominibus dicti Prioratus, ne de cætero ab eisdem requiratur, Huicionem Pelliparium quamdiu manebit in homagio dicti Prioratus, Audruttem vxorem Drogonis defuncti filij Dauid, & eius hæredes, Ioiam filiam eiusdem DD. tunc apud Clicium campum commorantem, & hæredes eiusdem. Feodum etiam de quadam parte terræ sitæ in finagio de sancto Benigno quæ appellatur Franchier, quam à me & cohæredibus meis tenebant filij domini *Vlrrici de Rosnel*, dictum feodum de cætero tenebunt à Priore dicti Prioratus, & illi seruient de dicto feodo, sicut hactenus soliti sunt michi deseruire: & omnia supradicta, ego & hæredes mei in perpetuum garantire tenemur Priori & Prioratui de sancto Benigno, aduersus omnes homines contra venditionem huiusmodi & eleemosynam venientes. Et si forte, quod absit, ego vel hæredes mei deficeremus in garantia portanda de supradictis, vel etiam veniremus contra supradicta, de voluntate nostra facultatem concessimus venerabili Patri *Rogero* Dei gratia *Tullensi Episcopo*, & successoribus suis excommunicandi me & hæredes meos nominatim, monitione tamen præmissa, & tam terram meam quam hæredum meorum interdicto

Hugo dominus de Fisca, de assensu Beatricis vxoris, & Hugonis filij, iam militis, & Elisabeth vxoris eiusdem, Alani, & Galtheri filiorum, adhuc domicellorũ, vendit pro cxxvi. libris, quicquid habebat apud S. Benignum, excepto feodo de Scoto, & aliis rebus in littera contentis. Ex Chartul. Benigniano.

ſupponendi; donec ego vel hæredes mei nos de ſupradictis garantores facere-mus, & donec ablata per nos eidem reſtituerentur. Et de hoc dedimus fratri Iohanni dicto Lepori, tunc Priori ſæpefati loci, cuius tempore initus fuit contractus huiuſmodi litteras domini Epiſcopi Tullenſis, tenorem illum continentes verbo ad verbum. Et in robur & in firmitatem perpetuam, ego *Hugo dominus de Fiſca*, & ego *Beatrix* vxor eiuſdem, paginam præſentem ſigillorum noſtrorum munimine roborauimus, & venditionem & eleemoſynam huiuſmodi laudauimus. Et ego Hugo miles & Eliſabet vxor mea, qui venditionem & eleemoſynam huiuſmodi laudauimus, & conceſſimus, ſimiliter pro nobis in firmitatem perpetuam ſigillum nobilis mulieris dominæ *de Ioinuille* præſentibus apponi fecimus, ſigilla propria tunc temporis non habentes. Et ego *Alanus* & ego *Galterus*, fratres; filij Hugonis Maioris domini de Fiſca, qui venditionem & eleemoſynam prænominatas ſimiliter conceſſimus & laudauimus, ſigilla non habentes, in robur & firmitatem perpetuam ſigillum nobilis viri *Galtheri domini de Reſnello* pro nobis apponi præſentibus fecimus. Actum anno Domini M. CC. XXXIII. menſe Iunio.

Année 1233.

Rogerius Epiſcopus Tullenſis, confirmat donationem præcedentem domini de Fiſca, cuius terram ſupponit interdicto, ni donationem manu teneat.

R. Dei gratia *Tullenſis Epiſcopus*, omnibus præſentes litteras inſpecturis veritati teſtimonium perhibere. Nouerint vniuerſi, quod *Hugo dominus de Fiſca*, & *Beatrix* vxor eiuſdem, & *Hugo* iunior filius eiuſdem domini, nos attentius rogauerunt, quod cartam quamdam confectam ſuper venditione quarumdam rerum, & eleemoſyna facta Eccleſiæ beati Benigni Diuionenſis ſigillo noſtro roboraremus. Nos autem petitionibus eorum annuentes, dictam cartam verbo ad verbum diligenter inſpectam ſigillo noſtro dignum duximus roborandam. Huius tenor talis eſt. Ego Hugo dominus de Fiſca, &c. *vt ſuprà*.

Priuilege pour les habitans d'Arnay le Duc, &c.

EGO *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facio vniuerſis præſentem cartam inſpecturis, quòd ego hominibus meis de *Arneto*, & de *Sineris*, & de *Chaſſeni*, & de iiſdem ſimiliter qui in dictis locis ſub dominio meo manſerint, talem libertatem dedi & in perpetuum conceſſi, quod ditior dictorum hominum payabit tantummodo viginti ſolidos Diuionenſis monetæ ſingulis annis infra feſtum B. Remigij. Alij verò homines qui in prædictis locis ſub dominio meo manebunt, qui prædictam ſummam payare poterunt, Præpoſitus meus eiuſdem loci, qui pro tempore fuerit, debet ſub iuramento ab ipſo corporaliter præſtito taxare & admenſurare illos fideliter; ita tamen, quod ipſe tenetur relaxare de prædicta ſumma annuatim quibus fuerit relaxandum, ſecundum quod viderit expedire. In cuius rei memoriam & teſtimonium, præſentes litteras ſupradictis hominibus tradidi ſigilli mei munimine roboratas. Actum eſt hoc anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo tertio, menſe Maio.

Année 1233.

Adueu du ſire de Châtillon, au Duc.

EGO *Odo* dominus *de Chatoilium*, notum facio omnibus tam præſentibus quam futuris, quòd ego domum & forteriçiam de *Vaumaignum*, quam dominus *Hugo de Turre* miles fidelis meus tenet à me, in feodum & caſamentum cæpi à kariſſimo domino meo *Hugone Duce Burgundiæ*, in augmentationem feodi quod ab eodem Duce teneo. Quod vt ratum ſit, præſentes litteras ſigillo meo in teſtimonium roboraui. Actum eſt hoc anno milleſimo ducenteſimo triceſimo tertio, menſe Iulio.

Année 1233.

Carte de Iean de Bourgogne

EGO *Iohannes Cabilonenſis Comes*, notum facio vniuerſis præſentem cartam inſpecturis vel audituris, quòd eleemoſynam & donationem quam domi-

nus & pater meus *Stephanus Comes Burgundiæ*, pro remedio animarum nostrarum & successorum nostrorum Ecclesiæ Dalmensi & monachis ibidem Deo seruientibus, in villis scilicet de Braye & de Vers fecit, laudo & concedo, & in perpetuum testimonium præsenti cartæ sigillum meum feci apponi. Actum apud Montem Anetum anno gratiæ millesimo ducentesimo tricesimo tertio.

Comté de Chalon.

Année 1233.

EGo *Symon dominus Calcini*, omnibus notum facio, quòd ego teneo in feodo & casamento, Calcinum castrum meum, cum appendiciis ab *Hugone Duce Burgundiæ* domino meo. In cuius rei testimonium, litteras ipsas sigillo meo sigillatas domino Duci tradidi. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo tertio. *Chaucins.*

Adueu de Chaucin.

Année 1233.

EGo *G. Comes Niuernensis* & Forensis, notum facimus vniuersis, quòd cùm discordia esset inter nos & karissimum dominum nostrum Ducem Burgundiæ, super domo *de Larry*, ex eo quod nos dicebamus quod domus illa sita erat infra terminos Comitatus Niuernensis, & de feodo nostro; & Dux dicebat, quod illa domus erat de feodo suo: tandem inter nos & ipsum Ducem fuit super hoc amicabiliter compositum in hunc modum, quod domina de Larry & hæredes sui, debent capere centum libratas terræ ad Diuionem de nobis ad propinquius de Larry quam poterunt, & de illis centum libratis terræ, ipsa domina & hæredes sui qui domum de Larry tenebunt, erunt homines nostri ligij præ omnibus gentibus, salua ligitate domini Ducis Burgundiæ & domini *Erardi de Chatenay*. Et si forsitan, quod absit, contigerit quod esset contentio inter nos & ipsum Ducem, dicta domus de Larry, nec nos nec ipsum Ducem iuuaret, nec nobis nec ipsi noceret contentione durante. Domina siquidem de Larry & hæredes sui supradicti, de voluntate & mandato ipsius Ducis, debent iurare omnia prædicta facere & attendere inde suas patentes litteras nobis dare. Valebunt autem supradictæ conuentiones ad vitam nostram & *M.* vxoris nostræ. Quas siquidem Conuentiones, tam nos quam ipse Dux tenemur per iuramenta nostra præstita obseruare. Datum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo tertio, mense Decembri.

Accord entre le Duc, & le Comte de Neuers, pour la mouuance de Larey.

Année 1233.

EGo *R. de Corcellis* miles, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd ego de assensu *M.* vxoris meæ & *E.* filiæ meæ, quoddam mansum situm apud Diuionem, in castro, item mansum de Fauuernei, & mansum Vuillelmi Caponis magistri, vendidi & tradidi domino *Aimony* Decano de Vergeio fratri meo, & pretium ab eodem recepi; videlicet quinquaginta libras Diuionenses. Ita quod liceat dicto. A. vnum mansum vendere, vel conferre, vel erogare prout voluerit, & cui voluerit in perpetuum possidendum; teneor autem eidem, & illi qui in dicto manso ei succedent, cum bona fide contra omnes homines garentire. Vt autem illud firmum & rectum habeatur, præsentes litteras eidem tradidi, & sigillo viri venerabilis & religiosi *R.* Abbatis sancti Benigni Diuionensis sigillatas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto.

Année 1234.

VNIVERSIS præsentes litteras inspecturis, nos frater *Iohannes* dictus *Abbas Firmitatis*, totusque eiusdem loci Conuentus, Cisterciensis Ordinis, Cabilonensis Diœcesis, salutem in Domino. Nouerint vniuersi, quòd cùm prædecessores nostri Domnus *Bonefacius* quondam *Abbas*, & Conuentus *Firmitatis*, dudum assosiauerint nobilem virum dominum *Hugonem* bonæ memo-

Associätion ou partaige entre le Duc de Bourgogne, & l'Abbé de la Ferté.

riæ, quondam *Ducem Burgundiæ*, & hæredes ipsius tantum Duces Burgundiæ, qui pro tempore sibi successerint, in hominibus & prouentibus, seu redditibus, qui ratione hominum obuenerint, quid de voluntate prædicti domini Ducis Abergauerunt in terris & possessionibus nostris, quæ diuiduntur à via de *Chaaigne*, quæ tendit & ducit versus *Arnetum* inferius, vsque ad aquam de Laitone iure dictarum possessionum & tam in taschiis seu terciis, quam in decimis nobis Abbati & Conuentui libere & integraliter in perpetuum remanente, prout in litteris dicti domini Ducis, quas penes nos habemus plenius continetur, quarum tenor talis est. Nos *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facimus vniuersis & singulis præsentes litteras inspecturis, quod Abbas & Conuentus Firmitatis, associauerunt nos per medium, & hæredes nostros, Duces tantum Burgundiæ, qui pro tempore nobis successerint, in hominibus & prouentibus seu redditibus, qui ratione hominum obuenerunt, quos Abbas & Conuentus de Firmitate de voluntate & consensu nostro Abergauerunt, & in præsenti anno, ab instanti Pascha in annum Abergabunt, in terris & possessionibus suis quæ diuiduntur à via *Chaaigne*, quæ tendit & ducit versus *Arnetum* inferius, vsque ad Aquam de Laitone, iure dictarum possessionum & terrarum, tam in taschiis seu terciis, quam in decimis dictis Abbati & Conuentui libere & pacifice & integraliter in perpetuum remanente. Ita tamen, quod homines supradicti, nullum vsagium, nec aliquod ius habeant, nec aliquid accipiant in nemoribus supradictorum Abbatis & Conuentus sine eorum licentia speciali. Quod si fortè contra id quod dictum est, in eisdem nemoribus aliquis ipsorum hominum acceperit, restituere dampnum prædictis fratribus tenebitur, & legem soluere, secundùm consuetudinem Burgundiæ partiendum, sicut supradictum est de omnibus prouentibus inter nos & fratres Firmitatis. Si verò furnum ibidem construi vel molendinum ædificari contigerit, prædicti Abbas & Conuentus sibi retinuerunt prouentus seu redditus eorundem ab eisdem in perpetuum possidendos. Et si forte contigerit, aliquem hominum qui ibidem Abergatus fuerit, relinquere mansum suum, & mansus & terra quam ipse excoluerit, ad prædictos Abbatem & Conuentum statim, libere, & sine contradictione aliqua reuertentur. Quilibet autem hominum qui in dictis possessionibus mansum tenuerit, quindecim solidos censuales persoluere tenebitur annuatim, die Dominica ante festum beati Martini Hyemalis, quorum medietas erit nostra, & alia medietas Abbatis & Conuentus prædictorum. Aliorum prouentus, quocumque modo obuenerint, inter nos & domum Firmitatis per medium partientur. Et vt isti redditus & prouentus, commodius & melius colligi & diuidi valeant, erit ibidem nuncius communis, scilicet præpositus, qui instituatur & destituatur de consensu & voluntate Abbatis & Conuentus, & iuramento vtrique parti teneatur bona fide colligere & conseruare fructus, iura debita, & omnia alia, & reddere medietatem dictis Abbati & Conuentui, & aliam medietatem nobis & hæredibus nostris, Ducibus tantum Burgundiæ. Si verò contigerit, homines de dictis possessionibus recedere, omnes dictæ possessiones, cum iure & pertinentiis earundem, ad dictos Abbatem & Conuentum sine contradictione aliqua libere redirent, & pacifice, donec ipsi homines, vel alij, redirent, qui dictas possessiones excolerent, & mansos, sicut dictum est, tenerent. Et tunc vtemur iure nostro communiter, sicut superius continetur. Præterea, homines habitatores dictarum possessionum nunquam ibunt, nec ire cogentur in expeditionem aliquam, nec æquitationem, nisi pro speciali habitantium voluntate, nec aliquas Corueyas soluere tenebuntur, nec charreamenta facere, nec annonam soluere, nec seruitium aliquod, seu donum, seu exactionem, nisi de pura & libera præcesserit voluntate & consensu Abbatis & Conuentus Firmitatis. Si autem aliquis sine manso ibi morari contigerit, censa, vel seruitium quem persoluet, per medium partiantur, ipso eadem libertate gaudente qua & ipsi gaudebunt homines qui superius exprimuntur. Istam autem asso-

cietatem à nobis non poſſumus amouere, vel in parte vel in toto, donando, vendendo, vel exchambiando, ſeu in feodum concedendo, vel alio aliquo modo, ſine licentia Abbatis & Conuentus ſupradictorum, imo nobis & hæredibus noſtris, tantum Ducibus Burgundiæ, in ſpeciali dominio in perpetuum permanebit. Et hæc omnia, ſicut ſuperius continentur, promiſimus per nos & hæredes noſtros, bona fide perpetuò tenere, & inuiolabiliter obſeruare, & nunquam, per nos, vel per alium contra hæc omnia facere vel venire, & nichil in prædictis omnibus, vel in parte, ſtatuere, facere, vel conſentire fieri, contra voluntatem Abbatis & Conuentus Firmitatis, & prædictos homines, & omnia iura ſua, pro poſſe noſtro deffendere & garantire, vt ſuperius continetur. Hæredes enim tantum Duces Burgundiæ, ſucceſſiue promittent, hæc omnia tenere perpetuò & obſeruare, & litteras ſuas tradere fratribus Firmitatis, ſub hac forma, per omnia quæ in præſentibus litteris continentur. In cuius rei memoriam, robur, & teſtimonium, præſentes litteras prædictis fratribus de Firmitate tradidimus, ſigilli noſtri munimine roboratas. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo, menſe Iulio. Nos verò prædictam aſſociationem, & omnes conuentiones in prædictis litteris contentas, ratas & gratas habentes, ſigilli noſtri, quo vnico vtimur, appenſione confirmamus. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio, menſe Maij.

Année 1230.

Année 1273.

Accord entre l'Abbaye de S. Eſtienne de Diion, & Henry de Mons Cheualier. *Ex Chartul. S. Stephani Diuionenſis.*

NOS *Iohannes* Decanus Capellæ Ducis, *Garnerus* Decanus Chriſtianitatis Diuionenſis, notum facimus omnibus præſentes litteras inſpecturis, quòd cùm dominus *Henricus de Montibus*, miles, & domina *Regina Soror* ſua, decimam quam habebant in villa & finagiis de *Aſnerus*, quam dictus Henricus tenebat, & eius hæredes ſimiliter, in feodum & caſamentum de Abbate & Conuentu ſancti Stephani Diuionen. & ipſe dictis Abbati & Conuentui, & ſucceſſoribus eorundem, perpetuò quittauit decimam ſupradictam. Ipſi Abbas & Conuentus, in recompenſationem & Eſcambium illius decimæ, dederunt & quittauerunt perpetuò, domino Henrico & eius hæredibus, partem ſuam decimæ villæ & finagiorum *Deſtauille* & de *Daurois*. Quam partem decimæ dictus Henricus ſupradictus iam recepit in feodum & caſamentum ab ipſis, & hæredes ipſius ſucceſſiue ſimiliter ad .... Abbate & Conuentu qui pro tempore fuerint in feodum & caſamentum accipere tenentur in Eccleſiam ſancti Stephani apud Diuionem, præterea dictus Abbas & Conuentus dederunt domino Henrico, & dictæ Reginæ, ad vitas eorundem, duos manſos quos habent in villa *Deſtabully*, cum appendiciis eorundem, libere. Ita quod manentes in manſis prædictis efforciare non poterunt vltra triginta ſolidos Diuionenſes annuatim, quos manentes in manſis illis ſoluent ad feſtum ſancti Remigij annuatim, niſi, quod abſit, foreſactum fecerint. Poſt obitum vnius dictorum Henrici & dominæ Reginæ, ille ex eis qui ſuperuixerit dictos duos manſos cum eorum appendiciis .... modo prædicto tenebit, & poſt obitum eorundem, dicti duo manſi, cum eorum appendiciis ad dictos Abbatem & Conuentum, & eorum Eccleſiam, quietè & ſine contradictione qualibet & debitorum .... reuertentur. In cuius rei teſtimonium, ad preces vtriuſque partis, præſentibus litteris ſigilla noſtra appoſuimus. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto, menſe Iulio.

Année 1245.

A Tous cels qui verront ces preſentes lettres, *Girard Donotte* Preſtre de Dijon, ſalut en noſtre Seigneur. Sçachent tuit, que ie ha receu par la main frere *Renaut*, Chanoine & Celerier de ſainct Eſtienne de Diion, pour noble Prince *Robert Duc de Bourgoingne*, ou nom de luy, quatre-vingt & dix-ſept liures de Viennois, por l'an noſtre Seigneur mil deux cent quatre-vingt & cinq.

Item, quatre-vingt & dix-sept liures de ladite monnoye, por l'an nostre Seigneur mil deux cent quatre-vingt & six, por les feux des hommes de l'Eglise Dahuit, Dasnieres, Dauteuille, Destaulles, de Sauigney, de Cutigny, de Courtarnoul, de Chaignot, de Crimolois, & de Ville soubs Geurcy; esquels feux, li deuant diz hommes estoient tenus por la monnoye dou deuant dit nostre Seigneur le Duc. En tesmoing de laquel chose, ie ha mis mon seel en ces presentes lettres, faictes l'an de grace mil deux cent quatre-vingt & six, ou mois de Nouembre.

Année 1286.

Afranchissement de droit de mainmorte des habitans de Bar sur Seine.

EGO *Theobaldus Campaniæ* & Briæ *Comes* Palatinus, notum facio vniuersis, tam præsentibus quàm futuris, me concessisse vniuersis hominibus de *Barro super Sequanam*, & omnibus eorum successoribus, manum mortuam possidendam in perpetuum & habendam. Ita tamen, quod si quis eorum decesserit absque litteris, ad hæredes ipsius qui homines mei sunt, & in Castellaria Barry mansionarij sunt eius hæreditas pacificè redibit & quietè. Sciendum est etiam, quod ego concessi *Iohanni Coquo* de Barro super Sequanam, quod si contingat eum decedere, & non habeat hæredem qui mansionarius sit apud Barrum super Sequanam, quod ad Emolinam filiam suam, quæ maritata est apud *Barrum super Albam*, eius hæreditas reuertatur. Quod quidem, vt notum sit & firmum permaneat, litteris annotatum, sigilli mei munimine feci communiri. Actum anno gratiæ millesimo ducentesimo vicesimo septimo, mense Aprili.

Année 1227.

Les mesmes habitans afranchis de tailles, &c.

GIE Thiebauz de Champaigne, & de Brie Cuens Palazins; faz à sauoir à toz cauz qui sont & qui seront, que ces lettres verront, que ge franchies & quit, toz mes homes & mes fames de Bar sur Saine, & de la Chastellenie, de totes toutes, & de totes tailles, par tel maniere, que ge aura en touz cez en cui ge auoie taille, & en toz ces homes & fames qui defors venront ester en la communité de Bar sur Saine, & en la Chastellenie, siz deniers de la liure de mieble, fors qu'en armeures & en robes faictes auex leur cors, & fors qu'en aisemens d'ostel. Et est assauoir, que vaissel ou l'en met vins, & tuit aisement d'or & d'argent, seront prisé chascun an auec les autres miebles, & auray de la liure de l'eritaige deux deniers chascun an. Et est assauoir, que se aucuns de mes homes, ou de mes fames, ou de mes gardes, viennent pour demorer en la communité de Bar sur Saine, ne de la Chastellenie, n'en porront aucun retenir, se n'est par mon assent, & par ma volenté. Et s'il auenoit, que aucuns hom, ou aucune fame de mes viles ou de mes fiez, ou de mes gardes, viennent pour demourer en la Communauté de Bar sur Saine, ou en ladite Chastellenie, li bourgeois de Bar sur Saine, ny de la Chastellenie, n'en pourront aucun retenir, se n'est par mon assent & par ma volenté. Et s'il aduenoit, que aucungz hom, ou aucunes fames de mes villes, ou de mes fieds, ou de mes gardes, viennent estre en la Communauté de Bar sur Seine, & en la Chastellenie, & y li hom ou la femme qui y verroit, disoit que il ne fust de mes villes ou de mes fieds, ou de mes gardes, il seroit esclairé à ma volenté dou retenir, ou dou refuser: Et si ie le refusoie, il auroit conduitte de moy, il & les focs choses quinze iors plainement. Et est assauoir, que se aucungz de la Commune de Bar sur Seine, & de la Chastellenie, veult payer vingt liures en l'an, il sera quittes de fairement, & de la prise de certe année vers moy. Et si leur donne & octroye la Preuosté & la iustice de Bar sur Seine, & de la Chastellenie, & de leur terres, & de leurs vignes qui sont de lor finaige de Bar sur Seine, & de la Chastellenie, si comme ie la tenoie au iour que ces lettres furent faittes, par cent & dix & sept liures de prouenisiens, qui me rendront chacun an à Pentecoste. Et est assauoir, que li forfaict des hommes & des femmes de la Communauté de Bar sur Seine, & de la Chastellenie, & de

tous cez qui sont ou seront estrangier en la iustice de la Commune de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, sont ax bourgeois de Bar sur Seine, & de ladite Chastellerie, si comme ie les souloye auoir, & tuit les forfaicts des gens estranges qui ne sont de la iustice de la Commune de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, sont ax bourgeois de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, iusques à vingt souz, & le surplus iere miens, & ie lo retiens la murtre, & lo rat, & lo larron, là où ces choses seront aircuées & attentées. Et si retiens le champion vaincu, dont i'auray amande aux vz & aux coustumes de Bar sur Seine, & de la Chastellerie. Et si retiens la faulce mesure, de laquelle i'auray quarante sols, & li bourgeois de Bar sur Seine, & de la Chastellerie en auront vingt sols. Et si est assauoir, que ie retiens la iustice & la garde de mes Eglises & de mes Cheualiers, & de mes fieuz, & de mes viez, en telle maniere, que si aucun de ceux de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, ou de la Iustice de la Communité de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, forfaisoient à aucung de ceux que ie retiens, c'est assauoir, aux Clercs, & aux Cheualiers, ou à mes fieuz, ou à mes viez, dont plainte vient à moy, ie la dresseroye, & l'emande seroit mienne, & sera iugié l'emande aux vz & aux coustumes de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, par le Maieur, & par les Iurez de Bar sur Seine, & de la Chastellerie. Et est assauoir, que ie, ou autres de mes gens, elirons chacun an treize hommes de la Communité de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, à bonne foy, & s'il treize esliront l'vn d'eulx à Maieur chacun an dedans la quinzaine que ie les auray nommez, & si ne l'auroient esleu dedans la quinzaine, ie y esliroye l'vn d'eulx treize, & s'il treize nommé, iureront que ma droiture, & celle de la Commune de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, garderont & gouuerneront la ville, & les affaires de la ville à bonne foy, ils n'en pourront estre acquoisoné, mais s'ils faisoient iugement ou esgard qu'il ne fu souffisant, il seroit adressé à mon esgard aux vz & aux coustumes de Bar sur Seine, & de la Chastellerie; saulfs ce que ne leur cousteroit riens, & n'en feroient point d'amande, cil qu'il auroient faict lo iugement ou l'esgard, & si douze iurez, & les Maire leueront la moitié de chacun six deniers de la liure de meubles, s'il comme il est dit deuant, & deux deniers de la liure de l'eritage, par le serement de ces qui se diront & gye, i'enuiray s'il me plaist gens de mon Conseil qui seront à ma Iurée. Et si li Maire, & li douze Iures, ou vne partie d'eulx, iusques à trois ou plus, auoient suspection aucung de ce qu'ils auoient iuré à rendre six deniers de la liure de meubles, & deux deniers de la liure de l'eritage, il le pourroient croistre selon leur bonne conscience, sauf ce que n'en sera point demandé qui aura iuré, & s'il deniers seront payés chacun an à la feste sainct Andrey. Et est assauoir, que tuit cil de la Communité de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, puissent, & pourront vendre & achepter heritaiges, & autres choses, si comme il ont faict deuant, & ont & ouront leurs franchises & leurs vsaiges, si comme il les ont euës deuant, & se aucun vouloit plaidoyer aucun de la Commune de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, par plait, ou par autre maniere, ie ne pourroye trauailler fors de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, se por ma propre querelle n'estoit, & celle querelle seroit terminée aux vz & aux costumes de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, ie y auroye mon ost & ma cheuauchie, si comme ie y auoye deuant fors tant que homs de soixente ans, & de plus n'y aura pas, mais s'il a le pouoir souffisant, il y enuoyra vn homme por li selon son pouoir, & se ie semonge ost ou cheuauchie, en temps que faire sera, li changeur & le marchant qui seront en la foire en besongne, y pourront enuoyer hommes souffisant pour au sans amende. Et s'aucuns deffailloit de mon ost, ou de ma cheuauchie, ce qu'il deffaudroit l'amenderoit. Si promet en bonne foy, que ie ne semondray en ost ne en cheuauchie pour aux aquoisonner, fors que por mon besoing. Et si veulx que cheuaux à cheuaucher, ne armeures à ces de la Commune de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, soient prises par debtes, ne pour plages, ne pour autres missions. Et se ie, ou mes gens auons

mestier de cheuaux ou de charrettes de Bar sur Seine, ou de la Chastellerie, il sera requis au Maieur de Bar sur Seine, & de la Chastellerie; & s'il leur fera auoir à louher là où il le trouuera, & payera le louhier des deniers de ma cense, & si mesaucnoit du cheual, il seroit rendus au regard des douze Iures, & du Maieur des deniers de ma cense. Et chacun de la Communauté de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, qui aura vaillant vingt liures, aura arbaleste en son ostel, & garrots iusques à cinquante. Et est assauoir, que li bourgeois de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, cuiront, & moudront à mes fours & à mes moulins, & à tel marché, comme aux autres. Et s'il aduenoit que ie n'eusse assez fours & moulins à Bar sur Seine, & en la Chastellerie, ils feront moudre & cuire au regard de douze Iures, & du Maieur, selon ce qu'il conuiendra souffisamment, à mes fours, & à mes molins. Et quant i'auray fours & molins, tant comme leur conuiendra au regard des douze Iures, & du Maieur, il luy cuiront tout & moudront. Et s'aucun des treize esleus estoit cheu en plait, ou en guerre, ou en excommenement, pour le faict de la ville, les douze Iurés, & les Maires qui apres viendront, seront tenus à prendre le faict sur eulx, ainsi comme les douze Iurés & li Maires qui estoient deuant l'auroient sur eulx. Et ie ne pourray mettre hors de ma main nulles de ces choses. Et est assauoir, que se aulcungs de la Communité de Bar sur Seine, & de la Chastellenie estoient arrestés. Et prins en aucun lieu pour ma debte, ie lo soré tenus à deliurer luy & ses choses du myen, & s'il estoit prins & arresté pour autre chose, ie lo seré tenuz à ayder à deliurer à bonne foy. Et est assauoir, que ce aucungs de ceux qui vouldront estre de la Communeté de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, s'en veullent aller, il s'en iront sauuement & franchement quant il voudront, & auront conduit de moy quinze iours pleinement. Et est assauoir, que tui cil qui sont my home ou mes femmes de la Comté de Champaigne, & de Brye, pourront escherite à Bar sur Seine, & en la Chastellerie, & cil qui ne seroit mes homes ou mes femmes de la Conté ny pourroient riens. Et est assauoir, qu'il est par tout garenne, tant comme ma terre dure pardeuers mon Chastel, si comme *Segue* se comporte, & pardeuers *Chacenay* il peuuent chasser là où ils veuillent. Et est assauoir, que my Sergent qui sont à moy, & cil qui ont mes chartres, & les chartres de mes antecesseurs, seront de la Communeté de Bar sur Seine, & de la Chastellerie, se ils veuillent: Et se il ne le veuillent, il seront en ma main si comme deuant. Et toutes ces choses, & toutes ces conuenances qui sont contenuës en ces lettres ay-ie iuré & tenir pour moy, & pour mes hoirs, à aus à leurs hoirs parmenablement, & pource que ce soit ferme & estable, aige faict ces lettres seellées de mon seel. Ce
Année fu faict en l'an de grace mil deux cent & trente & quatre, au mois de Iuing.
1234. *Sellées d'un seau de cire blanche en las de soye verde.*

Autre titre en faueur des habitans de Bar sur Seine, &c.

EGO *Theobaldus* Dei gratia *Rex Nauarræ*, Campaniæ & Briæ Comes Palatinus, notum facimus præsentibus & futuris, quòd nos volumus & concedimus, quòd homines & feminæ Barri super Sequanam, Villæ nouæ propè Barrum, & Sellarum, quos felicis recordationis Pater noster emisse dicitur à domina *sancti Sepulchri*. eorumque pueri & hæredes sint de cætero in perpetuum, de Communitate Barri super Sequanam, & iusticia eiusdem communiæ, quittantes eis manum mortuam quam in eis habebamus & habere poteramus quoquomodo, & concedentes, quod dicta manumortua, & iure eius, & omnimoda alia libertate, ac aliis, gaudeant & vtantur, quibus gaudent & vtuntur seu gaudebunt vel vtentur alij dictæ communiæ Barri; saluo in his alio iure nostro & alieno. In quorum omnium testimonium & munimen, præsentes eisdem concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Actum per nos apud
Année *Barrum* super Sequanam, anno Incarnati Verbi 1258. mense Ianuarij, die Do-
1258. minica post festum beatorum Remigij & Hilarij.

Ego

EGO *Mahauz Comitissa Cabilonensis*, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd ego vendidi & tradidi, de consensu & voluntate domini & mariti mei *Iohannis Comitis Burgundiæ*, & Cabilonensis, centum & quatuor modios vini, quos dictus dominus Comes maritus meus, à Duce Burgundiæ, in feodum, apud *Pomart*, annuatim tenebat nomine nostro, domino Duci Burgundiæ, nepoti meo, & suis hæredibus in perpetuum possidendos. Ita videlicet, quod sacramento interposito, contra dictam venditionem occasione alicuius iuris non possum venire, nec tempore mariti mei, nec post ipsius obitum aliquid reclamare, & ipsam bona fide à me & à meis domino Duci & suis hæredibus garantire teneor. In cuius rei testimonium, præsentes litteras eidem tradidi, sigilli mei munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto, mense Iulio.

Tiltre de Mahaut Comtesse de Bourgogne, pour les vins de Pomart.

Année 1234.

NOS *Iohannes Comes Burgundiæ*, & Cabilonensis, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd *Mahauz* vxor nostra, de consensu & voluntate nostra, vendidit & tradidit domino *Hugoni Duci Burgundiæ*, & suis hæredibus in perpetuum, centum & quatuor modios vini, quos nomine prædictæ Mahauz vxoris nostræ apud Pomart, in feodum, à dicto domino Duce annuatim tenebamus. Nos verò dictam venditionem laudamus, & concedimus, & confirmamus in perpetuum valituram, per præsentes litteras sigilli nostri munimine roboratas, & dictam venditionem tenemur bona fide à nobis, & à nostris dicto domino Duci & suis hæredibus garantire, &c. In cuius rei testimonium, præsentes litteras eidem tradimus sigillo nostro sigillatas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto, mense Iulio.

Ratification du Comte son mary.

Année. 1234.

ALEXANDER Episcopus, seruus seruorum Dei, Priori, Sacristæ & Conuentui monasterij sancti Petri de monasterio, Ordinis sancti Benedicti, Niuernensis Diœcesis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ea quæ iudicio vel concordia terminantur, firma debent & illibata persistere, & ne in recidiuæ contentionis scrupulum relabantur, Apostolico conuenit præsidio communiri. Sanè petitio vestra nobis exhibita continebat, quòd cùm inter vos, ex vna parte, & perpetuum Capellanum Parochialis Ecclesiæ sancti Petri de monasterio loci eiusdem, ex altera, super quibusdam redditibus & prouentibus eiusdem Ecclesiæ orta fuisset materia quæstionis: tandem inter partes, de assensu venerabilis fratris nostri .... Niuernensis Episcopi loci Diœcesani, necnon Abbatis & Conuentus sancti Martini Eduensis, ad quos eadem Ecclesia pleno iure pertinere dicitur, amicabilis compositio interuenit, prout in litteris inde confectis continetur plenius. Nos igitur, vestris deuotis supplicationibus inclinati, compositionem sicut proinde sine prauitate facta est, & hactenus pacificè obseruata, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus: tenorem litterarum ipsarum inseri facientes, quæ talis est. Vniuersis præsentes litteras inspecturis *Radulphus* sola miseratione diuina *Niuernensis* Episcopus, salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra, quòd cùm frequenter moueretur contentio inter Abbatem & Conuentum, super oblationes & super iura parochialis Ecclesiæ sancti Petri de monasterio inter Priorem & Sacristam, ex vna parte, & Capellanum eiusdem loci ex altera, de consensu vtriusque partis & voluntate nostra, & assensu Abbatis & Conuentus sancti Martini Eduensis, inter prædictos Priorem & Sacristam de monasterio, & Capellanum, pacificatum fuit coram nobis amicabiliter, in hunc modum. Quod omnes oblationes dictæ Ecclesiæ, quæ prius erant propriæ tam Sacerdotis quàm Sacristæ,

Reglement entre l'Abbé, & le Conuent de S. Pierre le Monstier, & le Curé, pour les droits d'Eglise, &c.

de cætero communiter & æqualiter diuidentur, ita quod Sacerdos habeat medietatem, & Sacrista aliam medietatem quandocumque ad quodcumque altare offerentur; dummodo debeant venire ad manum Sacerdotis vel Sacristæ, exceptis cera & candelis, & illis quæ pro cera & candelis offeruntur; quæ Sacrista solus sine Capellano vniuersaliter in perpetuum percipiet & habebit, & exceptis oblationibus, quæ ad Reliquias vel ad altaria, sine Missa, ab extraneis qui non morantur in prædicta villa, offerentur, & exceptis nummis debitabilibus pro cera & oleo, quos Sacrista solus habebit sine Capellano. Capellanus verò, Parochianos suos compellet, quantumcumque poterit, per censuram Ecclesiasticam, ad reddendos dictos nummos debitabiles. Sacerdos verò, sine Sacrista habebit oblationes quæ fiunt ab infirmo pro communione, exceptis illis quæ offeruntur in Ecclesia, in Pascha, Pentecoste, & Natiuitate Domini, quæ erunt communes. Item, idem Sacerdos solus habebit sine Sacrista, oblationes quæ fiunt pro Baptismo, & propera, & quæ offerentur extra Ecclesiam quando cantabitur Euangelium infirmis, & duodecim denarios qui dantur pro vigiliis, & legatum suum, & tertiam partem sepulturarum, & quatuor denarios qui dantur pro sepultura puerorum qui infra annum moriuntur. Si autem vltra quatuor denarios datum fuerit pro eis, duæ partes erunt Prioris, & tertia pars erit Sacerdotis, & fercula pro nuptiis celebratis, vel quod datur nomine ferculorum. Tricenalia verò qualiacumque, & oblationes confessionum, erunt communia per medium, Sacerdoti & Sacristæ. Panis verò, & vini oblati, quandocumque offeratur, ad quamcumque Missam, medietas erit Prioris de Monasterio, & altera medietas erit propriè Sacerdotis. Duæ si quidem partes sepulturarum, & legatum suum, & redditus, qui dabuntur pro anniuersariis quæ fiunt à Sacrista vel monachis, erunt integrè Prioris & Sacristæ, sicut prius. Et si aliquis, sepulturam vel redditum elegerit in claustro vel porticu, vel infra ambitum murorum claustri, illud quod dabitur pro ea, totum erit Prioris. Si aliquis de Parochianis sancti Petri, non habens mobile, eligens sibi sepulturam extra muros claustri, illud quod dabitur pro ea, totum erit Prioris. Duæ partes erunt Prioris, & tertia erit Sacerdotis, sed vendet eam infra annum. Si verò extra censiuam Prioris & monachorum hoc fieri contigerit, Prior habebit duas partes, & Sacerdos tertiam, sine contradictione. Omnes si quidem decimæ ad Ecclesiam sancti Petri & sancti Babillæ pertinentes, quæ sunt infra dictas Parochias, fuerunt, sunt, & erunt, vniuersaliter Priori sine Capellano; excepta decima de Charpeil, cum appendiciis, quam tenet dictus Capellanus ab Abbate S. Martini Eduensis, cum quibusdam aliis, in feudo. Et tenetur dictus Capellanus eidem Abbati, pro prædicto feudo, soluere annuatim quinque solidos, in festo sancti Martini hyemalis. Capellanus verò semper vnum Vicarium habebit qui Missas & Officium suum celebrabit, sicut vtrique parti necessarium fuerit & vtile. Sacerdos enim debet duas Missas in die Dominica celebrare, & in die Lunæ similiter pro defunctis primam Missam semper, quandocumque præsens fuerit corpus. Sacrista verò celebrabit in die Sabbati de beata Virgine, & pro defunctis secundam, si exigatur ab amicis mortui: & Sacrista ministrabit candelas omnibus celebrantibus in Ecclesia, & hostias, sicut consueuit. Si Sacrista inungit infirmos, quod dabitur ei erit suum. Similiter si Sacerdos inungit, suum erit quod dabitur ei pro vnctione. Sacrista verò vel suum mandatum omnes oblationes & omnes prouentus dictæ Ecclesiæ communes recipiet in pisside quam habebit, & Capellanus habebit clauem, & Capellano portionem suam fideliter exhibebit. Et dictus Capellanus & Vicarij sui, quicumque sint, Priori & Sacristæ, quotienscumque mutati fuerint, facient fidelitatem. Et ille qui pro Sacrista oblationes recipiet, quotiescumque mutatus fuerit, similiter Capellano faciet fidelitatem. Omnes autem querelæ vtriusque partis pacificatæ fuerunt per istam communitatem, ita tamen, quod iurisdictio & dominium dictæ Ecclesiæ, prædictis Priori & Sacristæ, sicut prius, remanebit: Et nos

dictam compositionem ratam habemus & confirmamus. In cuius rei testimonium & memoriam, & vt supradicta compositio inuiolabiliter obseruetur, ad petitionem partium, præsentibus litteris sigillum nostrum fecimus apponi. Actum anno Domini M. CC. XXXIV. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Neapoli IIII. KAL. Iunij, Pontificatus nostri anno primo. Année 1234.

Reglement pour la Iustice, & pour la Coustume de Chalon, entre l'Euesque, le Duc, & le Comte de Chalons

EGo *Durandus* miseratione diuina *Episcopus* & Capitulum *Cabilonense*, & ego *Alis Ducissa Burgundiæ*, & ego *Beatrix Comitissa Cabilonensis*, omnibus notum facimus, quòd nos elegimus duodecim dictores, qui iuramento præstito, nos super consuetudinibus & iure quod vnusquisque habebat apud Cabilonem certificarent : qui in hunc modum concordauerunt. Claustrum durat vsque ad furnum au Cot, & dimidium vicum Iudæorum & dimidium Sagonnam, quantum claustrum durat à Ponte Molendinorum vsque ad Pontem sanctæ Mariæ, & medietatem de Biez vsque ad Turrem domini *Verduni*. Duodecim seruientes sunt in Cabilone. Tres illorum sunt Episcopi, & tres Capituli, & tres Ducissæ, & tres Comitissæ. Isti possunt retinere homines in Cabilone, & liberi sunt ab omnibus costumis, nec debent applegiare de forefacto suo, nisi coram domino suo, vnusquisque. Claustrum est domini Episcopi, & habet in eo iusticiam suam. Ducissa etiam, & Comitissa, habent in eodem iusticiam ; ita tamen quod non possunt vadiare in claustro, sed quando ille qui forefecit recedit à claustro, tunc possunt emendam leuare, secundùm quod forefecerit. De primis forefactis non debent emendam leuare, dictæ Ducissa & Comitissa, nisi inde clamorem habuerint, vel si præpositus Episcopi emendam inde leuauerit : Et si ita fuerit, tunc possunt emendam leuare famuli earum. Si alienus homo venerit in ciuitatem, & hospitatus fuerit penes aliquem eorum qui possunt retinere homines, illius domini erit ; si autem non fecerit dominium infra annum & diem, erit Ducissæ & Comitissæ. Si aliquis probetur esse fenerator, per testes idoneos, totum mobile ipsius erit Ducissæ & Comitissæ, quod tunc habebit, & similiter, quotiescumque alius probabitur esse fenerator. Dictores verò illum solummodo feneratorem intelligunt, qui solidum vel libram, per ebdomadam, vel mensem, vel annum, pro denario vel denariis eiusdem monetæ vel alterius accommodat, ludo excepto. Ita quod de retroactis vsque ad confectionem cartæ, non posset aliquis super hoc conueniri, alio modo non intelligitur esse fenerator. Et debet probari de vsura ad Turrim nouam. Et de omnibus forefactis claustri, venietur similiter ad Turrim nouam. Et de aliis forefactis extra claustrum, venietur ad præpositos Ducissæ & Comitissæ & Vicecomitis, & in omnibus emendis Ducissæ & Comitissæ, habet Vicecomes tertiam partem, sed præpositi Ducissæ & Comitissæ emendam possunt quittare vsque ad quatuor denarios. De omnibus qui possunt retinere apud Cabilonem homines, nullus potest retinere hominem alterius in Cabilone vel appendiciis, nisi iustè & pacificè fuerit homo à domino suo separatus. Magnæ stratæ mercatorum per aquam, & per terram sunt Ducissæ & Comitissæ. Iusticia villæ sancti Laurentij & des Chauanes & sanctæ Mariæ, sunt Ducissæ & Comitissæ, salua libertate Ecclesiarum & cimiteriorum, & Pontenario Episcopi. Homines de Cabilone non debent pedagium circa tres leucas extra Cabilonem. Et si Episcopus vel Ducissa, vel Comitissa, vel ille qui pro negotio Capituli mitteretur, voluerit ire per aquam, capient de nauigatoribus dominorum pro voluntate sua, saluis expensis eorundem. Nec Ducissa, nec Comitissa, super Episcopum vel Capitulum vel suos possunt aliquid alleuare, nisi de assensu eorum, & de residuo facient voluntatem suam. Et si clamor venerit

ad Episcopum, faceret inde quod ad se pertineret. Si crietur pro communitate villæ, criari debet, assensu Episcopi & Capituli, Ducissæ, & Comitissæ, & Vicecomitis, in claustro & villa, aliàs extra claustrum, ex parte Ducissæ, & Comitissæ, & Vicecomitis, & iusticia sanctæ Crucis, & sancti Martini, & sancti Alexandri, est Episcopi. Et quicquid Ducissa habet apud Cabilonem, & appendiciis in quo partitur cum Comitissa, est de feodo Episcopi. Si verò aliquid est obmissum, super quo non est à dictoribus definitum, per eosdem dictores, vel per alios quos Episcopus & Capitulum & Ducissa & Comitissa eligent, debet terminari. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo vicesimo primo, mense Augusto, die Iouis post festum beati Bartholomei.

Année 1221.

Coustume & priuileges accordez aux habitans d'Argilly.

HVGO *Dux Burgundiæ*, vniuersis præsentes litteras inspecturis, salutem. Noueritis, quòd nos hominibus, manentibus & mansuris in villa de *Argilleyo*, saluis redditibus nostris, talem franchisiam dedimus & concessimus, videlicet, quod quilibet hominum de villa illa de Argilleyo, tantummodo soluet annuatim, in festo beati Dionysij, quindecim solidos Diuionenses censuales. Et ille qui non soluet dicto die, vel in crastino, illos quindecim solidos, soluet de emenda septem solidos nobis, vel mandato nostro. In dicta verò villa sunt viginti quinque homines, qui soluent de censia sua tantummodo annuatim, vsque ad quinque annos, quinque solidos, & elapsis illis quinque annis, soluent nobis vel mandato nostro sicut & alij homines superius nominati. Et sciendum est, quod homines de dicta villa, reddent nobis vnam corueiam annuatim, ad faciendum fena nostra, & in quolibet mense, vsque ad quinque annos, reddent nobis vnam corueiam in celaria nostra, & post illos quinque annos, dicti homines sunt liberi & immunes de omnibus corueiis, præterquam de corueia fenorum. Item, in ipsa franchisia eligentur annuatim ad festum beati Iohannis Baptistæ, de communi assensu dictæ villæ, quatuor homines. Et illi quatuor electi, iurabunt fidelitatem dictæ villæ & hominibus eiusdem villæ: Et illi quatuor electi poterunt mutari, & alij quatuor constiui annuatim ad festum beati Iohannis Baptistæ de communi assensu dictæ villæ. Homines omnes de franchisia illa, se iusticiabunt per illos quatuor electos de clamore facto dictis electis; persoluet duodecim denarios ille, super quem iusticia reperietur, & illi duodecim denarij erunt quatuor electorum. Quicumque verò de pugno vel de palma percusserit, si inde clamor exierit, quinque solidos persoluet de emenda, nobis vel mandato nostro. Si clamor non exierit super hoc, nichil soluet. Quicumque verò sanguinem fecerit, si clamor inde exierit, & probatus fuerit sanguis, persoluet nobis vel mandato nostro decem solidos de emenda. Si autem clamor super hoc non exierit, nichil soluet. Præterea de nemoribus nostris concedimus habitatoribus dictæ villæ, quicquid opus fuerit eis ad ædificandum in villa prædicta, ad respectum quatuor electorum; saluis tamen nostris Ayers; in quibus non volumus quod aliquid capiatur. Illi quatuor electi, requirent nemus illud à Præposito à nobis constituto in villa prædicta. Et in nemoribus illis habebunt habitatores de Argylleio, homines nostri, suum vsagium ad nutrimentum propriorum porcorum suorum, sed soluent nobis de suis porcis iustum pasnagium. Præterea, si aliquis hominum dictæ villæ forsitan caperetur, scindendo fagum vel quercum in dictis nemoribus, nisi concederetur ei à nobis vel à mandato nostro, costaret ei sexaginta quinque solidos; sed bene licet eisdem hominibus colligere roortas, secundùm quòd opus fuerit eis ad carruas suas. Item si animalia vel pecora in forefacto deprehensa fuerint, vel inuenta, vnumquodque animal persoluet sex denarios de emenda, nobis vel mandato nostro, præter oues & minutæ bestiæ; quarum quoque duos denarios persoluet, & dampnum, ad considerationem quatuor electorum,

illi cui factum fuerit, restituetur. Sciendum est postea, quod nos iusticiam latronis, adulteri, homicidæ, retinuimus nobis, eorum videlicet qui in dicta villa vel in Bailliua eiusdem probati fuerint vel conuicti. Et sciendum est, quod habitatores Argilleij vendent libere panem & vinum, & alia, & etiam sine contradictione quatuor electi reddent per suum sacramentum nostro præposito Argilleij; omnes emendas perceptas in ista Bailliua; hoc saluo, quod ipsi habebunt duodecim denarios, sicut superius est expressum. Nos verò retinuimus famulos nostros de Argilleio, quos non ponimus in ista franchisia excepto *Henrico dou Tertre*, quem concessimus esse de franchisia ista, ad requisitionem dictorum habitatorum. Retinuimus etiam homines militum & famulorum nostrorum qui sunt in iusticia nostra, quos nolumus esse de franchisia prædicta. Item dicti quatuor electi, possunt retinere omnes venientes de foris in franchisiam istam, saluo iure alterius, & dabunt eis mansum idoneum, sine præiudicio alterius. Præterea de vnoquoque homine, de foris veniente in illam franchisiam, habebit dictus præpositus tres solidos, & dicti electi duodecim denarios. Et sciendum est, quod omnes habitatores prædicti, debent nobis cheuauchias & exercitus, sicut communia Diuionensis. Præterea omnis querela placiti, quæ coram dictis electis, vel coram dicto præposito ventilabitur, infra annum quo orta fuerit debet pace & iudicio terminari. Et pro istis constitutionibus volumus dictos homines nostros de franchisia ista, in bona pace liberos custodiri & motari. Quod vt ratum sit, præsentibus litteris sigillum nostrum apposuimus. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quatto, mense Decembri. Année 1234.

EGo Galterus dominus *Vangionis Riui*, & ego *Bertha* vxor eius, notum facimus præsentibus & futuris, quòd cùm Prior & monachi domus Beati Stephani Vangionis Riui, ex donatione prædecessorum nostrorum, obtinuerint ab antiquo, quod nos, nec hæredes nostri, vel etiam aliquis alius, molendinum ædificare valeat *Vadicurtæ* super Marnam, vsque ad molendinum de Busseriis, similiter nec in Riuulis des Auges super Vangionem, nec in Riuulis Stanni nostri, neque de fontibus Vangionis. Sed volumus & cognoscimus, quod omnes molendini qui infra terminos supradictos sunt ædificati, vel ædificari possent, sunt & erunt de Prioratu beati Stephani Vangionis: De molendino verò quod de nouo in Riuulis Stanni nostri Vangionis fecimus & ædificauimus, damus & concedimus, pro remedio animæ nostræ & antecessorum nostrorum, prædicto Prioratui beati Stephani Vangionis, & fratribus ibidem Deo seruientibus, in eleemosynam, medietatem prædicti molendini: aliam verò medietatem quamdiu vixerimus habebimus; post decessum verò nostrum, totum molendinum prædicto Prioratui pacificè & quietè reuertetur. De factura verò molendini dictus Prioratus, ferrum & molas ministrabit. Nos verò domum & omnes alias res prædicto molendino, vbicumque sit, vel remoueatur soluere & administrare tenemur quamdiu vixerimus. De consensu verò nostro, & de consensu Prioratus, in prædicto molendino molendinarius apponetur. Post decessum verò nostrum, dictus Prioratus accipiendi totum & ponendi liberam & plenariam habebit potestatem. In cuius rei testimonium, præsentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas, prædicto Priori & fratribus duximus conferendas. Datum mense Iulio anno Domini M. CC. XXXV. Année 1235.

Galtherus dominus Vangionis Riui, vna cum Bertha vxore, dat post decessum suum molendinũ in Riuulis Stanni Vangionis Riui, Prioratui B. Stephani, medietate retenta ad vitam. *Ex Chartul. Benigniano.*

EGo *Galtherus dominus Rignelli*, & ego Frater *Iohannes* Prior de sancto Benigno, vniuersis præsentes litteras inspecturis notum facimus, quòd de discordiis, quas nos, inter nos & quosdam homines nostros de Mennois hactenus habuimus; videlicet super his quæ ego Prior petebam à Colino homine

Compromissum initum inter Galtherum dominum Rignelli, &

Iohannem Priorem de S. Benigno, supra quibusdam hominibus & molendino de Brisecol. Ex eodem Chartul.

dicti domini, & etiam super his quæ ego G. dominus Rignelli petebam à Symone & Iohanne, fratribus, hominibus dicti Prioris, occasione Gerardi patris eorumdem, qui homo meus fuit, & etiam super his quæ petebam ab Arnulfo homine dicti Prioris, ratione Girbeloti patris eiusdem, qui similiter homo meus fuit : super hoc etiam, quod à dicto Priore petebam Emergardam sine suo tenemento, vxorem Duranni defuncti. Super præmissis ego Galterus, & ego Iohannes Prior, de laude & assensu prædictorum hominum, compromisimus in venerabiles viros: ego Galterus in dominum *Gerardum de Secris*, & si ad dies assignatas ipsum habere non potero, habebo alium pro ipso : & ego Prior in dominum *Galterum* presbyterum de Prouencheres, & si ad dies assignatas ipsum habere non potero, habebo alium pro ipso. Et illi duo arbitri, responsionibus & deffensionibus auditis, super petitionibus à partibus & sigillatis bona fide pro vtraque parte procedent in negotio per inquisitionem, recipiendo testes & examinando, quos partes duxerint producendos. Testibus receptis & publicatis terminabitur totum negotium, vsque ad instantes bordas, pace de consensu partium facta vel iudicio. De molendino vero de Brisecol, quod non est in hac compromissione ; ego Prior teneor respondere dicto domino, & stare iuri coram venerabili viro Officiali Lingonensi, vsque ad dictum terminum. Et si per me Priorem staret quominus Officialis dictus procederet in negotio dicti molendini, arbitri tunc demum possent prolongare terminum vsque ad Pascha floridum. Et in huius rei testimonium, sigilla nostra præsentibus apposuimus. Datum anno Domini M. CC. XXXV. in vigilia omnium Sanctorum.

Année 1235.

Hugo Dux Burgundiæ, confirmat omnes donationes factas, tam ab Odone Patre, quàm cæteris Ducibus Burgundiæ prædecessoribus suis, iusticiam Plomberiarum, Prunidi, Villaris, & Lariaci, tribuit, & custodiam villarum retinet. Ex eod. Ch.

EGO *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facio præsentibus & futuris, quòd ego confirmo, laudo, & approbo, & perpetuam firmitatem habere volo, omnes libertates & concessiones, & donationes, & confirmationes, quas bonæ memoriæ pater meus *Oddo Dux Burgundiæ*, dedit seu concessit, vel habere permisit, seu confirmauit vel approbauit, monasterio sancti Benigni Diuionensis, sicut continetur in carta prædicti patris mei ; quæ talis est. Quoniam sapientia Dei dicit per me Reges regnant & Principes obtinent terram, ideò ego *Oddo Dux Burgundiæ*, omnibus notum facio, quadam die assumpto fratre meo *Alexandro*, adiunctis etiam plurimis ditionis meæ nobilibus viris, Capitulum B. Benigni Diuionensis, ingressus sum & circumsedentibus, &c. Vt actum hoc anno ab Incarnatione Domini M. C. XCIII. Et vt hoc ratum & firmum in posterum habeatur, præsentem cartam sigilli mei feci munimine roborari. Actum anno Domini M. CC. XXXV. mense Octobri.

Année 1235.

Hugo Dux Burgundiæ, confirmat donationem factã ab Odone Patre, Abbati & Conuentui S. Benigni Diuionensis, de Gexto in villa sancti Apollinaris, in recom-

EGO *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facio vniuersis præsentem cartam inspecturis, quòd ego confirmo, laudo, & approbo, & perpetuam firmitatem habere volo cartam patris mei *Odonis* bonæ memoriæ Ducis Burgundiæ, quæ talis est. Ego *Odo Dux Burgundiæ*, notum facio vniuersis, quod in recompensationem Montis de Talant, acquittaui Abbati & Conuentui sancti Benigni Diuionensis, Gextum quod habebam in villa sancti Apollinaris ; ita quod nullus qui mansum teneat in eadem villa, quocumque diuerterit, euitare possit quin Abbati satisfaciat de Gexto. Præcipio autem Præpositis meis, vt homines alterius dominij, qui in eadem villa mansum tenuerint, & cum Abbate de Gexto componere noluerint, eos ad satisfaciendum eis super hoc mea potestate compellant. Ob reuerentiam verò & amorem præfati Martyris Christi Benigni, volo & præcipio, vt in dicto Monte Prioratus vnus construatur, & nulli alij Clerici, vel alterius Religionis viri illic iudicantur, nisi quos prædicti Abbas & Conuentus instituerint. Sed Prior & monachi ibidem manentes, ha-

beant omnes Ecclesias, Capellas, & altaria eiusdem montis, & omnes furnos qui in eo construentur; hoc excepto, quod si Dux aut Ducissa ibi fuerint, Capellanus eorum habebit oblationes ad Missam suam venientes, & tunc in earum oblationum compensatione, Prior aut monachi illic manentes, habebunt vnam præbendam integram, in pane, vino & coquina, de mensa Ducis aut Ducissæ. Habebunt etiam in eodem monte quatuor homines, & totidem mansos, liberos & immunes ab omni taillia, exactione, & iustitia Ducis, & ministralium suorum, & in mercato & in omnibus costumiis & vsuariis ad Ducem pertinentibus, gaudebunt ea libertate, qua & homines Ducis qui in ipso monte morabuntur. Quicquid verò iuris & libertatis habebat Ecclesia sæpefati Martyris Benigni, extra fossata castri eiusdem montis, in vineis, terris, aquarumque decursibus, volo & præcipio vt liberè & quietè habeat & possideat. Vt verò ad obseruantiam prædictorum, & amorem iam dictæ Ecclesiæ, ego & mei firmius teneamur incitari, concesserunt mihi Abbas & Conuentus, quòd in vita mea quotidiè celebretur pro me vna Missa de sancto Spiritu, aut de sancta Maria, & post decessum meum vna Missa pro defunctis. In omnium igitur quæ hic præscripta sunt, robur & testimonium, præsentem cartam sigillo meo firmari præcepi. Actum anno Domini M. CC. IX. mense Iunio. Et vt firmum & ratum in posterum habeatur, præsentem cartam sigilli mei feci munimine roborari. Actum anno Domini M. CC. XXXV. mense Octobri.

penfatione Montis de Talant. *Ex eodem Chartul.*

Année 1209.

Année 1235.



EGo *Iohannes Comes Burgundiæ* & Cabilonensis, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd ego, per escambium, quittaui, concessi, & tradidi, karissimo domino & consanguineo meo *Hugoni Duci Burgundiæ*, & hæredibus suis, in perpetuum, totum Comitatum *Cabilonensem*, cum omnibus appendiciis & pertinentiis, tam in feodis quam in dominio & in aliis omnibus commodis, & quicquid michi ibidem vel hæredibus meis euenire poterat aliqua ratione, & quicquid habebam vel habere poteram citra Saonnam, à parte regni Franciæ. Dedi etiam, quittaui, concessi, & tradidi per eiusdem escambium, eidem Duci & hæredibus suis in perpetuum, *Aussonnam* cum omnibus appendiciis, & pertinentiis, & omnia feoda villæ de Aussonia, & feodum domini *Petri de sancto Sequano*, & totam terram quæ mouet de capite *Mathildis* vxoris meæ, vbicumque sit terra illa sita citra Saonnam à parte regni Franciæ, absque Auzona & appendiciis. Et de omnibus iis me deuestiui voluntate

Acquisition par le Duc, de la Comté de Chalon, & d'Auxonne.

ſpontanea, & dictum Ducem corporaliter inueſtiui: promittens iuramento corporaliter præſtito, contra eſcambium, quittationem, conceſſionem, & traditionem iſtam, per me, vel per alium, nullo vnquam tempore me venturum, nec vnquam de cætero in iis omnibus ſupradictis, per me vel per alium aliquid potero reclamare. Immo, ſi quis contra hæc prædicta vellet venire, ratione ſeu occaſione aliqua, ego modis omnibus me opponerem bona fide. Nos verò *Mathildis* vxor dicti Comitis, & Comes *Stephanus* pater dicti Comitis Cabilonenſis, & *Agnes* vxor eiuſdem Comitis Stephani, & *Hugoninus* filius prædicti Comitis Cabilonenſis, iſtud eſcambium, quittationem, conceſſionem, & traditionem prædictam laudauimus, & de omnibus prædictis nos deueſtimus, & dominum Ducem corporaliter inueſtimus: promittentes corporali præſtito iuramento, voluntate propria & ſpontanea, contra conuentiones prædictas nullo vnquam tempore, per nos vel per alios, occaſione ſeu ratione aliqua nos venturos. Sed & ſi quis vellet contrauenire, nos opponeremus modis omnibus bona fide. Prædictus autem Dux, prædictum eſcambium, michi Iohanni Comiti ſupradicto, & hæredibus meis quittauit, conceſſit, & tradidit, omnem terram quam habuerat in eſcambium à *Ioceranno domino Brancidunt* & vxore ſua & hæredibus ſuis, videlicet *Bracon*, & omnia alia caſtra, villas & redditus in omnibus commodis quæ fuerant de dicto eſcambio, cum omnibus appendiciis & pertinentiis, tam in feodis quam in dominio de *Villanſſans*, & *Sonnans*, cum appendiciis eorumdem, & totum expletum quod fecerat erga dominum *Galtherium de Commarcyo* & hæredes ſuos, & feodum de Cloes, & talem rationem qualem habebat in feodo de *Chaucins*. Et ſi quis contraire vellet quittationibus & eſcambio ſupradictis, idem Dux teneretur me iuuare ad deffenſionem prædictorum, tamquam hominem ſuum ligium, bona fide. Et ſciendum, quòd de omnibus ſupradictis, idem Dux aut hæredes ſui nihil omninò poſſunt adquirere, niſi de voluntate mea vel hæredum meorum. Hæc autem omnia idem Dux promiſit iuramento corporaliter præſtito, ſe tenere & firmiter adimplere. Vt autem omnia ſupradicta firma & inconcuſſa permaneant, nos *Iohannes* Comes & *Mathildis* vxor eius, & Comes *Stephanus* & *Agnes* vxor ipſius, præſentes litteras ſigillorum noſtrorum fecimus munimine roborari. Actum apud *Laudanam* in craſtino octauarum Pentecoſtes, anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſeptimo.

Année 1237.

Homage par le Comte de Bourgogne, de ce qu'il tenoit du Duc.

EGo *Ioannes Comes Burgundiæ* & Cabilonenſis, notum facio omnibus præſentes litteras inſpecturis, quod ego ſum homo ligius ante omnes, kariſſimi domini mei *Hugonis Ducis Burgundiæ*, & de ipſo teneo ligie, quidquid tenetur de me in Comitatu Matiſconenſi, & feodum *de Caſtello des Cloies*, & feodum *de Chaucins*, & *ſanctum Albinum*, & caſtellum *Karoli*, & quicquid habeo in dominio totius vallis pertinentis ad caſtellum Karoli, & quicquid ibidem tenetur de me. Et etiam teneo de ipſo, quicquid antea tenebam de eodem vltra Saonnam à parte Imperij, & de ipſo teneo *Sonanz*, quod pater meus tenet de dicto Duce, & de ipſo teneo *ſanctum Fidolum* & *Bretineriam*, & feodum domini *Hugonis de Chaus*, ſcilicet *Poupetum*, & feodum domini *Guillelmi de Chaus*, ſcilicet *Montem Fortem*. In cuius rei teſtimonium, præſentes litteras ſigilli mei munimine roboraui. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo ſeptimo, in craſtino octauarum Pentecoſtes.

Année 1237.


Guillelmus de Barris, vendit Hugoni Duci Burgundiæ, quicquid

EGo *Guillelmus de Barris*, notum facio vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd ego vendidi viro illuſtri *Hugoni Duci Burgundiæ*, pro quadringentis & triginta quatuor libris Diuionenſium, ipſi & hæredibus ſuis in perpetuum, quicquid habebam in omnibus commodis apud *Veure*, videlicet

tres

tres partes omnium quæ ego & *Guillelmus dominus Montis sancti Iohannis* habebamus ibidem, nichil mihi ibidem penitus retinendo: & de iis omnibus me deuestiui, & dictum Ducem corporaliter inuestiui. In cuius rei testimonium, præsentes litteras sigilli mei feci munimine roborari. Actum die Dominica ante festum Apostolorum Symonis & Iudæ, anno Domini M. CC. XXXVIII.

tam ipse quam Guillelmus dominus Montis S. Iohannis, habebant apud Veuré. *Ex Chartul. Benigniano.* Année 1238.



EGo *Vuillelmus dominus Montis sancti Iohannis*, vniuersis præsentes litteras inspecturis notum facio, quod in mea præsentia constitutus dominus *Guillelmus de Salmasia*, miles, recognouit se vendidisse Fratri Guidoni Priori de Salmasia, quamdam petiam terræ arabilis sitam iuxta Coruciam de Bordis, & de precio venditionis se tenuit pro pagato. In cuius rei testimonium, ego Vuillelmus dominus Montis sancti Iohannis, de cuius feodo prædicta terra mouet, venditionem prædictam volui, laudaui, & sigilli mei munimine præsentes litteras roboraui. Actum anno Domini M. CC. XXXVIII.

Vuillelmus dominus Montis S. Iohannis ratam habet venditionem factam à Guillelmo de Salmasia milite, Priori de Salmasia, de terra arabili quæ erat de suo feodo. *Ex eod. Ch.* Année 1238.

EGo *Odo Calcini* & Marchiæ *dominus*, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd ego & *Petronilla* vxor mea, dedimus & concessimus, in puram eleemosynam & perpetuam, pro remedio animæ *Simonis* quondam *domini de Chaucins* prædecessoris nostri, & antecessorum nostrorum, & pro salute animarum nostrarum, domum hospitalis de Chaucins domui pauperum sancti Spiritus Bisuntinensis, & inuestiuimus Guidonem Fratrem domus sancti Spiritus de dicto hospitali de Chaucins, nos deuestiendo. Ad hanc verò donationem, cum fieret, præsens fuit *Aygneis* conseruatrix hospitalis de Chaucins, quæ sano ducta consilio, prædictum fratrem sancti Spiritûs, de se & de suis corporaliter inuestiuit. Talis tamen post prædicta fuit apposita conditio, quod si nos voluerimus inposterum remouere Cimiterium de Chaucins extra villam, fratres domus sancti Spiritus Bisuntinensis tenentur ponere dictum hospitale de Chaucins infra metas dicti Cimiterij, vel iuxta metas. In cuius rei testimonium & munimen, ego memoratus Odo Calcini & Marchiæ dominus, præsentibus litteris sigillum meum apposui. Actum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono, mense Aprilis. *Scellé de cire blanche, auec la figure d'vn Caualier armé de toutes pieces, l'espée à la main droitte, & vn Escu en l'autre, & au reuers vn Escu chargé de trois iumelles.*

Don de l'Hospital de Chaucins à l'Hospital du S. Esprit de Besançon. Année 1239.

Kkk

Societas inita inter Monachos sancti Benigni Diuionensis, & Conuentum sancti Petri Flauigniacensis. Ex Chartul. Benigniano.

QVONIAM, iuxta Apostolum, alter alterius inuicem portare debemus onera, & quasi membra in vno corpore nobis mutuo subseruire & subministrare: Ideirco, ego *Remundus sancti Benigni* Diuionensis, & *Nicholaus sancti Petri Flauigniacensis*, diuina permissione *Abbates*, earumque Ecclesiarum Conuentus: notum facimus vniuersis, hanc conuenientiam societatis inter nos constitutam esse, vt vtriusque Ecclesiæ Abbates monachi, nulla ex hinc diuersitate inter se differant, sed sicut sub vna professionis norma vni Domino seruimus, & vero Regi Christo militamus, ita Ecclesiæ nostræ cum glutinatione charitatis vna efficiantur, & sibi inuicem subueniant, & alterius Ecclesiæ monachi, in ea ad quam diuerterint, tamquam domestici & fratres suscipiantur, & in choro, capitulo, aliisque locis indifferenter conuersentur per omnia. Si quis etiam alterius Ecclesiæ frater, qualibet molestia siue necessitate compulsus ad alteram confugerit, tamdiu in pace & amicabiliter recipietur, vsque dum Abbati & Conuentui suo reconcilietur. Et Abbate Ecclesiæ ad quam confugerit mediante, liber & absolutus in Ecclesia sua recipiatur. Exceptis his causis quæ propriè in Ordine nostro merentur repulsionem. Pro defunctis autem istud in vtraque fiet Ecclesia. Post breuis recitationem, statim fiet officium, & ea die, si talis fuerit hora vel in crastino Missa matutinalis, cum signorum pulsatione & tractu celebrabitur, ab vnoquoque Sacerdotum Missa vna, à Clericis L. Psalmi, à Laïcis, L. *Miserere mei Deus*, vel L. *Pater noster* dicentur: septem Missas & septem officia habebunt in Conuentu, & totidem diebus, vna præbenda, siue vnus siue plures fuerint, pro eis in Refectorio dabitur. Hanc societatis conuenientiam ego *Nicholaus* Abbas S. Petri Flauigniacensis primum requisiui, apud Diuionem, anno incarnati Verbi M. CC. XXXVIII. mensis Nouembris die secunda, id est in repetitione festiuitatis beati Benigni, quæ eo anno occurrit in feria III. Nos autem sæpedictus *Nicholaus* Abbas sancti Petri Flauigniacensis, & totus Conuentus eiusdem Ecclesiæ, promisimus dictis Remundo Abbati & Conuentui sancti Benigni Diuionensis, festiuitatem Martyrij beati Benigni annuatim solemnizare in albis. Illi verò, videlicet dicti Abbas & Conuentus sancti Benigni Diuionensis, nobis promiserunt festum XII. lectionum fieri in Ecclesia eorum de sancto Præiecto Martyre. Istam autem cartam nos dicti Abbates & Conuentus vtriusque Monasterij munimine sigillorum nostrorum duximus roborandam, & in perpetuum promisimus conseruandam. Abbatibus verò, cùm obierint, tam in Missis quàm in præbendis & aliis beneficiis, tricenarius ex integro persoluetur. Pax & amor omnibus ista custodientibus, Amen.

Année 1238.

Carta Hugonis Ducis Burgundiæ, qua vult se & successores Duces Burgundiæ Bailliuos & seruientes suos & successorum excommunicari, si contra cartas priuilegiorum Abbatiæ sancti Benigni venerint. Ex Ch. Ben.

EGO *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facio vniuersis tam præsentibus quàm futuris, quòd ego in præsentia venerabilis Patris ac domini mei *Roberti* Dei gratia *Lingonensis Episcopi*, me successoresque meos Duces Burgundiæ, nec non & meos, ipsorum seruientes, præpositos, & Bailliuos, tam præsentes quam futuros, nec non & totam terram Ducatus Burgundiæ ad hoc obligaui. Quod si me vel successores meos Duces Burgundiæ, meosve vel eorumdem successorum seruientes, aut Bailliuos, in quocumque constitutos officio, contra cartas aut litteras meas vel prædecessorum meorum Ducum Burgundiæ, quas habent Abbas & Conuentus sancti Benigni Diuionensis, venire contigerit in aliquo, idem Episcopus, vel eius successores Episcopi Lingonenses, qui pro tempore fuerint; monitione mihi vel dictis successoribus meis Ducibus Burgundiæ, vel vices meas aut eorumdem successorum gerentibus, si me vel eosdem successores meos abesse contigerit, prius facta, totam terram Ducatus supradicti subiicere valeant interdicto, donec ad statum debitum reductum fuerit,

quicquid contra cartas aut litteras antedictas fuerit attemptatum; nisi quod attemptatum fuerit infra tempus factæ monitionis emendatum fuerit competenter, nichilominus etiam, Episcopus Lingonensis qui pro tempore fuerit, Bailliuum, infra cuius Bailliuiam attemptatum fuerit, nisi vt prædictum est fuerit emendatum, monitione tamen ei præmissâ vt illud emendet, excommunicare poterit, & terram Bailliuiæ suæ subiicere interdicto. In cuius rei testimonium, præsentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini M. CC. XXXIX. mense Iunio, in vigilia Natiuitatis beati Iohannis Baptistæ. Année 1239.

Vente au Duc, de la grange de Change, par Guillaume de Blaisy. *Extrait de la Chambre des Comptes.*

IN nomine Domini, Amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense Iulio, ego Guillelmus de *Blaiseio* domicellus, filius quondam *Iohannis de Veronnes* domicelli defuncti, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quod ego, pro vtilitate mea, vendidi, concessi, & quitaui in hæreditatem perpetuam, illustri viro & domino *Hugoni Duci Burgundiæ*, quicquid habebam, & habere poteram & debebam, in Grangia quæ vocatur de Change, sita subtus Talant, & in omnibus appendiciis & pertinentiis grangiæ supradictæ. De cuius venditionis iusto precio & legitimo, plenam, perfectam, & integram solutionem recepi & habui in pecunia numerata, & propter hoc de omni iure & ratione, quod & quam habebam & habere poteram & debebam in dictæ grangia, & in omnibus pertinentiis & appendiciis eiusdem, ego me penitus deuestiens, dictum dominum Ducem corporaliter inuestiui. Et teneor & promitto sub obligatione bonorum meorum omnium, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, & per sacramentum meum, pro me & hæredibus meis, quos ad hoc obligo, præstitum corporale, portare dicto domino Duci & suis hæredibus semper & vbique locorum & omni curia super venditione prædicta, contra personas omnes opponere, & propter hoc respondere propriis sumptibus, & eos inde conseruare modis omnibus indempnes: si qui ratione præsentis venditionis calumniatores apparerent, quod absit, & in nullo de cætero per me vel per alium verbo, vel facto, siue consensu, vel modo alio contraire. In cuius rei testimonium, præsentibus litteris sigilla virorum venerabilium, domini *Mercatoris* Decani Capellæ Ducis, & magistri *Alberici* Decani Cristianitatis Diuionensis, feci apponi. Actum anno & mense supradictis. Année 1239.

Terres tenuës du Duc par la fite de Vaurin.

ILLVSTRI dominæ karissimæ speciali amicæ suæ, dominæ *de Borgonia* & dilectis suis, *Sibilla domina de Vaurin* & de Bilis, salutem & perpetuum obsequium. Sciat vestra nobilitas, & sciant omnes qui præsentem paginam viderint, quod ego dilecto vnico filio meo *Hellino de Vvaurin*, Flandriæ Senescalco, omnem terram meam, & omne feodum meum quod in Borgondia habebam, quod de domino meo Duce tenebam, diligenter contuli, commisi. Interea est, quod vestram exoro attentius benignitatem, quatenus ipsam in hominem recipere velitis, & in pace possidere terram illam faciatis, quemadmodum illam viuente domino meo Duce de Borgonia felicis memoriæ possidebam. Actum apud Vvaurin, anno Domini millesimo ducentesimo octauo decimo, mense Augusto. Année 1218. *Heluius de Vvauuerin Cheualiers, fils de Robert Seneschaut de Flandres, vendit Broies au Duc, moyennant mil deux cent quatre-ving neuf liures de parisis, l'an 1239. ou mois de Mars.* Année 1239.

ALINVS de Vaurin vendidit Hugoni Duci Burgundiæ pretio sex millium & quingentarum librarum, quicquid habebat apud *Vietellum*, apud

Poisoinges, apud *Marcilleium*, apud *Veiream*, apud *Boccium*, apud *Grossum Boscum*, apud *Marcelois*, apud *Viserni*, apud *Faenum*, apud *Chauannenum*, apud *Arnetum*, apud *Estalante*, apud *Draceium*, apud *Seigneium*, in forterciis, domibus, hominibus, feodis, iusticiis, actionibus, vineis, terris cultis, incultis, nemoribus, aquis, pratis, pascuis, molendinis, furnis. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, mense Decembri.

Année 1243.

Fondation de l'Abbaye de Marcilly.

EGo Milo dominus Noeriorum, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd dominus *Buretus de Piz* miles, dilectus & fidelis meus, & *Maria* vxor eius, in præsentia mea propter hoc personaliter constituti, dederunt & concesserunt pro remedio animæ suæ & antecessorum suorum, in puram & perpetuam eleemosynam, Abbatissæ & Conuentui de Insulis iuxta Antissiodorum, ad fundandam Abbatiam Monialium Cisterciensis Ordinis apud *Marcilliacum*, ea quæ sunt inferius annotata, liberè, quietè & pacificè in perpetuum possidenda; videlicet mansionem suam, in qua dicti Buretus & vxor manent, cum ochiis suis dictæ mansionis adiacentibus, sicut se comportant, à capella vsque ad vineas. Omnes terras quas tenent ad carrucam suam in finagio de Marcilliaco, videlicet pratum campum de la Vasseine, campum de la Coyre, campum de Chardonous, campum de Noes, campum des Aubues. Item prata sua quæ habent in finagio de Marcilliaco, videlicet pratum dictum de Susannem, Pratum de l'Esclusе, Pratum des Noes, duo Boossonnia cum fundo terræ, quæ habent dicti Buretus & eius vxor apud Marcilliacum. Item vnum modium auenæ, & dimidium modium frumenti, totum ad mensuram Aualonis infra quindenam omnium Sanctorum, in tertiis & costumis dictæ villæ annuatim percipiendos. Census quos habent in eadem villa prædictus Buretus & Maria eius vxor, circiter quindecim solidos, & duas familias hominum, scilicet Durandum de Marcilliaco, Robertum Lathomum, cum omnibus teneamentis suis, hæredibus & successoribus eiusdem procreatis & in posterum procreandis. Dant etiam & concedunt dicti Buretus & Maria eius vxor, Abbatissæ & Conuentui supradictis, omne ius attractus, abergandi, recipiendi, & retinendi quoscumque & vndecumque venientes in mansis & locis eius; dantes & concedentes eisdem omne ius dominationis in prædictis taliter abergatis, nec non in dictis duabus familiis hominum supradictis, excepta sola alta iustitia, raptus videlicet, homicidij, & latronis; saluis tantum remanentibus in omnibus & per omnia vniuersis bonis sic delinquentium Abbatissæ & Conuentus memoratorum: concedunt etiam dicti Buretus & Maria eius vxor, Abbatissæ & Conuentui supradictis, partem vnam quam habent in Boossono apud Choriacum sito, cum fundo terræ in quo Boossoni dominus, *Menesserius de insula* habet tres partes, & dicti Buretus, & Maria eius vxor ac domina Alaydis quartam partem. Dant etiam & concedunt dicti Buretus & Maria eius vxor, quicquid iuris habent vel habituri sunt, & quicquid obuenire debet & potest eis in dicto Boossono post decessum dictæ *Alaydis* ex successione eiusdem, nec non & tertias quas habent apud Choriacum, à via quæ ducit à Viziliaco vsque ad insulam, ad Comas Ducum, & campum de Chamereul, quem dicta domina Alaydis tenet: qui campus ad dictas moniales reueniet post decessum Alaydis prædictæ. Dederunt insuper eisdem, in nemore de Hermiello, medietatem partis illius, cum fundo terræ quam tenent, & medietatem partis illius quam habituri sunt post decessum supradictæ Alaydis, ex successione eiusdem. Concesserunt præterea memorati Buretus & Maria eius vxor, Abbatissæ & Conuentui memoratis, vt animalia dictæ Abbatissæ & hominum earundem quos habent præsentialiter & quos sunt in posterum habituros successiue & in perpetuum, libere pascant vbicumque dictus Buretus & Maria eius vxor ius habent in pascuis; volentes & concedentes quod si animalia dictorum

Abbatissæ & Conuentus propria extra pascua communia dictis Bureto & Mariæ eius vxori, & hominibus eorum, aut aliis quibuscumque iurisdictioni eorum & dominationi subiectis, tam de finagiis de Marcilliaco, quam alibi, damnum aliquod dederint & huius occasione capta fuerint pro solius damni restauratione ad arbitrium boni viri absque omni exactione emendæ alterius reddantur, & liberè, absque omni detentione restituantur eisdem. Dederunt insuper & concesserunt idem Buretus & Maria eius vxor Abbatissæ & Conuentui supradictis, tres pecias terræ arabiles sitas in finagio de Choriaco, scilicet campum dictum Vaudram, campum dictum de Laubue, & campum dictum de Ruë, quicquid etiam iuris habent & habituri sunt in omnibus supradictis nichil omnino sibi siue suis hæredibus in prædictis retinentes, & etiam reclamantes, promittentes fide super hoc in manu nostra corporaliter præstita, se contra concessionem ac donationem pro dictis per se vel per alium, tacitè vel expresse in posterum non venturos, & se dictis Abbatissæ & Conuentui super præmissis omnibus legitimè contra omnes garantiam portaturos, se & hæredes suos quorumcumque ad præmissa vniuersa & singula tenenda, obseruanda & garantianda specialiter obligando. De prædictis igitur rebus omnibus donatis dicti Buretus & Maria se deuestientes dictas Abbatissam & Conuentum corporaliter inuestientes de eisdem, abrenunciantes in hoc facto sponte specialiter & expresse, omni auxilio iuris tam Canonici, quam ciuilis, nec non & omni consuetudini & exceptioni cuique, tam facti quam iuris, quæ sibi & hæredibus suis competere possent ad præsens vel in posterum adueniendum, quarum prædicta vel aliquod de prædictis & specialiter iuri dicenti generalem renunciationem non valere. Ego verò *Milo dominus* de *Noeriis*, de cuius feodo res prædictæ mouent, donationes & concessiones prædictas laudaui, auctoritatem præstiti & consensum beniguolum & assensum. In cuius rei testimonium & munimen, ad petitionem dictorum Bureti & Mariæ eius vxoris præsentes litteras sigilli mei munimine roboraui. Datum & actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense Februarij. *Item tenor alius litteræ talis est.* Année 1239.

IE *Miles sires de Noiers*, fais sauoir à tous ces qui verront & orront ces presentes lettres, que ie, por le remede de mame, & de mon pere & de ma mere, & nos ancessours, veel & octroi & confermoi, à Deu & à l'Eglise dou repos nostre Dame de *Mercilly* de lez Aualon, touttes les aumosnes données & faittes à ladite Eglise de la volunté, & dou consentement nostre pere, ensiuc comme il est contenu es lettres seelées de son seaul, lesquex chouses mouent de mon fié, & de mon rierefié, & veol & octroie & conferme lou don & l'aumone que madame Royne de Marcilly, qui fut femme Monseigneur *Guy de Gissy* Cheualier, donnay és Nonnains seruan Deu en ladite Eglise dou loux, & dou consentement Monseigneur *Gaul de Gissey* son mary, c'est assauoir le melin que l'on cheme, lou molin Dagnon de Marcilly essis entre lou finaige de Pralai, & lou finaige de Marcilly, ensemble le decours de l'aigue, & des appartenances doudit molin, vne oiche qui fut fricadeau assise entre l'Abbaye de Marcilly, & loiche qui fut Pire mole, & vne oiche qui fut Parisot dit mignon, assise entre ladite Abbaye, & la maison qui fut au tondu & veel & octroie, & confirmoy que touttes les chouses que lesdits Nonnains hont acquises en quanque maniere que ce soit, iusques au iour de huy qui mouent de mon fié, & de mon rerefié, soit pardurablement à ladite Eglise, sans contredit. Et ie en touttes ces chouses retien la garde, en tel meniere, que ie veel que lesdittes Nonnains soient tenus de faire de ci en auant chacun an solemnement à ladite Eglise l'anniuersaire de Monseigneur Mile mon pere, & de Madame Alissant ma mere, & de leurs ancessours, & de leurs hers, & de moy, & de *Marie* ma femme Dame de Noiers, & de nos

hers, & de nos anceſſours à touſiours mais, chacun an apres nos deces. Et pource que ceſte chouſe ſoit ferme & eſtauble, i'ay mis mon ſeaul en ces preſentes lettres en teſmoignage de verité. Ce fut fait en l'an de noſtre Seigneur mil deux cent ſoixente & ſeize, ou mois de Septembre.

Année 1276.

1240. ou enuiron.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fredericus* ſecundus, diuina fauente clementia *Romanorum Imperator* ſemper Auguſtus, Hieruſalem & Siciliæ Rex. Imperialis excellentia tunc præcipuè ſui nominis titulos ampliat, tunc officij ſui debitum reddit cum feruore Deo viuo, cum eius intuitu per quem præeſt principibus orbis terræ, Dei Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas pro fauore tuetur, & iuſtas earum fauorabiliter petitiones exaudit. Ea propter, notum fieri volumus vniuerſis Imperij fidelibus, tam præſentibus quam futuris, quod *Petrus Grationopolitanus Epiſcopus* dilectus princeps noſter priuilegium quoddam diui Auguſti Imperatoris Frederici aui noſtri, fælicis memoriæ, *Iohanni* quondam *Grationopolitano Epiſcopo* prædeceſſori ſuo clementer indultum, noſtro culmini præſentauit; humiliter ſupplicans & deuotè, vt & eumdem Epiſcopum Grationopolitanum, & Eccleſiam, cum omnibus bonis ſuis, ſub noſtra & Imperij protectione recipere, & prædictum priuilegium confirmare ſibi de noſtra gratia dignaremur: cuius tenor talis eſt. *In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis*, *Fredericus* diuina fauente clementia *Romanorum Imperator* Auguſtus: ſi iuſtas Eccleſiaſticorum Prælatorum petitiones; ad commoditates Eccleſiarum illis creditarum tendentes, clementer admittamus, credimus nobis ad æterni regni meritum, & temporalis gloriæ titulum proficere, ac eos quorum preces dignis eff. ctibus honoramus, de cætero nobis fore fideliores, & adorationes pro noſtro & Imperij ſtatu Regum Regi porrigendas exiſtere promptiores. Notum igitur facimus vniuerſis Imperij noſtri fidelibus, tam præſentibus quam futuris, quod nos attendentes fidem & merita, quibus dilectus & honorabilis Imperij noſtri Princeps *Iohannes Grationopolitanæ Eccleſiæ* venerabilis *Epiſcopus*, in conſpectu noſtræ ſerenitatis, prudentia & honeſtate commendabilis apparuit; poſtulationi ſuæ benigno per omnia vultu acquieſcere dignum duximus, ipſumque, & ſuam Eccleſiam, cum omnibus eius pertinentiis, in noſtræ tuitionis ſpeciale patrocinium ſuſcepimus. Autoritatis quoque Imperatoriæ .... & beneuolentia concedimus & confirmamus eidem, & ſuis per eum ſucceſſoribus, Eccleſiæque Grationopolitanæ, quidquid de antiquo vel de nouo iure, ipſe vel ſui anteceſſores nomine illius Eccleſiæ, legitimè poſſederunt vel poſſidere iure debuerunt; videlicet regalia omnia, à caſtello quod dicitur *Bellacumba* inferius in vtraque rippa Yſaræ fluminis per totum Epiſcopatum, in ciuitate & extra ciuitatem, in agris, vinetis, paſcuis, pratis, ſiluis, nemoribus, terris cultis & incultis, aquæ decurſibus, paludibus, aquis, portubus, viis, & inuiis, venationibus, piſcationibus, caſtellis, villis, hominibus, plateis, villis, pedagiis, monetis, foro, argenti fodinis, furnis, molendinis, in faciendis iudiciis & bannis tailludis & cæteris iuſticiis, & generaliter vniuerſis pertinentiis, quas eadem Eccleſia per ſuos Epiſcopos ab Imperij clementia hactenus iuſtè poſſedit & tenuit, vel iuris ratione poſſidere & tenere debuit, & ea ſimul, quæ in futurum, Deo fauente, rationabiliter acquirere poterit. Hæc inquam & cætera quæque quæ eadem Eccleſia, in quibuſlibet Epiſcopatibus ſeu Comitatibus & territoriis habet, & nominatiuè caſtrum *ſancti Donati*, cum omnibus appendiciis eius, eidem Eccleſiæ, & præfato fideli noſtro Iohanni Epiſcopo, & ſuis in perpetuum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus; ſalua tamen in omnibus Imperiali iuſtitia. Præcipimus ergo Imperialis edicti vigore, ne fortè vlla vnquam perſona, magna vel parua, prædictam Eccleſiam, & eius Epiſcopos, in omnibus ſupradictis aliquatenus diueſtire, vel aliqua violentia ſeu moleſtia inquietare

præsumat. Si quis autem, ausu temerario, contra hæc nostræ sublimitatis præcepta venire præsumpserit, à gratia nostra exclusus ac Imperialis banni vinculo sit innodatus, & pœna quinquaginta librarum auri purissimi condemnatus; quarum media pars fisco Imperiali, residua Episcopo Grationopolitani exhibeatur. Vt hæc verò rata deinceps & inconcussa eidem Ecclesiæ & eius Episcopo, quicumque is pro tempore fuerit, obseruentur, præsentis priuilegij paginam fecimus inde conscribi, & aurea nostræ Maiestatis bulla roborari. Testibus annotatis, qui sunt, *Guirardus* Primas *Lugdunensis*, *Oddo Valentinus* Episcopus, *Hugo Verdensis* Episcopus, *Hugo Dux Diuionis*, *Guillelmus Comes Valentinus*, *Humbertus* de *Belloioco*, Gigo *de Rossilione*, *Boso* Decanus Viennensis, Guillelmus Archidiaconus Lugdunensis, *Geraldus Ademari de Montilio*, & alij quamplures. S. Domini Fredetici Romanorum Imperatoris inuictissimi.

Accord entre l'Abbaye de S. Martin d'Autun, & le sire d'Antigny.

EGO *Hugo dominus Pagniaci*, vniuersis præsentes litteras inspecturis, æternam in Domino salutem. Noueritis, quòd cùm querela verteretur inter venerabiles viros ac Religiosos, Abbatem & Conuentum sancti Martini Eduensis, ex vna parte, & nobilem virum *Philippum dominum Antigney*, fratrem meum, ex altera, pacificatum fuit in hunc modum. Quod dicta Ecclesia sancti Martini Eduensis, habet in castro dicti nobilis de Cusseio, tres solidos censuales, singulis annis in festo Annunciationis Dominicæ, à dicto nobili & hæredibus suis reddendos, pro iure quod dicta Ecclesia habebat & habere poterat in dicto castro & infra fossata dicti castri. Et sciendum est, quod dictus *Philippus* dominus *Antygney*, quittauit & concessit dictæ Ecclesiæ quatuordecim iugera terræ, quæ sunt de tenementis *Renaldi Charrier*, & Petit Alemans, hominum Abbatis S. Martini, & quinque iugera de tenementis Hugonis Moyserum & vnum iuger de tenementis Iohannis de Vauz, hominis similiter dicti Abbatis. De quibus terris iam dictis, dictus Abbas percipiebat terciam & decimam fructuum. Quictauit etiam dictus nobilis, dictæ Ecclesiæ sancti Martini Eduensis, hæredes Eurardi Loupetit, cum tenemento suo. Alias verò terras quas homines dicti nobilis tenere debebant à dicta Ecclesia, ad terciam eisdem hominibus reddidit & quittauit. Item reddidit & quittauit dictus nobilis, Ecclesiæ supradictæ, nemus de stagno Longecort, & nemus de puteo, nemus de folliata Giraldi, nemus de Troy Loutour, quod nemus tangit ad nemus de Plamblen, & nemus & planum de Bugiers, & quatuor secaturas pratorum ad Saccas, & census aliorum pratorum de Saucis, & omnia supradicta sæpedictus Philippus dominus Antegneij recognouit, & de iure Ecclesiæ supradictæ; & dictam Ecclesiam de omnibus supradictis, saluo vsagio hominum suorum. sicut debent habere, corporaliter inuestiuit. Propterea sciendum est quod dictus nobilis, dedit & concessit Deo & Ecclesiæ supradictæ, pro eleemosyna matris suæ, & pro sua eleemosyna, duo modia bladi ad mensuram fori Arneti, medietatem frumenti & medietatem auenæ, in terciis & decimis suis de Taumereio, à dicta Ecclesia percipiendam in perpetuum & habendam. Dicti verò Abbas & Conuentus Ecclesiæ sæpedictæ, non immemores accepti beneficij .... huiusmodi concessionis, quittationis, & recognitionis, dederunt & concesserunt dicto *Philippo domino Antigney*, domum suam de *Cusseio*, cum omnibus appendiciis, terris, nemoribus, pratis, hominibus, & rebus aliis, quandiu vixerit pacificè tenendam; tali conditione, quod dictus nobilis, in dicta domo duos monachos dictæ Ecclesiæ tenebit, quibus vitæ necessaria, præterquam in vestibus ministrabit. Pro suis autem vestibus dicti monachi percipient singulis annis, ad vitam dicti nobilis, vnum de duobus modiis supradictis bladi; & si dictum modium bladi ad vestes dictorum monachorum non sufficeret, dictus Abbas suppleret quod deest. Medietas verò alterius modij, dicto Abbati annuatim à monacho persoluetur, qui recipiet

illud, & alteram medietatem dicti modij, ad vitam dicti nobilis, annuatim, cum cæteris rebus dictus monachus sæpedicto nobili reddet. Et sciendum est, quod duo supradicta modia, sæpedictus nobilis dictæ Ecclesiæ dedit in perpetuam eleemosynam, concessis, sicut supradictum est, in terciis & decimis suis de Taumereio perpetuo capienda. Alter verò Monachorum in dicta domo commorantium, omnes terras, prata & nemora, homines, & redditus, & prouentus, & omnia alia ad dictam domum pertinentia, recipiet & possidebit nomine Ecclesiæ supradictæ. De quibus omnibus supradictis persoluet dictus Monachus dictæ Ecclesiæ, triginta sextaria frumenti singulis annis, infra festum B. Andreæ Apostoli, & quod residuum erit totum fideliter dicto nobili. Introitum autem dicti castri & capellæ eiusdem castri dictis Monachis sæpedictus nobilis non perhibebit ad diuinum officium celebrandum. Promisit si quidem dictus nobilis, & concessit, quod bona Ecclesiæ alienata ad ius & ad proprietatem dictæ Ecclesiæ pro posse suo fideliter reuocabit, & terras prædictæ Ecclesiæ & nemora, nisi de voluntate Abbatis & dictæ Ecclesiæ sit, non abergabit, neque alienabit. Post decessum verò dicti nobilis, statim dicta domus cum omnibus supradictis ad dictam Ecclesiam absque vlla reclamatione hæredum suorum, cum omni melioratione, tam mobilium quam immobilium in dictis rebus facta liberè & absolutè reuertetur. Istas autem conuentiones, concessiones, quittationes, & recognitiones, quas dictæ Ecclesiæ laudo & confirmo, sicut superius dictæ sunt, & omnia iura dictæ domus sæpedictus Philippus dominus Antigneij, per iuramentum suum corporaliter præstitum, promisit se sæpedictæ Ecclesiæ fideliter seruaturum, & dictam Ecclesiam in omnibus supradictis pro posse suo indempnem perpetuo conseruare. In cuius rei testimonium, ad preces & instantiam dictarum partium, præsentes litteras iam dictis Abbati & Ecclesiæ tradidi sigilli mei munimine roboratas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo, mense Decembris.

Année 1241.

NOs *Philippus de Monte Acuto* dominus Antigniaci, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd cùm nos teneremur assedere religiosis viris, Abbati & Conuentui sancti Martini Eduensis, decem libratas terræ annui redditus, quas eisdem legauerat dominus *Antigniaci*, pater quondam vxoris meæ, provt in ipsius domini Philippi testamento plenius vidimus contineri, eisdem Abbati & Conuentui assedemus sex sextarios bladi, videlicet tres frumenti & tres auenæ ad mensuram Arneti, quos .... de Taumire tenebatur nobis reddere annuatim pro furno de Taumire. Item decem sextarios, & tres bichetos bladi, ad mensuram Arneti .... quinque sextarios, & vnum bichetum frumenti, & quinque sextarios, & duos bichetos auenæ, quos dicti Abbas & Conuentus de cætero percipient in portione quam percipimus in decima & in terris de Taumire, cum aliis duobus modiis dicti bladi, quos dicti Religiosi percipiunt in dicta decima annuatim. Et si porcio nostra quam habemus in dicta decima & in dictis terris, non posset sufficere aliquo casu emergente ad hoc quod dicti Religiosi non possent dictum bladum habere, volumus quod ipsi residuum percipient super aliis redditibus quos habemus in dicta villa. Et sciendum est quod nos nec successores nostri possumus facere alium furnum in dicta villa de Taumire, nec in appendiciis per quam furnum de nouo constructum valor veteris posset deteriorari. Et si faceremus, quod absit, quicumque dictum furnum teneret, dictos sex sextarios prædicti bladi eisdem Religiosis soluere teneretur. Debet etiam quicumque dictum furnum tenebit de cætero habere vsagium in nemoribus nostris de Antigniaco ad calefaciendum dictum furnum. De prædicto autem blado quod prædictis Religiosis assedemus provt dictum est, nos deuestimus dictum Abbatem nomine Monasterij sui inuestientes de eodem. Promittentes bona fide, quod contra

contra promissa vel aliquod promissorum non veniemus de cætero per nos vel per alium in futurum, immo dictum bladum quod eis assedemus garantire promittimus erga omnes. In cuius rei memoriam & testimonium, præsentes litteras dicti Abbati & Conuentui tradidimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, mense Decembris, die sabbati post Natiuitatem Domini. Année 1263.

EGo *Girardus de sancto Symphoriano*, tunc Viguerius Burgundiæ, omnibus præsentes litteras inspecturis notum facio, quòd terram illam, quam ego emi à domino *Iohanne de Barris*, ego dictam terram emi de nummis propriis domini Ducis, & ad opus sui, & eam eidem domino Duci penitus quito, & nichil in ea me recognosco habere. In cuius rei testimonium, præsentibus litteris sigillum meum apponi feci. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, mense Iulij. Année 1240.

Alidis illustris Ducissa, mater Ducis Burgundiæ obligatur domino de Marigné pro DC. libris Stephaniensiũ & D. libris Diuionensium, quas Clementia domina de Fonuanz ei debebat, pro maritagio Hyolandis filiæ dominæ de Braframont. *Ex Chartul. Benigniano.*

EGo *Alidis* illustris *Ducissa*, mater *Ducis Burgundiæ*, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd *Clementia domina de Fonuanz* & de Mirebello, constituta in præsentia mea, recognouit se debere sexcentas libras Stephaniensium, & quingentas libras Diuionensium, *Vuillelmo* filio Vuillelmi domini *de Marigné*, pro maritagio *Hyolandis* filiæ dominæ *de Braframmont*, vel eidem reddere, vel certo ipsius mandato quingentas libras Stephaniensium, ad instans festum proximo venturum sancti Andreæ Apostoli, in sequens Carniprenium, centum libras Stephaniensium, & in sequens festum proximo venturum beati Iohannis Baptistæ, ducentas libras, & quinquaginta Diuionensium, anno reuoluto, in sequens festum beati Andreæ Apostoli, ducentas libras & quinquaginta Diuionensium. Has autem solutiones tenentur facere & adimplere terminis superius nominatis, dicta domina de Fonuanz & de Mirebello, & *Hynricus* filius suus, & dominus *Hugo* miles *de Belloloco*, & Hugo *de Sedeloco* Bailliuus de Chanlite, fide præstita corporali. Et si dicta domina, & dicti, quod absit, deficerent in solutione facienda terminis superius nominatis: Ego Alidis illustris Ducissa, mater Ducis Burgundiæ, teneor eidem Vuillelmo, vel ipsius certo mandato, facere, & adimplere, provt superius est expressum, & ipsi superius nominati tenentur me indempnem conseruare. In huius rei testimonium præsentibus litteris sigillum meum feci apponi. Actum anno Domini M. CC. XLI. Année 1241.

Theobaldo domino Noui Castri, & domino Iunciuillæ, conqueritur Abbas S. Benigni, de violentia Colini Seneschali de Malchia facta in Prioratu Amphionis villæ. *Ex Ch. Ben.*

EGo *Theobaldus* dominus *Noui Castri*, & dominus Iunciuillæ, & ego dominus *G.* miles dictus *Machecrouste*, omnibus præsentes litteras inspecturis notum facimus, quod dominus *Abbas Stephanus sancti Benigni* Diuionensis, conquestus est nobis, de violentiâ, quam *Colinus* Senescallus de Malchia fecerat & faciebat in Prioratu de Emfunuille & eius pertinentiis. Si verò aliquid in prosecutione huius negotij expenderimus, vel aliquid dampni occasione huius conquestionis nobis prouenerit, nichil ab Abbate S. Benigni vel à Prioratu de Emfunuille poterimus reclamare. In huius rei testimonium, ego Theobaldus dominus Noui Castri & dominus Iunciuillæ, præsentibus litteris sigillum meum apposui. Datum anno Christi M. CC. XLI. Année 1241.

Traité entre le Duc,

GIe *Othes Dux de Meran*, & Cuens de Bourgoigne Palatins, fais asauoir à toz ces qui verront ces lettres, que gie ay baillié à guarder & à tenir, mon contoy de Bourgoingne, & quanque gie i'ay en fiez & en demeure, à *Hugon le Duc de Bourgoingne*, iusques à cinc ans, en tel meniere, que il s'en puet

& le Comte de Bourgogne. *Extraict de la Chambre des Comptes.*

& porra aidier, & de la terre, & des hommes, & des fiez contre totes gens, sauue la feautey l'Emparaor de Rome, iusque audeuant du termine. Et s'il auenoit chose que gie li requerisse de boiche, ou por mes lettres, pendant que il venist ou enuoyat ses gens oudit Contoy, ou autre part, pour vemger ou amander lou tort que l'on feroit oudit Contoy: Gie, ou mes gens, à luy, ou à ses gens demissins baillier despenses auenamment. Et s'il auenoit chose, que Gie, ou mes gens ne lor baillesins despenses, & il les feist douleeur: Gie li doi faire à rendre les despenses que il y feroit, ou ses gens. Au regard de Monseignor *Iean de Montferrant*, & de Maistre *Lamber de Reure*, ou d'autres dous que Gie, & li Dux de Bourgoingne nommeriens, se nos ne poiens ces, ou l'vn de ces auoir. Et s'il auenoit chose que gie morisse sans leaux oyrs de mon cort, dequoy Dex me guart, vuil & octroy li Dux de Borgoingne temgne loudit Contoy, & les fiez, & les demeneure, iusque tant que il seit queneu, que il droit en chascuns de mes eschaanz il deura auoir. Et quant il sera queneu quel droit mi eschaans deurunt auoir, li Dux de Borgoingne lor doit lor droit deliurer, & le doy faire, à entrer en son homaige celuy qui tenra mon Chastel de *Poloygni*, & celuy qui tenra *Vesou*, & celuy qui tenra *Baume*, & celuy qui tenra *Chatoillum*. Et se autres y estoit mis, ou por mor, ou por chaange, il doit faire hommaige au Duc de Borgoingne, & apres ie li ay promis, que tuit les chasey, & tuit li commun des viles de mondit Contoy li ferunt feautey. Et totes ces choses ie sui tenuz accomplir par mon fairement, & se ie non fasoye, cil qui tenroit ces quatre Chasteaux qui sont nommez, doiuent venir au Duc de Borgoingne, ou au suens, à to lor fiez, iusques totes ces choses seint accomplies enterrement. Et en tesmoignage ie ia mis mon

Année 1241.

seaul en ces lettres, en l'an de l'Incarnation nostre Seignor 1241. lou Verredy deuant Pasques Flories. *Scellées d'vn seau en cire blanche, sur double queuë de parchemin, d'vn Caualier.*

Dominus Iacobus miles de Risée, dimittit querelam quã susceperat contra Abbatem & Monachos S. Benigni, pro susceptione filiæ suæ in monialem, & accipit xv. libras, coram Vuillelmo Abbate Cariloci, & Clementia domina Mirebelli.

Année 1242.

NOs Frater *Vuillelmus*, dictus *Abbas Cariloci*, & *Clementia domina Mirebelli & Fontis Vennæ*, notum facimus omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd cùm querela verteretur inter Abbatem & Conuentum sancti Benigni Diuionensis, & Priorem & Prioratum de sancto Marcello, ex vna parte, & dominum *Iacobum* militem *de Risée*, ex altera, super hoc, quod dictus Iacobus miles dicebat, quòd cùm ipse acquittauit omne ius quod ipse habebat in cherreta vini quam sibi & suis & hæredibus suis debebat Prior & Prioratus de sancto Marcello, Frater *Gillebertus* tunc *Abbas sancti Benigni*, dicto Iacobo promiserat quod vnam de filiabus suis faceret monialem. Sed inde dictus miles, nullas confectas litteras habebat, sicut dicebat; sed asserebat quod istud viua voce per idoneos testes bene probaret: & hanc totam querelam acquittauit Abbati & Conuentui sancti Benigni, Priori & Prioratui de sancto Marcello. Et propter hanc acquittationem, recepit quindecim libras Stephaniensium, & vnum modium frumenti, & vnum modium auenæ, à Priore dicti Prioratus, & hanc acquittationem & compositionem, dictus Iacobus & vxor sua *Adelina*, *Otho* filius suus, *Sibilla* & *Margareta*, filiæ eiusdem militis, *Odo* & *Hugo* fratres dicti Iacobi, laudauerunt, in præsentia nostra. In cuius rei testimonium, ad preces & petitionem vtriusque partis, nostra præsentibus litteris apposuimus sigilla. Actum anno Domini M. CC. XLII.

Traité entre le Duc, & le Comte de Bourgogne.

IE *Othes* Dux de *Meran*, & Cuens de Borgoine Palazins; faiz sauoir à tous ces qui verront ces lettres, que cum ie aie baillié au noble Baron *Oegon Duc de Borgoine*, mon Conté de Borgoine, à tenir & à garder à bonne foy, iusque à cinc ans ou plus, selonc ce que il est contenu as lettres qui sont faites

sus ce ; ie li ay prié que il aidoit à mis chasez lor droit à maintenir, tant cum il voudront droit faire. Et s'il aduenoit chose qu'il venist en la terre, ou enuoyast à la requeste d'aucun de mes chasez, por veingier le tort qu'en li auroit fait, ou por son droit aidier à maintenir : Ie, ou mes gens li deuons bailler despense auenant à luy, & à ses gens, & se nos ne li bailliens, il la doit faire dou sien, & doit tenir le Comté, & les isuës, iusqu'à tant que il en ait recœuë la despanse deuandite, au regard de Monsegnor *Iehan de Montferrant*, & de Maistre *Lambart de Beure*, ou de dus autres, se cil dui deffailloient, ou se l'on ne les pooit auoir. Ce fut fait à Gray l'an de l'Incarnation nostre Seigneur 1242. ou mois de May, & scellées comme celles cy dessus. Année 1242.

EGO dominus *Odo Montis-Acuti*, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd ego, non coactus, imò desiderans semper & vbique habere, acquirere & retinere beniuolentiam, amorem, & gratiam viri illustris, domini & consanguinei mei karissimi *Hugonis Ducis Burgundiæ*, spontanea voluntate & sincerà mente guerpiui & quittaui sibi & hæredibus suis in perpetuum, omnes querelas, quæstiones, & controuersias quascumque habebam & habere poteram erga ipsos. In cuius rei testimonium, sigillum meum præsentibus apponi feci. Actum apud Montem Barri, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mense Iunio. Année 1242.

Accord du Duc, & du sire de Montagu.

NOS *Guillelmus* Dei gratia *Episcopus Cabilonensis*, notum facimus omnibus præsentes litteras inspecturis, quod in præsentia nostra constitutus amicus noster dilectissimus, *Odo dominus Montis Acuti*, recognouit se guerpiuisse & quitauisse viro illustri consanguineo & domino suo karissimo *Hugoni Duci Burgundiæ*, & hæredibus suis in perpetuum, omnes querelas, quæstiones & controuersias quascumque habebat vel habere poterat erga ipsos. In cuius rei testimonium, ad ipsius Odonis domini Montis Acuti petitionem & instantiam, dicto Duci tradidimus litteras sigillo nostro sigillatas. Actum apud Montem Barri, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mense Iunio. Année 1242.

NOS *Iehanz* sires *de Chastel-Vilain*, & de Luzy ; faisons sauoir à toz ces qui ces lettres verront, que nos promettons, & sumes tenu rendre à noble Baron, nostre chier Seignour & Cosin *Robert Duc de Borgoigne*, vnes lettres seelées de son seel, qui furent donées en l'an de grace 1287. esquex lettres est faite mention de aucune obligation, en laquel il estoit tenuz de conuenances, faites sus le mariage de *Symon* nostre fil, & de Madame *Marie*, fille de noble Prince le Comte de Flandres. Ce fut doné & saelé de nostre seel, en tesmoignage, l'an de grace mil deux cent quatre & deus, le ior de la feste saint Lorant. Année 1242.

Tiltre pour la maison de Chateau-Vilain.

NOVERINT vniuersi, quod circa annum Domini millesimum ducentesimum quadragesimum tertium, selecti quidem Religiosi Ordinis beatissimi Francisci Diuioni admissi sunt : Qui vita, moribus & doctrina Christo lucrarentur animas. Eo autem sæculo, vniuersali præerat Ecclesiæ Innocentius Quartus, qui sui Pontificatus anno secundo, quadraginta dierum Indulgentias concessit omnibus ad huius Cœnobij ædificationem manus adiutrices porrigentibus. Vnde factum est vt hæc Ecclesia fuerit extructa, & optima eaque alta testudine firmata, ac tandem Deo dicata, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo. Verumtamen temporis successu, quibusdam additis

De antiquitate cœnobij S. Francisci Diuionensis.

facellis, columnifque infirmatis, extremam minabatur ruinam, ni Anteceffores noftri, piorum fulti fubfidio trabes perpetuas induftriè appofuiffent, anno Domini millefimo quadringentefimo vicefimo primo. Campanile verò extructum fuit impenfis dominæ *Beatricis à Borbonio Boëmorum Reginæ*, anno Domini millefimo trecentefimo feptuagefimo nono. Sed vt omnibus innotefcat huius Monafterij antiquitas, minimè prætereundum eft, quod præfatus Innocentius quartus, anno Domini millefimo ducentefimo quadragefimo quinto, permiferit Beneficiatis Clericis, non refidentibus in locis fibi concreditis (vt in hoc Conuentu ftudio Theologico vacarent) Beneficiorum fuorum fructus percipere. Hinc liquidò conftat, huius incliti Cœnobij iacta fundamenta, faltem annis fexdecim aut feptemdecim poftquam pauperum Patriarcha fpiritum cœlo reddidiffet, tandemque patrum noftrorum memoria mirè auctum fuiffe. Siquidem, anno Domini millefimo ducentefimo quinquagefimo fecundo aliqua domus cum vinea iuxta vrbis mœnia à *Iacobo Pelerin* amico Conuentus fpirituali, & eleemofynarum fratrum Receptori, precio fexaginta librarum monetæ Diuionenfis empta fuit, ac tandem poft annos feptem, altera in vico diui Petri, iuxta Domum Albæ Rippæ. Et anno Domini millefimo ducentefimo octuagefimo octauo pars præcipua cuiufdam domus lapideæ, anno autem millefimo trecentefimo fexagefimo fecundo, viridarium maius ac ferè tota illa area ante Ecclefiæ maiores valuas, in qua tunc erat vinea cum horreo quod eft è regione præcipui Refectorij, ficque paulatim auctum eft & excultum Cœnobium. Vnde clarum eft eos decipi, qui arbitrantur aliquando ad Templarios fpectaffe, hac leui fulti coniectura, quod in facra æde fint duo monumenta diui Francifci inftituto antiquiora & præcipuè in facello fancti Elifij, in quo integris caracteribus cernitur fuperfcriptio in bufto cuiufdam matronæ illic fepultæ anno Domini millefimo feptimo. Et ante Diuæ Virginis altare alia anno Domini millefimo feptuagefimo feptimo. Sed nihil obeft quin ex cimiterio alio lapides fuperpofiti tranflati fint. Accidit enim vt plurimum, Bafilicas in fuburbiis vrbium temporibus bellicis dirui, ne tegendis infidiis fint hoftibus commodæ; huius rei fidem faciunt ædes facræ D. Mariæ, Magdalenis, & fancti Nicolai, quas noftro fæculo cernimus in vrbem tranflatas. Verifimile eft etiam, in loco noftris anteceffforibus conceffo extructam fuiffe quandam ædiculam, in qua fortaffis Chrifti fidelium offa ante diui Francifci fœliciffimum fæculum recondebantur. Infuper Templariorum ordo, teftibus Guaguino & Genebrardo, in Concilio Viennenfi, anno dominicæ pietatis millefimo trecentefimo duodecimo, per Clementem quintum, regnante in Galliis Philippo Pulchro, finem accepit, eorumque redditus cum domibus conceffi funt Rhodiis Equitibus, adeò vt hoc Diuionenfe Cœnobium fuerit extructum ante illorum cladem, annis ad minus feptuaginta, temporibus Innocentij quarti, & diui Ludouici Francorum Regis. Ad hæc certum eft illos in diui Petri fuburbiis habitaffe, & locum in perpetuam rei memoriam templi nomine denotari. Quæ verò muris Monafterij ambiuntur, vel impenfis piorum, vel induftria & labore prædeceſſorum parta funt. Etenim reftitutum eft Refectorium, & Clauftrum maius auxilio venerabilis dominæ *Lore*, cuius corpufculum fepultum anno Domini millefimo trecentefimo nono, vltimum & nouiffimum diem præftolatur ibidem. Nec eft aliquis in hac Prouincia, vel amplior vel cultior Conuentus. Priufquam enim Seraphicus Doctor diuus Bonauentura in Sanctorum numerum referretur, præcipuus in Burgundiæ Prouincia erat. Nunc verò is honos defertur Cœnobio Lugdunenfi, ob ferui Dei illic aliquando fepulti reuerentiam. Cæterum, ab anno Domini millefimo quingentefimo tertio, cum Religiofi Conuentuales à recta viuendi norma aliquantulum deflexiffent, illis aliò miffis vel reformatis, cœpit in eo obferuantia peragitque in dies propagari, nec dici poteft quàm vberrimos fructus proferat, quidve commodi adferat, præfertim ab anno Domini millefimo quingentefi-

mo ſeptuageſimo octauo, quo ſub auſpiciis venerandi admodum Patris Fratris, *Nicolas Rochard*, tunc huius domus Moderatoris digniſſimi ac ſempiterna memoria digni, cœptum eſt in humanioribus litteris ſtudium. Faxit Deus, vt ſemper augeatur, animaque tam pij ac probi Patris pace æterna fruatur. Amen.

KARISSIMO domino *Hugoni Duci Burgundiæ*, A. dominus *Rubri Montis* ſalutem & reuerentiam, ô kariſſime domine ſcire vobis facio, quòd vobis mitto Andream filium meum primogenitum, vos exorans, vt ipſum ad hominem recipiatis de terra mea quam habeo apud *Bararnay*; & de terra mea de *Suili*, & de pertinentiis quæ ſunt in dicta terra de Bararnay, & de Suili, & de terra mea de Meinnies, & de pertinentiis dictæ terræ. Et ſciatis, quod præter hoc noſtrum non alienaui Luicium, ſed veſter homo ligius ſum, ſalua fidelitate Comitiſſæ *Niuernenſis*, & bene ſcitis de quo ſum veſter homo ligius, de alia re quam de hoc, meas litteras habetis patefactas. In cuius rei teſtimonium, præſentes litteras ſigilli mei munimine roboraui. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio.

Tiltre pour la maiſon de Rougemont.

Année 1243.

NOS *Hugo Abbas Ougiaci*, & eiuſdem loci Conuentus, notum facimus vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, quod nos, pro vtilitate & commodo Eccleſiæ noſtræ, dilectum dominum noſtrum illuſtrem virum *Hugonem Ducem Burgundiæ*, & hæredes ſuos, ſub cuius cuſtodia & tutela domus Vngiaci cum appendiciis ſuis exiſtit, adcollegimus, aſſociamus, & aſſociauimus, in territorio noſtro de Raignens, de Foreſta ſanctæ Reginæ, de Chaynacon, de Cartiers, de Lunore, de Eſpinoſa, & in eorumdem locorum nemoribus, terris arabilibus, exaltatis & exaltandis, pratariis, excepta prataria & foreſta ſanctæ Reginæ, & de Eſpinoſa, quæ ſunt ſita iuxta ripam Sequanæ, & in omnibus iuribus, quæcumque ſint, quæ habemus vel habere debemus & poſſumus in locis ſuperius nominatis, ita quod volumus & concedimus, quod dominus Dux prædictus, & hæredes ſui, & ſuorum, qui pro tempore fuerint, medietatem habeant in locis omnibus antedictis, in quibus idem dominus Dux quoddam herbergamentum & villam, in qua ſit franchiſia, debet ædificare. In quo herbergamento ſeu villa, nos & Eccleſia noſtra medietatem in omnibus habebimus, tam in iuſticiis, emendis, forefactis, queſtis, collectis ſeu tailliis, caducis, quam in omnibus iuribus aliis, quæ ad dominum poſſint vel debent euenire. Quod herbergamentum ſeu villam, abſque dilatione, bona fide facere promiſit. Aliam verò medietatem herbergamenti ſeu villæ, idem dominus Dux & hæredes ſui & ſuorum habebunt in perpetuum, & idem poſſidebunt: hoc excepto, quod nos, de conſenſu & voluntate eiuſdem Ducis, ad opus Eccleſiæ noſtræ retinuimus & retinemus Eccleſiam, ſi qua ædificata fuerit, in omnibus locis prædictis, & omnes decimas locorum prædictorum. Quoniam verò contigerit quod dominus Dux prædictus, vel ſucceſſores ſui qui pro tempore fuerint, Præpoſitum, Maiorem, vel ſeruientem ponat ſeu ponant, qui dictum herbergamentum ſeu villam regat, idem ſeruiens vel Maior, vel præpoſitus, qui pro tempore fuerit conſtitutus ad regendum herbergamentum ſeu villam prædictam, antequam ad regendum herbergamentum ſeu villam intret in poteſtatem hanc, debet & tenetur in Eccleſia noſtra Vngiaci, ſuper magno altare iurare, quod ipſe de omnibus redditibus, emendis, iuſticiis, forefactis, queſtis ſeu tailliis, caducis & iuribus aliis, Abbati Vngiaci & fratribus eiuſdem loci, vel eorum mandato, medietatem reddet, & fideliter, abſque difficultate qualibet, erogabit. Homines verò, qui in dicto herbergamento ſeu villa prædicta moram pro tempore fecerint, & in ipſa villa, homines dicti domini Ducis vel hæredum ſuorum & Eccleſiæ noſtræ Vngiacenſis extite-

Aſſociatiō, ou pariage, entre le Duc, & l'Abbé d'Oigny.

rint, vſagium plenum vel liberum, ſecundum vſus & conſuetudines ſupradictæ villæ habebunt, in locis ſuperius nominatis, tam in parte noſtra, quam in parte domini Ducis vel ſucceſſorum ſuorum. Hæc autem omnia ſupradicta dominus Dux, & eius ſucceſſores, & nos & ſucceſſores noſtri qui pro tempore fuerint, obſeruare tenemur, & nullo tempore contraire. In cuius rei teſtimonium, præſentibus litteris ſigilli noſtri apponi fecimus firmamentum. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio, menſe Iulio.

Année 1243.

Confirmation, & ratification du pariage, entre le Duc, & l'Abbé d'Ongny.

EGo *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facimus vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd cùm viri religioſi *Hugo Abbas* & Conuentus *Ongeacenſis*, nos & hæredes noſtros adcollegerint & aſſociauerint, in territorio ſeu in territoriis ſuis de Baigneux, de Foreſta ſanctæ Reginæ, de Chaiſne Rahont, de Quartiers, de limite, de ſpecioſa, & in eorum locorum nemoribus, terris arabilibus, eſſartatis & eſſartandis, pratariis; excepta prataria de Foreſta ſanctæ Reginæ & de Spinoſa, quæ ſitæ ſunt iuxta ripariam Sequanæ, & in omnibus iuribus, quæcumque ſint, quæ habebant vel habere debebant in locis ſupradictis, ita quod medietatem prædictorum locorum nobis & hæredibus noſtris dederunt & conceſſerunt in perpetuum poſſidendam: Nos eiſdem Abbati & Conuentui Ongeacenſi promiſimus bona fide, quod nos, tam in parte noſtra, quam in parte ſua prædictorum locorum, herbergamentum & villam in qua erit franchiſia, fieri & ædificari faciemus; in quo herbergamento ſeu villa, dicti Abbas & Conuentus medietatem in omnibus tam iuſticiis, emendis, forefactis, queſtis, tailliis, collectis, quam in omnibus iuribus & commodis aliis habebunt. Aliam verò medietatem, nos & hæredes noſtri habebimus; hoc excepto, quod volumus & eiſdem Ongeacenſibus concedimus, quod ipſi Eccleſiam, ſi qua in prædictis locis ædificata fuerit, & omnes decimas prædictorum locorum habeant, & in perpetuum poſſideant. Volumus autem & concedimus, & hoc facere bona fide tenemur, & hæredes noſtros ad hoc ſpecialiter obligamus, quod quando contigerit quod nos vel hæredes noſtri qui pro tempore fuerint, poſuerimus ſeruientem noſtrum, Maiorem, vel præpoſitum, ad regendum dictum herbergamentum ſeu villam, ipſe iurabit in Eccleſia Ongiacenſi, ſuper magnum altare; quod ipſe reddet medietatem redditnum herbergamenti ſeu villæ, tam de iuſticiis, emendis, forefactis, queſtis, collectis ſeu tailliis caducis, quam de omnibus iuribus & commodis, Abbati & Conuentui Ongiacenſi, vel eorum mandato, & eiſdem abſque contradictione & difficultate qualibet, fideliter aſſignabit: quod ſi non faceret, nos & noſtri faceremus. Homines verò qui in dicto herbergamento ſeu villa ſub nobis & prædictis Ongiacenſibus moram fecerint in prædictis locis, tam in parte noſtra quam in parte eorumdem Ongiacenſium, Vſuagium plenum & liberum, ſecundum vſus & conſuetudines herbergamenti ſeu villæ, habebunt: Hæc autem omnia ſupradicta, nos & hæredes noſtri fideliter obſeruare tenemur, & ad hoc, nos & ipſos hæredes noſtros ſpecialiter obligamus. In cuius rei teſtimonium, præſentibus litteris ſigilli noſtri apponi fecimus firmamentum. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio, menſe Iulio.

Année 1243.

Charta Ducis Burgundiæ, de Paredo, & de Tolon.

EGo *Hugo Dux Burgundiæ*, & Comes Cabilonenſis, in præſentia venerabilis patris *Hugonis* Dei gratia *Abbatis Cluniacenſis* conſtitutus. Notum facio vniuerſis præſentibus & futuris. Quod ego iuro ſupra ſancta Dei Euangelia, me ſeruare & tenere chartas anteceſſorum meorum Comitum Cabilonenſium, conceſſas Eccleſiæ Cluniacenſi, de *Paredo* & de *Tolom*, Eccleſiis &

pertinentiis suis, & bona vsagia dictarum Ecclesiarum, secundum tenorem earumdem chartarum. Sic me Deus adiuuet, & eius sancta Euangelia: ad hæc me, & meos successores obligo & astringo, & teneor defendere dictas Ecclesias de Paredo, & de Tolom cum pertinentiis suis, & custodire bona fide. In cuius rei testimonium, præsenti scripto sigillum meum apposui. Actum & datum anno Incarnationis Dominicæ M. CC. XLIII. mense Decembris, die quarta ante Natiuitatem Domini. Année 1243.

LAMBERTVS Comes Cabilonensis cui non erat suis temporibus in Christiana Religione secundus, Decanatum de Paredo, cooperante S. Mayolo, in proprio solo construxit, voluitque nemini alteri vel Ecclesiæ vel Monasterio subiici; verum Hugo Præsul eius filius videns prædictum locum per se stare non posse, crescentibus malis, Roberti Regis Francorum consilio, nec non Henrici Ducis Burgundiæ, illum Cluniacensi Cœnobio, cui præerat dominus Odilo Abbas, pro redemptione omnium fidelium Christianorum subiecit, anno DCCCCXCIX. quod & postea Robertus ipse Rex ad instantiam Hugonis præfati, Regali autoritate cum omni integritate confirmauit, & omnia quæ erant dicto loco concessa, pro statu prospero, & incolumitate regni, ac pro omnibus fidelibus viuis ac defunctis, rata habuit.

Fondation de l'Abbaye de la Consolation sainte Marie. *Extrait du Chartulaire de Tonnerre.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. *Mathildis Comitissa Niuernensis*, vniuersis præsentibus & futuris præsentem paginam inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus, quod cum nos, laudante & concedente karissimo marito nostro *Guidone* bonæ memoriæ, quondam *Comite Niuerniæ & Foresia*, ad honorem Domini nostri Iesu Christi, & Matris eius gloriosissimæ Virginis Mariæ, ob remedium animæ nostræ & antecessorum & successorum nostrorum, fundauissemus quamdam Abbatiam Monialium Cisterciensis Ordinis, in Diœcesi Eduensi, in proprio fundo nostro, quem de propriis nostris denariis emeramus à Stephano Tondu seruiente nostro; videlicet apud Masetum propè Montellos castellum quæ Abbatia *Consolatio beatæ Mariæ* semper Virginis nuncupatur, & eiusdem Abbatiæ visitatorem & correptorem Abbatem Cisterciensem constituissemus, vt idem Abbas Cisterciensis, qui pro tempore fuerit, per se, vel per alium, qui sit eiusdem Ordinis, visitationem & correptionem exequatur, & Abbatissam & Moniales ibidem in veram & pacificam possessionem eiusdem Abbatiæ, & bonorum eius induxissemus, & Deo & beatæ Mariæ semper Virgini, & Monasterio dictæ Abbatiæ, Abbatissæ, & Monialibus ibidem Deo seruientibus, & quæ .... succedant imposterum, in puram, perpetuam, liberam, & quietam eleemosynam contulissemus & tradidissemus, dictum fundum & omnes res & singulas inferius subnotatas, fundationem & donationes prædictas, modo, in viduitate nostra existentes vt maiorem imperpetuum obtineant firmitatem. Et vt omnis dubitationis scrupulus auferatur de medio in futurum, renouamus, redonamus, & iterum quittamus, concedimus, & confirmamus, tamquam vera hæres & capitalis domina Comitatus Niuernensis. Res autem quas dictæ Abbatiæ, Monasterio, Abbatissæ & Monialibus præsentibus & futuris in perpetuam eleemosynam contulimus, hæ sunt. Dedimus enim eis & gratis donamus, in coustumis videlicet auenarum nostrarum *de Monte Rupis*, tres modios auenæ annui redditus, quos eis pro duabus libris annui redditus assignauimus & assignamus ad festum sancti Remigij annis singulis, percipiendos à Monialibus supradictis. Et in botagio eiusdem villæ, quinquaginta bichetos frumenti annui redditus, ad mensuram dictæ villæ, pro decem libris redditus, à dictis Monialibus in dicto festo percipiendos annuatim assignauimus: & etiam assignauimus imperpetuum Mona-

sterio dictæ Abbatiæ, guaignagium de Ceruiduno pro septem libris redditus: in censu dictæ villæ, viginti quinque solidos, & etiam bannum dictæ villæ annuatim, percipiendum in festo beati Bertholomei vel in aliis terminis, si in aliquibus aliis eos percipere solebamus. Item eisdem Abbatiæ & Monialibus dedimus imperpetuum, & gratis concessimus, scamnum nostrum de Niorre, decem modios auenæ percipiendos apud Lignon castrum nostrum, in censa burgensium nostrorum Lignon, & in costuma exartorum lignorum in festo sancti Andreæ Apostoli annuatim, & alios quinque modios auenæ apud Tornodorum, in decima bladi nostri, percipiendos in eodem termino, annuatim, & sexaginta modios vini puri percipiendos annuatim ad festum beati Martini hyemalis, in decima nostra vini, Tornodori, ad mensuram Tornodorensem, imperpetuum annuatim, eo modo quo nos dictam decimam vini percipere consueuimus, vel etiam eo modo quo nos & successores nostri eamdem decimam percipimus. Si verò contigerit, quod dictæ Moniales vel earum mandati non possent habere dictos sexaginta modios vini quolibet anno, aliquo casu contingente: Nos & successores nostri eisdem tenebimur suplere defectum vsque ad valorem dictorum sexaginta modiorum vini, de aliis redditibus Tornodori. Item, eisdem Monasterio & Monialibus donauimus imperpetuum, & gratis donamus, stallos nostros de Antissiodoro, quos quondam tenuit defunctus *Arnaudus de Liuron*, & etiam pondus nostrum de Antissiodoro. Item eisdem donauimus imperpetuùm, & gratis donamus, Nundinas & Mercatum ciuitatis Antissiodori, tenendas ab eis & possidendas quietè & pacificè, cum omni iure quod in eisdem Nundinis & Mercato habebamus, & eodem modo quo nos eadem tenebamus. Ita videlicet, quod Abbatissa & Conuentus dicti loci, vel earum mandati, poterunt redditus dictarum Nundinarum & Mercati pro sua voluntate vendere ad annum vel ad annos, tradere & adcensare cuicumque voluerint, sine mandato & licentia nostra & successorum nostrorum, aut Bailliui, aut Præpositi Antissiodorensis. Item, eisdem donauimus imperpetuum, & gratuito donamus, quadraginta libras monetæ currentis Antissiodori annui redditus, in censa nostra Antissiodorensi annuatim percipiendas, ad quimdenam Natiuitatis Domini: quæ censa debetur nobis solui annuatim ad octauas dicti festi. Volumus etiam & præcipimus, quod quicumque dictam censam pro nobis seu pro nostris successoribus leuauerit, vt ipse dictis Abbatissæ & monialibus, vel ipsarum mandatis reddat dictas quadraginta libras annuatim ad dictum terminum, de primis denariis qui de eadem leuabuntur. Si verò, quod absit, prædicti redditus, aut aliqua pars eorum, per nos aut per factum nostrum, aut per hæredes nostros seu successores nostros, aut per factum eorum aliquantulum minuerentur vel peiorarentur, aut per nos, dum viuemus, in aliquo redditus permutarentur, quod nobis tantum, & non nostris hæredibus & successoribus, liceat dictos redditus permutare. Nos dictis Monasterio & Monialibus plenam & omnimodam recompensationem permutationis, si quam fecerimus, minorationis, peiorationis, & dampnorum, sique, vt dictum est, factæ fuerint, vel acciderint, tenemur reddere, & reddemus in redditibus æqualibus, sine aliqua dilatione, in propinquioribus redditibus nostris, existentibus propè Abbatiam supradictam & ad hos hæredes nostros & successores Comitatus Niuernensis specialiter obligamus. Donamus etiam gratis, & concedimus dictæ Abbatiæ imperpetuum, vnam carrucatam terræ, videlicet terram arabilem quam emimus apud Masetum, à Rodouino *de Fortin* milite, & à *Dannoe* vxore eius, & terram arabilem quam emimus à supradicto Stephano Tondu seruiente nostro, contiguam terræ de Maseto supradictæ. Præterea, venditionem illam quam dilecta & fidelis nostra Amantia relicta *Galteri de Iongnyaco* militis, & *Galtherus* filius eius, dilectus & fidelis noster, fecerunt dictis Monasterio, Abbatissæ & Monialibus, de terris & pratis suis propè Montellos castrum nostrum sitis, ac eorum pertinentiis, quia de donatione & feudo nostro

erant,

erant, volumus, concedimus, & laudamus; quittantes penitus, dictis Monasterio & Monialibus, omnes res prædictas venditas, & omnia seruitia quæcumque, si quæ exinde nobis antea debebantur. Nemus etiam, in quo fundata est Abbatia sæpedicta, emptum à dicto Stephano Tondu, & quidquid vendidit nobis prædictus *Balduinus dou Fortin*, & *Damnoci* vxor eius, videlicet quidquid ipsi habebant apud Masetum, in terris, pratis, hominibus, nemoribus, in plateis, in aquis, censa, costumis, iusticiis, & rebus aliis quibuscumque, & octo bichetos frumenti annui redditus, & sexdecim bichetos ordei redditus annui, quod ipsi habebant apud Tannayum, dedimus & concedimus in perpetuum dictis Monasterio & Monialibus, cum prato quod est in prato Moran, quod nobis *Robinus de Crusiaco* filius *Godanti de Vuilliaco* militis, & eius vxor, vendiderunt. Præterea damus in perpetuum, & concedimus, dictis Monasterio & Monialibus, vineam Cancellariam, quæ sita est apud Damosiacum, in territorio de Guoa, & vineas sitas apud Mahiis, quæ fuerunt domini Henrici Capellani nostri, quæ ad nos deuenerunt pro denariis quos ille nobis debebat, & vineam vnam apud Curi, de venditione dicti *Balduini de Forsiri*, militis: quæ vinea de Piru Borelli vulgariter appellatur. Nemus etiam de Naigron & Boëcias de Montigniaco, eisdem donamus. Donamus etiam eisdem, gratuito, plenum vsuagium in nemore nostræ Casteill. ad ardendum & ædificandum, tam in capite dictæ Abbatiæ, quam in membris eius, in perpetuum. Et similiter gratuito & quietum panagium quinquaginta porcorum suorum, annuatim in futurum. Donamus insuper gratis, eildem, plenum vsuagium ad omnes bestias suas, & ad omnia animalia sua, per omnia pascua communia. Volumus etiam, & sponte concedimus, quod quicumque ipsæ in feudis nostris acquisierunt vel acquirere poterunt in futurum, dono, emptione, permutatione, eleemosyna, aut alio modo quocumque, vsque ad quintum, sicut vulgariter dicitur, liberè & quietè perquirant, & pacificè possideant, absque aliquo seruitio nobis, vel nostris successoribus, vel posteris, exinde reddendo. Statuimus etiam, & volumus, quod dicta Abbatia, cum pertinentiis suis & eorum propria familia, liberæ sint & immunes ab omni pedagio, lidis, venditione, emptione, & ab omnibus exactionibus quibuscumque. Præcipimus etiam, vt vniuersi Bailliui, seruientes, & Præpositi nostri, qui pro tempore fuerint, sine onere, grauamine, & præiudicio dictæ Abbatiæ, eamdem Abbatiam & omnia bona eius, habita & habenda, præsentia & futura, defendant, custodiant, & manuteneant, ad indempnitatem & vtilitatem dictæ Abbatiæ, vbicumque fuerint, tamquam nobis res nostras proprias, & in bona pace teneant, & nihil inde pro labore, opera vel opere, aliquatenus exigentes: Cauentes attentius, ne dictæ Abbatiæ exinde aliquod grauamen vel præiudicium irrogetur. Quæ ista omnia & singula supradicta, pro nobis, & hæredibus, & successoribus nostris Comitatus Niuernensis, fide præstita corporali, promisimus, & super sacrosancta Euangelia iurauimus firmiter tenere, & irreuocabiliter obseruare. Promittentes fideliter contra prædicta vel aliqua prædictorum, per nos aut per alium non venire vllo tempore in futurum. Nec permittemus, quod aliquis contraueniat; quin eis emendari faciamus pro posse nostro. Et omnia præmissa, & singula, dictis Monasterio & Monialibus guarentisabimus in perpetuum, contra omnes gentes: & ad hæc omnia facienda, dictos hæredes nostros, & successores nostros, specialiter obligamus, & præcipuè omnes hæredes & successores nostros in perpetuum, qui pro tempore fuerint, & ex quo saisinam Comitatus Niuernensis adepti fuerint, intra annum dictum iuramentum, sicut nos præstitimus, præstare, omni occasione & exceptione remota, proculdubio teneantur. Quæ insuper sanctissimum Patrem Apostolicum dominum vniuersorum & ordinarium singulorum, & venerabiles Patres ac Dominos *Eduensem*, *Lingonensem*, *Antissiodorensem*, & *Niuernensem* Episcopos, qui modo præsunt, & qui pro tempore erunt, rogauimus & rogamus, vt si nos, quod absit,

vel hæredes Comitatus Niuernensis, aut nostri successores, contra ea vel aliqua eorum quæ in præsenti pagina continentur veniremus vel venirent, aut facere attentaremus vel attentarent, personas nostras aut hæredum aut successorum nostrorum prædictorum, dicti patres, graui anathemate percellant, & terram nostram sitam in dictorum quatuor Episcoporum Diœcesi iudicate supponant interdicto, dictas sententias nullo modo relaxaturi, quo vsque de iniuriis & damnis quæ dictæ Abbatiæ illatæ fuerint competenter & plenius fuerit satisfactum: Bailliuos, Præpositos, & seruientes nostros, qui aliqua de prædictis redditibus leuabunt aut leuari facient, aut scienter aut tacitè consentirent, & ex quo eis nunciatum fuerit non faciant emendari, ad talem pœnam obligantes. Et præcipimus obligari, vt nisi dictæ Abbatiæ persoluendo soluerent statutis diebus & terminis, pro qualibet die moræ solutionis faciendæ, quinque solidos nomine dictæ pœnæ, quibus & soluat Abbatiæ memoratæ. Et per nominatos Episcopos, ad preces & instantiam Abbatissæ dictæ Abbatiæ vel eius mandatorum, dictos Bailliuos, seruientes, & Præpositos, compelli volumus per excommunicationem & interdictum, vsque ad condignam satisfactionem, tam de capitali quam de damnis & pœna superius nominata, & quod antequam eis ad plenum fuerit satisfactum, sententiæ in ipsos latæ in nullo modo relaxentur. Nos tamen in optione nostra retinuimus, eamdem optionem posteris nostris denegantes, quod nos tantummodo, quoad vixerimus, non autem posteri nostri de casamentis supradictis, ad proborum virorum æstimationem, hoc quod volumus, dictæ Abbatiæ permutare poterimus, ad dictæ Abbatiæ & Monialium commodum & vtilitatem, in æquiualentibus redditibus nostris propè Abbatiam prædictam; saluo tamen iuramento nostro superius præstito. Ita siquidem, quod per dictam permutationem, si qua facta fuerit, nullum dictæ Abbatiæ generetur præiudicium vel grauamen, nec post decessum nostrum posteri nostri dictæ Abbatiæ redditus valeant permutare. Supradicta autem omnia, & singula, supradictis Monasterio & Monialibus, præsentibus & futuris, in puram & perpetuam, liberam, quietam, & absolutam eleemosynam, gratis & liberaliter concedimus & donamus: Volentes, statuentes, & præcipientes, quod dicti Monasterij Abbatissa, & Moniales præsentes & futuræ, in omnibus rebus & singulis eis à nobis & antecessoribus & successoribus nostris datis, concessis, dandis & concedendis, ita plenissimum ius & dominium obtineant, sicut in rebus superius memoratis. Asserentes per dictum iuramentum nostrum, quod prædicta omnia & singula volumus, concedimus, facimus, & dicimus spontaneè, scienter, & prouide, bona fide, sine dolo, metu, vi qualibet & deceptione quacumque, vel fraude, & sine omni qualibet prauitate. Nos autem omnibus & singulis superius nominatis, nobis & nostris successoribus, quartam atque omnimodam iustitiam retinuimus, excepta iustitia de Masceto, quam à *Roduino de Fortin* milite & *Damnone* vxore eius emimus, vt superius est expressum, & excepta iustitia de Porprisio & clausura Abbatiæ supradictæ. Quæ vt in futuris temporibus rata sint & firma, & inconcussa in posterum habeantur, & ne aliquis aliquod de cætero possit obiicere in contrarium, diligenter præhabita deliberatione solemni, Deum præ oculis habentes, præsentem cartam sigilli nostri munimine roboratam, dictis Monasterio & Monialibus dedimus & concessimus, in prædictorum testimonium & munimen, & in perpetuam confirmationem. Actum ....
Année 1244. anno Verbi Incarnati millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, in mense Aprili, die prima.

Acquisition par la Duchesse Yoland, d'Ar-

NOS *Gilbertus Abbas sancti Stephani*, & *Iohannes* Decanus Capellæ Ducis Diuionensis, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd in nostra præsentia constitutus, *Arbeletus* filius domini *Durannı de Belneue*,

laude & assensu liberorum suorum, *Amelinæ*, *Bartholomæi*, & *Iohannis*, vendidit, tradidit & concessit, illustri dominæ *Yolandi Ducissæ Burgundiæ*, sextam partem tenementi quod fuit Henrici Escatiæ defuncti, & non plus, si plus ibi habebat, tam in domibus, quam in vineis, pratis, terris, virgultis, & omnibus aliis rebus. Quod tenementum sedet apud Diuionem, iuxta domum de Pontynei, & iuxta stagium Monachorum sancti Benigni. Hanc venditionem fecit dictus Arbeletus, pro supradictis liberis suis, pro vtilitate eorum, sicut coram nobis recognouit, & vt ad opus ipsorum prædictæ venditionis pretium in vsum transferat meliorem, & exinde se deuestiens coram nobis prædictus Albericus, pro se & pro suis hæredibus, dictam dominam Ducissam corporaliter inuestiuit. Et promisit & tenetur ipse & hæredes sui, hanc venditionem supradictæ Ducissæ & eius hæredibus in perpetuum garantire. De pretio siquidem dictæ venditionis, se tenuit, idem Albericus & etiam liberi sui supradicti, coram nobis, penitus & integrè pro pagatis. Promittentes per sacramentum eorum coram nobis corporaliter præstitum, se contra hanc venditionem, per se, aut per alium, in aliquo de cætero non venturos. Et in huius rei testimonium, ad preces ipsorum, dictæ Ducissæ præsentes litteras tradidimus, sigillorum ipsorum munimine roboratas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, mense Iulio.

beleт de Beleneт. *Année 1244.*

NOs *Iohannes Comes Burgundiæ*, & dominus Sabinensis, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd nos, pro salute animarum nostrarum, vxorum nostrarum, patris & matris nostrorum, & pro vno anniuersario, quandiu vixerimus celebrando pro præmissis in castello beati Leodegarij, dedimus & in perpetuum concessimus, decem onera salis maioris, in vernis nostris Sabinensibus, Deo & Ecclesiæ beati Leodegarij ante Marchiam, & Monachis ibidem Deo famulantibus, Ordinis beati Benedicti, habenda & recipienda annuatim in proximo responso ante festum sancti Remigij, & pacificè possidenda. Et post decessum nostrum, præmissum anniuersarium tenere bona fide in die obitus nostri transmutare & solemniter celebrare. Hanc autem donationem promisimus bona fide futuris temporibus, pro nobis & hæredibus nostris manutenere & inuiolabiliter obseruare, nec per nos vel per alium, vllo modo. Et ne res gesta, processu temporis vel aliqua alia occasione posset in dubium reuocari, præsentem cedulam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Verbi Incarnati 1244. mense Augusti.

Donation de Iean Comte de Bourgogne, à l'Eglise saint Leger. *Année 1244.*

ROBERTVS Comes *Atrebatensis*, vniuersis præsentes litteras inspecturis, Notum facimus omnibus tam præsentibus quam futuris, quod nos pro salute & remedio animæ nostræ, & pro salute bonæ memoriæ *Ludouici Regis* genitoris nostri, ac karissimæ dominæ & matris nostræ *Blanchæ*, Dei gratia *Francorum* illustris *Reginæ*, & aliorum progenitorum nostrorum, nec non pro remedio animæ karissimæ vxoris nostræ *Matildis*, dedimus in puram & perpetuam eleemosynam, dilectis nostris Abbati & Conuentui Cistercij, ad sustentationem Capituli generalis, quadraginta libras Parisienses annui redditus, in pedagio nostro Bapalmense, in crastino Assumptionis beatæ Virginis annuatim percipiendas. Vnde præcipimus & mandamus, vt pedagiarius noster Bapalmensis qui pro tempore fuerit, dictas quadraginta libras sine difficultate persoluat, termino prænotato, & quod pro quolibet die quo in defectu solutionis fuerit eiusdem, quinque solidos Parisienses pro pœna reddere teneatur. Quod vt perpetuæ stabilitatis robur obtineat, præsentem cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum apud *Vitellum*, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, mense Septembri.

Donation de Robert Comte d'Artois, à l'Abbaye de Citeaux. *Année 1244.*

Mmm ij

Vente par Eudes de Vergy, au Prioré de Vergy. *Extrait du Chartulaire de S. Denys de Vergy.*

EGo *Odo* filius quondam domini Guichardi *de Vergeio*, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd ego, laudo & assensu *Huguetæ* vxoris meæ, vendidi, tradidi, & quittaui in perpetuum, *Humbelino Camerario* Ducis *de Vergeyo*, quandam peciam prati sitam subtus Rueles inter campum Esmilcos, ex vna parte, & pratum Huguetæ dictæ nobletæ de Ruele, ex altera, pro triginta duabus libris Diuionensibus; de quibus recepi pagamentum meum integraliter à dicto Humbelino Camerario in pecunia numerata: salua tamen censa quæ de dicto prato debetur Ecclesiæ beati Dionysij de Vergeyo. Videlicet vnum sextillum frumenti puri, & tres bossellos auenæ, & medietatem vnius sextari & dimidij vini, ad mensuram Vergeij reddendos singulis annis à dicto H. Camerario, vel ab illo seu ab illis qui dictum pratum tenebunt, prædictæ Ecclesiæ beati Dionysij in octabas apparitionis Domini. Hanc autem venditionem iurauimus super sancta Dei Euangelia; ego Odo prædictus, & Hugueta vxor mea, dicto Humbelino Camerario, & ipsius hæredibus, contra omnes in perpetuum garantire bona fide, & quod de cætero, per nos, vel per alium non veniemus contra, nec venire consentiemus. Et quia dictum pratum mouet de censa Ecclesiæ prædictæ beati Dionysij, præsentes litteras sigillo Capituli beati Dionysij, ego Odo & Hugueta vxor mea prænominati, in testimonium venditionis prædictæ, rogauimus & obtinuimus sigillari, & prænominato H. Camerario tradi volumus sigillatas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, mense Octobris.

Année 1245.

Priuileges, & Franchises de la ville de Saux.

EN nom de nostre Seigneur, Amen. Ie, Iacob li Noisez, de Saulx, Clerc Tabellion dudit lieu pour Monseigneur le Duc de Bourgoingne; sauoir faicts à tous ceux qui verront & ouront ces presentes, que le dernier iour du mois de Iuing l'an mil trois cent quatre-vingt & vnze, a vehu, tenu, & de mot à mot a leu, & diligemment regardé, vne lettres sanes & entiere, non Chancellées, scellées soubs le seel de Monseigneur le Duc de Bourgoingne, en queheuë pendant de soye verde, & en cire verde, dont la teneur s'ensuit. *Phelippe fils du Roy de France, Duc de Bourgoingne.* Sauoir faisons à tous presens & aduenir, nous auoir veuë vne lettre de nostre tres-chier Seigneur & pere *le Roy Iehan*, que Dieu absoille, sanes & entieres de seel & d'escripture, contenant la forme qui s'ensuit. *Iohannes Dei gratia Francorum Rex*, notum facimus vniuersis tam præsentibus quam futuris, nos infra scriptas vidisse litteras tenores qui sequuntur continentes. Ie *Iacques sire de Saulx*, faiz sauoir à tous ceux qui ces lettres verront, que ie ay estably franchise en mon Bourc à *Saulx*, & ou franc Bourc. Ce est assauoir, que cil qui seront en la franchise du Bourc, & du franc Bourc, payera chascun quinze sols de la monnoye qui court en ma ville par termines deuisés; c'est asauoir lendemain des Bordes, sept sols, & le lundy apres la saint Remy, huit sols: & cils qui ne payeroit à terme deuisé, sa cense doubleroit; & s'il pooit monstrer assone (*c'est exoine*) loyal, il payeroit la cense apres les sept nuits de ce qu'il seroit fors de lessone, & portant seroit quittes: Et cil qui chiet en l'amende au Seigneur, il payera l'amende au Seigneur, se li sires veult, c'est assauoir du pring, ou de la paone sept sols, se plainte en met deuant Seigneur, ou deuant son commandement, se li sire n'y est. Qui de iour sara pris es fruits des bleds, des vignes, des arbres, des proys de faux chemins faicts, & es deffris des bois, il payera trois sols d'amende: Et s'il est prins de nuits, soixente cinq sols au Seigneur payera, se li sire veult; fors que du chemin, dequoy il ne payera que trois sols; soit de nuit, soit de iour: Et si li vngs clame l'autre larron ou meurtrier, il paye trois sols d'amende, se il veult iurer sur saints que il ne l'ait dit que par

ire, & s'il ne le iure ou prouue, il paye soixente cinq sols d'amende, & de la femme aussi qu'il a clammé mauuaise femme. Cils qui faict sang d'armes esmoluë, il paye soixente cinq sols au seigneur, & à celuy qu'il aura feru ses amendes, ainsi comme il y appert, & de pierre, & de baston aussi. Et du sang, du poing, ou de la paume, on d'agresseure, sept sols au Seigneur, & à celuy cui l'on faict sept sols. De gaige recours, trois sols, se le debte est cogneuë, descouuerie prinse soixente cinq sols. Li homs au Seigneur ne puest vendre son heritage à homme d'aultre seignorie, & li vngs le puest faire à l'autre sans parler au seigneur. Quant li homs est mors sans hoirs, sa terre, sa maison, & tuit ses auttres biens reuiaingnent aû plus prochain qu'il ait dedans l'an. Si li prochain tient, l'eschoitte qui est fors du Bourc est au seigneur. Se cil de la franchise sont presens pour la debte au seigneur, le sires les doibt deliurer dedans les quarante iours par son serment, à bonne foy. Se li sires est ou pays ou en la terre, li homs qui est de la franchise, s'il s'en va, il doibt prendre congié, & en puest mener son meuble, & est conduitz à bonne foy: Et s'il s'en va de nuit, il est en la mercy au seigneur. Se li homs estrangers vient en la franchise, il n'est pas en la franchise, iusque tant que li sires, ou ses commandemens l'ait receu. Et touttes ces choses ie ay iurées à tenir & à garder, & l'ont iuré vnze, que Cheualiers, que Damoisels de mes Chastez, à tenir & à garder, & ont encore iuré qu'ils le tesmoigneront iusques à vne iournée de Saulx, se li faire en mesfaisoit de ces choses deuisées. Li homs qui se depart de la franchise, & va en autre seignorie, il ne puet rien reclamer en nul heritage, qui demeure en la terre au seigneur de Saulx, & li sires ne doibt mettre main en homme de la franchise, se n'est pour meurtre ou par larrecin, ou pour iugement, il doiuent aller au cry de la terre au seigneur, & cil qui iroit, pourque il le sauroit, il payeroit cinq sols d'amende. Se aucuns de la franchise veult aller fors de la ville pour son affaire, il & sa mesnie peuuent aller faire leur affaire dés la saint Iehan, iusques à la voille de saint Remy, & la voille, il & sa mesnie doibuent reuenir pour le droit de la franchise. Li sires ne puet auoir ban de vin vendre, ne mais que six sepmaines chacun an. Et est assauoir, que ceste franchise ont iurée par ma requeste, Messires *Foucques de Migno*, Messires *Gauthiers de Courtiuron*, Messires *Iehan de Crecy*, Messires *Eudes de Crecey*, Messires *Hugues Courneaux*, Messires *Poinz Deschalo*, *Iehan* ses freres, Messires Iehan *Dauertanges*, Berthelomer *de Villecomte*, Messires Robert *de Bere*, & Messires *Iehan de Broignon*. Et cil qui tanroient les fiedz des Chastez qui cydessus sont nommé, il referont le serment, ainsi comme cil qui deuant sont nommé. Et se ie son salloye de ces chouses dessus nommées, li prodomme de la franchise esliroient des Cheualiers iusqu'à quatre, lesquels que ils voudroient des Chastez qui ont iuré, & par ceux que ils esliroient, ie lour dois adrecier le tort faict, se ie lour faicts par mon serement. Et se ne lour vouloye adrecier par ceulx, ie pri & requiert le Doyen de Saulx, qui que il soit, que il cessoit en la ville de Saulx, iusque tant que li sires eust adrecié le tort que il feroit à ceulx de la franchise par lesdits Chastez qui l'ont iuré. Et que touttes ces choses soient fermes & estables, ie ay prié & requis, & faict mettre en ces lettres en tesmoignage le seel Messires *Bertholemy* Dyen de Saulx, & le seel *Messire Iehan* seigneur *de Titchastel*, & le seel Messire *Guillaume seigneur de Pontoillier*. Et quant ie seray Cheualiers, & ie auray seel, ie bailleray, & promects à bailler à ceux de la franchise, touttes ces conuenances dessusdittes, escriptes, & seellées de mon seel. Ce est faict l'an de l'Incarnation nostre Seigneur mil deux cent & quarante & six, ou mois d'Auril. Item, ie *Guillaume sires de Saulx* Damoiseaulx, faicts sauoir à tous ceux qui verront ces presentes lettres, & orront, que comme li nobles homs saiges & honorés Messires *Iacques* mes peres, qui fut *Sires de Saulx*, dont Dieu ait l'ame, ait euë, establie & donée, au temps que il viuoit, franchise au Bourc de Saulx, & au franc Bourc, telle comme elle est cy apres **Année 1246.**

diuisée en ces presentes lettres ; ce est assauoir, que cil qui saroit en la franchise du Bourc deuant dit, & du franc Bourc, payeroit, & debura payer vn chascun de lour, chascun an, quinze sols de la monnoye courant à Saulx, par les termines cy-apres diuisées : Ce assauoir le landemain des bordes, sept sols, & le lundy apres la saint Remy, huict sols ; & est assauoir, que cil qui ne payeroit aux termines cy-dessus diuisiez ladite somme d'argent, sa cense doubleroit, & li cousteroit li deniers deux, si ne pourroit monstrer assoine loyal, & s'il pouoit monstrer assoine loyal, il payeroit sadite cense apres les sept nuicts de ce qu'il seroit fors de l'assoine, & pourtant saroit quitte & reposable. Et cil qui chiet en l'amende au seigneur, il la doit payer, si li sires l'en veult leuer, telle comme elle est cy-apres diuisée. Ce est assauoir, qui fiert, ou à feru du poing, ou de la paume, sept sols, se plainte en vient deuant le seigneur, ou deuant son commandement, se li sires n'y est. Et cil qui de iour sera prins aux fruits des bleds, des vignes, des arbres, des preys, & en faux chemins faire, & au deffors des bois, il payera trois sols d'amende : & se il est prins de nuict, il en payera soixente & cinq sols, se li sires les en veult auoir, fors que du faux chemin ; dequoy il ne payera que trois sols, iaçoit ce que il y soit prins de nuit, ou de iours. Et si li vns clame l'autre larron ou meurtrier, il paye trois sols d'amende tant seulement, s'il veut iurer sur saints Euangiles, qu'il ne l'a dit que par irour. Et s'il ne le veult iurer ou prouuer, il doit payer soixente & cinq sols d'amende : & tout ainsi est-il de la femme quant l'on la clame mauuaise femme. Et cil qui faict sang d'armes esmoluës, il paye, & doibt payer au seigneur soixente & cinq sols d'amende, & à celuy cui il aura feru, ses amandes, telles comme raison requiert, & comme elles se affierent. Et tout ainsi est-il de celuy qui fiert, ou de pierre, ou de baston, & telle amande doibt au seigneur, & à celuy qui a feru, & cil qui faict sang de poing, ou de la paume, ou desgrattenure, il doibt payer au seigneur sept sols d'amende, & à celuy cui il a fait sang, sept sols. Et cil qui rescout son gaige, se le debte est cogneu, doibt trois sols d'amende au seigneur, se plainte en est faitte deuant luy, ou deuant son commandement, & descoterie priuée, soixente & cinq sols. Li homs au seigneur ne peust pas vendre son heritaige à home d'aultre seignorie, mas li vns le puet vendre à l'autre sans parler au seigneur. Quant li homs est mors sans hoirs de son corps, sa terre, sa maison, & tuit si autres biens remainent au plus prochain qu'il ait dedans l'an. Se li prochain tient l'eschoitte du Bourc, li eschoitte qui est fors du Bourc est au seigneur. Se cil de la franchise sont prins pour la debte au seigneur, li sires les doibt deliurer dedans les quarante iours par son serement en bonne foy, s'il est au pays en la terre. Li homs qui est de la franchise, s'il s'en va, il doibt prenre congé, & en peust mener son moble tout, & est conduiz en bonne foy, & s'il s'en va de nuict, il est en la mercy au seigneur. Se li homs estrange vient en la franchise, il n'est pas en la franchise, iusqu'à tant que li sires, ou ses commandement l'ait receu. Li homs qui se depart de la franchise, & va en aultre seignorie, il ne puet rien reclamer en nul heritage qui demeure en la terre au seigneur de Saulx. Et li sires ne doit mettre main à home de la franchise, se n'est par murtre, ou par larrecin, ou pour iugement il doiuent aller au cry de la terre au seigneur de Saux, & cil qui n'iroit, puis qu'il le sauroit, il payeroit cinq sols d'amende. Se aucuns de la franchise veult aller fors de la ville pour son affaire, il & sa mesnie peuuent aller faire leur affaire dés la saint Iehan, iusques à la voille de la saint Remy, & la voille, il & sa mesnie doiuent reuenir pour le droit de la franchise. Li sires ne peut auoir ban de vin vandre, mas que six sepmaines chascun an. Et touttes ces chouses donna Messires *Iacques* mas peres dessusdicts, & iura cette franchise à tenir & à garder à tousiours, & s'il le iurerent auec luy pour sa requeste, & par son commandement, vnze que Cheualiers, que Damoyseaulx de ses Chastez, à tenir & à garder cestedittte franchise. Et si iurerent encores, qu'ils

tesmoigneroient iusques à vne iournée de Saulx touttes ces choses cy-dessus diuisées, se li sires en mesfaisoit de riens. C'est assauoir cil qui iurerent cestedite franchise, Messites Fourques *de Migno*, Messires Gauthiers *de Courtiuron*, Messire *Iehan de Crescey*, Messires Eudes *de Crecey*, Messires *Eudes de Courmaux*, Messire *Pons Deschalo*, Iehans ses freres, Messires *Iehan d'Auelanges*, Messires *Barthelomier de Villeconte*, Messire *Robert de Bere*, & Messire Iehan *de Brotgnon*; en tel maniere, que cilz qui tanroient les fiez des Chastez dessus nommez, il feroient le serement de garder ladite franchise, ainsi comme cil le firent qui sont dessus nommez; sur tel condition, que ce mes peres dessusdits forfailloit de ces chouses dessus nommées, li prodommes de la franchise eslisoient des Cheualiers iusques à quatre, lesquels que il voudroient, des Chastez qui ont iuré: Et par ceux qu'il esliroient, il lour deuoit adrecier le tort faict, qui faict lour seroit par son serement: Et se il ne lour vouloit adrecier par ceux, il promit & requist, que li Doyen de Saulx, quel qu'il fut, cesset en la ville de Saulx, iusqu'à tant qu'il auroit adrecié le tort faict que il feroit à ceux de la franchise par lesdits Chastez, qui iuré l'ont. Ie *Guillaume sires de Saulx* deuant dit, veüil, & octroy, & conferme touttes les deuant dittes franchises données & octroyées de mon deuant dit pere, & touttes les conuenances qui sont dessusdites, & par la vaillance de ces presentes lettres les conferme, & amende encores, & accroy lour franchises, en tel maniere. Car ie, pour le loyal seruice de mes homs, lequel seruice i'ay eud'eux & receu, pour le grand prouffit de ma terre, & pour le proffit de mes hoirs presens & aduenir, & pour le mien grand proffit apparissant, donne & octroye, & ay octroy à tous mes homes demeurans à Saulx, ou és finages de Saulx, & à vn chascun, pour luy & à lours hoirs presens & aduenir, tant comme siecles durera, & és hoirs *Menardot du Poiseul*, & à leurs hoirs presens & aduenir à tousiours, demourans au Poiseul, ou au finages, ou à Saulx, ou au finage, toutte la mainmorte que ie, ou my hoir auons & pouons auoir, & debuons à tousioursmais, en eux, & en lours hoirs, & à lours choses, en quelque lieu que elles soient, ou puissent estre, & ou temps dorendroit, & ou temps aduenir: Et se veüil & octroy, que se aucun de eulx, ou de leurs hoirs meurent des ors en auant sans hoirs de son propre corps, que tous li heritaiges, quelque part qu'il soit, & quels qu'il soit, & tous les mobles du mort, & tout li autres biens, en quelque lieu qu'ils soient, demeurent, & soient au plus prochain hoir dudit mort, & ainsi d'hoir en hoir. Apres, ie veüil & octroy, que my homes deuant diz, & lour mesnie, & lour hoir, puissent à tousioursmais, & touttes celles fois que il vorront, tant comme il seront my home, ou homme de mas hoirs seigneur de Saulx, aller faire lour besongnes, & lour affaires, ainsi comme il voudront mieux, en quelque lieu qu'il voudront, en tel maniere qu'il ordone chacune mesnie de leur vns demeure à Saulx, ou és finages de Saulx, qui tienne le manaige; saulue la franchise deuant ditte à eux de mon pere donnée, & en tel meniere, que se ie, ou my hoir seigneur de Saulx, auons guerre ouuerte, de laquelle il conuenist nous & nostre compaignie cheuauchier armés, que d'vn chacun hostel où il auroit personne masle qui peut porter armes, celleditte personne d'vn chacun hostel de Saulx, & des finaiges, & des deuantdiz hoirs Menardot dou Poiseul aussi, vne chacune nuict, tant comme nostre guerre dureroit, & nous cheuaucheriōs armés, seroit tenuë de gesir au Bourc de Saulx, & vn chacun iour pourroit aller faire sa besongne là où il voudroit. Et li hostel où il n'auroit hoir masle tel, saroit quittes de cest giste. Et touttes celles choses dessusdites, & vne chacune chouse par li, ie promet, & ay promis par mon serment donné sur saints Euangiles, pardeuant Symon Notaire de la Court de Langres, tenir, & garder, & accomplir fermement, & permanablement à tousiours, & contre ne venir par moy, ne par autre. Et si ay prié & requis m'amée femme Madame *Marguerite* Dame de Saux, que elle veüille & octroye, & ait fermes & estables ces chouses dessusdites touttes & vne chacune d'icelles. Et ie *Marguerite* deuant ditte, de ma bonne propre volenté, & sur ce

poutueue, veul, loüe, & octroye touttes ces chouses deuant dittes, & vne chacune d'icelles, pour moy, & pour mes hoirs, & par mon serment donné sur saints Euangiles, pardeuant Symon Notaire de la Court de Langres, à la requeste dudit Guillaume, & sans nulle traction, les promet à auoir fermes & estables à tousiours mais : & renonce à tous priuileges, & à tout assignement de douhaire. Et quant à cesdites chouses, & vne chascunes d'icelles tenir, accomplir, & perpetuellement à garder, Nous *Guillaume*, & *Margueritte* deuant dits, mettons nous & nos hoirs en la iurisdiction de la Court de Langres, sans reclamance d'autre Court, ne d'autre seignorie : & auons prié & requis au deuantdit Symon Notaire, que, il, ces presentes lettres fasse seeller par l'Official de Langres, du seel de la Court de Langres, auec le seel de moy deuant dit Guillaume. Et ie deuant dit Guillaume, par moy, & à la requeste de Madame Margueritte ma femme, ay mis mon seel en ces presentes lettres, auec le seel de ladite Court de Lengres, par tesmoignage de verité. Et nos Officialis Lingonensis prædictus, ad requisitionem prædicti Symonis Notarij curiæ Lingonensis, mandati nostri iurati ad prædicta omnia à dictis Guillelmo & Margareta loco nostri audienda, nobis specialiter destinati, qui Symon prædicta omnia, & eorum singula à dictis *Guillelmo* & *Margareta*, in ipsius Symonis præsentia, prout superius expressa sunt & diuisa, facta, recognita & promissa fuisse nobis retulit; cui fidem super his adhibemus plenariam, & cui, quantum ad promissa loco nostri audienda commisimus vices nostras, præsentibus litteris sigillum curiæ Lingonensis, vna cum sigillo prædicti Guillelmi duximus apponendum in testimonium veritatis. Datum & actum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, mense Octobris. Item, nous *Eudes Dux de Bourgoingne*; faisons sauoir à tous, que comme li homme, & li Habitant de nostre Chastel de Saulx eussent esté plaintis à nostre chier seigneur & frere le Duc Hugue, cui Dieu ait l'ame; disans que ou temps passé, auant ce que Saulx fut en la main de nos deuantiets Ducs de Bourgoingne, li diz habitans ne payoient pour clain, & pour ny que trois sols, & non plus, & que *Huguenin d'Ostun*, qui premier gouuerna audit lieu de Saulx pour les Ducs de Bourgoingne nos deuantiers, les efforça premiers à plus grand amende payer, pour clain, & pour ny, que il ne faisoient deuant. Si requeroient en suppliant, que il fussent remis en lour ancien estat, à ce qu'ils ne fussent contraints à payer plus de trois sols pour clain, & pour ny. Nous & nostre Conseil auons veu diligemment vne requeste sur ce faitte par nostre Bailly de la Montaigne: pourquoy nous disons & prononçons par Arrest de nostre Court, que ledit habitant saront mis & ramené en lour ancien estat, que il ne payeront pour clain & pour ny que trois sols d'amende, si comme ils souloient anciennement. Donné à nos iours generals de Beaune, qui commancerent landemain de l'octaue feste de Toussaints, l'an de grace mil trois trois cent & quinze, dessoubs le seel és causes de nostre Court. Nos autem litteras superscriptas omniumque & singula in eisdem contenta rata habentes, & grata, ea volumus, laudamus, approbamus, ratificamus ac de .... gratia & auctoritate Regia, tenore præsentium, confirmamus, nostro in aliis & alieno in omnibus iure saluo. Datum & actum in Castro nostro de Tolento propè Diuionem, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tertio, mense Iunij. *Lesquelles lettres dessus transcriptes estoient ainsi signées, Per Regem ad .... Druhem. Collatio facta est cum litteris originalibus his præsentibus insertis per me Druhem.* Et comme *Iehan Valée*, à present nostre Gruyer de Bourgoingne, se soit entremis, & ait voulu sauoir en son nouuel aduenement au gouuernement de nostre Grurie, les libertez & franchises, & vsaiges que aucuns nos subiets ont en nos forests de Bourgoingne, & se de celles il vsoient dehument en la maniere que il debuoient : & il ait treuué les habitans de Saulx, & de Pouiseul abusans en aucune maniere contre la teneur des libertez & franchises données à iceux en nos

forests

forests par nos predecesseurs seigneurs de Saulx, & confermées par nostredit seigneur & pere, dont Dieu ait l'ame : Quant aux Habitans de Saulx, & autres, si comme plus à plain est contenu en ses lettres cy-dessus transcriptes, & pource ait faict mettre, & mis de faict en nostre main lesdites franchises, libertez, & vsaiges, & .... aux Habitans desdites villes, que il ne vsassent d'icelles iusques à tant que nous eussions sur ce ordonné ce qui en deburoit estre de raison : Et lesdits Habitans desdites villes de Saulx, & du Poiseul se soient traits pardeuers nous, & nous aient supplié humblement, que l'empeschement que nostredit Gruier auoit mis en loursdites libertez, franchises, & vsaiges, nous voulsissions oster, & faire oster, & leuer à plain nostre main : Nous, en deliberation, & aduis sur ce à plusieurs de nostre Conseil, auons voulu & octroyé, & encores voulons & octroyons par la teneur de ces presentes, de grace especial, & certaine science, que l'empeschement qui mis auoit esté en loursdittes franchises & vsaiges soit osté du tout : Et nous dés maintenant le ostons, & volons nostre main estre leuée tout à plain, & que doresnauant, eux, leurs hoirs & successeurs demourans esdites villes, en ioïssent en la maniere que faisoient parauant l'empeschement mis, ainsi comme il est contenu esdites lettres de nostredit seigneur & pere, & ainsi par telle maniere voulons ioïr & vser desdites franchises, libertez, & vsaiges; *Iehan* fils, Odor *Grossteste*, & de Margueritte sa femme, fille de Robillant de *Tarsu*, & ses hoirs & successeurs, nonobstant qu'il ne soit des Habitans desdites villes, en la maniere que ses predecesseurs en ont vsé, si comme il nous est apparu par lettres instrumens. Et en outre, d'abondant, & en ampliant nostredite grace & octroy, volons, consentons, & nous plaist, que tous les Habitans desdites villes de Saulx, & du Pouiseul, & lours hoirs & successeurs demeurans esdittes villes; & ledit Iehan, & ses hoirs & successeurs, puissent, & doient ioïr & vser à tousioursmais perpetuellement en nostredite forests dessusdittes, des franchises, libertez, & vsaiges cy-apres contenus; c'est assauoir premierement, que se aucuns desdits Habitans, & ledit Iehan, & lours hoirs & successeurs, sont pris és deffors de nos bois de Saulx, & du Poiseul, coppant bois, excepté pruniers & poiriers, ou chargeant chars, charrettes, ou à son col, que il en puissent mener ou porter lours charges en lours hostels tant seulement, pour trois sols d'amande payant, sans autre poursuitte, & non plus. Item, li diz Habitans, & ledit Iehan, & lours hoirs & successeurs ayent lour vsage en tous lesdits bois, de prenre tous bois mors & secs, & mener à chars, charrettes, ou porter au col en leurs hostels, ou là où bon leur semblera, pour vser tant seulement sans amende. Item, que ou cas que il y auroit aucun des dessusdits, ou de lours hoirs & successeurs, qui apporteroient à lours cols dudit bois mort, que il puissent prenre & coper esdits bois la roorte pour loyer lours fais, sans amende. Item, que les dessusdits, & lours hoirs & successeurs, puissent chacun an cueillir, ou faire cueillir esdits bois, en moissons, des liens pour loyer lours bleds, aueines, & autres grains, sans amende, ainsi comme ils en ont vsé de tout temps. Item, que les dessusdits, & lours hoirs & successeurs puissent prenre & copper esdits bois des espines pour clorre lours champs és bois plus prochains desdits champs, pour cause des bestes sauuaiges, qui chacun an lour gastent lours bleds. Item, que les dessusdits, & lours hoirs & successeurs, puissent pasturer, & faire pasturer en nos bois dessusdits, touttes lours bestes grosses & menuës, excepté chievres en tout temps sans amende, sauf tant que se elles sont prinses de iours en reuenuës, non agiez, que li troppeaux desdittes bestes grosses ou menuës, ensemble lours pasteurs payeront l'amende deuë selon la coustume generalle de Bourgoingne. Et se elles sont prinses sans garde, par nuict, ou par iour, ou par nuict à garde, ceux à qui les bestes seront, payeront l'amende accoustumée. Item, que les dessusdits, & lours hoirs & successeurs, puissent pasturer, & faire pasturer tous leurs porcs en nosdits bois en tout temps,

en paiſſons, & hors paiſſons, que il auront de lour nourruege, ſans aucune redeuance ou amende payer à nous, ainſi comme ioy, & vſé en ont de tout temps. Item, comme les habitans de la ville de Pouiſeul ayent certains heritaiges, charmes, & autres chetiues terres aſſiſes ou finaige dudit Pouiſeul dés ladite ville, tendant à la grand......... de la charme de Pouiſeul, ainſi comme la charme l'emporte, & de l'autre part tendant à la foreſt de Saulx, & au finage d'Auellanges, iuſques au ſentier qui va du Pouiſeul as bois du Mez, enuers le finage de Barion, & d'Auoul; eſquels heritages l'an ne labeure ne curtiue pas de quarante iournaulx vn, pource qu'ils ſont tierſables à nous, c'eſt aſſauoir de douze gerbes les deux. Et pource que paine n'y pourroit eſtre ſauuée par ceux qui les labouroient, elles demeurent en ruine, & vont leſdits Habitans plus de la moitié labourer & cultiuer autres terres és finages des villes d'Auellenges, de Tarſu, & de Courtiuron, pource que elles ne doibuent que diſme, c'eſt aſſauoir de douze gerbes vne. Nous voulons & nous plaiſt, que d'oreſnauant ladite tierce ceſſe, & que il ne payent que de douze gerbes vne, leſquelles lettres de noſtredit ſeigneur & pere, que Dieu abſoille, cy-deſſus tranſcriptes, & le contenu en icelles, auec les libertez, franchiſes, & vſaiges deſſuſdits, que à preſent leur donnons & octroyons aux deſſuſdits, & à lours hoirs & ſucceſſeurs, nous loüons, gardons, & approuuons, & de certaine ſcience, & grace eſpecial, confermons, & les volons demorer en lour force & vertu à touſioursmais perpetuellement. Et promettons en bonne foy, pour nous, nos hoirs & ſucceſſeurs, auſdits habitans de noſtredite villes de Saulx, & du Pouiſeul, & audit Iehan, & à lours hoirs & ſucceſſeurs, à auoir fermes & agreables tourtes les chouſes deſſuſdittes, ne contre la teneur d'icelles ne voulons eſtre faict aucune chouſe ou temps aduenir. Et que ce ſoit ferme chouſe, & eſtable à touſiours, nous auons faict mettre noſtre ſeel à ces lettres, ſauf en autres chouſes noſtre droit, & l'autruy en tourtes. Ce fu faict à Diion l'an de grace mil trois cent ſoixente onze, ou mois de Decembre. *Leſquelles lettres cy-deſſus tranſcriptes eſtoient ainſi ſignées en deux lieux* par Monſeignor le Duc, *Chappelles.* Collation faitte auec les lettres originals deſſus tranſcriptes par moy Chapelles, en teſmoing des chouſes cy-deſſus tranſcriptes par moy, *Iacot Noiſit* Tabellion deſſuſdit, collation faite par moy à l'original à la requeſte de pluſieurs des Habitans des villes de Saulx, & du Pouiſeul, ay requis & obtenu le ſeel de la Court de la Chancellerie Monſeigneur le Duc de Bourgoingne, eſtre mis à ces lettres, le premier iour du mois de Iuillet, l'an mil trois cent quatre-vingt & vnze.

Vente de quarante liures de rente par Hugues de Trichaſtel, & ſa femme.

GE *Hugues de Trichaſtel* ſires de Coulans, & ge *Sebille*, femme audit Hugon, faſon ſauoir à touz cels qui ces lettres verront, que comme *Alays Ducheſſe* mere à nouble Baron *Hugon* Duc *de Borgoine*, ait doné *Alays* la femme Monſeignor *Guion ſeignor de Verdun*, qui fu mere de moy Sibille, quarante liures de terre à Digenois chacun an, leſquex deuoient eſtre randuës des ranres & des biens à ladite Ducheſſe. Et ladite femme au ſeignor de Verdun pere de moy Sebille, & à ſes hoirs, & ces quarente liurées de terre fuſſent venuës por heritaige à moy Sebille: Nos les auons por noſtre beſoing, & por noſtre proffit, audit Hugon Duc de Borgoine vanduës ces quarante liurées de terre, & à ſes hoirs perpetuaulment, quatre cent liures de Viennois. Deſquex quatre cent liures, ge li diz Hugues de Trichaſtel, & ge Sebille ſa femme, nos tenons à paiés en deniers contans antierement: Et de ces quarante liurées de terre nos nos fumes deueſtu, & ledit Duc en auons veſtu corporément, & promettons, & auons promis pour nos fairemanz, en bonne foy, que des or en auant contre ceſte vanduë ne vanrons, ne eſdites quarante liurées de terre, riens des or en auant ne demanderons, ne ferons; & fumes tenu audit

Duc, & à ses hoirs ladite vanduë garantir à touz iors. Ceste vanduë dessusdite, ge *Guis* sires *de Verdun* deuant diz, ay voluë, & vuil, & outroy, & ou tesmoignage de ce que ie ay mis en ces presentes lettres mon seal. Et parce que ge diz Hugues de Trichastel, & ge Sebille sa femme, n'auons seaul; Nos ou tesmoignage de cesdites choses, auons fait à mettre és presentes lettres le seal *Jahan seignor de Trichastel*, frere de moy Hugon seigneur de Coulans. Et ce fu fait en l'an de l'Incarnation nostre Seignor 1246. ou mois de May. Année 1246.

Tiltre pour la Garde du Prioré de Couches.

NOs frater *Iohannes* humilis *Abbas* & Conuentus *Flauiniacensis*, notum facimus omnibus præsentes litteras inspecturis, quod nos concedimus illustri viro *Duci Burgundiæ*, quòd quicquid fecit illustrissimus *Philippus* bonæ memoriæ *Rex Francorum* illustrissimo viro *Odoni Duci Burgundiæ* patri prædicti Ducis, de custodia villæ de Couches, & pertinentiarum Prioratus de Couches, & iure custodiæ, committendo, tradendo, donando, seu quocumque alio titulo concedendo, ratum habemus, & in perpetuum gratum penitus & acceptum: volentes & concedentes, vt prædictus Dux & eius hæredes, prædictam custodiam & iura ipsius custodiæ habeant, & pacificè custodiant, & possideant in perpetuum, sicut hactenus habuerunt & pacificè possederunt; nolentes ipsos super dicta custodia ab aliquibus de cætero molestari. In cuius rei testimonium, præsentibus litteris sigilla nostra apposuimus. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, mense Iunio. Année 1246.

Tiltre de Vuillemin de S. Seigne.

NOs *Hugues* par la grace de Deu *Euesques de Lengres*, faisons sauoir à touz ces presentes lettres, que *Vilemins de Sein Ceigne*, qui fut fez Monseignor Perron de Sein Ceigne, a promis par bonne foy au Duc de Borgoigne, que s'ils ne pouoit racheter sa chose de Athées, que il a vendu son oncle Monsoignor Hugon de Sein Ceigne, que por deux cent liures desteuenans, de feste Sein Reine, qui vient en vn an, si com il nos a fait à entendre, li deuant diz Villemins de Seint Ceigne panroit autant de terre an fié & anchasemant dou Duc de Borgoigne à Aure. Et porce que ceste chose soit ferme & estable, nos deuant diz Euesques de Lengres, auons bailliez nos lettres saelées de nostre seaul au Duc de Borgoigne, por lou commandement, & por la proiere dou deuant dit Guillemin de Seint Ceigne. Et cestes lettres furent donées au tans que li nombres des années nostre Seignor estoit de mil & deux cent & quarante six, en la deraigne semeinne de Septembre. Année 1246.

Acquisition faite d'Eudes Ruyns Cheualier &c.

EGo Odo *Ruyns*, miles, notum facio præsentibus & futuris, quòd ego, pro negociis meis vtiliter expediendis, laude & assensu *Renardæ* vxoris meæ, & *Guillelmæ* & *Blondæ*, filiarum mearum, vendidi & concessi in perpetuum viro illustri & domino meo *Hugoni Duci Burgundiæ*, & hæredibus suis, quicquid habebam, tam in *Comitatu Cabilonensi*, quam in Castellania de *Montcenis*, pro trecentis libris Viennensibus, de quibus me tenui penitus pro pagato. Promisi etiam pro me & hæredibus meis, quod contra venditionem istam de cætero nullo modo contraueniam, nec aliquem contrauenire permittam. Immo teneor contra omnes bona fide garantire: abrenunciates, &c. Et sciendum, quod in isto Mercato, ad maiorem certitudinem, comprehenditur quicquid habebam in dicto Comitatu Cabilonensi & Castellania de Montcenis, tam in hominibus, quam iusticiis, terris, pratis, nemoribus, aquis, pascuis, & in omnibus prouentibus aliis. In cuius rei testimonium sigillum meum præsentibus apposui. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, mense Februario in crastino Bordarum. Année 1246.

Adueu du sire de Saffres.

EGo *Herueus* dominus *Saffrarum*, notum facio omnibus litteras præsentes inspecturis, quòd ego accepi, tanquam alleudum meum, de domino Duce Burgundiæ, totam fortérissiam *de Campo Renaudi*, & medietatem villæ, quam dominus *Guido* filius meus de me tenet, quandiu vixero. Alia medietas dictæ villæ est de feodo Domini *Montis sancti Iohannis*. Stagnum, molendinum li Foleor & li Bateor, sunt de feodo domini Episcopi Eduensis. Dictam autem forterіciam, & dictam medietatem dictæ villæ, teneor domino meo Duci Burgundiæ contra omnes bona fide garantire. In cuius rei testimonium, vt magis ratum & firmum habeatur, præsentibus litteris sigillum meum apposui. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mense Maij.

Année 1247.

Homage de Mathilde Comtesse de Neuers, à Alexandre Euesque de Chalon.

NOs *Mathildis Comitissa Niuernensis*, notum facimus vniuersis, quòd nos facimus homagium manuale, domino *Alexandro* Dei gratia *Episcopo Cabilonensi*, de feodo quod ab ipso tenemus. Quod est tale, Baigniaux, Bellum videre, Vitien, Branché, Ienoille, Landes, Riciacum, & vltra, & quidquid continetur in percursu sancti Vincentij, & magnum terragium apud Molesme & Chaones. Propter hoc autem feodum, in recognitione debemus reddere eidem Episcopo & successoribus suis in perpetuum, in festo sancti Vincentij, quadraginta Pruuinienses solidos annuatim: & nos & hæredes nostri tenemur facere successoribus suis, pro eodem feodo, homagium manuale. Promisimus etiam eidem Episcopo, bona fide, quod si quid amplius reperire possimus, quod de suo feodo moueat, nos ei similiter recognoscemus. In huius rei testimonium, robur atque memoriam, præsentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari. Actum apud Colungas super Yonam, anno Domini M. CC. XLVII. mense Iunij, die Dominica in quindena Penthecostes.

Année 1247.

Le Côte de Neuers Garde des biens de l'Abbaye de Pontieres à Mussi.

NOvs Freres *Miles*, par la grace de Dieu *Abbés*, & tous li Couans de l'Eglise de *Pontieres*; faisons sçauoir à tous ceus qui ces lettres verront, que nous, de nostre gré que faire le poons, le noble Baron Monseigneur *Gauchier de Chastellon*, seigneur de saint Aignien au Berry, & ses hoirs apres luy qui le Comté de Neuers tanront, auon apelé à gardain à toutes les choses que l'Eglise de Pontieres ha à Mussi sur Saigne, an homes, an fames, an iustises, & en toutes autres choses, & il, pour luy, & pour ses hoirs que le Comte de Neuers tanront, l'a receuë, & promis an bonne foy, que il & li hoir deuant dit, ces choses deuant dittes de Mussi garderont & sauueront, selon la teneur de ses lettres seellées de son seel, & si comme il est contenu és lettres au nobles Barons *Heruieu* qui fut *Cuens de Neuer*, & *Milon* qui fut *Cuens de Bar* sus Saigne; par telle droiture prenant, comme li Cuens Heruieu deuant dis prenoit an ces choses deuant dittes. Et pource que ceste chose soit ferme & estable, nous auons ces lettres faittes seeller de nos seiaux. Ce fut fait en l'an de l'Incarnation nostre Seigneur mil deux cens quarante set, au mois de Iuil.

Année 1247.

Adueu de Maisy, par le Sire de Noyers.

EGo *Milo dominus Noeriorum*, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd cùm ego villam *de Maiseio* teneam in feodum & casamentum ligium, ab illustri viro & domino meo karissimo *Hugone Duce Burgundiæ*, & ibi quandam fortem domum ædificauerim: Ego illam domum fortem, & mei hæredes similiter, tenemus & debemus tenere à dicto Duce & suis hæredibus, iurabilem & reddibilem contra omnes, ad magnam vim & ad paruam.

In cuius rei testimonium, sigillum meum præsentibus apposui. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mense Augusto. Année 1247.

Donation de la premiere année des Prebendes qui vacqueront à la Sainte Chapelle de Dijon.
Extrait du Chartulaire de la Sainte Chapelle de Dijon.

NOs *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd cùm donatio Præbendarum Capellæ nostræ Diuionensis, ratione iuris patronatus ad nos pertineat, volumus & concedimus, vt quotienscumque Præbendam vel Præbendas in dicta Capella vacare contigerit, fructus illius Præbendæ, vel Præbendarum illarum, per annum integrum in augmentum & vtilitatem dictæ Capellæ integraliter conuertantur, priusquam Canonicus, siue Canonici, cui vel quibus conferetur seu conferentur de cætero Præbenda vel præbendæ in dicta Capella, aliquid percipiat seu percipiant in eadem, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis. Per istud tamen concessionis nostræ beneficium nolumus, quod Ecclesiæ sancti Stephani Diuionensis aliquod præiudicium generetur : Et in huius rei testimonium, præsentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, mense Maio, die Mercurij post festum beati Iohannis ante portam Latinam. Année 1248.

NOs *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd cùm discordia esset inter nos, ex vna parte, & religiosos viros Abbatem & Conuentum sancti Benigni Diuionensis, ex altera, super eo quod dicti Abbas & Conuentus, volebant habere omnia bona mobilia & immobilia hominum qui à dominio ipsorum ad aliud dominium se transtulerunt: Nos ipsos Abbatem & Conuentum inuestimus, secundum tenorem litterarum suarum, de omnibus bonis mobilibus & immobilibus omnium hominum, qui ab anno Domini M. CC. XXXV. mense Februarij, à dominio dictorum Monachorum ad aliud se dominium transtulerunt. De bonis verò hominum qui ante dictum terminum ab ipsorum dominio recesserunt, & de domibus constructis extra fossata Castri de Talant, ab hominibus eiusdem Castri, quas dicti Monachi petebant destrui, vtpote ædificatas in terra dictorum Monachorum contra voluntatem ipsorum vt dicebant : & super eo quod homines de Talant deducunt pecora & animalia sua per terras, prata, & pascua dictorum Monachorum pascendi causa, contra voluntatem ipsorum. Item super eo quod homines de Talant reædificauerunt Pontem subtus Talant, super aquam, qui destructus fuerat per compositionem factam inter nos & Monasterium sancti Benigni. Item super eo quod homines prædicti de Talant & de Diuione, piscantur in aqua dicti Monasterij inuitis Monachis, & etiam quandoque cum violentia. Item super eo quod dicunt Abbas & Conuentus prædicti, quod Boisseria subtus Talant, quam nos tenemus cum Ecclesia sancti Benigni, sicut continetur in litteris nostris & prædecessorum nostrorum. Item super eo quod homines de Lantenay, pro voluntate sua capiunt & extirpant nemus dictæ Ecclesiæ quod dicitur li fais de Borda, & hoc idem faciunt homines de Talant de nemoribus de Prunay. Item super eo quod Præpositus de Diuione, de nouo pendidit quemdam hominem qui captus detinebatur in terra sancti Benigni Diuionensis à seruientibus dictæ Ecclesiæ, pro forefacto quod in terra dictæ Ecclesiæ fecerat, cum nos non haberemus aliquam iusticiam magnam siue paruam in terra sancti Benigni, sicut dicti Abbas & Conuentus asserunt in nostris litteris contineri. Item super eo, quod mater nostra detinet clausum de Surdille, quod concessum fuit patri nostro ad vitam suam tantum, sicut in ipsius litteris, dicti Abbas & Conuentus asserunt contineri. Item super eo quod dominus Dux pater noster, commendisiam quam habebat apud Vinox, & apud Paigniacum, & alibi, ratione gardæ, posuit in alterius manu, cum hoc non

possset facere secundum tenorem litterarum suarum, sicut dicunt prædicti Abbas & Conuentus: & de aliis querelis quas proponere voluerunt, compromisimus in dominum *Hambertum de Rouure*, militem, ex parte nostra, & prædicti Abbas & Conuentus in fratrem *Nicholaum*, Eleemosynarium sancti Benigni Diuionensis. Et si ipsi vel alter ipsorum morte, quod absit, vel alio modo impediti dummodo interesse non possent, compromisimus in dominum *Arnerium* militem *de Nuiz*, & Sacristam sancti Benigni Diuionensis; sub hac forma, quod quicquid dicti Arbitri, super prædictis, pace vel iudicio terminabunt, infra Purificationem B. Mariæ Virginis ratum & firmum habebitur, tam à nobis quam ab Abbate & Conuentu supradictis. Et faciemus dictum arbitrium, per totum posse & dominium nostrum firmiter obseruari. Et de dicto arbitrio obseruando, tam nos quam Abbas prædictus, præstitimus corporaliter iuramentum; promittentes sub pœna ducentarum marcharum dictum arbitrium obseruare. Et de hoc firmiter & fideliter obseruando, dedimus fideiussores pro nobis dictis Abbati & Conuentui, de ducentis marchis argenti, videlicet dominum *Eurardum Diuitem* militem Diuionensem, de centum marchis, & *Odonem Diuitem* fratrem eius, de aliis centum marchis: qui Eurardus & Odo prædicti, de dictis ducentis prædictis marchis tenentur Ecclesiæ sancti Benigni, fide eorum corporaliter præstita, si de arbitrio seu de compromisso resiliremus prædictis. Ipsi autem iurabunt ad sancta Dei Euangelia, quod bona fide in dicto procedent arbitrio, & vtrique parti ius suum secundum quod crediderint & iustum fuerit, reddent, sine personarum acceptione. Et si fortè dicti Arbitri, infra dictum terminum dictum arbitrium non potuerint terminare, aut in vnam concordare sententiam, poterunt terminum prorogare, & secum tertium euocare; videlicet religiosum virum Abbatem Cistercienſem, qui si concordauerit cum altero prædictorum ipsorum arbitrium, inuiolabiliter obseruabunt bona fide. Si verò ille tertius cum altero prædictorum conuenire nequiuerit, vel noluerit, seu morte vel alio modo expirauerit compromissum: dicti Abbas & Conuentus, ex tunc in antea, querimonias suas deponent vbi debebunt. Quod vt ratum & stabile inposterum perseueret, præsentibus litteris sigillum nostrum in testimonium duximus apponendum. Datum anno Domini 1248. mense Iunio.

Année 1248.

Accord entre le Duc, & l'Abbé & Conuent d'Oingny, pour le pariage de Baigneux, &c.

NOs *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facimus omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd cùm viri religiosi *Abbas* & Conuentus *Ongeacensis*, nos & hæredes nostros associauerint in territoriis suis de Baigneux & aliorum territoriorum, in aliis litteris nostris super hoc confectis contentorum, prout in aliis litteris nostris plenius continetur: nos volumus & concedimus, & ad hoc, nos & hæredes nostros specialiter obligamus, quod non obstante hoc quod in aliis litteris nostris continetur, quod nos & hæredes nostri, Maiorem, vel Præpositum, seu seruientem, in prædicto herbergamento seu villa de Baigneux ponere debeamus pro nobis & pro dictis Abbate & Conuentu, & de communi assensu nostro & ipsorum, in eodem herbergamento, seu villa, de cætero annuatim ponatur Maior vnus, vel Præpositus vnus, seu seruiens vnus, qui ante ipsum habebitur pro Maiore, vel Præposito, seu seruiente, annuatim, iurabit fidelitatem Ecclesiæ Ongeacensi, & iura ipsius Ecclesiæ & nostra manutenere & seruare. Et ne inter nos, & ipsos seu hæredes nostros & successores eorumdem oriri possit in posterum contentio, confitemur & recognoscimus, dictos Abbatem & Conuentum, & eorum successores habere & debere plenè & penitus, in prædicto herbergamento seu villa, cum omnibus pertinentiis eorumdem, eamdem iusticiam, potestatem, & iurisdictionem, & vim per omnia, quam nos & hæredes nostri habemus & habere possumus in prædictis. Concessimus autem dictis Abbati & Conuentui, & eorum successoribus, quod si in

prædictis locis vel pertinentiis, vel iuxta, aliquid de nouo ab aliquibus aliis acquisierimus, dicti Abbas & Conuentus, soluta medietate pretij, medietatem sic acquisitam habeant, quod & nobis & nostris heredibus similiter concesserunt. Hæc autem omnia, dictis Abbati & Conuentui, & eorum successoribus, concessimus, sicut superius sunt expressa. In præmissorum autem testimonium, autoritatem, & munimen, præsentibus litteris sigillum nostrum fecimus apponi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, mense Iunio. Année 1248.

GE Guillaumes de Chanlite, Vicoms de Diion, & sires de Pointoillier, faz sauoir à touz ces qui verront ces lettres, que i'ay repris liegemant de mon tres-cher seignor *Hugon Duc de Borgoine*, la Marche, ansamble les appartenances, an bois, & en terres, & en aignes, & en prez, an iostises, aussi en terres cornies, cum au descortinées, an l'accroissement de son fié que ie tien liegement de luy: & ou tesmoignemant de ceste chose, ie ay fait mettre mon seaul en ces presentes lettres. Et ce fu fait en l'an de l'Incarnation de nostre Seigneur mil deux cent cinquante, ou mois de Marz. Année 1250.

Chartre, pour les Religieuses de Lisignes. *Extrait du Chartulaire de Tonnerre.*

NOS *Mathildis Comitissa Niuernensis*, notum facimus, quod nos, amore Dei, & ob remedium animæ nostræ, dedimus & in perpetuum concessimus, in puram & perpetuam eleemosynam, Deo & domui Monialium *de Lisigniis*, vsuagium suum, ad vnam quadrigam, in nemore nostro de Gransay, & vbi illi de Cruisiaco vtuntur, videlicet ad nemus mortuum quod non defert fructum, & ad nemus mortuum, ad duo capita iacens super terram, ad opus ipsius domus tantum. Et quatuor modios vini, annuatim percipiendos, tempore vindemiarum, in decimis nostris de Tornodoro. Promiserunt autem nobis Abbatissa & Conuentus ipsius domus, bona fide, vnam Missam de sancto Spiritu, qualibet hebdomada, quamdiu vixerimus, & post obitum nostrum, nostrum anniuersarium, annuatim in dicta domo sua in perpetuum sollempniter celebrare. In cuius rei testimonium, nos eisdem Abbatissæ & Conuentui nostras præsentes litteras concessimus, sigilli nostri munimine roboratas. Datum apud *Tornodorum*, die Iouis proxima ante festum Omnium Sanctorum, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mense Octobris. Année 1251.

Confirmation.

Item, la seconde lettre, si s'encommance en ceste forme. A tous ceux qui ces presentes lettres verront. *Margueritte* par la grace de Dieu *Reygne de Ierusalem & de Sicile*, Comtesse de Tournerre, & Dame dou Mainne, salut à nostre Seigneur. Sachant tuit, que por le sauuement de nostre ame, nous hauons estably & fundé vne Chapellenie en l'Abbaye des Dames de Lisignes, de l'Ordre de Cytiaus, de la Diocese de Langres, & pour la soustenance de vng Chapelain, qui tous iors mais chantera à leur grant Autel, nous hauons donné, & encore donons en perdurable aumosne, ausdites Dames, & audit Monstier, dix muis de vin de rente sur nos dismes de Tournerre, en telle maniere, que ce ne soit pas dou pieur ne dou meilleur, mais de conuenable, à prendre chacun an, & à hauoir perdurablement en nostre celier de Tournerre, à la Natiuité nostre Seigneur. Apres nous leur hauons donné sept vins & dix liures de Tournois en deniers contens, que elles ont ia heu & receu. Et volons & octroyons, que elles en puissent acheter rente en nostre terre, hors des fiés frans, à croistre la Chapellenie pour la soustenance dou Chapelain. Et les dix muis de vin deuant dis, & la rente que elles acheteront des sept vins & dix liures, nous leur donnons en pure aumosne, & leur amortissons audit Monstier, & aux Dames, à pourseir perdurablement: & volons que tuit sachent que nous leur auons amorty, & le leu ouquel elles habitent, & toutes les


choses que elles hont conquis iusques au iour dehuy en nostre Conté de Tournerre, sauue nostre Garde, & nostre Iustice. Et nous tenons à paiée de quauque elles nous deuoient pour l'amortissement rendre, selon l'establissement dou Roy de France, & l'Abbesse, & les Dames, hont obligé elles, & toutes celles qui venront apres elles ou Monstier, & en l'Abbaye de Lisignes, à perpetuer & continuer ladite Chapellenie pardurablement, & à faire nostre anniuersaire chacun an sollempnelment, & de reciter ceste ordonnance chacun an au iour de nostre obit, apres la Kalende, en la presence dou Conuent, si comme il est contenu en leur propres lettres de l'Abbesse & dou Conuent, & és lettres de l'Abbé de Clereuaus leur propre Abbé, & és lettres de nostre seigneur l'Euesque de Lengres, qui le conferment de leur lettres & de leur seaulx. Et en tesmoing de verité, & toutes les choses deuant dites soient tenuës loyaument & perdurablement: Nous hauons donné ausdites Dames ces
Année 1288. lettres seellées de nostre seel. Ce fu donné en *Mainne* en l'an de nostre Seigneur mil deux cens quatre vins & huit, ou mois de Iuings.

Extrait du Chartulaire de Vergy.

OCTAVO Idus Martij obiit domina *Aalidis Ducissa Burgundiæ*, quæ posuit primum lapidem in Monasterio primo nouo, & dedit nobis ad opus dicti Monasterij centum libras Viennenses, & postea plusquam sexcentas libras Diuionenses, ad opus prædictum. Præterea dedit nobis centum solidos censuales in stallis de Nuiz.

Beraudus domicellus de Gilegio, remittit omnem querelam Priori de Anfunuilla, super medietate mansi de Mota. *Ex Chartul. Benigniano.*

EGo *Beraudus* domicellus *de Gilegio*, notum facio vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd cùm controuersia verteretur inter me ipsum, ex vna parte, & Abbatem & Conuentum S. Benigni Diuionensis, & Priorem de Anfunuilla, ex altera, super medietate mansi de Mota, cum appendiciis suis, & super terris, pratis, redditibus, & rebus aliis, quæ omnia dicebam ad ius & proprietatem meam iure hæreditario pertinere, sed me numquam fuisse in vera possessione. Et prædicti verò Abbas & Conuentus Diuionensis, & Prior de Anfunuilla, omnia supradicta mihi denegarent: tandem, de bonorum virorum consilio, pro salute & remedio animæ meæ & omnium antecessorum meorum, de laude & assensu *Adelinæ* vxoris meæ, & *Odonis* & *Petri* filiorum meorum, & *Adelinæ* filiæ meæ, dedi & concessi in perpetuam eleemosynam, quietè & pacificè, in perpetuum possidendam, Deo & Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis, & Ecclesiæ de Anfunuilla, quicquid iuris habebam vel habere seu reclamare poteram in omnibus supradictis; & hæc omnia, ego & vxor mea, & filia & filij mei supradicti, in facie Ecclesiæ de Castellione penitus acquittauimus. In cuius rei testi-
Année 1252. monium & memoriã, nobilis viri *Theobaldi domini Noui Castri* & Iunciuillæ, & *Stephani* Curati de Castellione sigilla apponi fecimus. Actum an. Domini M. CC. LII.





KALEN-

KALENDIS Aprilis, obiit *Anxellus* Episcopus *Heduensis* qui dedit huic Ecclesiæ quadraginta libras Diuionenses, pro quibus assedit Capitulum quadraginta solidos censuales in pedagio de Belna pro anniuersario suo faciendo inter præsentes. *Extrait du Chartulaire de Vergy.*

NOS *Iahanz Cuens de Burgoinen*, & sires de Salins; façuns sauoir à tous ces qui verrunt ces presentes lettres, que cum nos tenesens en fié lige deuant toz home de noble Barun *Hugun Duc de Burgoinne*, Chastel-Challun, Sonans, Chaucins, Poupet, les Cloies, Montfort, & ce que Messire *Guillaumes de Chabis* tenoit de nos, & le fié de Mascun, & la Marche en Broisse, & Lessart, & les bois de saint Germain & Montiay, & toutes les choses que l'en tient de nos és Chastelenies de ces Chasteaux: Nos li accessunt sesdits fiés de saint Aignen & de Reigne, ensi cum li sires de *Rans* le tient de nos, & de nostre Chastel desus Salins, qui est apelez Chastel Belin, & sumes entré en lomenage le Duc ligemant & en lomaige Odot segnor *de Borbon* sun fil, sauue la feauté le Duc son pere, & ansimant *Isabeaux* file au segnor de *Cortenay* nostre famme, & *Iahans* nostre fiz, de lor propre bonne volontez sunt entrés en l'omaige le Duc ligemant, & en l'omaige Odo son fil, sauue la feauté le Duc sun pere. Et li Dux nos a promis, & à nostre famme ansimant, & à Iahan nostre fil, garder & maintenir contre totes genz, leaumant, & à bonne foy, nostre droit, & nostre raisun; & nos, & nostre famme, & nostre fiz Iahanz, auuns promis garder & tenir cesdites conuenances, por nos sairemanz donez sus sens Euangiles garder & tenir cesdites conuenances. En tesmoignages de ces choses, nos, & ladite Isabeaux nostre famme auuns mis nos seaux pendeuz en ces presentes lettres. Ce fut fait en l'an de l'Incarnation Iesu Crist, qui corroit por mil deux cent & cinquante & dous, ou mois d'Auril. *Hommage du Comte de Bourgogne.* Année 1252.

NOS *Iahanz Cuens de Borgoine*, & sires de Salins; façons sauoir à tous cels qui verront ces presentes lettres, que cum nos tenesens en fié lige, deuant touz homes, de noble Baron *Hugon Duc de Borgoigne*, Chastel Challon, Sonans, Chaucins, Poupet, les Cloes, Montfort, & ce que Messires Guillaumes de Chaiz tenoit de noz, & le fié de Mascon, & la Marche en Broisse, & Lessart, & les bois de saint Germain & Montiay, & totes les choses que l'en tient de nos Chastelleries de ces Chasteaux, nos li accressons sesdits fiez de saint Aignen & de Reigne, ensinc cum li sires de Rens le tient de nos, & de nostre Chasteaul desus Salins, qui est apelez Chastel Belin, & somes entré en l'omenaige le Duc ligemant, & en l'omaige Odot seignor de Borbon son fil, sauue la feauté le Duc son pere, & ansiment Ysabeaux file au seignor de Courtenay nostre femme, & Iehanz nostre filz de lor propres bones voluntez sunt entré en l'oumaige le Duc ligement, & en l'oumaige Odot son fil, sauue la feauté le Duc son pere. Et li Dux nos à promis, & à nostre femme ansinement, & à Iehanz nostre fil garder & maintenir contre totes gens leaument, & à bone foy, nostre droit, & nostre raison; & nos, & nostre femme, & nostre filz Iehanz, auons promis garder & tenir lesdites conuenances par nos sairemenz donnez sus saints Euangiles. Et ansinement, li Dux & Odoz ses filz nos ont promis por lor sairemenz donnez sus saints Euangiles, garder & tenir lesdittes conuenances. En tesmoignages de ces choses, nos, & ladite Isabeaus nostre femme auons mis nos seaus pendeuz en ces presentes lettres. Ce fut fait l'an de l'Incarnation Iesu Christ, qui corroit por mil deux cent & cinquante & dous, ou mois d'Aoust. Année 1252.

Don de Iean Comte de Bourgogne, à la Sainte Chapelle de Diion. *Extrait du Chartulaire de ladite Sainte Chapelle.*

IE Iehans *Cuens de Bourgoine*, & fires de Salins, fas ſçauoir à tous, que ie pour le remede de m'ame, & de l'ame ma femme, & pour nos peres & nos meres, & nos anceſtres, hay donné & oćtroyé en pure amonne, & permanauble, à Dieu, & à Chapitre de la Chapelle le Duc à Diion, dex charges de grand ſal à recune chacun an à payer à commandement au deuant dit Chapitres, en noſtre Puis de Salins, le iour de la ſaint Clement: Et li Doiens, & li Chapitres ſunt tenus à tous iours mais faire vn aniuerſaire chacun an pour nous, en maniere que à ma vie il ſera fais pour mon pere & ma mere, & pour ma femme, & pour nos anceſſores; & apres mon deceps ſera fais au tel iour comme ie partiray du ſiegle. Et au payement de ceſte amonne, faire enhorte-ie ia tous mes hoirs, & mes Baillis, & mes Sergens, qui à ma vie, ne apres moy terrunt, ne garderont le deuant dit Puis de Salins. En teſmoins de laquelle choſe ie a mis noſtre ſceel en ces lettres. Ce fut fait en l'année noſtre Seigneur millemme doucentemme cinquintedeuſieme, au mois de Septembre.

Année 1252.

Don dudit Comte, à l'Abbaye de Moloiſe.

NOs *Iehans Cuens de Borgoigne*, & ſires de Salins, faſons ſauoir à tos ces qui verrunt ces preſentes lettres, que nos auons doné en pure & perpetual amonne deu, & à Noſtre Dame, & as Nonnains de *Moloiſe* de l'Ordre de Citial, de la Diociſe de Chalon, ſait charges de grant ſal, dou plus grant que l'on face ou fera en noſtre ſanerie de Salins, por le remede de noſtre ame, & de l'ame Yſabial noſtre femme, & de nos anceſſors, à rendre à chacun an à la quinzainne de la Toſſains. Et leſdits Nonnains nos vnt promis faire vn anniuerſaire ſollempnes, tant cum nos viurons, por les ames de nos anceſſors chacun an landemain de Natiuité Noſtre Dame, & apres noſtre decés à ior que nos partirons de ces ſiegles. Ou teſmoignage de laquel choſe, nos auons mis noſtre ſeal pendant en ces preſentes lettres. Ce fu fait l'an de l'Incarnation Iehu Criſt, qui corroit por mil & dous cent cinquante trois, ou mois de Septembre.

Année 1253.

Acquiſition par le Duc, de Eudes le Riche Cheualier.

IN nomine Domini, Amen. Ego *Odo* dićtus *li Riches* de Diuione, miles. Ego *Euſtacia* vxor eius, & ego *Clarambaudus* eorum filius, confitemur & recognoſcimus, quod nos vendidimus & quittauimus in hæreditatem perpetuam, illuſtriſſimo viro & domino noſtro *Hugoni Duci Burgundiæ*, totam partem noſtram decimæ villarum, territoriorum & finagiorum, de Fontanis, de Poilliaco, & de ſanćto Martino, & quicquid iuris, rationis, & ačtionis habebamus & poteramus habere in decima ſupradićta: quam decimam tenebamus de domino *Petro de Reuſſot*, milite. De qua tota parte noſtræ decimæ, & de omni iure, ratione & ačtione nobis in ipſa decima competentibus, nos omnino deueſtimus, & dićtum dominum Ducem corporaliter inueſtimus, & tenemur, & promittimus, ſub obligatione bonorum noſtrorum omnium, & iuramento, pro nobis & noſtris hæredibus, quos obligamus, ad hoc, præſtito corporali, dićtam totam partem noſtram prædićtæ decimæ, & totum ius noſtrum ipſius, garantire ipſi domino Duci & ſuis hæredibus, perpetuo, contra omnes, & in nullo de cætero, per nos vel per alios contraïre. De pretio autem venditionis & quittationis prædićtarum, videlicet de trecentis libris monetæ Stephanienſis, nos tenemus & habemus, in numerata pecunia, pro pagatis. In cuius rei teſtimonium, præſentibus litteris ſigillum Curiæ Lingonenſis, & ſigillum viri venerabilis Magiſtri *Alberici* Decani Chriſtianitatis Diuionenſis, rogauimus & fecimus apponi. Ačtum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio, menſe Ianuario.

Année 1253.

NOs *Marguerite* par la grace de Deu *Roine de Nauarre*, Comtesse de Champaigne & de Brie, Palatine; faisons sauoir à tous ceux qui ces lettres verront, que dou fié lequel nostre chiers sires *Thibauz Rois de Nauarre*, Cuens de Champaigne & de Brie, Palatin, tenoit dou Duc de Borgoigne, nos auons fait homage à noble home *Hugue Duc de Bourgoine*, & il nos en receut à fame ou Bois de Vincenes, és maisons le Roy de France: sauf ce que nos li auons fait homage, ou l'en deuant dit ne tiegne domage au deuant dit Duc, ne à ses hoirs, ne à nos, ne à nos hoirs, que li homage quant il auandront des-ore en auant ne soient fait à Augtun, si comme il y out esté accoustumé à faire. En tesmoignage de ce, nos, &c. Ce fu fait en l'an de l'Incarnation nostre Seignor 1253. ou mois de Feurier.

Homage de la Comtesse de Champagne.

Année 1253.

EGo *Aalidis* Ducissa Burgundiæ, omnibus notum facio, quòd ego, de voluntate Decani & Capituli Eduensis, feci inquiri & quid iuris haberet dominus Vergeij in villa de Escheurone, & tandem diligenti facta inquisitione per iuramenta seniorum & fide dignorum, inueni ipsum dominum habere magnam iusticiam & paruam in eadem villa, si clamor venerit ad Præpositum suum, & Albergariam semel in anno, quæ recipi debet communiter ab omnibus hominibus totius villæ, & per esum in quolibet manso vsque ad tres quartellos auenæ ad mensuram currentem apud Belnam, si facultas aderit, sin autem minus. Quando verò recipientur Albergaria & auena, eligentur quatuor à Communitate villæ de ipsa Communitate, Præposito tamen præcipuè præsente Vergeij, qui iurati dicent quantum poterit vnusquisque soluere absque venditione vel inuaditione hæreditatis suæ, tam de Albergaria quàm de auena. Habet etiàm in mansis eadem villa costumas statutas, mansos verò qui non fuerint albergati, postquam dominus mansi requisitus voluerit albergare, Præpositus domini Vergeij poterit albergare, saluo iure domini mansi. Habet etiam tempore Carinpinij decem Galinas in eadem villa, sicut ego ipsa abonaui, quæ ita recipient iure incipiendo à capite villæ successiuè vsque ad finem, vt vbi dimittitur receptio in anno præsenti, incipiatur in sequenti. Item Præpositus requisitus ab hominibus villæ custodiet nemora, ita quod nec ipse, nec homines poterunt extrahere vel vendere nisi de consensu Communitatis villæ. Item dominus Vergeij poterit ducere homines prædictæ villæ, vel mittere in cheuauchiam pro suo proprio negotio, ita quod cum vsque ad cheuauchiam venerint, non poterunt ibi vltra quindecim dies detineri. Similiter Præpositus poterit eos ducere sequendo clamorem Castellaniæ quando alij communiter ibunt. Ille verò qui pro tempore Præpositus erit Vergeij, antequam aliquid recipiatur in villa, tenetur iurare publicè in Ecclesia coram hominibus dictæ villæ & etiam dominis, si præsentes fuerint, quod omnia supradicta bona fide pacificè seruabit; nec vltra hæc exactionem aliquam faciet in villa in dictis hominibus, nec eos mutabit ad cheuauchiam vel clamorem occasione lucri vel emendæ nisi necessitate imminente, quod si, quod absit, contra iuramentum suum aliquid vltra prædicta extorqueret vel iniuriam faceret, si per dominum Vergeij super hoc requisitum infra quindecim dies non emendaretur, Præpositus sine offensa domini tam de dampnis quam de capitali coram suo Ecclesiastico iudice posset conueniri, & in ipsum vsque ad condignam satisfactionem iusticia Ecclesiastica exerceri, iis exceptis michi. Habet dominus Vergeij in eadem villa, & propter hoc debet eam bona fide defensare & custodire. In cuius rei testimonium præsentem litteram feci sigillo meo sigillari. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo primo, mense Octobris.

Année 1231.

Charta Communiæ hominum de Coicheio.

EGO *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facio præsentibus & futuris, quòd ego vidi & laudaui quasdam litteras sigillatas sigillo Curiæ nostræ, sanas & integras, michi oblatas per dilectum & fidelem meum *Hubertum le Puois* militem, factas inter eum & suos homines villæ *de Coicheio* sub hoc tenore. In nomine Domini, Amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mense Martio, Nos *Hubertus le Puois*, miles, dominus de Monthelone, de Coicheio, & de Patriniaco, & *Alaidis* vxor mea, domina de dicto Coicheio, vniuersis præsentes litteras inspecturis notum facimus, querelam quæ vertebatur, inter nos ex vna parte, & homines nostros de dicto Coicheio, ex altera, in præsentia, & de consilio venerabilium virorum domini *Stephani Abbatis Diuionensis*, & domini *Amedei Abbatis sancti Stephani* de Diuione, in hunc modum sedatam & sopitam. Siquidem, dicti homines, de sua voluntate & vnanimi consensu, liberè confessi sunt & recognouerunt, dictum Hubertum dominum suum, vna cum domina Alaide vxore sua, habere plenam iustitiam, altè, mediè, & bassè, merum & mixtum imperium, omne feodum & allodium, in villa, & in finagio, & tota terra de Coicheio, & pertinentiis eorundem, in cunctis hominibus, hommagiis, castellis, domibus, mansis, coloniis, maneriis, mancipiis vtriusque sexus desuper commorantibus, viis, semitis, plateis, agris, terris, pratis, vineis, siluis, nemoribus, pascuis, maioris & minoris peculij, stagnis, aquis, & aquarum decursibus, in bosco, & in plano, ponderibus, mensuris, exactionibus, missis, censiuis, redditibus, coustumiis, tertiis, laudimiis, & aliis quibuscumque iuribus ad dictam terram & casamentum spectantibus. Insuper confessi sunt prædicti homines, se seruos esse omnes, de conditione mansata, & de manumortua, & de potestate & fisco dictorum dominorum suorum, Huberti & Alaidis, in quibus possunt facere voluntatem suam; videlicet in tailliis, exactionibus, missis, corueis, & rebus aliis, & quod eis præstare debent singuli, singulis annis, in festum Natiuitatis Domini, vnam galinam & quinque solidos, pro singulis fastigiis domorum, & etiam pro foris, tam in villa commorantium quam forestariorum, & sex denarios pro singulis animalibus arantibus & aliis pro pasturis earundem, & vnam quartronchiam frumenti, & vnam auenæ, pro singulis iornaliis terræ arabilis, & duas pintas vini puri & mercabilis, ad mensuram Diuionensem, pro singulis operatis vineæ sitis & contentis in vniuerso territorio & pago de Coicheio, in festo sancti Remigij pro censu annuo recto persoluendas, sub pœna commissi & amendæ. Præter decimas tam vini, bladi, ordei, auenæ, & aliorum fructuum, secundum consuetudinem dictæ villæ ad feodum dictorum dominorum pertinentes. Bannum trullorum, furnorum, vinorum, nemorum, vendemiarum, franc-vinis, mercatus, districtus, estalagia, pedagia, ventas, esse de feodo, dominio, & de potestate dictorum dominorum, ad quorum placitum & mandatum tenentur dicti homines se conducere, & in furno de duodecim panibus grossis & paruis & de placentis, & de pitanciis, vnam præstare, & in trullis, pro pressura suarum vuarum, de singulis modiis vini sextarium dimidium, in dicta die sancti Remigij reddere debent. Alioquin, qui aliter fecerit, casatus & gagiatus, per clamorem & iusticiam Maioris sui, aut eius qui vicem aget dicti domini implacitare & forefactum emendare facient in sexaginta quinque solidos, præter damnum. Quæ omnia, & si quæ alia hîc non expressa & comprehensa, iurauerunt dicti homines, pro se & suis hæredibus, & futuris hominibus de Coicheio, fideliter in perpetuum obseruanda, & in nullo contraire, sed in omnibus ad præceptum dictorum dominorum obedire promittentes. Dicti autem Hubertus & Alaidis vxor eius, ad preces & petitionem dictorum suorum hominum de Coicheio, pro reuerentia & gratia dictorum venerabilium duorum Abbatum, sancti Benigni, & sancti Stephani

Diuionensis, præsentium & requirentium pro prædictis hominibus præsentibus, sponte & in bona pace concesserunt, & dederunt Communiam in perpetuum habendam, & talem libertatem, vt eligant duos de eisdem hominibus supra dictam terram perpetuò commorantibus, qui iurent fidelitatem intra manus supradicti Maioris dictorum dominorum, pro cura quam habere debent de negotiis Ecclesiæ & Communiæ memoratæ, qui poterunt mutari per singulos annos in festo sancti Remigij, & alij constitui, de laude & assensu dictorum dominorum; saluis nichilominus omnino, eisdem & posteris suis, iuribus quibuscumque suis supradictis, & aliis, licet in hac carta non expressis: & quod etiam dicti homines semper remaneant de potestate & dispositione eorundem dominorum. Sciendum etiam, quod, pro respectu huius pacificationis, dicti domini suos supradictos homines, quanto cito poterunt, sub beneplacito domini Ducis, & rationabilibus conditionibus, & bona fide manumittendos & affranchisandos promiserunt, & iurauerunt super sancta Euangelia corporaliter, Ecclesiam & supradictam Communiam manutenendam, secundum posse suum; supponentes se, dicti Hubertus & Alaidis vxor sua, sicut & dicti homines de Coicheio, inde se, suos hæredes omnes & successores & causam habentes, & omnia bona, quo ad hoc Curiæ domini Duci Burgundiæ. In cuius rei testimonium, sigillum dictæ Curiæ rogauerunt apponi. Huius concordiæ & concessionis testes sunt dominus *Stephanus Abbas Diuionensis*, & dominus *Amedeus Abbas sancti Stephani* de dicta Diuione, *Vualterus de Cullcyo* miles, *Aymo de Pontesciffo*, *Ferricus de Vliuel*, *Vvillelmus de Arcellis*, domicelli. Actum in præsentia Beneti Notarij publici Diuionensis, anno & mense supradictis. Quod vt ratum & firmum in perpetuum habeatur, ego *Hugo Dux Burgundiæ*, ad preces dictorum Huberti & Alaidis, & suorum hominum de Coicheio, præsentes litteras sigillo meo confirmaui & roboraui. Actum est hoc, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, mense Ianuario. *Scellé d'vn seau de cire verte à double queuë de parchemin pendant.* Année 1253.

Acquisition par le Duc, de Eudes le Riche de Dijon, Cheualier, &c.

IN nomine Domini, Amen. Ego *Odo dictus li Riches*, miles Diuionensis, ego *Eustatia* eius vxor, ego *Clarembaudus* eorum filius, miles, confitemur & recognoscimus, quòd nos vendidimus, concessimus, & quittauimus, in hæreditatem perpetuam, illustri viro domino Duci nostro *Hugoni Duci Burgundiæ*, pro precio trecentarum librarum monetæ Viennensis, de quibus nos tenemus & habemus in numerata pecunia penitus pro pagatis, totam decimam quam dominus *Petrus li Rossot* miles, habuit, tenuit, & possedit in villis & territoriis, & finagiis de sancto Martino, de Fontanis, & de Poilliaco; à quo domino memoratam decimam habuimus, & totum ius, & omnes actiones & querelas, quod & quæ dicto domino Petro, & nobis potuerunt & debuerunt, & possunt ac debent in prædicta decima competere, contra quoscumque, ratione decimæ hactenus non solutæ, seu ratione qualibet alia in futurum, tam in vineis, terris arabilibus, pratis, denariis, quam rebus aliis quibuscumque, & de tota prædicta decima, & de omnibus iuribus, actionibus, & querelis qui dicto domino Petro & nobis potuerunt & debuerunt, & possunt ac debent in ipsam, prout dictum est, competere, nos omnino deuestimus, & dictum dominum Ducem corporaliter inuestimus pro voluntate ipsius & suorum hæredum omni tempore facienda. Tenemusque, & promittimus sub obligatione bonorum nostrorum omnium mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, & per sacramentum nostrum, pro nobis & nostris hæredibus, quos obligamus ad hoc præstitum corporaliter, totam prædictam decimam, cum omnibus iuribus ipsius decimæ, sicut dictum est superius, garantire quilibet nostrum in solidum, prædicto domino Duci & suis hæredibus, aut alij mandato ipsius qualicumque, erga dominum *Bartholomeum* & dominum *Iohannem* Clericum, filios

nostri Odonis & Eustatiæ, & contra personas alias quascumque, perpetuò, & in nullo de cætero, per nos vel per alios contraire. In cuius rei testimonium, præsentibus litteris sigillum Curiæ Lingonensis, & sigilla virorum venerabilium domini *Mercatoris* Decani Capellæ Ducis, & Magistri *Alberici* Decani Christianitatis Diuionensis, fecimus & rogauimus apponi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mense Iunio.

Année 1254.

Abbas & Conuentus S. Benigni Diuionensis, concordant cum Galtero domino de Cortiuron, super quibusdam rebus & hominibus, sitis apud villam de Vullé, coram arbitris, Ioanne domino de Trichastel, Theobaldo Officiali Lingonensi, & Simone de Mudent.

NOs Iehans sires *de Trichastel*, Maistres *Thiebauz* Officiaux de Langres, & Symons *de Mudent*, Cheualiers; fasons sçauoir à tous cels qui verront cels presentes lettres, que comme discorde fut entre l'Abbé, & lou Conuent de saint Benigne de Dijon, d'vne part, & *Gautier seignor de Cortiuron*, d'autre, de ce que il auoient à *Vullé*, & és appartenances: lesdites parties, de touts cels discorde se mistrent sur nos, & promistres à garder par sairemens, & sur peine de cens march de chacune partie, de ce que nos termineriens de cels discors, ou par paix, ou par droit, ou au plus prés de droit que nos porriens. Por l'Abbé, & por lou Conuent furent pleige de cens march de peine, Messires *Guiz*, & Messires *Iacques dou Fossé* Cheualiers, freres. Et pour Monseignour Gautiers de Cortiuron, furent pleiges de cens march de peine, aussi, Messires *Iehans*, & Messires *Huedes de Creié* Cheualiers, freres. Nos receumes cette mises sur nos, & promeismes par nos fois, que nos à bone foy termineriens cest descort: nos aiornasmes les parties plusors fois pardeuant nos, nos oismes les demandes & les réponces de chacune partie, & receusmes les tesmoignages, & regardasmes les lettre de chacune partie, & entre les autres choses, li diz Abbés, & li Conuens nous montrerent vne lettre seellées dou feal Monseignor *Robert*, par la grace de Dieu cay en arriers *Euesque de Langres*, en forme de preue de lor droits; desquels lettres li tenors est tex. Nos *Robertus Lingonensis Episcopus*, notum facimus præsentibus & futuris, quod *Iohannes* Canonicus Lingonensis, filius nobilis viri G. quondam domini *de Sauz*, in mea præsentia constitutus, recognouit, quòd cùm querela esset inter Abbatem & Conuentum sancti Benigni Diuionensis, ex vna parte, & nobilem virum *Guidonem dominum de Sauz* patrem suum, ex altera, super eo videlicet, quod dicti Abbas & Conuentus, petebant apud Vullé medietatem in terris, molendino, aquis, & aquarum decursibus, & pascuis, & nemoribus eiusdem villæ; supra quibus dictus G. iniuriabatur eisdem, secundum quod dicebant, & super eo etiam, quod petebant ab eodem G. patre dicti Iohannis, quod in hominibus suis, quos ipsi habent apud Vullé, permitteret facere voluntatem suam; videlicet in tailliis & exactionibus, & rebus aliis. Tandem dicto G. patre dicti Iohannis laborante, & adhuc dicta querela durante, præcepit idem G. dicto Iohanni filio suo, in extrema voluntate, quod ipsis, de iam dicta querela ius suum quod habent in eadem villa, & etiam de rebus supradictis redderet. Dicto patre viam vniuersæ carnis ingresso, de dictorum Abbatis & Conuentus consensu & suo, per iuramentum corporaliter præstitum, facta fuit inquisitio ab hominibus dictæ villæ, tam à suis hominibus quos habet in dicta villa, quam à suis hominibus, super dicta querela. Dictus verò Iohannes, per depositiones eorum habuit, quod in terriis & nemoribus, & pascuis, & molendino, aquis, & aquarum decursibus eiusdem villæ, habent medietatem. Et etiam habuit, quod in hominibus suis, quos habent ibidem, possunt facere voluntatem suam, in tailliis & exactionibus, & rebus aliis. Verumtamen, per depositiones eorum habuit, quod in eadem villa potest Maiorem suum, pro voluntate suâ, idem Iohannes solus facere. Idem tamen Maior, quam cito per ipsum fuerit institutus, iurabit ipsis fidelitatem, sicut & eidem Iohanni. Habuit etiam per dictorum hominum depositiones, quod inter ipsius & dictorum Abbatis & Conuentus homines, talis est approbata consuetudo: quod si inter ipsorum Abbatis

& Conuentus homines inuenerit mansum vacuum, idem Iohannes, & voluerit hebergare in aliquo, sine aliqua contradictione poterit. Et etiam habuit per depositiones ipsorum, quod ipsi, similiter, poterunt facere, si inter ipsius homines inuenerint mansum vacuum. Dictus autem Iohannes huiusmodi inquisitionem ratam habens, sæpedictis Abbati & Conuentui omnia iura sua, secundum quod superius sunt expressa, in bona pace dimisit, & ipsos inde inuestiuit; volens & concedens, ipsos de omnibus supradictis perpetuò pacificè possidere. In cuius rei testimonium & firmitatem perpetuam, ad petitionem dicti Iohannis, præsentes litteras sigilli nostri munimine roborauimus. Actum anno Domini M. CC. XXXIV. mense Nouembris. Nos assignames ior asdites parties à Ys selonc Trichastel, auquel ior nos fumes presens tuit troy, & les deuant dittes parties presentes, & disimes por consoil de preudomes, & par nostre volenté, & au plus pret de droit que nos poismes, que les deuant dittes lettres, que l'Abbez & li Couuents deuant dis nos monstrerent, desquelles li tenors est contenuë en cels presentes lettres, sont bonnes, & sont à tenir dou deuant dit Gautier, & de ses hoirs, à l'Abbé, & au Couuent auant diz. Et maintenant que nos eusmes ce dit, nos demandames aux parties se il lou looient, & il distrent que il lou looient bien : Et ou tesmoing de touttes ces choses, nos *Jehans sires de Trichastel*, & Maistres *Thiebauz* Officiaux de Langres, auons mis nos seaux en cels presentes lettres, & ge Simons deuant dis, porce que ge n'é seal, ay prié à mettre en cels presentes lettre lou seal à l'onorable Baron Monseignour *Hayme de Roschefort* Archidiacre de Langres. Ce fut fait en l'an nostre Seignor mil & deux cent & cinquante & quatre, ou mois de Septembre. Année 1254.

Societas inita inter Abbates & Monachos Monasteriorum S. Stephani & S Benigni Diuionensium. *Ex Chartul. Benignian.*

VNIVERSIS præsentes litteras inspecturis, Fratres, *Stephanus* & *Amideus*, *sancti Benigni*, & *sancti Stephani* Diuionensis *Abbates*, præsentium habere notitiam, cum salute. Assistentes patronos coram summo iudice cum summa veneratione venerari debemus ac etiam reuereri, vt ipsorum suffulti patrocinio, in districto examine iudicij, coram iudice peruenire tutius valeamus. Vt igitur assistant pro nobis & nostris subditis Patroni incliti ac omni laude dignissimi, beatus Prothomartyr Stephanus, sanctusque Martyr Benignus: Nos Fratres Stephanus & Amideus, prædictorum Patronorum Ecclesiarum Diuionensium Abbates, Conuentuum nostrorum interueniente consensu, talem fecimus inter nos caritatis & dilectionis societatem, fraternitatem, ac etiam vnionem. Quod in Ecclesiis nobis commissis, in Conuentu fiet commemoratio Martyrum prædictorum bis in die, videlicet in Matutinis & in Vesperis cum melodia, & in choro ipsorum suffragia humiliter implorando; & in festis eorumdem, alter nostrum in alterius Ecclesia, si commodè potuerit, veniet, cum comitatu decenti, pro diuinis Officiis ibidem celebrandis. Celebrabiturque in iam dictis Ecclesiis, semel in anno, in perpetuum, in crastino Natiuitatis beati Iohannis Baptistæ, Missa de sancto Spiritu, solemniter, pro fratribus, familiaribus, amicis, & benefactoribus eorumdem; concedentes ad inuicem participationem omnium bonorum spiritualium quæ in memoratis Ecclesiis & in membris ipsarum fient & fieri contigerit, in futurum. Præterea, de cœlo promittitur in terra pax hominibus bonæ voluntatis, quam decet perquirere cunctum populum Christianum, maximè viros religiosos, qui contemplantes pacem visionis æternæ, diligentes proximos sicut semetipsos, inhærere debent totis visceribus operibus caritatis. Hac igitur inducti ratione, nos Abbates prædicti, ac animarum nostrarum saluti prouidere volentes, de consensu Conuentuum nostrorum, ad hæc nos volumus de cætero obligari, quòd cùm contigerit monachum sancti Benigni decedere, qui sanus & incolumis habitum habuerit monachalem, in Ecclesia sancti Stephani Diuionensis denunciabitur, & ibidem officium defunctorum celebrabitur pro eodem, & fiet in eadem

Ecclesia, in omnibus, pro ipso, prima die obitus sui, sicut pro Canonico eiusdem Ecclesiæ fieret viam vniuersæ carnis ingresso. Medietasque Conuentus sancti Stephani, vel maior pars, secundum dispositionem Abbatis vel Prioris qui præerunt, ibunt ad Ecclesiam sancti Benigni ad humationem faciendam Monachi supradicti. Quod autem facient Canonici sancti Stephani pro defuncto Monacho, facient quidem Monachi pro Canonico sancti Stephani defuncto, in omnibus supradictis. Item, semel in anno, Conuentus sancti Stephani celebrabit officium defunctorum solemniter, pro fratribus sancti Benigni defunctis, & pro animabus omnium fidelium defunctorum; videlicet die Lunæ proxima ante Pentecosten : & tunc fiet pitancia specialis Conuentui in Refectorio. Quod similiter facient Monachi pro Canonicis sancti Stephani memorati : & eadem die tenetur dare Abbas sancti Benigni quatuor libras Diuionensium Ecclesiæ sancti Stephani, & Abbas sancti Stephani, similiter, quatuor libras Diuionensium Ecclesiæ sancti Benigni, pro prædictis pitanciis, hinc & inde in Refectorio faciendis. Si verò contigerit apud aliquam prædictarum Ecclesiarum, aliquam personam Ecclesiasticam vel nobilem sepeliri, vocati venient modo præmisso ad illam Ecclesiam apud quam personam prædictam tradi contigerit sepulturæ. Quando autem Monachis sancti Benigni in Ecclesiam sancti Stephani venire placuerit, licebit eisdem inuitatis in eadem Ecclesia pabulum vel poculum sumere caritatis; dum tamen licentiati super hoc fuerint à suo Superiori. Quod & Canonicis sancti Stephani, in Ecclesia sancti Benigni, modo licebit consimili. Cum autem viros religiosos non deceat pro rebus transitoriis litigare, ita ordinauimus inter nos, & interueniente consensu Conuentuum nostrorum volumus inperpetuum obseruari. Quod si aliquid causæ, controuersiæ, litis, vel greusiæ, inter nostras Ecclesias, ex quacumque re, mobili vel immobili, iuris, nominis, aut cuiuscumque generis, actionis, emerserit, per duos bonos de Conuentibus nostris, appositos à nobis vel successoribus nostris qui pro tempore fuerint, prædictum negotium terminetur, & quod per illos terminatum fuerit ab Ecclesiis firmum & stabile permaneat in futurum : Si verò in vnam sententiam non potuerint conuenire, ad Abbates qui præerunt negotium reportabunt : qui, si de sententia ferenda vel de pace facienda conuenire non potuerint, remittent eam in statu in quo erit ad dominum Episcopum Lingonensem, qui pro tempore fuerit : & quicquid idem Episcopus super eadem causa, pace vel iudicio dixerit, vel terminauerit, partes firmiter obseruabunt. Et quia funiculus triplex difficilè rumpitur, sic nos volumus, volentibus etiam & consentientibus Conuentibus nostris, astringi in perpetuum ac etiam coërceri. Quod si contingat, alterum Monasteriorum nostrorum, contra aliquem vel aliquos, causam vel quæstionem mouere, vel moueri contra ipsum, coram quibuscumque iudicibus, Ecclesiasticis aut sæcularibus, ordinariis, delegatis, seu etiam arbitris : Si eadem causa infra dietam vnam fuerit agitata, ab Abbate vocatus Abbas, vel ipsius certo nuncio, venire tenebitur, cum expensis vocantis, ad præstandum consilium & auxilium bona fide contra omnes. Quod si Canonico & legitimo impedimento detentus fuerit, mittet de consilio suo saniori. Saluis in omnibus istis, domino Episcopo & Ecclesia Lingonensi, domino Duce Burgundiæ, & illis quibus ad fidelitatem & societatem tenemur, hæc omnia & singula supradicta promisimus inuiolabiliter & firmiter obseruare; Nos & successores nostros, & Ecclesias nostras, ad hæc in perpetuum specialiter obligantes. In cuius rei testimonium, nos Abbates & Conuentus prædicti, præsentibus litteris sigilla nostra
Année 1251. duximus apponenda. Actum anno Domini M. CC. LI. XVII. Kalendas Maij, mense Aprilis.

LVDOVICVS

LVDOVICVS Dei gratia *Francorum Rex*, dilecto fideli suo *Hugoni Duci Burgundiæ*, salutem & dilectionem. Cum de multis enormibus & peruersis artibus domini *Montis Regalis*, quæ contra Deum irreuerenter asseritur commisisse, in captione videlicet Clericorum, & interfectione etiam Sacerdotum, & multis aliis nequissimis, & intolerabilibus plurimorum iniuriis, ad nos frequenter querimoniæ multæ peruenerint & clamores, & licet super his omnibus vos pluries requisierimus, nulla tamen inde sit emendatio subsecuta. Cum etiam, ipse, nuper ad nostram præsentiam venerit, & de suis, auditis multorum clamoribus & querelis in eius præsentia, satisfactionem nullam & emendationem fecerit de qua deberemus esse pacati: & hæc omnia, occasione Castri sui Montis Regalis commissa esse noscuntur, ne si prædicta mala taliter impunita transeant, aliis præberetur audacia similiter perpetranda: Mandamus vobis, & vos attentè requirimus, quatenus in prædicto castro tales ponatis sine dilatione custodes, ne de ipso, vel occasione ipsius mala vlterius euenire contingat, & nichilominus haberi valeat compotens emendatio de commissis. Quod si ipse, in prædicto castro, quod tenet à vobis, vt dicitur, custodes quos illuc miseritis recipere noluerit, tantum faciatis, quod castrum ipsum capiatis. Nobis quid inde feceritis vel facere volueritis per *Droconem de Montigniaco*, & per Iohannem *de Cauinaco* seruientem nostrum, latores præsentium, ac per vestras litteras rescribentes. Actum Siluanecti, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, die Martis ante Ascensionem Domini.

Le Roy mande au Duc de Bourgogne, de mettre en sa main la place forte de Montreal.

Année 1255.

GE *Anseris sires de Monreaul*, faiz sauoir à tous ces qui verront ces lettres, que ie ay rendu à *Hugon Duc de Burgoinen* mon Chastel de Monreaul, sanz nul si : en tesmoignaige de ceste chose, ie oy ay donées mes lettres seellées do mon seel. Ce fu fait en l'an de grace mil deux cent cinquante & cinc, ou mois de Septembre.

Soumission du Sire de Montreal.

Année 1255.

NOs *Robertus* Decanus Christianitatis Vitriacensis, nos *Bernardus de Salmasia* Prior, & nos *Iohannes* Prior de Guidonis Curia, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd in præsentia nostra, in Capitulo de Vlmeto, Prior & Priorissa, Conuentusque eiusdem loci, constituti, ordinationi factæ à venerabili patre *P.* diuina permissione Abbate *sancti Benigni* Diuionensis, & à Conuentu eiusdem loci, super numero Monialium, Conuersorum, & Conuersarum dicti Prioratus, consenserunt tali modo, quod in dicto Prioratu debent esse triginta Moniales, nec plures aliæ præbendæ Monialium possunt ibi esse, nec in habitu religioso vel sæculari, sex Conuersi, & octo Conuersæ. Et, ad petitionem dictorum Prioris, Priorissæ & Conuentus sæpedicti Prioratus, præsentes litteras sigillis nostris tradidimus roboratas. Actum anno Domini M. CC. LV. mense Iulio.

Statuitur in Capitulo Conuentus de Vlmeto, non plures quam XXX. Moniales, VI. Conuersos, & VIII. Cōuersas in dicto Prioratu admittendas, coram Roberto Decano Cristianitatis Vitriacensis.
Ex cod. Cha.

Année 1255.

NOs *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facimus præsentes litteras inspecturis, quòd cùm bonæ memoriæ frater *Stephanus* quondam *Abbas* & Conuentus Ecclesiæ *sancti Benigni* Diuionensis, vnanimiter & concorditer nobis concesserunt, tradiderunt, & dederunt, ad vitam nostram solummodo, Prioratum eorum de Paluello, cum omnibus pertinentiis, appenditiis, & iuribus quibuscumque Prioratus eiusdem; tali conditione & pacto, quod in Prioratu prædicto, duobus Monachis Ecclesiæ sancti Benigni, pro victu, vestitu, & aliis

Hugo Dux Burgundiæ accipit à Stephano Abbate S. Benigni Diuionensis, ad vitam,

Prioratum de P.lucl.o. & ad sustentationem Monachorum in dicto Prioratu, dat annuatim L. libras, vsuagium in nemoribus, & oblationes altarium. Ex Chartul. Benignano.

eorum necessariis, dabimus & soluere tenemur annuatim, quinquaginta libras Diuionensium, terminis subnotatis ; videlicet ad festum sancti Remigij x x v. libras dictæ monetæ, & ad festum Dominicæ Resurrectionis, alias x x v. libras eiusdem monetæ. Habebuntque dicti Monachi, ea quæ prouenient ad altaria Ecclesiæ Prioratus eiusdem, & de horto dicti Prioratus, quantum eis competenter necesse fuerit, & pro foagio ipsorum, vsuagium in nemoribus & in riparia, ad opus similiter eorumdem. Insuper, Abbas sancti Benigni qui pro tempore fuerit, illos Monachos remouebit à Prioratu prædicto pro voluntate sua, & alios ibi, quotienscumque voluerit, instituet : & illi instituti habebunt pecuniam & vsuagium prout superius est expressum ; debemus autem, & tenemur, & promittimus Prioratum prædictum, cum suis pertinentiis, appendiciis, & iuribus omnibus quibuscumque, quamdiu vixerimus, in bono statu tenere, & iura dicti Prioratus manutenere, deffendere pariter, & seruare, & quod ea in aliquo diminui non consentiemus nec permittemus, nec ipsum Prioratum, cum eius appendiciis, in alia manu quam in nostra ponere poterimus. Hæc autem omnia vir venerabilis & religiosus *P. Abbas sancti Benigni* Diuionensis, & Conuentus eiusdem loci, supradictas concessionem & donationem, prout superius expressæ sunt, nobis laudauerunt, & concesserunt nobis ad vitam nostram solummodo ; saluis omnibus supradictis : quæ omnia promittimus facere tenere & seruare, & in nullo per nos vel per alios contraire. Post decessum verò nostrum, dictus Prioratus, cum omnibus eius pertinentiis, appendiciis, & iuribus, in bono statu, & cum omnibus meliorationibus, augmentationibus, ædificiis, prout die obitus nostri inuenientur & erunt, ad dictos Abbatem & Conuentum & eorum Ecclesiam, quittè, liberè, & sine contradictione qualibet seu reclamatione nostrorum hæredum, aut alicuius alterius, absque debitorum cuiuslibet obligationis onere pacificè reuertetur ; saluis nobis & nostris hæredibus, equis, & iumentis, si qui vel quæ tunc fuerint in dicto Prioratu vel pertinentiis ipsius. Rogamus autem venerabilem patrem G. Dei gratia *Eduensem Episcopum*, & si nos contra prædicta veniremus, vel aliquid attemptaremus, quod absit, seu hæredes nostri post decessum nostrum, aut aliquis alius pro eis, contra prædicta quicquid facerent aut faceret, dictus Episcopus qui modo præest, vel qui pro tempore fuerit, ex tunc, ad requisitionem mandati dictorum Abbatis & Conuentus, in terram nostram sitam in Diœcesi Eduensi sententiam interdicti proferat, & in contradictores & rebelles excommunicationis sententiam ; easdem sententias tamdiu tenendo, & secundum iuris ordinem aggrauando, quousque prædicta omnia essent ad statutum reducta debitum, & integrè complerentur. In cuius rei testimonium & munimen, præsentibus litteris sigillum nostrum fecimus apponi : & , nos *Girardus* Dei gratia *Eduensis Episcopus*, promittimus, ad requisitionem dicti Ducis, prædictis Abbati & Conuentui, prædicta facere & tenere, quotienscumque à dictis Abbate & Conuentu vel eorum mandato super hoc fuerimus requisiti. In cuius rei testimonium,

Année 1255. præsentibus litteris, sigillum nostrum, cum sigillo ipsius Ducis, precibus & voluntate ipsius, apposuimus. Actum anno Domini 1255. mense Septembri.

Theobaldus Barri Comes dat x x v. libras Stephaniensium percipiendas in excasuris & exitibus Castri de Bormont & villæ de S. Thibaut

GILES par la grace de Deu *Euesques de Toul* à tous cels qui verront & orront ces presentes lettres, salut en nostre Seignor. Saiche vostre vniuersites, que en nostre presence estaublis, noble Bers *Thiebauz Cuens de Bar* ay recogneu deuant nos, que il ay assis à l'Abbé & au Conuent de saint Benigno de Dion, por chief dou Prioré de saint Belin de lez Rigneal, és eschiez de Bormont & de saint Thiebauz, à tousiours, en heritiaige, trente & cinq liures d'Esteuenars, ou de Langoine, à rendre au Priour de saint Belin chacun an ; c'est assauoir, la moitié à la quinzaine de Pasques, & l'autre moitié à la quinzaine de saint Remy, & les est tenuz à rendre par lou deuant dit Comte, li

Seneſchauz de Bormont, au Priour de S. Belin, ou au gouuerneur de ſa maiſon ès termes nommés par ſon ſairement, ou qui que ſoit Sergent à Bormont. Et ſe il en defailloit, il ſeroit tenu à rendre au Priour ou au Gouuerneur de S. Belin, por chacune ſemaine que il en defauroit, por amende, dix ſolz de ladite monnoye dou ſuem propre, apres les termes nommés. Et li Cuens eſt tenu dou faire à payer, ſi comme il a coneu deuant nos; & ay coneu deuant nos, que toutes les fois que il rechangera lou Seneſchauz de Bormont, ou ſon Sergent, cil que il y mettray feray lou ſairement au Priour, ou au Gouuernour de ſainct Belin, de tenir, & de faire ces payemens: & ce il ne lou faſoit quant il ſeroit de noueal mis, dedans quarante iours, à la requeſte dou Priour, ou du Gouuernour de ſainct Belin, il payeroit vingt ſolz de la deuant ditte monnoye d'amande, au Priour, ou au Gouuernour dou deuant dit leu, & por chacune ſemaine que il demourroit à faire lou ſairement, il payeroit entre ſi vingt ſols d'amande. Et li Cuens eſt tenu dou faire à payer, ſi comme il ay coneu deuant nos, & ay encores coneu deuant nos, que ſi li diz eſchiez de Bormont, & de ſainct Thiebaut ne valuent chacun an leſdittes trente & cinq liures, ſes Sergent deuant diz prançois lou defaut és iſſuës de la Chaſtellerie de Bormont, iuſques à la vaillances des deuant dittes trente & cinq liures. L'Abbez & li Conuenz de ſaint Benigne de Diion li ont donné & octroyé & eſchangé à touziors en heritaige, ſi comme nos l'auons veu contenir és lettres faittes de cette choſe, ſaellée dou ſeel l'Abé, & lou Conuent deſſus nommez, quant que ils auoient à Offrecourt, & à Salaucourt, & és finaiges; c'eſt aſſauoir les dues parts des hommes d'Offrecort, en tailles, en bans, en iuſtices grands & petites, en plaiz generaux, en araiges, en prez, en coruées, en terres gaignables, en bois, & en riuieres, & lou mulin qui lor eſtoit bannable, ſans partie d'autruy, & les dous parts de ce que il auoient auec Vuauterin à Solancourt, & en touttes autres choſes que il auoient à Offrecourt, & à Solancourt, qui ne ſont mie nommées. Et li ont ottroié, que il puiſſe rappeller en leu dels, tous les torz faiz que l'an lor ay faiz és deuant diz leuz, & il retenu par ſon eſcort les diſmes d'Offrecort, grands & petits, & lou patronaige de l'Egliſe, & toutes choſes qui affierent à l'Egliſe, & que il peuſſe faire entre els & lou Preuoire, vne grange ou cemetire por traire lor diſmes, & lor ay otroyé. Li Cuens, ſi comme il ayt recogneu deuant nos, que ſe il auenoit que il remuaſt la ville d'Offrecourt, fors dou finaige de ladite ville d'Offrecourt, il eſt tenu alors de faire à auoir lor diſmes enteriment dou dauant di finaige de Offrecourt cens raport. Et ſi lor doit ſauuer lou patronaige de l'Egliſe, & ce il auenoit que ſuem home veſin gannaſſent les terres dou finaige d'Offrecourt, il eſt tenu à auz faire à auoir lor diſmes enterinement ceux raport. Et ſi ay ottroié à l'Abbé, & au Conuent deuant diz, ſi come il ay coneu deuant nos, que li home dou Prioré de ſaint Belin demorant à Goncourt, prantont ſes femmes dés lo ior que ces lettres furent faittes en auant, ſans ſuitte, & li ſuem hommes les lor femmes, auſiment ſans ſuitte, & dou tenez pas les femmes emporteront les enfans qui ſont au conduit de lor peres & lor meres: & touttes ces conuenances deuant dittes, il leur a premis à tenir à bonne foy, par ſa vertey. Et ſi en loie ſes hoirs tous ceux qui apres luy venront qui ſeront ſeignor de Bormont, que, il, ces conuenances deuant dittes tanront, & en feront ſairement deuant les quarante iors que il venront à terre tenir, audit Priour, ou audit Gouuernour: & ce il ne lou façoient, li Cuens c'eſt à ce ottroiés, que nos, ou quiconques ſeroit Aueſques de Tou à ce tenus dedans les XL. iors que nos en ſeriens requis dou Priour, & dou Gouuernour de ſaint Belin, metains entredit & en eſcommunement lor Chaſtel de Bormont, & la ville de ſaint Tiebaut, iuſques littoirs ſire de Bormont aura fait lou ſairement de tenir ces conuenances, & de ce nos ay prié & requis li Cuens deuant diz, & nos, par la priere, & par ſa requeſte, lou premeſtons por nos, & por nos ſucceſſors, en la Priori S. Belini.

forme qui dessus est contenuë. Et en tesmoing de cette chose, par la priere, & par la requeste dou deuant dit Comte, nous auons fait mettre nostre seal en ces presentes lettres. Ce est faict en l'an de grace M. CC. LV. au mois de Septembre.

Année 1255.

Alexander PP. IV. Abbatem S. Benigni dispensat à iuramento præstito, de non subrogandis nouis Monachis intra certum tempus. Ex Ch. Ben.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio .... Abbati Monasterij sancti Benigni Diuionensis, Ordinis sancti Benedicti, Lingonensis Diœcesis, salutem & Apostolicam Benedictionem. Cum, sicut nobis significare curasti, promotionis tuæ tempore, de non creandis aliquibus in Monasterio tuo Monachis intra certum tempus, præstiteris iuramentum, & Monachorum defectum ad præsens idem Monasterium patiatur. Nos his supplicationibus inclinati, recipiendi monachos in ipso Monasterio, cum Conuentus eiusdem consensu vsque ad numerum de quo videris expedire, iuramento non obstante prædicto, auctoritate tibi præsentium concedimus facultatem. Datum Neapoli VI. Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

Année 1256.

Franchise accordée par le Roy Louys, cõme Comte de Mascon, à l'Abbaye de Cisteaux.

LVDOVICVS Dei gratia *Francorum Rex*, notum facimus vniuersis, tam præsentibus quam futuris, quòd nos, ad Monasterium Cisterciense, quod caput est totius Ordinis, deuotionem specialem habentes, pro salute animæ nostræ, ac remedio animarum inclitæ recordationis Regis *Ludouici* genitoris nostri, & Reginæ *Blanchæ* genitricis nostræ, ac aliorum antecessorum nostrorum, Abbati & Conuentui eiusdem Monasterij, Regia liberalitate concessimus, vt ipsi de rebus propriis ipsius Monasterij in toto Comitatu *Matisconensi*, quem tenemus, tam per terram quam per aquam, in propriis pegagiis nostris nulla teneantur soluere pedagia vel costumas. Quod vt ratum & stabile permaneat in futurum, præsentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum apud Confluentum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, mense Iulio.

Année 1256.

Tiltre de Guillaume de Digoine.

IE *Guillaumes Digoynnes*, Cheualiers, faiz à sauoir à toz cez qui sunt & qui seront, que ge moy, en l'accroissement dou fié que ie teig de noble Baron *Hugon Duc de Burgoigne* mon seignor, la maison de Matinot, que Messire *Guiz de Digoynnes* tient, & tot ce que li diz Guiz tient de moy en la Parroche de saint Romain de Vaissine, & ma maison de Boyuin, tout ce que ie ay, & tot ce que luy tient de moy en la Parroche de Charmoy. Et en tesmoing de ceste chose, por que nus n'en puisse venir encontre, ie en ay baillié audit Hugon Duc de Borgoine mon seignor mes lettres pendanz, seellées de mon seaul. Ce fu fait en l'an de nostre Seigneur mil & deux cent cinquante & sex, ou mois de Genier.

Année 1256.

Ioannes dominus Iunciuillæ Senescallus Campaniæ, ratam habet compositionem factam à Roberto domino de Sailleo, de Gexto quã habebat in

IE *Iehans sires de Ieinuile* Seneschauz de Champeigne, faiz sauoir à tous cels qui verront ces lettres, que Robers *sires de Saille*, en ma presence establiz, a requeneu, que il a accensi aux homes d'Augeuile, à touziors, por luy, & por ses hoirs, son giste qu'il auoit en sadite ville : Et l'an doiuent li dit chacun an rendre, à Saille, & à ses hoirs apres luy, aux octaues de la Toussaints, soixante sols de prouenisiens fors. Et si li dit homme ne li paioint au ior deuant nommé, il payeroient audit seignor, ou à ses hoirs, cinq sols d'amende por chacune semaine qu'il demorroient à payer lesdits deniers apres loudit termine. Et ie sires de Ienuille, de cui fié li deuant diz Giste muet, à la requeste deu deuant dit Robert, & Madame *Ausclis* sa femme, me suis ottroiés

à cesdittes conuenances. Et per ce qu'elles soient fermes & estables à touziors, i'ay mis mon seal an ces lettres, & li dit *Robers* sires *de Sailley* ansiment, le sien. Ce fut fait en l'an nostre Seignor M. CC. LVI. ou mois de Mars.

villa Augeuillæ, cum hominibus eiusdem villæ.
Ex Chartul. Burgundiano.
Année 1256.



NOs *Hugo Dux Burgundiæ*, notum facimus omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd nos, vtilitate hinc inde considerata, cum viris religiosis Abbate & Conuentu sancti Benigni Diuionensis, fecimus permutationem & escambium, provt inferius continetur; videlicet, quod pro quinquaginta libris monetæ Diuionensis, in quibus tenebamur dictis Abbati & Conuentui & eorum Ecclesiæ, percipiendas annuatim in perpetuum in pedagio nostro Diuionensi, quas mihi quittauerunt perpetuò, & pro monte qui vocatur medius mons, quem cum eius iuribus ad ipsos Abbatem & Conuentum pertinentibus, in terris, pratis, nemoribus, planis, aquis & aquarum decursibus, hominibus, iusticia, dominio, pascuis, & in omnibus aliis quibuscumque, nobis in hæreditatem perpetuam similiter concesserunt, exceptis decimis & Ecclesiis ac Ecclesiarum patronatibus: Nos, eisdem Abbati & Conuentui, & eorum Ecclesiæ, tradidimus & concessimus in perpetuam hæreditatem, quicquid habemus vel habere possumus & debemus, in villis & finagiis & territoriis de Marcennayo en Montaigne, & de Corcellis in Monte, in terris, pratis, aquis, aquarum decursibus, nemoribus, & planis, iusticia qualicumque, dominio, hominibus, tailliis, censibus, decimis, attractu, & in omnibus aliis quibuscumque. De quibus omnibus & singulis, memoratos Abbatem & Conuentum, per manum venerabilis & religiosi viri Fratris *Petri* tunc *Abbatis* Ecclesiæ prædictæ *sancti Benigni* corporaliter inuestiuimus. Hanc autem permutationem & escambium tenere promittimus in perpetuum, & ad hoc nostros hæredes præsentes & futuros specialiter obligauimus. In quorum omnium memoriam & munimen, præsentem cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari in testimonium veritatis. Actum anno Domini M. CC. LVII. mense Iunij.

Hugo Dux Burgundiæ permutat cum Abbate & Conuentu S. Benigni, quinquaginta libras quas habebant annuatim in pedagio Diuionensi, & medium montem, contra villas & iusticiam de Marcennay & de Corcelles.
Ex Chartul. S. Benigni.
Année 1257.

Association ou partage contracté entre l'Abbé de Monstier saint Iean, & le Duc.

NOS, Frater *Odo* permissione diuina *Abbas*, & Conuentus *Reomaensis*, notum facimus vniuersis, quod nos associamus nobilem virum *Hugonem Ducem Burgundiæ*, & hæredes suos, in villa nostra sancti Germani de Bosoho versus Rouretum, & in toto finagio vel territorio eiusdem villæ; exceptis stanno, molendino, gagnagio, pratis, & porprysio domus nostræ eiusdem loci, decima Ecclesiæ & manso Benedicti presbyteri, & nemore quod dicitur li Plaiseinz à dicto porprisio ex vtraque parte contiguo, vsque ad viam quæ ducit apud Romenay vsque ad locum qui dicitur li Pontez, prout metæ ibidem positæ se ostendunt & demonstrant; quæ omnia nobis quitta & libera in perpetuum retinemus. Retinemus insuper vsagium nobis plenarium in nemoribus & planis, in piscaturis, & pasturis omnibus, ad omnes vsus prædictæ domus nostræ sancti Germani necessarios in toto territorio & finagio supradictis. Si verò contigerit in dicta villa, seu infra finagium prædictum, illorum territoriorum homines & gentes herbergare, retinere vel recipere, seu villas, domos, vel ædificia, & alia quæcumque facere, omnes exitus & vtilitas redditus, & iusticia qualiscumque, & prouentus, exinde pro quo modo prouenientes, nobis & dicto Duci communes erunt, & per medium partientur. Insuper, dictus Dux & eius successores, homines nostros villæ nostræ Suenceyo, in locis prædictis retinere, recipere, seu herbergare non poterunt vllo modo. Homines verò dictæ villæ sancti Germani, & alij quicumque, in dictis locis, territoriis, seu finagiis herbergabuntur, seu etiam morabuntur, ad dictum molendinum nostrum molere tenebuntur; ita quod nos, singulis annis, de lucro & motura ipsius molendini habemus & recipimus, de auantagio, dimidium modium auenæ, & quatuor sextaria siliginis, ad mensuram Roureti: & residuum dicti lucri seu moturæ, nobis & dicto Duci commune erit, & reparabitur dictum molendinum, quantum necesse fuerit: & ementur quæ ipsi molendino erunt necessaria, per medium, communiter, à nobis & à dicto Duce. Et insuper, si expedierit aliud molendinum vel molendina infra dictum finagium & territorium facere vel habere, fiet communiter, cum expensis communibus partium prædictarum, & lucrum exinde quoquomodo proueniens, nobis & dicto Duci commune erit, & per medium communiter partietur. Volumus siquidem & concedimus, vt Seruiens dicti Ducis, qui loco prædicto pro tempore fuerit, habeat vnum mansum liberum, prout mensuratum est & bornatum. Mandatum quoque nostrum, & mandatum dicti Ducis, qui in dictis locis præficientur, iurabunt ad inuicem, quod ius & portionem vtriusque partis, rerum prædictarum, fideliter obseruabunt & legitimè partientur. Et si forsan contigerit dictum Ducem, vel eius successores, infra dictum finagium vel territorium aliquas possessiones emere vel excambiare, nos, si voluerimus, medietatem ipsarum possessionum habebimus, & medietatem pretij persoluemus. Insuper, præfatus Dux vel eius successores, res prædictas extra manum suam ponere non poterunt, nec alienare, nec etiam in eleemosynam dare, præterquam Ecclesiæ Reomaensi. Hæc autem omnia & singula supradicta promittimus bona fide tenere, & in perpetuum fideliter obseruare. In cuius rei testimonium & munimen, præsentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, mense Martio.

Année 1257.

Affranchissement des habitans de Pontallier, & leurs Coustumes.

EN nom du Pere, & dou Fil, & dou saint Esperit, Amen. Ie *Guillaume de Chanlite*, Vicuens de Digeon, & sires de Pontoillier; faict sauoir à tous ceux qui verront cette lettre, que ge, pour lou prour, pour l'enour de moy, & de mes hoirs, & pour le salut de m'ame, & de mes heritiers & hoirs, ay

franchy & franchy à tousioursmais mon Chastel de Pontoillier, la ruë saint Iean .... les Habitans qui habiteront en cels leux qui mi homme sont & seront, & lor maisnies, & lor més, & lor preys, & lor terres, & lor vignes, & tous lor heritaiges qu'ils tiennent & tenront dedans les finage de la Parroche saint Iehan, & de Parroche saint Moris de Pontaillier, en ce qu'il ont dessoubs moy au iour que ces lettres sont faittes ; en tel meniere, que chacun de cels deuant diz, ceux qui maisnie tenoient, paeront & rendront chacun an, à moy, ou à mes hoirs, ou à nostre commandement, censaument, dix liures d'Esteuenans à la feste saint Remy, & dedans l'huictaine de l'Aduent ditte feste: Et se aucun en deffailloit, qui ne poist ou ne voulsit payer, ge pourroye tenir ou bailler à autre lor heritaiges, tant que ils aussient payé lesdits dix sols. Et pour ces disain sols, ge veuil retroy par moy, & pour mes hoirs, que tuit mi homme qui habite ou habiteront en ces trois leus, soient franc & quitte de toutte taille, de toutte tols, de toutte mise, de toutte exaction & de coruée, de tous agreuemens, & de main morte, & de touttes males costumes ; sauf lou droit as Yglises de saint Moris, & de saint Iehan, & l'autruy raison, & ma iustice. Et veuil & octroy ansiment, que cil qui defors venront habiter en telx leux, ayent celle mesme franchise, & soient quitte de dix sols iusques à vn an & vn iour, pour l'entrée que il feront & payeront, qui sera au communal pour la ville clorre. Et veuil & octroy à tousioursmais, qu'il puissent conquarre & acheter l'vn des autres, quant il voudront & pourront, par tous cels leux, fors que en mes fis, en qu'il ne poent rien conquester, ce n'est par ma volenté. Et pourront quant que il auront & acquesteront dessoubs moy en cels leus tenir franchement, de quelque leu que il vouldront, pour les diz sols payant, mais il ne pouent, ne doiuent reclamer autre senior que moy ou mes hoirs, tant comme il seront à hostage dedans les finaiges de tels des Parroiches, & il me doibuent croire par tel home qui payer les poist dou sueu, se ge ne poie pain & vin, & autres mandes, iusques à trois semaines : Et se adour ge ne paie, il ne me doibuent plus rien croire, tant que ge eusse paié. Et mi & octroy, que quatre preudhomme soient esleu chacun an lou iour de feste de Natiuité saint Iehan, par tot communal, qui iureront que mon droit garderont, & lou droit de la ville, & que nul, ny pour amour, ne pour haine, deporteront ne garderont, & que droit iugement feront selon lour san, & tuit luy autre octroieront que lou iugement, que cil feront souffreront .... & menterront à lor poir, & qu'il aient Commune entre eux, & doibuent iurer, tant cil que seront & habiteront dedans les finaiges de cels does Parroches, qu'ils garderont mon droit, & lou droit de la ville de la Commune, & qui iure ne lou voudroit, li autre pranroient iustice de son mouble, & de son heritaige. Et cun doiuent faire droit par mon Preuost, au regard, & au iugement desdits quatre prudhommes. Et se descors venoit d'aucun cas que ne fut escois en ceste chartre, li iuré s'en conseilleront là où leur plairoit, sans mesfaire vers moy. Et se il ne se pooient accorder, il me raporteroient leur descort, & ge lour en rendroit lou droit. De ma tour, de ma iustise, & de mes forfaicts, & ainsi estably, de sanc efforcies, se clamors en est faitte, & il est preues, & soulz & ses coustes, & ses despens, & de iournées, selon son mestier, au dict desdits quatre iurés, s'il est d'armes amoluës, soixente & cinq sols. Se pais est faitte de bataille, sans meultre, & sans larrecin, deuant coup, ou apres coup, ge en airay trente deux sols & demy. Se bataille est vaincuë, ge en auray soixente & cinq sols, li vaincuz de mulctre ou de larrecin, en ma volonté. Se aucuns homs, ou aucune femme de celes trois leuz est prins en larrecin, & prinz, se autrefois n'a faict autre larrecin, ge en auray soixente & cinq sols, & s'il est preuué d'autre larrecin, c'est à ma volonté ; & se li terre est d'autre part que cels trois leus, il sera à ma volenté. De meurtre, il get à ma volonté, des fruits des curtis, des

vergiers, & des bleds, trois sols de iour, & de nuict soixente & cinq sols, de l'effort de Tauerne, sept sols, qui fiert de poing, trois sols, de paulme, trois sols. De famme afforcié, à ma volonté, & à mon iugement, se li famme crie tant que preudomme la puisse oïr, qui soit de croire, ou se elle lou puet prier. Li faits du chemin soixente & cinq sols, li faulce mesure sept sols .... Qu'il ne sauoit que elle fust faulce, & se il ne lou viel iurer, soixente & cinq sols. De vente, & de peaige qui l'emporte sans lou san & san, la volonté du vaulsz, & du peageour, & il en iert priez, soixente & cinq sols. Et me doibuent l'ost & la cheuauchie quatorze iors au l'on. Et se aucuns de homs de mes hommes de cels leus où ces choses estoient prises ne encombrés, pour ma debte cogneuë, ge lou doibt par mon sarement deliurer : Et se ge ne lou deliurois, li iuré le rembroient de moy selon le pooir, à celuy qui priseroit. Et lor octroy & quitteroy franchement les communaux, en tel franchise comme les autres choses, sauues mes amandes. Et nûls ne puet, ne doibt pranre homs de dans cels leus mais, que par le iugement des quatre prodomes, se n'est par crime de corps. Et qui met main sus aucun desdits quatre preudommes, il me doibt soixente & cinq sols d'amende Et est assauoir, que mes merchies seré conduiz lou iour toute iour, & landemain iusque au midy, & que l'en ne puit home gaigner por son seignor, ne por sa debte, se le n'est Cuens. Touttes cels conuenances dessus nommées, ge ay iuré & promis, par moy & pour hoirs, par mon sairement, à maintenir à tousioursmais, & cil qui seront Seignor de *Pontoillier* apres moy, de hoir en hoir, lou doiuent iurer auant que li home de ce leus lou fassent feauté, & auant que ge li rendent lou Donjon de Pontoiller. Et est assauoir que il doiuent double cense, touttes les fois que ge, ou li sires seront Cheualiers nouueaux Et ge prie, & requiert mon trescher seignor noble Baron *Hugues Dux de Bourgoingne*, que il tesmoignoit par ses lettres ceste commune, & cels franchise, & veuille à bonne foy queles soient maintenuës. Apres ce ie prie & requiert humblement redoutable & honnorable pere Monseignour *l'Archeuesque de Besançon*, & Monseignour *l'Auesque de Langres* qui qu'ils soient en temps, que se ge, ou my hoir, aliens contre les establissemens dessus deuisés, ou contre aucun duls, que il, à la requeste d'vn des quatre iurés de Pontaillier, mettent en moy, ou en mes hoirs, que encontre moy yroient, sentence d'excommunement, & en maniere que en lor Diocese sentence d'entredit, fors que en Pontaillier : Et celle sentence d'excommunement & d'entredit gardoient entierement & agrauoiement, selon ce que ordre de droit iugeroit, iusque à tant que li establissement, & les franchises dessus deuisées soient ramenées en bon estat, & face satisfaction entiere. Apres ce, ge prie & requiert noble Baron Monseignor *Hugon* par la grace de Deu *Comte de Borgoigne* Palazin, & noble Dame Madame *Aaliz* par la grace de Deu *Comtesse de Bourgoigne* Palazine, & Monseignor *Henry de Vergy* seignor de Mirebeals Seneschal de Bourgoigne, dou fiéz asquels Hugon Comte, & Henry, li Chastiaux qui est en la Paroche saint Moriz, & que il ceste commune, & cels franchises tesmoingnent & maintiennent à bonne foy qu'elles soient maintenuë. Et prie, & requiert lou Duc, l'Archeuesque l'Auesque, lou Comte, la Comtesse, & Monseignor Henry, qui nomé sont dessus, que en ceste presente chartre mettent lor seals, en tesmoing, & en garnissement de totes cels choses dessusdites. Et ge premierement i'ay mis mon seaul, & ge *Guillaume* Cheualiers, fils au Vicomte dessusdit, touttes les franchises, & les conuenances dessus deuisées, ay iuré & promis, & promet par mon serement, à tenir & maintenir, & garder entierement, par moy, & pour mes hoirs : Et en tesmoing de ce, ge ay mis mon seal en ces presentes lettres. Et nos *Hugues Duc de Bourgoigne*, par la priere au Viscomte dessus nommé, tesmoignons ceste commune, & cels franchises, & voulons, & à bonne foy qu'elles soient gardées & maintenuës ; & ou tesmoignagne de ce, nous auons mis nostre

noſtre ſeal. Et nos *Guillaume* par la grace de Deu *Arceueſques de Beſançon*, par la priere, & par la requeſte au Viſcomte deſſuſdit; promettons en bonne foy, por nos, & por cels qui apres nos ſeront Arceueſques de Beſançon, touttes les franchiſes, & les eſtabliſſemans deſſuſdits entretenir; en tele maniere, que ſi li Viſcomte, ou ſi li hoir aloient encontre en aucune choſe, nos, ou quiconque ſera apres nos Arceueſque de Beſançon, mettrons en els, à la requeſte d'vn des quatre Iurés de Pontaillier, apres auenant monition, ſentence d'excommunement, & en ſa terre, qui ſera en noſtre Dioceſe, ſentence d'entredit, fors que en Pontoillier: Et celle ſentence d'excommunement & d'entredit garderons entierement, & agrauerons, ſelon ce que ordre de droit eſgardera, iuſques à tant que li eſtabliſſement, & les conuenances deſſus nommées ſoient ramenées en bon eſtat, & face ſatiſfaction entiere. Et au teſmoignage de ce, nous auons mis noſtre ſeal en ces lettres. Et nos *Guy* par la grace de Deu *Aueſque de Langres*, par la priere au Viſcomte deuant dit, promettons à bonne foy pour nous, & pour cels qui apres nous ſeront Aueſques de Langres, touttes les franchiſes, & les eſtabliſſement deſſuſdits à maintenir; en tel maniere, que ſe li Vicuens, ou ſi hoir, en alloient encontre en aucune choſe, nos, ou quiconques ſeroit apres nous Eueſques de Langres, mettrons en els, à la requeſte d'vn deſdits quatre Iurés de Pontaillier, apres auenant monition, ſentence d'excommunement, & en lor terre qui ſeroit en noſtre Dioceſe, ſentence d'entredit, fors que en Pontoillier. Et cels ſentence d'excommunement & d'antredit, garderons & agrauerons ſelon ce que droit eſgardera, iuſques à tant que li eſtabliſſement, & les franchiſes deſſuſdittes ſoient ramenées à bon eſtat, & face ſatisfaction entiere; Et ou teſmoing de ces choſes, nous auons mis noſtre ſeal à ces lettres. Et nous *Hugues* par la grace de Deu *Comte de Bourgoigne*, Palazin, dou ficz auec Monſeignor *Henry de Vergé* deſſuſdits, li Chaſtiau qui eſt en la Parroiche ſaint Moris eſt: Et nos *Aaliz* par la grace de Deu Comteſſe de Bourgoigne, Palazine, fame dou deuant dit Comte, par la priere au Vicomte auant dit, ceſte commune, & tels franchiſes voulons & octroyons, & les teſmoignons par l'auctorité de nos ſeaulx que nous auons mis en ces preſentes lettres. Et ge *Henry de Vergé* ſire de Mirebeaul, & Seneſchaulx de Bourgoigne deuant dit, li Chaſtiau qui eſt en la Parroiche ſaint Moris, eſt par la priere au Viſcomte auant dit ceſte commune, & cels franchiſes, & leur octroy: En teſmoing de ce ge a mis mon ſeal en ces preſentes lettres. Ce eſt faict en l'an de l'Incarnation noſtre Seigneur mil deux cent & cinquante & ſept, ou mois d'Auril. Année 1257.

EGo *Galterus* dominus *Vuangionis Riui*, notum facio vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, quod cum diſcordia verteretur, inter me ex vna parte, & Priorem Vuangionis Riui ex altera, ſuper eo quod dictus Prior & Monachi dicti loci petebant à me Haueas ſalis & ventam quadrigarum quarti fori de Vuangionis Riuo, de quibus dicebant ſe eſſe minus iuſtè ſpoliatos, cum tota aliam ventam prædicti quarti fori quietè & pacificè poſſiderent, & cum omnia ſupradicta Priori & Monachis à prædeceſſoribus meis fuiſſent conceſſa: volo & concedo, ob remedium animæ meæ & anteceſſorum meorum, quod prædicti Prior & Monachi, hæc omnia ſupradicta in poſterum pacificè poſſideant & quietè. Vt hoc autem ſtabilius permaneat, & in omni tempore perpetuò durabilius, ſigillum meum præſentibus litteris feci apponi. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, menſe Auguſto. Année 1257.

Galterus dominus Vangionis Riui, remittit querelā Priori Vangionis Riui, ſuper Haueis ſalis & ventis quadrigarum quarti fori. Ex Chartul. Bingniano.

Année 1258. ou enuiron.

QVONIAM cogitatio hominis, plus ad malum, minus ad bonum prona est, & malum iniquitatis de die in diem germinat in terra. Ideò ego *Hugo Dux Burgundiæ*, ad sopiendam post me futurorum Ducum calumniam & inuidorum proteruiam huic cartæ inserere mandaui rem quandam memoria dignam; illo siquidem in tempore, quo ad sanctum Iacobum peregrè volui proficisci, Abbatem tunc temporis sancti Benigni nomine *Petrum*, sciens eum virum iustum & sanctum, nec dubitans quod sanctitas illius ac iustitia michi in iam dicto itinere conferre posset, vt socius mei viatici esse dignaretur, cum multo supplicamine exoraui. Quod vix tandem ab ipso, sed non sine magnis precibus impetraui. Postea, competens & michi proficuum ducens, si fratrum eiusdem loci fulcirer orationibus, circumsedente in capitulo Conuentu, præsente etiam præfato Abbate, cum quibusdam militibus meis, illuc intraui, & de meis erga illos malefactis veniam postulaui. Deinceps si michi Deus reditum indulgeret emendationem promisi. Confestim autem ibi, inpræsentiarum, pro emendatione ablatorum, & pro animæ meæ & animarum antecessorum meorum salute, precibus ipsorum pulsatus, hoc Deo & sancto Benigno per manum præscripti Abbatis in eleemosynam concessi, & sigilli præsentis attentatione corroboraui, vt quicumque ille esset, siue nobilis, siue ignobilis, de casamento quod de me teneret seu de successoribus meis in eleemosynam facere liceret. Qui igitur hanc meam tam solemniter factam donationem voluerit irritare, aut modo aliquo infringere, illum Dei iudicio relinquo puniendum, seque procul dubio nouerit æternam dampnationis pœnam incursurum. Testes huius donationis & facti, *Vuillelmus* dominus de *Marriniè*, *Iosbertus de Granceyo*, & *Calo* Frater eius, *Aymo*, dominus Rufus *Carpinus*, Hugo *de Besna*, de hominibus, Bonifilius, Girardus famulus, Rotbertus famulus, cellerarij.

Don de l'Eglise de N. Dame du Val prez Talent, par Eustache, vefue d'Eudes le Riche Cheualier de Dijon. Année 1258.

IN nomine Domini, Amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo, mense Aprilis. Ego *Eustacia* quondam vxor domini *Odonis* dicti *Diuitis de Diuione* militis defuncti, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd ego diem extremæ messionis operibus misericordiæ præuenire & animæ meæ saluti & quieti prouidere cupiens pro remedio animæ meæ, & animæ mariti mei prædicti, & animarum antecessorum meorum, dedi, concessi, & obtuli in puram & perpetuam eleemosynam, Deo & Ecclesiæ beatæ Mariæ de Valle iuxta *Talent*, Ordinis Vallis scholarium, & fratribus ibidem Deo seruientibus, pro anniuersario meo & prædicti mariti mei, in prædicta Ecclesia singulis annis in perpetuum celebrando, peciam vnam terræ arabilis, circiter duo iornalia & dimidium continentem, quæ inter cætera pro meo maritagio data & deliberata extitit, sita in territorio de *Roura* vbi dicitur, ou Grauier, retro sanctum Iohannem, iuxta terram Domini *Aimonis de Statulis* militis, ex vna parte, & iuxta terram *Alberici de Breteniere* ex altera, & de ipsa pecia terræ ego me penitus deuestiens, dictos Priorem & Fratres corporaliter inuestiui: promittens per sacramentum meum corporaliter præstitum, contra prædictam eleemosynam, seu contra præsentes litteras, aut contrà ea quæ continentur in ipsis, de cætero per me vel per alium non venire verbo vel facto, siue consensu vel modo alio qualicumque, & ad garantiam super hoc portandam, me & omnes meos hæredes, præsentes & futuros, eisdem Priori & fratribus, & eorum successoribus in perpetuum obligamus. In cuius rei testimonium, præsentibus litteris sigilla virorum venerabilium domini *Amedei Abbatis S. Stephani*, & domini *Mercatoris* Decani Capellæ Ducis Diuionis, feci & supplicaui apponi. Actum anno & mense prædictis.

IN nomine Domini, Amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo tertio, mense Augusto. Ego *Clarambaudus* dictus diues *de Diuione*, miles, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd cùm domina *Eustachia* quondam mater mea, pro remedio animæ suæ, & antecessorum suorum, dederit & concesserit in puram & perpetuam eleemosynam, Deo & Ecclesiæ beatæ Mariæ de Valle iuxta *Talentum*, Ordinis Vallis scholarium, & fratribus ibidem Deo seruientibus, quandam peciam terræ arabilis circiter dua iornalia & dimidium continentem, sitam in territorio de Roura, vbi dicitur ou grauier, retro sanctum Iohannem, iuxta terram domini Aymonis *de Stabulo* militis, & terram Alberici de *Bretenerta* : Ego dictas donationes & cessiones laudo & confirmo & promitto per iuramentum meum, super sancta Dei Euangelia corporaliter præstita, & sub obligatione omnium bonorum meorum non contrauenire : volens me compelli ad omnem obseruantiam præmissorum, quam ex re adiudicata, per Curiam domini Ducis Burgundiæ, cuius iurisdictioni, pro ad hoc suppono me & meos hæredes. In quorum omnium prædictorum testimonium, litteris istis sigillum dictæ Curiæ rogaui apponi. Actum in præsentia *Hugonis de Cabilone* nominati Diuion, Perrenelli & Henrici *de Chuere* testium ad hoc vocatorum, anno & mense prædictis.

Confirmée par Clerembaut son fils. Année 1283.

IESV Christi nomine, Amen. Pateat vniuersis & singulis præsentem paginam inspecturis, quòd excellentissimus dominus *Alfonsus* Dei gratia *Romanorum Rex* semper Augustus, & Castellæ, Toleti, Legionis, Siciliæ, Cordubæ, Marciæ & Giennij Rex, pro se & successoribus suis, recipiens nobilem virum dominum *Hugonem Ducem Burgundiæ*, pro se & successoribus, in verum hominem & fidelem, concessit, donauit, & assignauit eidem Duci & successoribus suis, decem millia morauotinorum, computatis quindecim solidis pipionum pro morauotino, in feudum & nomine feudi dandos & soluendos annuatim eidem Duci & successoribus suis, vel eorum nuncio, in festo Natiuitatis Mariæ Virginis mensis Septembris, in regno Castellæ vel Imperio, in redditibus, vsque ad eandem quantitatem. Et de prædicto feudo dictus dominus Rex, pro se & successoribus dictum Ducem pro se & successoribus suis, cum virga quam in manu tenebat solemniter inuestiuit. Et dictus Dux promisit pro se & successoribus suis, tanquam verus fidelis dicti Regis, ipsum dictum Regem & successores suos in futuro Imperij, &c. contra omnes homines, vltra portus Roncidenallis, fideliter adiuuare; salua fidelitate illustris Regis Franciæ & Reginæ, & aliorum dominorum dicti Ducis; videlicet Eduensis, Lingonensis, & Seabilonensis Episcoporum, & hominum eiusdem Ducis; dummodo ipsi homines Ducis non impedierint dictum dominum Regem vel successores suos & eorum, in terris vel de terris feudalibus dicti Ducis. Et nos Alfonsus Dei gratia Romanorum Rex, pro nobis & successoribus nostris concedimus, approbamus, & confirmamus, omnia & singula supradicta, in quorum omnium testimonium & munimen, præsens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum Segouiæ, Rege mandante, die Sabbati XXI. die mensis Septembris. Petrus *Cabeton* scripsit, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo, præsentibus venerabili patre domino *Pascasio* Episcopo Giennensi, & nobili viro domino Guidone Vicecomite Lemouicensi, & Garsia *Martini*, domini Regis Prothonotario Castellæ, & Baudino Prothonotario sacri Imperij, & Ferando *Roderici* Notario sacri Imperij.

Le Duc de Bourgogne pensionnaire du Roy d'Espagne, luy promet seruice & fidelité.

Année 1258.

Tiltre pour la mesme pension.

NOs *Alfonsus* Dei gratia *Romanorum Rex*, semper Augustus, & Castellæ, Tolleti, Galliciæ, Siciliæ, Cordubæ, Murciæ, & Giennij Rex, notum facimus vniuersis & singulis præsentem paginam inspecturis, quòd nos, pro fidelitate & homagio, quod nobis nobilis vir Hugo Dux Burgundiæ, pro se & successoribus, fecit & exhibuit, sicut in litteris inde confectis plenius continetur, promisimus ei soluere quatuor millia marcarum argenti, ad marcam Trecensem, in proximo futuro festo Natiuitatis beatæ Mariæ Virginis, mense Septembris, Parisius. Ita tamen, quod si in dicto termino de prædictis quatuor millibus marcis eidem Duci vel eius nuncio fuerit integrè satisfactum, quòd ipse de decem millibus morauotinis, computatis quindecim solidis pipionum pro morauotino, quod à nobis & successoribus nostris singulis annis eidem Duci & successoribus suis debentur, pro feudo & nomine feudi tenebit sibi fore integrè satisfactum pro eodem anno, vsque ad consimile festum Natiuitatis beatæ Mariæ Virginis mensis Septembris subsequentis anni. Si verò in solutione dictarum marcarum, in prædicto termino, quod absit, nos deficere contingeret: Volumus & concedimus, quod præfatus Dux, & successores sui, ex tunc absoluti sint, & liberi remaneant à fidelitate & homagio nobis ab ipso facto pro se & suis successoribus, & de decem millibus morauotinis, quod idem Dux recepit à nobis præsentis anni solutione feudi, & ab omnibus litteris & conuentionibus factis per eum, pro se & suis successoribus nobis & nostris successoribus, in aliquo nobis & nostris successoribus minimè teneatur, nec nos nec etiam successores nostri eidem Duci neque successoribus suis, in feudo, literis & quibuscumque aliis conditionibus & conuentionibus vllatenus teneamur. In cuius rei testimonium, & munimen præsentibus litteris sigillum nostrum apponi fecimus. Data Segouiæ die Sabbati XXI. mensis Septembris, Rege mandante Petrus Caueton scripsit, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo, præsentibus venerabili Patre domino Episcopo Gennij, & nobili viro domino *Guidone Vicecomite Limouicensi*, & Garcia *Martini* Prothonotario Castellæ, Baudino Lanceæ sacri Imperij Prothonotario, & Ferrando *Roderici* Notario sacri Imperij.

Année 1258.

Hommage du Comte de Champagne, au Duc.

NOus *Thibauz* par la grace de Deu Rois de *Nauarre*, de Champagne, & de Brye, Cuens Palatins, faisons sauoir à tous ceaus qui sunt, & qui à venir sunt, que l'omage que li sires de Champaigne doit faire à noble home le Duc *de Borgoigne* à Augustines, nous, par son consentement, & par le nostre, li feimes à Vichenes dalés Paris, en tele maniere, que par cest consentement ne demorera pas, que quant li diz homages sera à faire, que li sires de Champaigne ne le soit tenus à faire au Duc de Borgoigne à Augustines, si comme a accoustumé est à faire. En tesmoignage de laquel chose, &c. Données à Laigny en l'an de grace mil deux cent & cinquante & huict, ou mois de Iuing.

Année 1258.

Abbas & Conuentus S. Benigni, dant Guioneto & successoribus suis in perpetuum, Maioriam de Marcenniaco in Monte, cu-

IN nomine Domini, Amen. Anno Incarnationis eiusdem M. CC. LVIII. mense Ianuario, ego *Guionetus* Maior de *Marcenniaco* in Monte, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd cùm nobilis mulier *Margarita* quondam vxor claræ memoriæ domini *Iocerandi domini Branciduni* militis defuncti, existens in sua libera penitus potestate, post decessum prædicti domini Iocerandi mariti sui, tempore quo ipsa villam & dominium de Marcennaio in Monte tenebat, meritis & seruitiis meis exigentibus furnum eiusdem villæ, cum eiusdem furni pertinentiis & iuribus, & Corueias, ac Maioriam villæ prædictæ mihi & meis hæredibus in hæreditatem perpetuam

contuliſſet : viri Religioſi, Abbas & Conuentus Eccleſiæ ſancti Benigni Diuionenſis, ad quos poſtmodum deuenit villa & dominium de Marcennaio ſupradicta, videntes quod erga ipſos bene & laudabiliter me habuerim, & quod in ſeruitiis ipſius Eccleſiæ diu fideliter perſeuerauerim, ob hoc, & maximè pro eo quod eis quittaui furnum & dictas Coruenas, renuncians litteris quas habebam à dicta domina, ſiue à marito prædicto ipſius, vel à domino *Hemani* eorum filio, ſuper furno & Corueis ſupradictis, ſiue ſuper donatione alia mihi facta ab eis vel aliquo eorundem, mihi dederunt Abbas & Conuentus prædicti, vnanimiter & concorditer, Maioriam dictæ villæ in perpetuum ſucceſſiuè à me & hærede meo qui in dominio eorum dictæ villæ erit, pacificè poſſidendam, & me meumque hæredem, qui pro tempore Maior erit dictæ villæ, liberum & immunem omni tempore, quamdiu ego & hæredes meus Maior dictæ villæ erimus in eorum dominio dictæ villæ, ab omni taillia, & omni exactione & ſeruitute quacumque conceſſerunt penitus permanere. Saluo, quòd ſicut alij caſati prædictæ Eccleſiæ in releuamentis caſamentorum erga Abbatem eiuſdem Eccleſiæ nos habebimus. Alij autem hæredes mei, qui Maiores dicti loci non fuerint, erunt ad vſus & conſuetudines aliorum hominum dictæ villæ. ſaluo, quòd de redditu vini & auenæ, quo tenentur alij homines eiuſdem villæ, quicquam ſoluere minimè tenebuntur. Inſuper, ad maioris dilectionis cumulum, libertatem dictæ Maioriæ de Marcennaio mihi & hæredi meo, Maiori dictæ villæ, ſucceſſiuè perpetuò augmentauerunt de iis quæ hic inferius continentur. Voluerunt enim vt ego & hæres meus qui Maior dictæ villæ pro tempore fuerit, ſingulis annis in perpetuum, de cætero percipiamus & habeamus, quamdiu in dominio eorum dictæ villæ erimus, decem ſolidos monetæ Diuionenſis quæ curret pro tempore, in tailliis eorum dictæ villæ, & in ſingulis emendis ſexaginta quinque ſolidorum, quinque ſolidos, in emendis ſeptem ſolidorum, duodecim denarios, in emendis trium ſolidorum, ſex denarios, in emendis duodecim denariorum duos denarios, in ſingulis duodecim Corueis duas Coruenas. Voluerunt etiam atque conceſſerunt, vt ego & hæres meus qui pro tempore Maior dictæ villæ fuerit, pro nobis & propria familia domus noſtræ, in furno eorum dictæ villæ coquere poſſimus & debeamus in perpetuum liberè, ſine furnagio, quamdiu de dominio eorum dictæ villæ erimus. Hæc autem omnia & ſingula, prout ſuperius ſunt diuiſa, mihi & hæredibus meis conceſſerunt in perpetuum vnanimiter & concorditer in Capitulo Eccleſiæ eorum, & nobis auctoritate præſentium confirmarunt, & ad hæc omnia tenenda firmiter & inuiolabiliter obſeruanda perpetuò voluerunt ſucceſſores eorum teneri. Virque religioſus, dominus *Petrus Abbas* prædictæ Eccleſiæ, præſente, volente, & conſentiente Conuentu Eccleſiæ prædictæ, in Capitulo me recepit in fidelem eiuſdem Eccleſiæ, manibus & oris oſculo, & ſucceſſores ſui qui pro tempore fuerunt Abbates eiuſdem Eccleſiæ, hæredem meum qui pro tempore Maior dictæ villæ fuerit, in dominio dictæ villæ exiſtentem in fidelem Eccleſiæ memoratæ manibus & ore recipere tenebuntur. In quorum omnium auctoritatem, & memoriam, & munimen, præſentibus litteris ſigilla virorum venerabilium, domini *Mercatoris* Decani Capellæ Ducis, & Magiſtri *Alberici* Decani Chriſtianitatis Diuionenſis feci apponi, in teſtimonium veritatis. Acta ſunt hæc anno & menſe prædictis.

Cuius priuilegia & exemptiones enumerantur. Ex chartul. S. Benigni.

Année 1258.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, filiis Abbati & Conuentui Monaſterij ſancti Benigni Diuionenſis, Lingonenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Deuotionis veſtræ ſuplex inſtantia nos hortatur, vt vos fauoris beneuolentiâ proſequentes, petitioni veſtræ honeſtate non vacuæ benignius annuimus. Hinc eſt, quod nos veſtris precibus inclinati, auctoritate vobis præſentium indulgemus, vt cum generale interdi-

Alexander PP. IV. concedit Abbati & Monachis S. Benigni, vt poſſint diuina Officia celebra-

re tempore interdicti generalis Sancti Benigniano.

ctum terræ fuerit, liceat vobis, ianuis clausis, submissâ voce, non pulsatis campanis, interdictis & excommunicatis exclusis, diuina Officia celebrare; dummodo nullam causam dederitis interdicto, nec id vobis contingat specialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Viterbij III. Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno quarto.

Année 1258.

Alexander PP. IV. confirmat omnia priuilegia, & possessiones Ecclesiæ sancti Benigni Diuionensis, Prioratus, Ecclesias, & cætera præcipua iura eiusdem Monasterij enumerat

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis, Abbati Monasterij sancti Benigni Diuionensis, fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacræ Religionis infringat, ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium sancti Benigni Diuionensis Lingonensis Diœcesis, in quo diuino estis obsequio mancipati, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo Monasticus, qui secundum Deum & beati Benigni regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea, quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium inpræsentiarum iustè ac canonicè possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, de sancto Vigore Baiocensi, de Sauxofonte, de Venorreio, de Nogento, de Montegneio, de sancto Beligno, Bertiniacæ Curtis, de Iubbimont, de Ruz, de sancto Amatore Lingonensi, de Antheolo, de Arneto, de Sumbernione, de Salmasia, de Montmorant, de Corneto, de sancto Stephano Belnensi, de Corbetaut, de sancta Maria Cabilonensi, de Paluello, de Varoies, de S. Apollinari, de Remille, de Saccio, de Albergamento de Ysier, de Lonui, de Asitiaco, de Saluns, de Salons Capella, de Plomberes, de Borda, de Viuariis, & de Prunoi, Grangias, cum omnibus pertinentiis earumdem, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vsagiis & pascuis, in bosco & plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sanè noualium vestrorum, quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de vestrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis, Clericos vel Laïcos liberos & absolutos, à sæculo fugientes ad conuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum, post factam in Monasterio vestro professionem fas sit, sine Abbatis sui licentia, nisi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco discedere. Discedentem verò absque communium litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, diuina Officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes Clericorum qui ad ordines fuerint promouendi, à Diœcesano suscipietis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem sacrosanctæ Romanæ Sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, vt infra fines Parrochiæ vestræ, nullus, sine

assensu Diœcesani Episcopi & vestro, Capellam seu oratorium de nouo construere audeat, saluis priuilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc nouas & indebitas exactiones, ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis seu Decanis, aliisque omnibus Ecclesiasticis sæcularibusve personis, à vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, aut publicè vsurarij, nullus obsistat; salua tamen iusticia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea, & possessiones ad ius Ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à laïcis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias ad quas pertinent reuocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres, communi consensu, vel fratrum maior pars consilij sanioris secundum Deum beatique Benedicti Regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestræ paternæ imposterum sollicitudine prouidere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, vt infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum, nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones sæcularium exactionum, à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel oblatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diœcesani Episcopi Canonica iusticia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ Constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptauerit, secundo tertiòve commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen, Amen, Amen. Ego *Alexander* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Ego *Odo Tusculanus* Episcopus subscripsi. Ego *Stephanus Prenestinus* Episcopus subscripsi. Ego Frater *Iohannes* tituli *sancti Laurentij in Lucina* Presbyter Cardinalis subscripsi. Ego Frater *Hugo* tituli *sanctæ Sabinæ* Presbyter Cardinalis subscripsi. Ego *Richardus sancti Angeli* Diaconus Cardinalis subscripsi. Ego *Octauianus sanctæ Mariæ* in via lata Diaconus Cardinalis subscripsi. Ego *Petrus sancti Georgij ad Velum Aureum* Diaconus Cardinalis subscripsi. Ego *Ottobon sancti Adriani* Diaconus Cardinalis subscripsi. Datum *Anagniæ*, per manum Magistri *Iordani* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Notarij & Vice-cancellarij, x. Kalendas Ianuarij, Indictione secunda, Incarnationis Dominicæ anno M. CC. LVIII. Pontificatus verò Domini Alexandri PP. IV. quarto anno. Année 1258.

NOS Frater *Petrus* permissione diuina humilis *Abbas* totusque Conuentus Ecclesiæ *sancti Benigni* Diuionensis, Lingonensis Diœcesis. Notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd cùm Refectorium Ecclesiæ nostræ mappis minus sufficienter ab Ecclesiæ nostræ prædictæ Camerario seruiretur; cùm solummodo semel in hebdomada mappis albis prouideretur Refe- Petrus Abbas S. Benigni præscribit Camerario, vt bis in hebdomada, de

mappis albis in Refectorio prouideat; cui propter hoc dat vi. eminas bladi annui redditus apud Missigneium. *Ex eodem Chartul.*

ctorium supradictum: nos super hoc consilium ac remedium apponere cupientes, vt honestius edentes in Refectorio corporum sustentationes accipiant, de cætero statuimus vnanimiter & concorditer, ac volumus, vt Ecclesiæ nostræ Camerarius qui pro tempore fuerit, de cætero, bis in hebdomada, videlicet in die Dominico, & in die Mercurij prouideat & prouidere teneatur Mappis albis in Refectorio supradicto. Et vt hoc melius, abundantius & alacrius faciat, dedimus concessimusque prædicto Camerario, in perpetuum, mansum vnum cum sex eminis bladi, quas debet idem mansus de annuo & perpetuo redditu. Qui mansus situs est in villa de Missigneio, & de dicto manso, & de prædicto redditu sex eminarum prædictarum bladi, virum Religiosum Fratrem *Hugonem* tunc Camerarium Ecclesiæ nostræ, nomine suo & successorum suorum Camerariorum Ecclesiæ nostræ corporaliter inuestiuimus. Et vt hoc ratum sit & stabile perpetuò, præsentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas in testimonium veritatis. Actum anno Domini M. CC. LIX. mense Aprilis.

Année 1259.

Acquisition par le Duc, de la terre de Brancecon, &c.

VNIVERSIS præsentes litteras inspecturis, *Girardus* Dei gratia *Eduensis Episcopus*, salutem in autore salutis. Nouerit vniuersitas vestra, quòd constitutus propter hoc in nostra præsentia vir nobilis dominus *Henricus dominus Brancidunt*, miles, filius quondam domini *Iocerandi* militis defuncti, recognouit, se, pro vtilitate sua, vendidisse, concessisse, & quitauisse in hæreditatem perpetuam, illustrissimo viro domino *Hugoni Duci Burgundiæ*, Brancidunum, Hussellas, Bellum Montem, & la Penriere, in villis, fortericiis, nemoribus, aquis, terris, pratis, iusticiis magnis & paruis, dominiis, hominibus, & omnibus exitibus, redditibus, & commodis quibuscumque, & omnia feoda quæ tenebat & tenere poterat & debebat de domino Duce prædicto, vbicumque sint quæcumque, tam in feodis quam in dominiis; nichil in præmissis omnibus pro se vel eius hæredibus nunc & in posterum de cætero retinendo. Hanc autem venditionem fecit idem Henricus, memorato Duci Burgundiæ & suis hæredibus, pretio nouem millium librarum monetæ Diuionensis, de quibus recognouit coram nobis se recepisse à dicto Duce & habuisse plenam, perfectam, & integram solutionem in pecunia numerata. Et pro villa quæ vocatur li Percheresce, quamquidem dictus Dux debet facere ei valere trecentas libratas terræ ad monetam Diuionensem, annuatim; ita quod si villa & appendiciæ de la Percheresce non sufficerent ad dictas trecentas libratas terræ prædictas, dictus Dux defectum suppleret in terra sua propinquiori dictæ villæ. Insuper & pro quingentis libris monetæ Diuionensis, quas reddere tenetur dictus Dux annuatim eidem domino Henrieo quandiu vixerit, & post eius Henrici decessum, idem Dux & eius hæredes à solutione dictarum quingentarnm librarum quitti remanebunt penitus & immunes. Propter hoc autem, dictus Henricus, de prædictis omnibus & singulis in præsentibus litteris & in venditione præsentium contentis, se coram nobis penitus deuestiens, dominum Ducem prædictum inuestiuisse corporaliter recognouit, promisitque, & tenetur coram nobis, sub obligatione & hypotheca bonorum suorum omnium præsentium & futurorum, & per sacramentum suum, pro se & suis hæredibus, quos obligauit ad hoc, super sancta Dei Euangelia præstitum corporaliter, omnia & singula supradicta, provt continentur in venditione præsenti, garentire dicto domino Duci & suis hæredibus, perpetuò, contra omnes, & se pro ipso Duce & suis hæredibus semper & vbique locorum, & in omni curia, contra personas omnes opponere propter hoc & respondere, propriis sumptibus, & eos inde conseruare modis omnibus indempnes, si qui calumniatores apparerent, quod absit, & in nullo de cætero, per se vel per alium, contraire verbo vel facto, siue consensu, vel modo quolibet alio, tacitè vel expressè, renunciauit

ciant in hoc facto, ex certa ſcientia, per ſacramentum ipſius, exceptioni non habitæ pecuniæ prædictæ, & exceptioni minoris pretij & deceptioni vltra dimidiam iuſti pretij, & omni conſuetudini & ſtatuto cuilibet primæ epiſtolæ diuini Adriani, & omni iuris auxilio Canonici & Ciuilis, & omnibus litteris & priuilegijs, impetratis & impetrandis, & omnibus iuribus, rationibus, exceptionibus, dilationibus, & aliis quibuſcumque quæ poſſent obiici contra præſens inſtrumentum vel factum. Suppoſuit ſe etiam noſtræ iuriſdictioni, nobis humiliter ſupplicans, vt ſi ipſe vel eius hæredes aliqui, pro eis, vel eorum occaſione, contra ea quæ continentur ſuperius aliquid attemptarent, nos vel ſucceſſores noſtri, ad requiſitionem Ducis prædicti vel hæredum ſuorum, aut eorumdem mandati, monitione ſeptem dierum præmiſſa, in ipſum, & ſuos hæredes, vbicumque ſint, & in terras eorum, & homines, feramus excommunicationis & interdicti ſententias, & eas teneamus, & ſecundum iuris ordinem aggrauemus, quouſque dictus Dux & eius hæredes, in pace prædicta teneant, & ſuper hoc conſeruentur indampnes. Voluit inſuper Henricus prædictus, coram nobis, quod ſi quæ litteræ, ante confectionem præſentem, vel poſt, confectæ, producerentur de cætero contra tenorem præſentium, ab aliquo, quibuſcumque ſigillis ſigillatæ ſint, & cuiuſcumque tenoris exiſtant, nullius ſint roboris de cætero vel valoris. In quorum omnium teſtimonium & munimen, ad preces dicti domini Henrici, præſentibus litteris ſigillum noſtrum appoſuimus, & pro nobis & noſtris ſucceſſoribus promittimus ferre dictas ſententias, vt ſuperius eſt expreſſum. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono, menſe Auguſto. Annéo 1259.

NOs Frater *Amideus* permiſſione diuina humilis *Abbas ſancti Stephani Diuionenſis* & Frater *Iohannes* eadem permiſſione humilis *Abbas ſanctæ Margaretæ*, notum facimus omnibus præſentes litteras inſpecturis, quod in noſtra præſentia propter hoc ſpecialiter conſtitutus, *Stephanus ac Monte ſancti Iohannis*, dominus de Saumaiſe, domicellus, recognouit ſe pro vtilitate ſua euidenti, vendidiſſe in hæreditatem perpetuam, illuſtri viro domino *Hugoni Duci Burgundiæ*, ſexaginta & decem libratas terræ ad monetam Diuionenſem, quas ipſe Stephanus percipiebat annuatim in burſa dicti Ducis, & percipere debebat, quouſque aſſediſſet prædicto Stephano, ratione eſcambij facti ad Virgeio quam de *Margarita* filia dicti Ducis, & de fratre dicti Stephani contractum fuit matrimonium, videlicet pretio ſeptingentarum librarum monetæ Diuionenſis; in quibus ipſe Sephanus recognouit coram nobis ſe plenam, perfectam & integram ſolutionem recepiſſe & habuiſſe in pecunia numerata: & propter hoc de dictis ſexaginta & decem libris ad monetam prædictam, quæ ipſi Stephano promiſſa ratione & reſiduo debebantur, idem Stephanus, pro ſe & eius hæredibus, prædictum dominum Ducem & ſuos hæredes, & aſſignationem, ſi quæ propter hoc factæ ſint vel fieri debeant, quittauit in perpetuum, abſoluit, per ſacramentum ſuum ſuper ſancta Dei Euangelia præſtitum corporale, contra venditionem & quittationem prædictas de cætero non venire, per ſe vel per alium, verbo vel facto, ſiue conſenſu, vel modo alio qualicumque. Promiſitque ſub iuramento prædicto & obligatione bonorum ſuorum, ſuper hoc dicto Duci & eius hæredibus portare garanciam, ſi quis contra venditionem & quittationem prædictas veniret in aliquo, vel ipſum dominum Ducem aut eius hæredes ſuper eo aliquo tempore moleſtaret. In quorum teſtimonium, ad preces dicti Stephani præſentibus litteris ſigilla noſtra appoſuimus. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono, menſe Auguſto. Annéo 1259.

Acquiſition par le Duc, d'Eſtienne de Mont S. Iean, ſire de Saumaiſe.

Quomodo Escafuræ, vestes, & cætera bona Monachorum post eorum decessum partiri debeant, statuitur. *Ex Chartul Bourgaiano.*

NOs Frater *Petrus* permissione diuina humilis *Abbas*, totusque Conuentus Ecclesiæ *sancti Benigni* Diuionensis, notum facimus omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd cùm essemus in dubio, quibus de Ecclesia nostra, Escasuræ defunctorum in ipsa debeant deuenire: nos, ad pacem & quietem nostram & successorum nostrorum laborantes, ne de cætero super hoc oriatur dissensio, vnanimiter & concorditer de præmissis statuimus & ordinauimus, in hunc modum. Residentium & commorantium in Ecclesia nostra defunctorum vestes omnes, qualescumque sint, habebit Camerarius. Cantor habebit breuiarium, omnes alij libri ponentur in armario, pro Conuentu Aurum, argentum, lapides pretiosi, equi cum husiis, calcaribus, & cappa, erunt Abbatis. Statuimus & vnanimiter & concorditer de foraneis Monachis in Prioratibus decedentibus, quod Priores locorum vestes habeant. Illorum autem qui decedent in Abbatia vestes habeat Camerarius. Cantor breuiarium, & omnes alij libri decedentium, tam in Abbatia quam extra, ponentur in armario, pro Conuentu. Illorum autem qui extra Abbatiam decesserint, Abbas habebit breuiaria, & illorum qui ad succurrendum in Abbatia traditi fuerint sepulturæ, equos, varium, grisum, aurum, & argentum Abbas habebit. Totum aliud residuum habebit Camerarius, excepta serica quæ erit Ecclesiæ nostræ sancti Benigni prædictæ. Hanc autem nostram constitutionem, tam à nobis quam à nostris successoribus volumus & præcipimus teneri de cætero & in perpetuum obseruari. In cuius constitutionis & ordinationis memoriam, auctoritatem, & munimen, præsentibus litteris sigilla nostra apposuimus in testimonium veritatis. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense Nouembri.

Année 1259.

Acquisition de Poillé par le Duc de Bourgogne.

NOs *Iaques Priour de Nostre Dame de Semur*, & *Iacques Priors de saint Ithin de Semur*, fasons sauoir à tous ceaux qui verront cels presentes lettres, que pardeuant nos estably *Guiz* Escuiers fil Monseignor Bauduin *Escaruolle*, & *Bauduinz* Escuier fiz Monseignor Perrin *Choart*, ont recognu qu'il ont vendu & quitté à tosiors à noble homme *Hugon Duc de Borgoigne* tout ce que il auoient ne entendoient à auoir en la terre de Poillé por l'escheoite Madame Geltru lor Tante, por quarante liures de Digenois, desquelles ils se tendrent por paié en deniers nombrés. Et ont conneut par lour sairemant fait pardeuant nos, ceste venduë, & ceste quittance à garantir contre tous, ne que il ne poront venir ancontre, ne por auls, ne por autruy. Et que ce soit plus ferme chose & estauble, à la requeste des deuant diz Guiot & Baudin, nos auons mis nos seaus en ces presentes lettres. Ce fu fait en l'an de l'Incarnation nostre Seigneur mil deux cent & soixente, ou mois de Aoust.

Année 1260.

Tiltre pour la Maison de Dijon, dite Pontallier.

Année 1260.

IN nomine Domini, Amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo sexagesimo, mense Septembris, ego *Barthelomeus* miles, quondam filius *Odonis* dicti diuitis *de Diuione* militis defuncti: Notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd ego mecum associaui virum illustrem & dominum meum karissimum *Hugonem Ducem Burgundiæ*, in omnibus iuribus & rationibus, quæ mihi competunt & competere possunt & debent, erga dominum *Clarambaudum* militem fratrem meum, ratione partagii: promittoque per sacramentum meum corporaliter præstitum, quod inde pacem, finem, compositionem vel concordiam non faciam, nec facere possum, aut debeo; nisi voluntas dicti domini Ducis interuenerit & consensus. In cuius rei testimonium & munimen, præsentibus litteris sigilla virorum venerabilium, domini *Mercatoris*

Decani Capellæ Ducis, & Magistri *Alberici* Decani Christianitatis Diuionensis supplicaui, & feci apponi. Actum anno & mense prædictis.

EGo *Theobaldus Comes Barri Ducis*, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd cùm claræ memoriæ *Henricus Comes Barri* Ducis, pater meus, nemus quod vocatur Vuautiermont, ad Prioratum de Ruz pertinens pleno iure, in præiudicium & detrimentum dicti Prioratus occupasset pro suæ libito voluntatis. Ipse tamdiu volens in partibus transmarinis peregrè proficisci, & Deum habens præ oculis, dedit, & concessit dicto Prioratui & Monialibus ipsius Prioratus, in recompensationem & escambium dicti nemoris, sex modios frumenti, de annuo & perpetuo redditu, quos voluit & præcepit .... Priori de Ruz, qui pro tempore fuerit, reddi & delibrari in perpetuum, annuatim, in granario suo Barri Ducis. Et cum eos annuatim soluerim & velim vt reddantur de cætero, secundum quod pater meus instituit & præcepit, maximè cùm viri venerabiles & Religiosi, Abbas & Conuentus sancti Benigni Diuionensis, quibus dictus Prioratus de Ruz immediatè subest, animam dicti patris mei, quantum in eis est, super occupatione dicti nemoris absoluerint, & ipsum nemus mihi meisque hæredibus perpetuò quittauerint. Volo etiam, præcipio, & auctoritate præsentium instituo, vt dicti sex modij frumenti Priori de Ruz vel eius mandato, annuatim, infra festum Omnium Sanctorum, sine contradictione vel occasione cuiuslibet persoluantur, recognoscens me & meos hæredes ad dictos sex modios frumenti reddendos annuatim infra dictum festum in prædicto granario Barri Ducis ad mensuram loci, teneri ratione nemoris supradicti. In cuius rei auctoritatem, testimonium, & munimen, præsentibus litteris sigillum meum feci apponi. Actum anno Domini M. CC. LX. mense Nouembri. Année 1260.

Theobaldus Comes Barri Ducis, dat Prioratui de Ruz, in escambium nemoris quod vocatur Vuautiermõt, sex modios frumenti percipiendos in granario Barri Ducis.

Ex Chartul. Benignano.

EGo *Galterus dominus Vuangionis Riui*, notum facio vniuersis præsentibus & futuris, quòd ego, considerans prædecessores meos, & me multa seruitia, vicinitates, & alia bona, à longis temporibus retroactis vsque nunc, recepisse & habuisse à viris Religiosis, Priore & fratribus Prioratus sancti Stephani Vuangionis Riui de Ordine sancti Benigni Diuionensis, existentis sub dominio meo; cui Prioratui potius de bonis nostris, ad ampliandam sanctam Dei Ecclesiam cultumque diuinum multiplicandum contulisse copiam debuissemus, quam sua propria retinuisse, nec ita factum fuerit sed copiosius bonorum suorum apud nos retentio durauerit; supradicta ego corpore sanus & hilaris, quantum sinit debilitas senectutis ac bene compos meæ mentis, animæ meæ prædecessorumque meorum, prouidere desiderans remedio & saluti spontaneus, tam pro recompensatione prædictorum quam pro anniuersario meo, prædecessorum meorum, Isabellis vxoris meæ & domicellæ *Iohannæ filiæ* meæ singulis annis in dicto Prioratu faciendo, de ipsarum voluntate, laude & consensu ac ad earum requisitionem & preces infinitas, Deo, beatissimæ Matri eius, sancto Benigno, sanctoque Stephano de Vuangionis Riuo, Priori & fratribus in dicto Prioratu, tam nunc quam imposterum morantibus, in perpetuam eleemosynam contuli & concessi, vsuarium suum in omnibus nemoribus meis, vbicunque sint & fuerint; propè siue procul, ad omne genus lignorum & meranni; volens & concedens, quod tam ipsi quam omnes eorum familiæ & famuli seu nuncij, merannum & omne genus lignorum in omnibus & singulis dictis nemoribus, liberè & absolutè, ac sine cuiusquam contradictione capiant, ad ædificandum, affocandum, clausuras & omnia, & singula alia sibi necessaria faciendum in dicto Prioratu, in domibus, & grangiis, pertinentiis earum & appenditiis, molendinis, terris, pratis, vineis, possessionibus & qui-

Galterus dominus Vuangionis Riui, in extremis constitutus, vna cum Isabella vxore, & Ioanna filia, dat Prioratui S. Stephani Vuangionis Riui, plenarium vsagium in omnibus nemoribus suis.

Ex eod. Chart.

bufcumque rebus aliis dicto Prioratui pertinentibus, præfentibus & futuris, quacumque de caufa feu ratione ad poffeffionem feu proprietatem dicti Prioratus deuoluantur, & pro omnibus & fingulis fupradictis fideliter adimplendis & firmiter obferuandis, eifdem Priori & fratribus obligaui fpontaneus me & hæredes meos, totam terram meam & ipfa nemora priuilegiaque fori, quantum ad hoc renuncians tamquam meorum hæredum nomine me & ipfos domini Lingonenfis Epifcopi, qui pro tempore fuerit, fuppofui iurifdictioni. Nos autem, Ifabellis domina Vuangionis Riui, & domicella Iohanna prædicta confenfum noftrum & voluntatem noftram fpontaneè præbuimus in omnibus fupradictis. Et vt omnia fingulaque præmiffa firma permaneant & inconuulfa, præfentem cartam nos dicti Galterus & Ifabella vnanimi noftro confenfu, & ad preces dictæ Iohannæ figillorum noftrorum munimine duximus confirmandam. Actum anno Domini M. CC. LXI. menfe Maij.

Année 1261.



Adueu de Henry de Vergy, Sire de Mirebeau.

GE *Henriz de Vergy* Cheualiers, Senechauz de Burgonien, fires de Mirebel, fais fauoir à tous ces qui ces prefentes lettres verront, que ie tieng en fié lige de Monfegnor le Duc de Burgoinne, Mirebel, & le fay iurables & redeuables, & les Chaftelleries, & la Senefchaufie de Burgoinne, la garde de faint Ligier, de Noiron, de Chauigne, de Viez Vignes Darrons, de Vauz de Remillé, de Labergement, de Foigne de par faint Benigne, & en tieng le fié de Tafne que l'vn tieng de moy, & le fié de Bere d'Areaux, & Arc fus Tille, le fié de Bures, le fié de Ianle, que Meffires *Marceaux de Maille* tient de moy. La garde de la Cone, & ce que ie i'ay, & de Cufe, la garde d'Efcuele, le Gete de Beleneue, & homes, le Gete de Maigne, faint Maharc, & le fié de Chirigez, & fe Meffires li Dux, ou fi hoir, me poient auifer, ou faire fauoir plus ou à mes hoirs, ou ge men puiffe auifier de chofe qui ne foit cy deuifée, ie & mi hoir le deuons accroiftre, & recognoiftre du fié le Duc. Et en tefmoignage que ces chofes foient eftaubles, ge en ay toutes ces lettres feellées de mon fel. Ce fu fait en l'an de grace mil deux cent & foixante, ou mois d'Auril.

Année 1260.

A toz ces qui verront ceſtes preſentes lettres, ie *Pierres de Sarcigné* Cheualiers, & ie *Maaus* ſa femme ; faſons aſauoir, que nos totes les choſes, & vnes chaſcunes, mouanz dou chief de moy *Maal*, que nos auons ou ponons, ou deuons auoir en totes menieres, & en toz prouaiges, à *Comblanchien*, & ou finaige de cele vile, auons pris de noble Baron Hugon Duc de Borgoigne, & de ſes hoirs, en fié liege ; fauue la feauté Monſeignor *Renaut de Sarcigné* Cheualier frere de moy Pierre. En teſmoignage de ceſte choſe, nos deuant nommé Pierre, & Maaus, auons baillié au deuant dit Duc ces preſentes lettres, ſaellées des ſeaux d'onoraubles Barons *Thiebaut de Faucogné* Arcediacre de Beaune, & *Eſtiene Ploton* Arcepreuene de Biaune. C'eſt fait en l'an de l'Incarnation de noſtre Seignor mil deux cent ſexante, ou mois de Iunot. Année 1260.

Recõnoiſſance de Pierre de Sarcigné. Cheualier.

VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis, ego *Hugo de Roure* domicellus Frater *Guidonis domini de Chandenay* militis, notum facio, quòd ego vendidi, tradidi & conceſſi in perpetuum, penitus, & præcisè, *Haymoni de Poiſſons* domicello, dicto de Vert, res inferius annotatas; videlicet duas partes turris de Maigné, & quicquid iuris habeo in toto Mancio, quamdam peciam vineæ ſitam deſuper Maigneium, propè perreciam, medietatem ſexdecim familiarum hominum apud Maigneium, cum manſis eorum, & aliis ac omnibus appendiciis & pertinentiis eorumdem manſorum : triginta ſex iornalia terræ ſita in finagio de Maigné, cum noëriis ſitis in eiſdem, triginta boiſſellos auenæ, duos boiſſellos frumenti ad menſuram Belnenſem, ſex pintas olei ad menſuram Diuionenſem, tres ſolidos & dimidium Diuionenſium, qui michi debentur annuatim apud Maigné cenſuales : quartum ſextarium duarum peciarum vineæ ſitarum in finagio de Maigné, quarum vna eſt ou larrez iuxta fontem, & alia eſt ou larrez ab alia parte, propè vineam prædictam, quamdam grangiam ſitam apud Maigneium iuxta puteum de Moneſtois, cum manſo ſpectante ad eamdem grangiam, vnum manſum ſitum ante turrim prædictam, vnum manſum ſitum apud Maigné, in quo torcular ſolebat eſſe ſitum : Vſagium quod habebam pro me & hominibus meis in nemoribus de Deſtain : medietatem quatuordecim familiarum hominum apud Chauz, ſeptem boiſſellos auenæ, vnum boiſſellum & dimidium frumenti ad menſuram de Nuiz : quattuor ſolidos & duos denarios qui mihi debebantur annuatim apud Chauz cenſuales : medietatem nouem manſorum ſitorum apud Cheure, & appenditiarum eorum, ac hominum, ſi qui morantur in eiſdem manſis, galinas quæ debentur de manſis prædictis. Nec non quicquid iuris habeo, vel habere poſſum, aut debeo, tam pro accreſcentia, quam modo alio quolibet, in villis de Maigné, de Chauz, & de Chevre ſupradictis, & in finagiis earumdem villarum, tam in iuſticia, dominio, quam in omnibus aliis commodis quibuſcumque. Ac etiam feodum quem dominus *Bertrandus* miles tenet à me apud Maigné, & in finagio, & feodum quem liberi domini *Odonis* dicti *Taillefer* militis conſanguinei mei, tenent à me in villis ſupradictis ac finagiis earumdem. De pretio autem venditionis huiuſmodi, habui iam & recepi à dicto Haymone, ducentas libras Diuionenſium in pecunia legitimè numerata, & adhuc debet michi idem Haymo, de ipſo precio, quater centum & viginti libras Diuionenſium ; vnde teneor & promitto iuramento meo ſuper ſancta Dei Euangelia corporaliter præſtito, & ſuper omnia bona mea, vbicumque fuerint, venditionem ſupradictam dicto Haymoni ſuiſque hæredibus contra omnes in perpetuum pacificè & liberè garantire : promitto ſi quidem iuramento meo iam præſtito, quod quam cito, virum nobilem *Hugonem Ducem Burgundiæ*, qui ad præſens eſt abſens, ad partes iſtas venire contigerit, ad ipſius Haymonis vel eius mandati

Hugo de Roure domicellus, vendit Haymoni de Poiſouz domicello dicto de Vert, duas partes turris & dominij de Maigné, de Chauz, & de Cheure, pro DC. XX. libris. *Ex Chartul. Benignianc.*

requisitionem, ad ipsum Ducem accedere, & coram ipso publicè confiteri venditionem sæpedictam, & laudare qualescumque litteras idem Haymo super dicta venditione facere voluerit, ei promitto quod ipsas litteras ab .... vxore mea laudari faciam coram Duce .... & à domino Marignei & omnibus aliis dominis, à quibus tenebam in feodum res superius nominatas. In quorum omnium testimonium, præfato Haymoni trado litteras sigillo viri venerabilis *Theobaldi de Fauroigneio* Belnensi Archidiacono roboratas. Actum anno Domini M. CC. LXI. mense Iulij.

Année 1261.

Accord entre le Duc, & l'Abbé de Molesmes, pour le Prioré de S. Berein.

NOs Freres *Guillaumes Abbes de Moloimes*, & touz li Conuanz de ce meisme leu, faisons asauoir à tous ces qui verront ces presentes lettres, que nos auons mis nostre Prioré de saint Berein, & toutes les appartenances de ce Prioré, en la bonne garde à noble Baron *Hugon Duc de Borgoigne*, & son hoir qui sera Dux de Borgoigne, por deux muis d'auoine à la mesure d'Aignay, que l'an li randra chacun an à la Toussainz; en tel meniere, que li Dux ne ses hoirs, au Prieux, ne au Prioré, ne és homes de la terre, ne puet demander ost, gist, ne past, ne cheuauchie, ne gruerie és bois dou Prioré, ne semonce sur les homes, forsque solement la bone garde, si con nos auons dit par dessus. Ne li Dux, ne ses hoirs, ne porra ceste garde oster de sa main, ains la tanra touziors en sa main cil qui sera Dux de Borgoingne. Ne nos ne porrons ceste garde oster de sa main; mas se li Dux, ou ses hoirs ostoit la garde de sa main, nos porriens aler à tel gardien con nos voudriens, senz meffaire vers le Dux, ou vers son hoir. Apres, saichent tuit, que li Dux ne ses hoirs ne porra garder ne deffendre ses hommes de cedit Prioré ancontre. Nos ne ancontre le Prieux doudit Prioré. Et se aucuns forfaisoit au Prieux, ou à la Prioré, ou aus homes dou Prioré, en quelque leu qui fussent, & li Dux, & li hoir seroient tenu, quant li Prieux le requerroit à garder luy & le Prioré, & ses homes. Et ses choses à bonne foy auons accordé entre nos Abbé, & le Couent de Moloimes, d'vne part, & le deuant dit Dux d'autre, que tuit parcours, sont osté de nostre terre, & de la terre audeuant dit Duc de Borgoigne; en tel meniere que nos ne porrons retenir à Moloismes, ne aus appartenances, ne en ville que haiens, ne que nos acqueriens, soit en chief, soit en mambres, les homes audeuant dit Dux, de quelque part qu'il veignent, ne de ses fiez, ne de ses gardes aquises ou à querre. Ne li Dux, ne ses hoirs, ne porra retenir nos homes de Moloimes, ne des appartenances, ne dou chief, ne des mambres, ne de nos fiez, ne de nos rerefiez, ne de nos gardes acquises ou à querre, an ville que il hait, ne que il face, ne que il aquiere, de quelque part qu'il viengnent, ne en ses fiez, ne en ses rerefiez, ne en ses gardes acquises ou à querre. Et se aucuns des fiez, ou des rerefiez, ou des gardes, le Duc voloit retenir nos homes de Moloimes, dou chief, ou des mambres de nos fiez, ou de nos rerefiez, ou de nos gardes acquises ou à querre, li Dux nos seroit tenuz conseiller contre aux en bone foy, & ne seroit pas aidanz à ces qui retendroient nos homes, & n'an porriens retenir les homes à ceaus qui retendroient les noz, sans meffaire vers ne luy, & aucuns hons de l'Eglise de Moloimes, dou chief, ou des mambres de nos fiez, ou de nos rerefiez, ou de nos gardes acquises ou à querre. Ou se aucuns des homes lou deuant dit Duc, ou de ses fiez, ou de ses rerefiez, ou de ses gardes acquises ou à querre, s'an aloit en autre seignorie, nos ne porriens retenir ceaux qui s'an sereant alé de dessouz nos, ne an fiez, ne an rerefiez, ne an gardes acquises ou à querre. Et porce que ces choses dessus deuisées soient fermes & estables, nos auons mis nos seaus à ces presentes lettres. Ce fu en l'an de l'Incarnation nostre Seignor mil deux cent & soixante & vn, ou mois de Septembre.

Année 1261.

LETTRES de l'an 1261. ou mois de Feurier, le prochain Mardy apres la Chandelouse, par lesquelles *Fauque* file Monseignor *Guillaume de la Pourrere*, cay enarriens feme Monseignor *Henry de Brancion*, confirme la venduë de Brancion, & des appartenances, la venduë de Vsselles, & des appartenances, la venduë de Baumont, & des appartenances, la venduë de la Colomne, que aucun appellent la Peiurrere, & des appartenances, que Messires Hanris de Brancion cay en arriers Mariz de li deuant dite Dame Fauque, auoit faite au noble Baron *Hugon Duc de Borgoigne*, renonçant au droit qui dit, que li feme apres la mort de son mary doit auoir la moitié des biens dou mary, por la Porcheresse, & por les appartenances que li deuant diz Dux li ay deliurée en fié lige, & le doit faire valoir trois cent liures de terre à Diionnois: Et se ele ne les valoit, li Dux les doit parfaire en sa terre, & au plus prés de la Porcheresse, & quarante liures de terre à Digenois. Année 1261.

HVGVES *Dux de Borgoigne*, à ses amez, & à feaus nobles homes & amis *Tiebaut Conte de Bart*, & *Alis Comtesse de Borgoigne*, & de Sauoie, Palatine, *Ottenin* son fil, *Philippe de Vianne* seignor de Paigny, & sa mere, & és hoirs Icham Comte de Borgoigne seignor de Salins, & Henry de Paignié seignor de sainte Crois. Au seignor de Lonui, à seignor de *Chaucins*, de *Pesmes*, de *Rans*, *Doiselers*, de *Noblans*, de *saint Germain*, de *Verdun*, de *Vauci*, de *Nauille*, de *Maille*, de *Choisel*, d'*Aspremont*, de *Bialines*, de *Bersie*, de *la Sarrée*, de *Bonanz*, de *Digoinne*, de *Castoillon* en Besois, de *Luze*, de *Bage*, de *Espoisse*, de *Nanton*, de *Poinsoillier*, de *Chappes*, de *Gie*, de *Larres*, de *Grancé*, de *Tirechastel*, de *Sez*, d'*Entigné*, de *Montagu*, de *Ierge*, de *Til*, de *seint Berry*, de *Charne*, de *Muresant*, de *Sombernon*, de *Saffre*, de *Champrenart*, de *Mont saint Iehan*, de *Noiers*, de *Samaise*, de *Mirebial*, de *Fontaine*, de *Antré*, de *Couches*, de *la Roche*, de *Chastelus*, de *Pierre Pertus*, de *la Roche*, de *Nostre Dame de Poslle*, de *Feolleis*, de *Gissie*, de *Martigne*, de *saint Roman*, de *Tart*, de *Tanlay*, de *Mermer*, de *Chastiau Villain*, de *Duisme*, de *Rochefort*, de *Bialmont*, de *Perrinie*, de *Valtuot*, de *Suillie*, de *Loyges*, de *Roissillon*, de *la Ferriere* sus Arrou, de *Chastialnuef*, de *Charcenay*, de *la Porcherole*, de *saint Aubin*, de *Dernay*, *Rogemont*, de *Hussele*, de *Troans*, & à toz ses autres feiaus dou Duchame de Borgoigne, dou Comté de Chalon, & dou Comté de Borgoigne, salut en bonne amor. Nos vos mandons & commandons, que por maintenant veniz à *Robert* Cheualier nostre chier fil, & autres en sa foy, & en son homonaige, des fiez que vos tenez, ou deués tenir de nos; quar nos li auons donés & donons, & volons & requerons à vos, sur les feiales à qui vos estes à nos tenuz, que vos ansic le faites, & por seignor le tenez, ainsi cou nos, & nos prions à nostre seignor le Roy de France, que ces de son Royame contreigne à faire. C'est nostre mandement & commandement, se aucun de vos ne voilloit faire, ou estre rebelles. En tesmoignage, nos vos anuions nos presentes lettres seellées de nostre seial. Ce fut donné en l'an mil & deux cens soixente & dous. Année 1262.

Mandement de Hugues Duc de Bourgogne à ses vassaux, pour reconnoistre, & faire hommage à son fils Robert.

NOS *Petrus* Officialis & Canonicus Cabilonensis, & nos *Guido* Archidiaconus Cabilonensis, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd dominus *Dalmatius* dictus li *Ongres*, miles, in nostra præsentia propter hoc specialiter constitutus, spontaneus, non coactus, cœpit in feodum & casamentum perpetuum, à nobili viro domino *Hugone Duce Burgundiæ*, & suis, omne illud ius quod habet vel habere debet in nemoribus sitis inter Brancidunum & Vsseles, & in planis & pertinentiis nemorum, prout extenduntur

Acquisition par le Duc de Dalmas le Hongre.

in longitudine & latitudine, à dicto domino Hugone & suis in perpetuum pacificè possidendum, pro viginti libris Viennensibus dicto Dalmacio l'Ongre in numerata pecunia iam solutis, prout ipse prædicta esse vera confessus est coram nobis. Et de omnibus prædictis idem Dalmacius se tenuit plenariè pro pagato. In cuius rei memoriam, ad requisitionem dicti domini Dalmacij, nos Officialis Canonicus Cabilonensis, & nos Archidiaconus, sigillum nostrum præsentibus litteris apposuimus, in testimonium perpetuæ veritatis. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense Decembri.

Année 1262.

FONDATION de quatre Messes par semaines en l'Eglise Nostre Dame de Noyers par *Mille* seigneu[illegible]e *Noyrs*, & *Alixant* sa femme, du consentement de *Mille*, & *Iehan de N*[illegible] ses fils, ou mois de Iuin 1263. *és lettres communes de Noyers* cotte G.

Année 1263.

Le Duc de Bourgogne gardien de Besançon.

NOS li Citien de Besançon tuit ansemble, fasons asauoir à toz cels qui ces lettres verront, que cum honnotables Bers *Hugues Dux de Bourgoigne*, ait pris en sa garde, & en son conduit la Cité de Besançon, la freinchise, & toz li Citiens de cele Cité, les granz & les petits, les poissans & les riches, dedans la Cité & dehors, iusques à quinze ans prochainement à aduenit, & doit garder & sauuer lealment en bonne foy, & soit tenuz de recoiner, & de faire adrecier les forz faitz que l'on nos feroit à ses costez, tant que nos vendrons faire droit por nos iustices, ou por celi Duc de Bourgoigne, ou por son commandement dedens la Cité de Besançon; en tele meniere, que se il auenoit que il ne peust faire les messaiz que en nos feroit sans essieger Chastel, forterece, ou autres leu, ou sans faire guerre: li diz Dux soit tenuz, se nos l'an requerrons, dou faire à ses costes, & nos és nos autrement, & soit tenuz de nos, & nos choses recerter por ses Chastiax, & por toute sa terre: nos li dit Citien, por nos & por nos hoirs, promettons, & somes tenuz celi Duc de Bourgoigne, & ses gens recerrer en la Cité de Besançon, totes les fois que il ou ses gens voudront venir en la Cité, ou en sa terre por nostre requeste, par les besoignes de ladite Cité, ou des atiens. Et fumes tenu de donner & rendre à celi Duc chacun an, en reconnoissance de ces choses, vn ostor. Et ces choses totes deuant dites nous reconnoissons, & promettons tenir & garder par nostre fairement doné sus saints Euangile, sauue la droiture & la raison de l'Empire, & dou siege de Besançon. Et por ce que ce soit ferme chose & estable, nos en auons donées cestes presentes lettres seellées de nostre seel, en tesmoignage de verité. Ce fut fait en l'an de l'Incarnation nostre Seigneur Iesu Christ 1264. le Mercredy apres Pasques.

Année 1264.

Pour la Comté de Bourgogne.

KAROLVS Dei gratia *Francorum Rex*, vniuersis præsentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus, quòd cùm carissimus frater noster *Philippus Dux Burgundiæ* nobis promiserit bona fide, ponere in manibus nostris, quamtumcitius poterit, litteras carissimi auunculi nostri *Karoli Romanorum Imperatoris* semper Augusti, super dono Comitatus Burgundiæ; quem vt feudum Imperiale ad dictum auunculum nostrum pertinentem ex successione carissimi consanguinei nostri Philippi vltimi Ducis Burgundiæ, & Comitis Comitatus eiusdem, qui nullis relictis ex recta linea hæredibus noscitur decessisse: idem frater noster per dictum auunculum nostrum asserit sibi collatum fuisse, & acquiescere ordinationi nostræ super eodem Comitatu, quem carissima consanguinea Comitissa *Flandrensis* tenet ad præsens & possidet. Nos, qui pro bono pacis & concordiæ fouendæ inter dictos fratrem & consanguineam nostram; & ad

& ad omnem euitandam discordiam quæ super hoc posset aliàs suscitari, voluimus huic facto interponere partes nostras. Dicto fratri nostro promittimus, quod dictas litteras, cùm nobis sicut præmittitur traditæ fuerunt, faciemus custodire securè ipsas dictæ consanguineæ nostræ, vel alteri aut aliis, nisi ordinatione vel tractatu prius, vel de consensu & voluntate dicti fratris nostri nullatenus tradituri. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum quo ante dicti Ducatus susceptum regimen vtebamur, præsentibus litteris duximus apponendum Datum apud Lupparam propè Parisius die secunda Iunij, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto. Per Regem, Yuo. Année 1364.

Adueu de Guillaume sire de Pontallier.

NOS *Guillaumes Vicuens de Diion*, & sires *de Pontoillier*, fasons sauoir à tous cels qui verront & orront cels presentes lettres, que nos, porueablement, sanz deceuance, auons pris en fié de noble Prince *Hugue Duc de Borgoine*, toutes les choses qui sont cy desoz contenuës ; c'est asauoir trante & six mainées d'hommes en la ville de Saissons, & vingt & trois mainées d'omes à Viez Verges, & les hoirs, & les tenemenz, & les demeneures entorinement desdits homes, & tout quanque nos auons & poons, & deuons auoir dois le pont de Pontoillier, iusque au biez de Poussot deuant Chesseauls. C'est asauoir, la Veroille & Chattis, & demie la Veure de Partigne, & la moitié de tous les autres bois qui sont entre nos, & le seignor de *Rens*, qui durent depuis le bois de la Marche, iusque au bois de Champaigne, & iusque au chemin de Pesmes, & quamque nos auons & poons, & deuons auoir dedans cels dons porpris en toutes choses, esquelx toutes choses nos auons la grant Iustice : lesquelz choses sont de nostre propre demene. Et auec ce nos auons pris en fié dou deuant dit Duc, vn fié, que cil de la Roiche tiennent de nos esdites villes de Soissons, & de Viez Verges, & és appartenances ; c'est assauoir trente deux mainies d'omes, & dix esmines de blé de rente an disme, & tos les fiez que autres gens tiennent de nos en cels leus ; c'est asauoir quarente trois mainies d'omes, & de lor hoirs, & de lor tenemenz, & de lor demeneures ; en toutes lesqueles choses nos auons toutes les amandes, & des bannies, & des bois sans partie d'autruy. Et toutes cels choses, por nostre fairement corporelment doné sor saintes Euangiles, nos tenienz de nostre propre demeneure en .... frainches de touz fiez, & de toutes autres demeneures quelx quels soient Et toutes cels choses, nos & nostre hoir tanrons, & deuons tenir de mon Seignor le Duc deuant dit, & de ses hoirs, en fié, parmaingnablement ; sauf les autres fiez que nos tenons de luy : & promettons por nostre fairement deuant dit, & por lanloiement de touz nos biens, où que ils soient, & quelque il soienr, toutes celz choses, si come eles sont deuisées desus, defendre à bone foy, & parmaignablement, paisiblement, quittement, garentir frainchement, de touz autres fiez, & de tous seruices, & de toutes seruitutes quelx queles soient, au deuant dit Duc, & à ses hoirs, por noz, & por nos hoirs, lesquelx nos en loions, à toutes cels conuenances tenir pormaingnablement. Et porce que celz choses soiens fermes & estables por touziors, nos auons mis nostre seaul en cels presentes lettres, & à plus grande fermeté, nos auons prié & requis, & fait mettre en cels presentes lettres mesme, le seau honorable & Religious Baron *Ruhart Abbé de saint Benigne* de Dijon. En tesmoignage de verité, & nos Freres *Richart Abbés* de l'Eglise *de saint Benigne* de Diion, por la priere au Vicomte de Diion desus nommé, auons mis en cels lettres nostre seal auec le sien seaul. C'est fait l'an de grace 1264. ou mois de Iuing. Année 1264.

Adueu de Guy de Villiers.

GE *Guiz de Villiers* Cheualiers, fais asauoir à toz celz qui verront ces presentes lettres, que ge ay receu de noble Baron *Hugon Duc de Borgoigne*, en fié, les

Sss

choſes que Meſſires *Iehanz de Chalon* Cheualiers li auoit venduës en la ville de Meigne ſus Tile, & de Lampone. Leſqueles choſes Meſſire *Hues de Tar* Cheualiers auoit rachatées de mon Seignor le Duc deuant dit, por raiſon de ſa femme, qui eſtoit coſine mon Seignor Iehan de Salon deuant dit : Et leſqueles choſes ge ay rachetées dou deuant dit Monſeignor Huon de Thar, por raiſon de ma famme qui aſt ſuertz Monſeignor Iehan de Salon deuant dit, & plus proichenne que la femme Monſeignor Huon de Thar. Leſqueles choſes, ge, & mi hoir tenrons en fié, & deuons tenir de Monſeignor le Duc, & de ſes hoirs ; an tele maniere que Meſſire li Dux, ne li hoir, ne puent oſter, ne ne doiuent ledit fié de lor mains. Et à ce tenir & garder, Meſſire li Dux deuant diz ay anloie ſes hoirs. Ou teſmoignage de laquel choſe, ge ay fait mettre an ces lettres les ſeaus de honoraubles Barons Monſeignor *Hayne Abbé de ſeint Benigne*, & Monſeignor *Amée Abbé de ſaint Eſtiene* de Dijon. Ce eſt fait en l'an de grace 1264. ou mois de Faurier.

Année 1264.

Garnerus de Chiures vna cum familia qui in villam Albergamenti ſeceſſerat tamdem certis conditionibus redit apud de Chiures. *Ex Chartul. Benignano.* Année 1265.

IN nomine Domini, Amen. Anno Incarnationis eiuſdem M. CC. LXV. menſe Octobri. Ego *Garnerus* dictus cognomine *Baſtars de Chiures*, homo Prioris Eccleſiæ de Laireio iuxta Diuionem, & ego *Symona* vxor eius, notum facimus omnibus præſentes litteras inſpecturis, quòd cùm à dominio receſſiſſemus Prioris prædicti, nos apud Albergamentum in dominium domini Ducis Burgundiæ transferendo : Et propter hoc, dictus Prior bona noſtra omnia occupaſſet. Tamdem nos ſano ducti conſilio, mediante voluntate Prioris prædicti, licentia ipſius requiſita primitus & obtenta, apud Chiures rediimus ; ſub conditionibus inferius annotatis ; videlicet, quod nos & hæredes noſtri, in manſo qui dicitur manſus Decanorum de Poilles, apud Chiures, manentes, tenemur Priori de Laireio qui pro tempore fuerit, vel eius mandato, annuatim in perpetuum, in feſto Sanctorum omnium, reddere, nomine tailliæ, viginti ſolidos monetæ pro tempore currentis, quamdiu erimus in dicto manſo ſub vno tecto. Et ſi hæredes noſtri, vel aliquis eorum in dicto manſo, ſub alio tecto focum alium tenuerint vel tenuerit, erunt vel erit ad vſus & conſuetudines aliorum hominum villæ de Chiures. Similiter ſi extra manſum prædictum focum tenentes manſerint, erunt ad vſus & conſuetudines aliorum hominum loci prædicti ; ita quod, quamdiu nos & hæredes noſtri in dicto manſo ſub vno tecto erimus, dictus Prior à nobis nichil aliud nomine tailliæ, niſi dictos viginti ſolidos exigere poterit, nec debebit ; ſalua in nos iuſticia, tam magna quam parua Priori prædicto, & ſalua ei ſuper nos, ſubuentione vel ſubſidio, quotieſcumque communitas villæ de Chiures ei ſubuentionem vel ſubſidium fecerit. Vir verò Religioſus, Frater *Aubertus* tunc *Prior Laireij*, ex mera liberalitate ſua, nobis dedit in augmentationem Admagſagij, vnum iornale terræ ſitum in Corueia ſua ſita in territorio de Chiures, vbi dicitur do Meplan, conceſſitque nobis, vt in villa & territoriis de Chiures poſſimus acquirere ſicut alij homines loci prædicti. Hæc autem omnia, prout expreſſa ſunt ſuperius & diuiſa, eſſe vera firmiter aſſerimus, & ea, prouida deliberatione, non in aliquo circunuenti, nec vi, nec metu, nec dolo ducti ; tenere & obſeruare promittimus perpetuò, & in nullo contraire de cætero, per nos vel per alios, verbo vel facto, ſeu conſenſu, ſeu iure, vel conſuetudine, vel modo quolibet alio, tacitè vel expreſsè. Et ad hæc omnia tenenda & inuiolabiliter obſeruanda, noſtros hæredes, præſentes & futuros in perpetuum obligamus ; renunciantes in hoc facto omni auxilio iuris, & conſuetudinis & facti, & exceptioni doli in factum, & omnibus iuribus & gratiis in fauorem mulierum introductis, & omnibus defenſionibus, auxiliis, exceptionibus, occaſionibus, iuribus, & conſuetudinibus, & aliis quibuſcumque quæ poſſent obiici contra hoc inſtrumentum vel factum. In cuius rei memoriam & munimen,

præſentibus litteris ſigilla virorum venerabilium Magiſtri *Alberici* Decani Chriſtianitatis Diuionenſis, & domini *Stephani* Decani Oſcharienſis, rogauimus & fecimus apponi in teſtimonium veritatis. Actum anno & menſe prædictis.

NOs *Aalis de Amanziaco*, notum facimus vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd *Iohannes de Villon* domicellus, filius noſter, accepit in feodum à nobili viro domino Duce Burgundiæ, domum ſuam de *Amanziaco*, & vniuerſa & ſingula quæ habet in Parrochia dicti loci, excepto cimiterio, & iure quod habet in decima dictæ Parrochiæ, quæ tenet & poſſidet in feodum à venerabili patre domino Epiſcopo Eduenſi. Prædicta verò omnia vniuerſa, & ſingula rata & grata habemus, & etiam confirmamus. In cuius rei teſtimonium, venerabilis viri *D.* Dei gratia Abbatis *ſancti Regaudi*, & ſigillum diſcreti viri Archipreſbyteri de Semur, præſentibus litteris rogaui apponi. Nos verò, prædicti Abbas & Archipreſbyter, ad preces & inſtantiam dictæ dominæ Aliſiæ, præſenti cartæ ſigilla noſtra duximus apponenda. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto, menſe Octobri.

Homage d'Amanzé. Année 1265.

NOs *G.* miſeratione diuina *Matiſconenſis Epiſcopus*, notum facimus vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd *Iohannes de Villone* domicellus, in noſtra præſentia conſtitutus, confitetur coram nobis ſe accepiſſe in feudum à nobili viro domino Duce Burgundiæ, domum ſuam de Amanziaco, & vniuerſa & ſingula quæ habet in Parrochia dicti loci, excepto cimiterio, & iure quod habet in decima dictæ Parrochiæ; quæ dicit ſe tenere in feudum à venerabili patre domino Epiſcopo Eduenſi. Confitetur etiam, quod de ſupradictis adnotatis à Duce in feudum acceptis, fidem & homagium præſtitit dicto Duci. In cuius rei teſtimonium, præſentibus litteris, ad requiſitionem dicti Iohannis, ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto, menſe Octobris.

Idem. Année 1265.

NOs *Bauduinus* par la grace de Dieu tres feiaus *Empereres* en Chriſt, de Dieu coronez, gouernez de Romanie, & touz tens accroiſſanz, faiſons à ſçauoir à tous ceux qui ces preſentes lettres verront, que comme li nobles Barons *Hugues Duc de Bourgoigne*, ait pris lou ſigne de la Croix por aler au ſeruiſe de Dieu, ou ſecors, & ou recouurement de l'Empire de Conſtantinople; nos, parce que il y puiſt aler plus efforciement audit ſeruiſe noſtre Seignor en la deuant ditte beſoigne, luy auons promis & ottroyé dix mille liures de Tournois, à payer les ſet mille liures do tornois dedenz lou mois de la Chandelor prochainement à venir, à Laigny, & les autres trois mille liures à la Pentecoſte procheinement à venir, à Prouins. Et pardeſſus ce auons nos promis au deuant dit Duc, que de la grace que noſtres peres li apeſtoiles fera à nos, & audit Empire, de donner li autres dix mille liures de Tornois, ou à ſes hoirs, qui entreprenroient la beſoigne deuant ditte, ſi comme il eſt diuiſé és lettres dou deuant dit Duc. Et ces choſes auons nos iuré ſur ſaintes Euangiles à tenir en bonne foy, ſi comme diuiſée eſt, & en obliions de ce nos & nos hoirs. Et en la teſmoignance de ceſte choſe, nous auons donné au deuant dit Duc ces preſentes lettres ouuertes, ſeellés de noſtre ſael. Ces lettres furent données l'an de l'Incarnation noſtre Seigneur 1265. ou mois de Ianuier, au vingt-ſixieſme an de noſtre Empire à Paris, & ſeellé en cire rouge ſur double queuë de parchemin.

Année 1265.

Don du Royaume de Teſſalonique au Duc de Bourgogne.

NOs *Bauduinus*, par la grace de Deu tres feiaus Empereres en Chriſt, de Dieu coronez, Gouuerners de Romanie, & toz tens accroiſſantz, faiſons à ſçauoir à toz ces qui verront ces preſentes lettres, que nos, conſiderant & veant le bien, l'oner, le profit, & l'auancement qui nos puet venir en l'Empire de Romanie, dou noble Baron *Hugue Duc de Bourgoigne*: Nos, por ce, ſi donons & outtroions au deuant dit Duc, & à ſes hoirs perpetuellement le Realme *de Salenique*, & les appartenances, ou totes les droitures & les raiſons qui appartiennent au deuant dit Roialme. Et li donnons la Baronnie d'Ainnes, & les appartenances, & li donons encores par deſſus ce, vne des autres plus grands Baronnies qui ſoit an l'Empire cele que amiez amera. Et s'il auient miez à auoir la Baronnie de Manditon, & la Baronnie de Lalis, & de la Marguerie, o totes lor appartenances, que la deuant ditte grant Baronie, ſi volons que il les ait de cele grant Baronie deſſuſdite. Et cele nos demorera à noſtre volunté. Et voulons & otrions, que la quelque Baronie que li deuant dit Dux voura auoir franchement à luy, & à ſes hoirs, ce eſt ay auoir, ou le deuant dit Roialme de Salenique & Aimes, ou l'autre grant Baronie, & Aimes, ou les autres Baronies Manditon, Lalis, la Marguerie, & Ainnes, que il les ait, & le remenant, que il & ſi hoir le tieignent de nos en fié, & en homaige lige, as vs & as coſtumes de l'Empire, & ſe il auenoit choſe que cele grant Baronie que lidit Dux vora penre s'eſtandoit dedans les cinquante milles prés de Conſtantinople, ce que ſe trouuera dedans les cinquante milles, nous li deuons reſtaublir & aſſeoir autretant au plus prés, & au mieuz ſeant que l'en porra à ſon gré. Et ce faions nos, porce que nos volons enuiron Conſtantinople à cinquante milles retenir por noſtre domaine. Et volons & otroions encores que ce il auenoit choſe que li ditz Dux ou ſi hoir vouſſiſſent en aucun tens que nos les feiſſienz autres lettres, parque li don que nos li auons fait fuſſent plus fermes & plus eſtauble, que nos en ſoienz tenu dou faire à lor requeſte. Et totes ces choſes deſſuſdites auons nos iuré ſur ſaintes Euangiles, & promis en bonne foy à tenir por nos & por nos hoirs ferme & eſtauble, & à la ſouuenances de totes ces choſes, nos auons doné au deuant dit Duc ces preſentes lettres ouertes, ſaellées de noſtre ſael. Ces lettres furent données à Paris l'an de l'Incarnation de noſtre Seigneur mille & deux cens & ſiſſante & cinc, ou mois de Ianuier, ou vingt-ſixieſme an de noſtre Empire.

Année 1265.

Accord entre le Duc Bourgogne, & l'Eueſque de Chalon pour la ville de ſaint Loup.

LVDOVICVS Dei gratia *Francorum Rex*, vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem. Notum facimus, quòd nos litteras dilecti & fidelis noſtri *Guidonis Cabilonenſis Epiſcopi* vidimus in hæc verba: nos *Guido* diuina miſeratione *Cabilonenſis Epiſcopus*, vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, notum facimus, quòd cùm diſcordia verteretur inter nos ex vna parte, & illuſtrem virum *Hugonem Ducem Burgundiæ*, ex altera, ſuper domo & villa ſancti Luppi propè macerias Cabilonenſis Diœceſis, & omnibus appendiciis dictæ villæ, legatis & donatis à venerabili in Chriſto patre bonæ memoriæ *Alexandro* quondam *Cabilonenſi Epiſcopo* ſedi Epiſcopali Cabilonenſi, & ſucceſſoribus eiuſdem Alexandri ibidem inſtituendis in ſua vltima voluntate, ſuper eo quod idem Dux dictam villam & domum cum eius appendiciis dicebat eſſe de ſuo feodo, & ſe donationi huiuſmodi minimè conſenſiſſe, & donationem ideò non valere: tandem dicta diſcordia, bonis viris mediantibus, pacificata eſt in hunc modum; quod ipſe Dux, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, donationem factam à dicto Alexandro eidem ſedi Cabilonenſi, & Epiſcopis ibidem inſtituendis in perpetuum, de domo & villa ſancti Luppi cum omnibus pertinentiis, appendiciis, terragio & finagio dicti loci, tam in pratis, terris, nemoribus, coſtumis,

aquis, aquarum decursibus, hominibus, iusticiis, paruis, & magnis, cum iuribus vniuersis, quocumque nomine censeantur, cum omnimoda libertate approbauit, voluit & laudauit; quittando nobis & nostris successoribus, omne ius feudi quod sibi in prædictis omnibus competebat. Ita quod in dicta villa nullum retinere poterit hominem, vel habere; retenta in prædictis omnibus sibi, garda, & pro eadem garda sexaginta solidos Turonenses tantummodo sibi & successoribus suis in nundinis vrbis Cabilonensis, ab eo qui pro tempore fuerit Episcopus Cabilonensis annuatim persoluendos. Quod ius in alium nisi in eum qui Dux Burgundiæ fuerit, transferri non poterit nec debebit; volentes, quod dominus Rex Franciæ in prædictis omnibus suum regale habeat, sicut in aliis rebus Episcopatus Cabilonensis, sede vacante, ipse Rex & prædecessores eiusdem habent & noscuntur hactenus habuisse. Et ad solutionem dictorum sexaginta solidorum teneatur quicumque regale tenuerit in termino solutionis dictæ pecuniæ faciendæ. In cuius rei memoriam, præsentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum; in robur & testimonium perpetuæ veritatis. Actum & datum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, vicesima octaua die mensis Maij. Nos autem ad petitionem partium compositionem prædictam, prout superius continetur, quantum in nobis est, ratam & gratam habemus; saluo in omnibus iure nostro, ac iure etiam alieno. In cuius rei testimonium præsentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius anno Domini 1266. mense Maïo. Année 1266.

Coustumes & priuileges accordez aux habitans de Saigey.

NOVS Eudes Dux de Bourgone, Contes d'Artois, & de Bourgone Palatins, & sires de Salins, fassons sauoir à tous presens & à venir, que comme feu hault homme noble & puissant *Ayme de Sauoye* iaidis sire *de Baugey*, & feu *Sebille* sa feme, Dame dudit lieu, ou temps qui viuoient, considerans que par les franchises, libertés, immunitez, & priuileges données & outroyées par les Seigneurs, aux Citez, Chasteaulx, bonnes villes, & autres villes moyennes, attraient, & dounent causo aux habitans de habiter ausdits lieux, & de les accroistre, & edifier, & multiplier, aient douné & oustroyé perpetuellement, pour lour, & por lour hoirs & successeurs, à la ville, & aux Habitans dou Chastel, & de la ville *de Saigey*, adoncques lour, & de lour propre heritaige, por lour, & por lour hoirs & successeurs, Habitans desdites villes & Cheteaul de Saigey, plusieurs franchises, libertez, exemptions, immunités, & priuileges, contenus & expresées en deus paires de lettres seellées des seaulx desdis feurent Seigneur & Dame de Baugey, desquelles lettres la teneur, & la premiere s'ansuit. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, decimo mensis I[illegible]ij, vniuersis præsentes litteras inspecturis, *Aymo de Sabaudia* dominus Baugiaci, & *Sibilla* eius vxor, domina eiusdem terræ, rei gestæ notitiam pro salute. Ad vniuersorum notitiam per præsens scriptum volumus peruenire, quòd nos, considerata vtilitate nostra & totius terræ nostræ Baugeacy, habito etiam diligenter consilio & tractatu cum pluribus carissimis amicis nostris; scientes, prudentes, & spontanei, non circunducti ab aliquo, nec errore lapsi, sed ex certa scientia, castrum & villam nostram de *Sagiaco*, & homines nunc & in posterum in eadem habitantes, cum quibuscumque terminis quæ inferius exprimentur, franchimus & perpetualiter damus, cedimus, & concedimus, libertates, dominio ..... & quibusdam iuribus, vsagiis, atque consuetudinibus quæ inferius exprimentur, nobis & successoribus nostris iure dominij reseruatis: quæ talia sunt. Videlicet, quod molendina & bladum, molenda, furnos ad panem coquendum, dominij mercati ad vendendum panem, carnes. seu bladum penes merceriam, quicumque & sotulares possumus habere, & nobis construere in dicta villa, salua proprietate possessionum habitantium dicti loci. Linguas boum Année 1266.

& vaccarum quæ occidentur causa vendendi in dicta villa, nos & successores nostri debemus habere. Item pro qualibet teysa cuiuslibet domus dictæ villæ, nos & successores nostri habere debemus quatuor denarios Viennenses censuales, soluendos annuatim in festo B. Michaëlis, ex illa parte videlicet in qua est ingressus principalis, & egressus. Et si fortè illa domus plures vicos respiceret, non debemus habere illos quatuor denarios censuales, nisi pro parte domus in qua est principalis & publicus ingressus & egressus. Item, si pro iure nostro acquirendo seu deffendendo queram homines vel exercitum contra aliquem, monemus homines in dicta villa commorantes, nos ad expensas eorum proprias sequi tenentur, & per tres dies nobiscum, cum animo fideli, per se vel per alium identidem substitutum commorari. Vltra verò tres dies non tenentur nobiscum morari, nisi ex gratia hoc facere voluerint, nec ad hoc compellere ipsos amplius possumus nec debemus. Item, qui pugno malum maliciose percusserit, nobis, & successoribus nostris in tribus solidis Viennensibus teneatur, qui palma in quinque solidis, qui lapide in sexaginta solidis, nomine pœnæ & emendæ teneatur. Si quis verò malum dolo vel malicia lapidem immiserit, & ille lapis transierit illum in quem missus fuerit, licet illum non percusserit vel læserit, pro voluntate nostra pœna pecuniaria punietur. Si autem dictus lapis præmissus ad illum ad quem immissus fuerit non peruenerit, nec alias vltra transierit ex illa emissione dimittens, nobis in aliquo non tenetur. Item, si quis alium baculo percusserit, & illa percussione eidem atrocem iniuriam intulerit, percutiens in sexaginta solidis nobis tenetur; si autem atrox iniuria non fuerit, in septem solidis tantummodo teneatur. Item, pro adulterio sexaginta solidis, tam in adultero quam in adultera nobis & successoribus nostris retinemus, aut trotabuntur nudi per villam, si dictam pœnam pecuniariam voluerint euitare. Item, qui mensuras existentes, pondere, numero, & mensura falsauerit, aut de ipsis falsis scienter vsus fuerit, nobis in sexaginta solidis teneatur. Item, qui suem pro porco masculo, aut carnes corruptas pro sanis vendiderit, nisi hoc emptor manifestauerit, nobis in sexaginta solidis teneatur. Item qui culpa dampnum in vinea, horto, arboribus, pratis, blado, seu clausura alicuius, de die, dederit vel intulerit, nobis in septem solidis teneatur; si verò de nocte hoc fecerit, arbitrio nostro relinquitur pugniendus. Item, si quis cultellum, vel ensem, seu alium gladium ad percutiendum aliquem alium extraxerit, & tunc neminem percusserit, nobis in sexaginta solidis teneatur: si fortè percusserit, voluntati nostræ relinquitur pugniendus. Item, si quis baculo, lapide, pugno, vel palma, seu alio aliquo modo vsque ad effusionem sanguinis percusserit, & de hoc constiterit nobis, in sexaginta solidis teneatur; exceptis maioribus debitis in ista carta contentis, in quibus relinquitur voluntati nostræ pugniendus. Item, si quis virginem per violentiam deflorauerit, vel corruptam contra voluntatem suam cognouerit, & de hoc constiterit, voluntati nostræ relinquitur pugniendus. Item in querela seu plancta deposita apud nos vel Bailliuos nostros, ad rei culpabilis non latius queretur si non probauerit quod intendit pro clamore nobis tres solidi retinemus. Item, si quis, inscriptione facta, vt est iuris, alium criminaliter accusauerit, & contra eum non obtinuerit, pœnam, quam reus, si conuictus esset, sufferret, accusans patietur. Item, si quis iuratus falsum testimonium tulerit, & de periurio constiterit, nobis in sexaginta solidis pro periurio teneatur. In omnibus autem clausulis supradictis intelligimus, quod passo iniuriam seu dampnum, secundum modum & quantitatem facti dampni & iniuriæ satisfaciat. Item, si quis per villam Sagiacy, castri & villæ, aliquis de nocte, excepta familia nostra, sine iusta causa arma portauerit, excepto cultello, nobis in septem solidis teneatur. Item, si cuba vel excubia alicui imposita fuerit, & eam per se vel per alium idoneum substitutum non expleuerit seu fecerit, nobis in tribus solidis teneatur. Item, homines dictæ villæ, ad præstandum, leida & pedagio peni-

tus sunt immunes, coponagium verò debent die mercati soluere tantummodo, & non aliis diebus : Et si fortè dictum coponagium die mercati non soluerint, nullam pœnam propter hoc incurrent: Et si die sequente coponagium non soluerent nobis, non soluens in sexaginta solidis teneatur. Item, homines villæ tenentur nos iuuare, & auxilium præstare nobis & successoribus nostris, si in peregrinationem terræ sanctæ proficiscamur, vel cum filiam nostram, vel filias nostras nuptui trademus, & cum ad militiam de nouo perueniremus, & cum magnas expensas pro magno dominio seu Baronia acquirenda faciemus, & illud auxilium quod nobis in dictis casibus sunt facturi, non per nos sed per ipsos taxabitur, habito respectu ad expensas quas pro iis vel altero ipsorum faciemus, & ad diuitias villæ & facultates singulorum ; ita quod ad impositionem quam singulis facient rapatores, aliquem de familia nostra virum prouidum & discretum, & cui nos hoc iniunxerimus, secum debebunt adoptare. Item, si quis à dicta villa nostra recedere voluerit, alibi moraturus, nos & successores nostri, illi recedenti, & rebus suis quas secum deferre voluerit seu ducere per spatium vnius diei & vnius noctis, pro posse nostro præstare, homines, guidagium, & conductum. Bona vero mobilia, si qua habebat, & immobilia in dicta villa recedens retinere poterit & habere securè in ipsa villa, & ea donare & vendere aut permutare, & alias suam facere voluntatem, saluo iure nostro, vsagiis & consuetudinibus dictæ villæ. Item, si domus, vinea, fundus, vel alia possessio immobilis, in dicta villa & terminis in dicta libertate apprehensis distraheretur, in singulis libris tres solidos à venditore & emptore communiter persoluendos, pro laudibus & venditionibus, iure dominij habere debemus & leuare ; exceptis terris & possessionibus quæ censuales vel seruitiales aliis existere dignoscuntur. Item retinemus vnam diem, videlicet illam quam eligere volemus, in qua possemus vendere in dicta villa vinum nostrum, & per totum annum, excepta die prædicta quibus poterunt vinum suum vendere liberè & quietè. Item, si quis in dicta villa Sagiacy, morandi & habitandi causa venerit, dummodo de se concurrentibus respondeat & iure pareat coram nobis, gaudeat prædictorum priuilegiorum libertatibus. Item, si pistores panem legitimo modo defraudauerint, vel minorem fecerint, generali monitione prius in Ecclesia facta quod se corrigant, & panem ad legitimum modum reducere faciant ipsum panem, nobis in tribus solidis teneantur, & panis ille per Bailliuios nostros frangatur & pauperibus erogetur. Item, si alij alicuius dampnum dederint vel intulerint alicui, arbitrio bonorum virorum satisfaciat dampnum passo, & per ipsum vel nobis propter hoc in quatuor denariis teneatur. Item, homines militum terræ, seu vauassorum vel feodatorum ad ipsam villam commorandi venerint, milites de hoc apud nos querimoniam facerent vel dispofuerint, nos debemus secundum consuetudinem villæ super hoc exhibere iusticiæ complementum. Item, vadium seu pignus nostrum hominibus dictæ villæ traditum pro debito nostro per quindecim dies custodire tenentur & obseruare, ab aliis verò pignus traditum, per septem dies tantum, quibus diebus elapsis vendere poterunt cum voluerint ipsum pignus. Terminos autem in dicta villa franchisia comprehensa, cum dictæ villæ Sagiacy durare intelleximus, à parte Orientali, à Bocheria aquæ dictæ Blameta, veniendo rectè per desursum ipsius aquæ, & per locum in qua ipsa aqua & alia aquasima venietur per retro grangiam nostram, & veniendo per arborem dictam Premamer, sitam in curtili nostro propè dictam grangiam, & veniendo per arborem dictam Pirum, cuius medietas sita est in terra liberorum *Iohannis de Sagiaco*, & alia medietas sita est in itinere publico per quod itur versus....... & veniendo per fossatum quod diuidit publicum iter & terram liberorum prædictorum, vsque ad arborem dictam cherpenam, sitam desupter plantas, toto itinere prædicto in dicta franchisia vsque ad dictam arborem interclusо, & exinde videlicet à dicta charpena veniendo per pratum *Vilelmi de Viages*, & per

medium prati *Guillelmi* filij quondam dicti *Iohannis de Sagiaco*, vsque ad vnam aliam charperiam sitam supra viam mortam, quæ est in prædicto quod fuit à la Rouguier, & ex dicta via morta vsque ad campum *Ruffi de Cusance*, & exinde veniendo per dessuptus campum Marescalli, & per aliam mortam sitam iuxta pratum valini, & per quartam sitam in medio prati filij Iohannis supradicti, & per medium prati præpositi de la Cumune, & per .... per ipsam Burge veteris vsque ad dictam Bocheriam præfatæ aquæ dictæ bernetæ, vnde villam Sagiacy, & quicquid est iuxta dictos terminos, in dicta libertate & franchisia volumus contineri, & intelligimus. Bonos autem extra terminos dictæ libertatis durare volumus, de Planchiis villæ dictæ verina veniendo per quartum situm supra domum Hudructi, & per iter publicum per quod itur de Chantemelle ad Ecclesiam, ipsam Ecclesiam & viridario Curati ipsius Ecclesiæ, in ipsis vaguis comprehensi, & exinde veniendo per domum Humberti Bertant, & per desuper nemus nostrum dictum dare, & pariter quod vadit per desuper nemus, & per domum *Hugneti Balbi* de nonvillarum, & veniendo directè per prata vsque ad dictam aquam dicta leoneta videlicet vsque ad Bocheriam ipsius aquæ. Promittentes pro nobis & successoribus nostris, per iuramenta nostra super sancta Dei Euangelia corporaliter præstita, dictam libertatem & franchisiam, & omnia supradicta vniuersa & singula, nos in perpetuum & inuiolabiliter seruaturos, & quod per nos vel per alium, facto, & verbo in iudicium vel extra, vllo tempore non venturos: Renuntiando in hoc facto, ex certa scientia & sub præstito iuramento, exceptioni doli & in factum restitutionis in integrum, prætextu minoris ætatis, & alia qualibet ratione, legi seu constitutioni quod prædium minorum alienati prohibet seu etiam obligari, & cum auxilio & beneficio iuris Canonici & ciuilis, scripti & non scripti, & consuetudinarij promulgati & promulgandi, quod nobis vel successoribus nostris ad veniendum contra prædicta vel aliquid prædictorum competere posset modo aliquo, vel prodesse. In cuius rei testimonium, nos dicti *Aymo* & *Sibilla*, sigilla nostra præsentibus litteris duximus apponenda ad maius vinculum firmitatis. Datum anno & mense supradictis. Et ex abundantia rogauimus venerabilem virum Officialem Curiæ Lugdunensis, per *Matheum Anglici* Clericum Curiæ siue iuratum eorum, à quo prædicta omnia sunt expedita, vt ipse, vna cum sigillis nostris. sigillum suum præsentibus apponat, in testimonium & robur omnium præmissorum. Nos verò Magister *Iohannes de Blanosio* Officialis Curiæ Lugdunensis, cum nobis constet de præmissis, per relationem dicti Mathei Clerici Curiæ nostræ iurati, ad hoc à nobis specialiter destinati, nos ad preces dictorum nobilium videlicet dicti Aymonis, & dictæ Sibillæ eius vxoris, per dictum Clericum nobis oblatas. Et super his fidem adhibemus, pro more litteris præsentibus sigillum nostrum apposuimus in testimonium veritatis, & datum anno & mense quibus supra. *Item s'ensuit la teneur de la seconde lettre.* Nos *Aymo de Sabodia* dominus Bagiaci, & *Sibilla* eius vxor domina eiusdem terræ, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quod nos considerata vtilitate nostra & commodo euidenti, damus & concedimus pro nobis & successoribus nostris, Burgensibus nostræ villæ *Sagiaci*, infra franchisiam ipsius villæ existentibus, in perpetuam amphiteosim, vsum nemorum existentium in Castellania Sagiacy, ita quod possint capere, scindere, & adducere de dictis nemoribus, ad opus chauffagij sui, & pro aliis suis necessitatibus faciendis, retentis nobis & exceptis arboribus fructum deferentibus dictorum nemorum. Item, nobis retentis & exceptis nemoribus nostris de Bezuchant, de Boteney, & de Beunuz, in quibus nolumus quod dicti homines aliquem vsum habeant, sed nobis remaneant libera ab omni vsu & etiam seruitute quoquo vsu dicti homines & Burgenses dictæ villæ locum tenentes pro quolibet fracto, interque heredes siue parerios vel alia diuisim & separatim existentes debet nobis reddere & soluere pro annuo seruitio, in festo B. Martini yuernalis annuatim,

annuatim, nouem denarios Viennenses. Item, cùm dicti homines Sagiacy tenerentur nobis soluere coponagium die mercati, termino & non aliis diebus, volentes eisdem facere gratiam specialem vltra franchisiam aliarum villarum nostrarum, à præstando nobis & successoribus nostris dictum coponagium, ipsos esse volumus de cætero liberos & immunes, licèt nobis tenerentur præfati homines ad præstandum coponagium die mercati, prout in litteris franchisiæ dictæ villæ Sagiaci plenius vidimus contineri. In cuius rei testimonium, nos dicti *Aymo* & *Sibilla*, sigilla nostra præsentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo, mense Iulij. Nous Dux dessusdits vuillans és choses dessusdites ensuir les bonnes considerations quanques dessusdites nommées feurent Signeur & Dame de Baugey, & ans desiranz que li habitanz de nostreditte ville & Chastel de Saigé, lour hoirs, & touz lour successours habitans de iceux, ioient & vsent perpetuellement des priuileges, franchises, & libertés contenuës és lettres cy-dessus encorporées, de nostre puissance & auctorité, de grace especial, & pour cent liures tournois que li habitans de nostredite ville & Chastel de Saigey nous ont donées & payées, c'est asauoit sexante liures tournois pour cause de Cheualerie *Phelippe de Bourgoigne Conte de Boloigne & d'Auuerne* nostre aisné fil, & quarante liures tournois pour case de ceste presente confirmation, iceux priuileges, franchises, libertés, immunités, & exemptions, en la forme & maniere qu'icelles sont contenuës és lettres dessusdites furent Seigneur & Dame de Baugey, por nos, nos hoirs & successeurs, & par tous ces qui auroient en ce case de nos, volons, loons, aggreons, ratiffions, confirmons, omologons, aprouons, & de certaine science nos y consentons, & promettons en bonne foy, por nos & nos hoirs & successeurs, tenir, garder fermement & perpetuellement ausdits habitans de ladite ville & Chastel de Sagy, & leurs hoirs & successeurs habitans de iceulx, touttes les choses, libertés, & immunités, priuileges, & exemptions, & toutes les choses dessusdites & deuisées, & vne chascune par soy, sans iamais venir encontre par nos, ne par autruy, taisiblement, ou en appert, & sans icelle corrumpre en aulcun point ou partie d'icelle: Et que ces choses soient perpetuellement ferme & estable, nous auons faict mettre nostre seel en ces presentes lettres. Donné à Beaune le cinquiesme iour du mois de May, l'an de grace nostre Seigneur courant mil trois cent quarante sept, sauf & retenu à nous, & nos hoirs & successeurs, en touttes les choses deuant dites, nostre Iustice, nostre Baronie, ressort, & souueraineté. Donné l'an & le iour dessus dits.

Année 1280.

Année 1347.

Tiltres du mariage de Beatrix de Bourgogne, auec le Côte de la Marche.

NOS *Hugues li Bruns Comte de la Marche*, & d'Angoulesme, sire de Fougeres, & *Beatrix* file de noble Prince Hugon Cai en arriers Duc de *Bourgoigne*, femme doudit Comte de la Marche, fasons sauoir à tous celz qui cestes presentes lettres vetront, que li dit Hugues Dux de Bourgoigne ordena en sa dareniere volanté, que se *Hugues* frere de nos laditte Beatrix morant sans hoirs descendanz de son cors, que ces li heritaiges que li diz Hugues a & auroit de la descenduë, & de la succession, ou de don de nostre chier pere Hugon Duc de Bourgoigne, retourneront tout entierement sans contredit à nostre chier frere *Robert* Duc de Bourgoigne, & és hoirs de son cors; & se le diz Robert Duc de Bourgoigne moroit sans hoirs de son corps, tout li heritaiges que il a ou auroit de la descenduë, & de la succession, ou dou don de nostre chier pere Hugon Duc de Bourgoigne, retourneront tout entierement sans contredit audit Hugon nostre frere; en tele maniere seront ladite ordonnance de nostre pere l'escheoite de l'vn de nos freres qui moroit sans hoirs de son cors escheroit à l'autre frere entierement, en tele maniere que li autre enfant doudit Hugues nostre pere, ni ses niepces n'y prendroient point de partaige. Se donc n'auenoit que li deuant dit Robert Dux, & Hugues moris-

fient sans hoirs de son corps, & com nos deuant dit Hugues li Bruns Comtes de la Marche, & nos ladite Beatrix, fame doudit Conte, voilliens garder & tenir les deuant dites choses, & le deuant dit ordenement dou deuant dit nostre pere Hugon Cai en arriers Duc de Bourgoigne, quant à ladite sustitution: nos promettons por nos, & por nos hoirs és deuant dit Barons Robert Duc de Bourgoigne, & Hugon freres, iurons en saints Euangiles nostre Seignor corporellement, que nos ledit ordenement, quant à la chose dessus dite tenrons & garderons, & encontre ne venrons por nos, ne por autre, & volons que se li vns de nos freres moroit sans hoirs de son cors, que l'escheoite vienne à l'autre & à ses hoirs sans contredit entierement, sauue à nos & à nos hoirs leaul escheoite, s'il auenoit, dont Des legart, que nostredit frere deuant dit morissient sans hoirs de lor cors. Et com il soit contenu ou testamenr audit Hugon Duc de Bourgoigne nostre pere, de nos Beatrix deuantdite, que li ditz Robert Dux de Bourgoigne nostres freres donat à nos Beatrix vingt mille liures de Tornois en mariaige, nos le deuantdit Hugon Conte de la Marche, & nos Beatrix feme doudit Comte, promettons au deuantdit Duc Robert, que nos ne li demanderons riens desdits vingt mille liures, fors que les six mille liures de Tornois, esquels il nos est tenuz secunt ce qu'il est contenu en sa lettre, & dou remenant des vingt mille liures, nos nos tenons à nostre chiere mere *Beatrix Duchesse de Bourgoigne*, & nostre frere Hugues de Borgoigne, qui nos doiuent paier noef mille liures de Tornois, & li dit Hugues nos doit asseoir cinc cent liures de terre de Tornois de rente à nos & à nos hoirs durablement. Li dit Hugues nostre frere nos est tenuz fere en la terre qu'il tient de la descenduë, ou dou don doudit Hugues Duc de Borgoigne pere doudit Hugues, & de nos Beatrix; à laquelle assisse li ditz Dux Robertz s'est consentiz, & la tient por ferme & por estauble. Et en garentaige de verité, nos li deuant dit Hugues Comte de la Marche, & nos Beatrix sa femme, auons mis
Année 1266. nos seaulx à ces lettres presentes. Ce fut fair le Mecredy apres les octaues des Apostres nostre saint Pere & saint Paul, en l'an de grace 1266.

Transactiō & eschange entre le Duc, & le Comte de Vienne.

A Tous cels qui verront ces presentes lettres, nos *Hugues Cuens de Vienne*, & sires de Paigné, fasons asauoir, que entre noble Baron nostre amé seignor *Hugon Duc de Borgoinne*, por luy & por ses hoirs, d'vne part, & nos Hugon Comte de Vienne, & seignor de Paigné, por nos, & por nos hoirs, d'autre parr, est fait marchiez, eschanges, & conuenances, si com il est icy desouz escrit. Ce est assauoir, que li diz nobles Bers Hugues Duc de Borgoigne, por luy, & por ses hoirs, done à nos & à nos hoirs, en fié, la greange de Clux, & les appartenances, en bois, en terres, en aigues, en iustices, en costume, ensamble toutes les droitures, por quelque nom queles soient appelées, qui appartiennent à ladite greange. Et li diz Dux, por luy, & por ses hoirs, nos ay promis ladite greange & ses appartenances, le fié de Longe Pierre & ses appartenanees, que Messires *Hanris de Paigné* tient doudit Duc, por ensis com il est contenu és conuenances qui en sont faites entre eauls. Encor à nos & à nos hoirs done en fié li diz Dux, à nos, & à nos hoirs, le fié de Nauillé, que li sires de *Noblans* tient doudit Duc. Encor done en fié li diz Dux à nos, & à nos hoirs, le fié de Mouz, que *Huguenins de Nauillé* tien dou Duc; si li diz Huguenins s'y accorde. Encores done à nos & à nos hoirs en fié li diz Dux, la Iustice sur la riue de Saone deuers l'Abergement, si com il la doit degnier. Encores done en fié à nos & à nos hoirs li diz Dux, la partie dou bois dou Deffans, si com ele fui degniée par le Duc, & par nos, & de ces deuz deguicemanz, ce est asauoir de la Iustice sur la riue de Seone pardeuers l'Abergement, & dou degniement de la partie dou bois dou Deffans, nos doit doner li Dux ses lettres pendanz. Encores li Dux, por luy, & por ses hoirs,

nos a conuenancié por nos & por nos hoirs, que il ne retienne, ne puisse, ne doiue retenir, nos homes de lille de Paigné, ne de Leone, ne de Change, ne de la maison Deu, ne de saint Aubin, tant com il seront en nostre main; ce ce n'estoit en la franchise de Beaune, ou de Dijon. Et ausic nos a promis li Duc, que il, ne sui hoir, ne se puissent croistre en nostre terre deuant dite, ce n'est por la volanté de nos, ou de nos hoirs. Encores li Dux nos a conuenancié por nos & por nos hoirs, que nos serons receu en plaidant pardeuant soy, ou pardeuant sa gent, por messaige, ou por procureur sofisant, és causes qui toicheront le Duc principaulmant, & ausic en totes autres causes qui ne toicheront le Duc, se les parties si accordent, ou se li vsaige de la Cort le Duc la porte. Et encores li diz Dux nos a doné deus mile liures de Viennois, que nos auons receuz en deniers nombrés. Et en eschange, & en guerdon, & en recompensation des deuant diz dons, & des deuant dites conuenances que li Dux nos a faiz, ou faites : Nos Hugues Cuens de Vienne, & sires de Paigné, por nos & por nos hoirs prenons Seurre, & le Chasteau de Seurre, & totes les appartenances de Suerre, dou fié au deuant dit Hugon Duc de Borgoigne, & de ses hoirs, & volons, & octroions, & recognoissons, que totes les choses deuant dites, Suerre, li terreors, & les apparrenances, soient dou fié au deuant dit Duc, & de ses hoirs. Et donons & outroions, por nos, & por nos hoirs, au deuant dit Duc, por luy, & por ses hoirs, en eschanges, en guerdon, & en recompensation des deuant dites choses, la Perriere, & Seint Ceinne, & les appartenances, & quanque nos auons à Eschenon, & que Messires *Marceaulx de Maillé* nos vendi, & briemant, quanque nos achetasmes de Monseignor Marceaulx de Maillé, en terres & preis, en bois, en homes, en iustices, en cens, en tailles, en costumes, en pescheries, & en totes autres droitures, par quelques nom queles soient appellées. Et donons audit Duc, & à ses hoirs, tos les fiez de Foucheranz. Et promettons por nos & por nos hoirs au deuant dit Duc, por luy, & por ses hoirs, les deuant dites choses que il a de nos à garentir contre totes gens, franches & quites de tous autres fiez, & de totes autres seruitutes & conuenances. Et promettons por nos & por nos hoirs audit Duc, por luy & por ses hoirs, que se il faroient estans sur Laillon, qui porprissent de nos terres, ou des terres de nos homes, que nos en prendrions, & feriens prendre ramauble eschange au regard de Prudomes. En apres nos recognoissons que nos tenons en fié dou deuant dit Duc, Meruanz & les appartenances, Longe Pierre & les appartenances, Nauille & les appartenances, la ville de Monz & les appartenances, Suerte & les appartenances, Clux & les appartenances. Et totes ces conuenances, & ces choses, si com eles sont desus deuisées, nos Hugues Cuens de Vienne, & sires de Paigné desus dit, sumes tenuz, & promettons por nos & por nos hoirs, par le ferment de nostre cors doné sur sainz Euangiles, & ser lenloiement de toz nos biens, en quelque leu qu'il soient, garder & tenir à toziors-mais, sanz aler de rens encontre. Et renonçons en cest fait, por la vertu dou fairement que nos auons ia doné à nostre droit ascientre dou tot en tot, & tot expressement, à tote exception, à tote action, & à tote barre & toicherie de paour, & de fait, & de deniers qui n'aient pas esté nombré ne receu, & à tot benefice, & à tote aide de droit de cort crestianté, & de cort laie, & de costumes, & à totes les choses que l'en porroit dire, ne mettre contre ces presentes lettres, ou contre cest fait, & mesmemant au droit qui dit que generauls renuntiations ne vaut. Ou tesmoignage, & en memoire de totes ces choses, nos auons bailliés au deuant dit Duc ces presentes saallées de nostre seaul. Ce est fait & doné en l'an de l'Incarnation nostre Seignor 1266. ou mois de Nouembre. Année 1266.

Homage du Comte de Neuers fils de France, au Duc.

LVDOVICVS Dei gratia *Francorum Rex*, vniuersis præsentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus, quòd dilectus & fidelis noster *Hugo Dux Burgundiæ*, ad instanciam nostram, recepit, apud Montem Argi, in hominem karissimum filium nostrum *Iohannem Comitem Niuernensem*, & de iis de quibus ratione *Yolendis Comitissæ Niuernensis* vxoris suæ sibi homagium facere tenebatur. Cum itaque præfatus Dux homagium huiusmodi assereret sibi debere fieri apud Salices Yolendis, vel apud Condreium de Legnes, placuit nobis & filio nostro prædicto, quod per receptionem ipsam nullum dicto Duci aut successoribus suis fiat prædictum homagium, cum casus emerserit, in locis antea consuetis præiudicium in posterum generetur, quominus dicto Duci vel successoribus suis. Actum apud Montem Argi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, in festo Purificationis beatæ Mariæ Virginis.

Année 1266.

Huonis de Thar domini de Megneio donatio decē eminarum frumenti & auenæ, facta Abbatiæ de Thar.

Année 1267.

IN nomine Domini, Amen. Anno Incarnationis eiusdem 1267. mense Iunij, ego *Huo de Thar*, dominus de Megneio super Tiliam, miles, notum facio omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd ego, considerans & attendens quod nihil est morte certius, nihil incertius hora mortis; ob hoc, diem extremæ missionis operibus misericordiæ præuenire, & animæ meæ saluti & remedio prouidere cupiens, pro remedio animæ meæ & animarum antecessorum meorum, ac etiam pro vna Missa de defunctis in Ecclesia Monialium de Thar quotidie celebranda, dedi, concessi, & obtuli, in puram & perpetuam eleemosynam, Deo & Abbatissæ & Conuentui de Thar, decem eminas bladi frumenti & auenæ per medium, ad mensuram Diuionensem, de annuo & perpetuo reddditu, quas assedi, percipiendas, & habendas, & dandas Abbatissæ, singulis annis, aut ipsarum mandato, post decessum domini *Roberti* Cantoris Capellæ Ducis reddendas & delibrandas in tertiis meis de Thar, mouentibus de meo capite, & in reditibus & exitibus ipsarum tertiarum, & de ipsis decem eminis bladi in præmisso percipiendis & habendis, dictas Abbatissam & Conuentum corporaliter inuestiui; promittens bona fide, contra præmissa vel aliquod præmissorum de cætero per me vel per alium non venire, tacitè vel expressè. Et ad hæc omnia, meos hæredes & prædictas tertias, cum exitibus earum specialiter obligo. Quæ omnia & singula supradicta, ego *Ioannes dominus de Thar*, miles, frater domini dicti Huonis, de cuius feodo prædictæ tertiæ mouent, laudo, volo, & concedo, & tenere & obseruare perpetuò promitto bona fide, & in nullo de cætero, per me vel per alium contraire, tacitè vel expressè. In cuius rei testimonium & munimen, litteris istis, nos *Huo*, & *Ioannes*, milites prædicti, sigilla virorum venerabilium, domini Petri Decani Capellæ Ducis, & Magistri Alberici Decani Trinitatis Diuionensis, rogauimus & fecimus apponi. Actum anno & mense prædictis.

Homage de Iean de France Cōte de Neuers, à l'Euesque de Chalon.

IOANNES filius domini Regis Franciæ *Comes Niuernensis*, vniuersis præsentes literas inspecturis, salutem. Notum facimus, quòd nos venerabili patri *Guidoni* Dei gratia *Episcopo Cabilonensi*, apud sanctum Dionysium in Francia fecimus homagium, de his de quibus prædecessores nostri eidem Episcopo, & suis prædecessoribus homagium facere consueuerunt, & prædictus Episcopus, nobis gratiam faciens, homagium nostrum de prædictis recepit ibidem. Nos verò nolumus, quod per hoc eidem Episcopo vel Ecclesiæ suæ præiudicium aliquod in posterum generetur, quoniam nos & successores nostri successoribus suis alibi facere teneamur homagium, prout extitit antea consuetum. In cuius rei testimonium, præsentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum.

Actum apud S. Dionysium in Francia, die Martis post Purificationem beatæ Mariæ Virginis, anno Domini M. CC. LXVII. Année 1267.

IOANNES filius domini Regis *Franciæ Comes Niuernensis*, vniuersis præsentes litteras inspecturis, salutem. Cum venerabilis vir dominus *Petrus electus Cabilonensis*, receperit à nobis homagium apud Trouarnum, in Diœcesi Baiocensi, quòd eidem facere tenebamur ratione eorum quæ tenemus ab ipso, tenore præsentium omnibus volumus esse notum, quod pro hoc non intendimus nec volumus, vt eidem electo aut eius successoribus Episcopis Cabilonensibus, seu Ecclesiæ Cabilonensi præiudicium in posterum, quantum ad huiusmodi homagium in aliquo valeat generari, quominus nos & successores nostri dictum homagium facere teneamur successoribus suis in loco vbi fieri consueuit. Actum apud *Trouarnum*, in vigilia beati Iacobi Apostoli, anno Domini M. CC. LXIX. Idem. Année 1269.

NOS *Guillermus* dominus *de Pontelier*, Vicecomes Diuionesis, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd nos, prouida deliberatione accepimus & accipimus, in feodum, ab illustri Principe & domino nostro *Hugone Duce Burgundiæ*, ea omnia quæ hîc inferius continentur; videlicet, villam de Vouges cum eiusdem villæ iusticia magna & parua, & cum omnibus iuribus, territoriis, & pertinentiis eiusdem, prout se ingerunt, à Noa quæ vocatur mala Noa, quæ de longo iusticiam Marchiæ & de Pontelier diuidit, vsque ad pontem de Varan, qui pons diuidit iusticiam de Pontelier & de Talemer, & de Large, à principio finagij grangiæ nostræ de Pontelier, sitæ supra rubeam aquam vsque in medium Sagonæ, & ab hinc assidendo sicuti rubea aqua se iungit vsque ad iusticiam de Talemer. Accepimusque & accipimus in feodum à domino Duce prædicto viginti quinque libratas terræ, quas habemus annuatim super homines dictæ villæ de Vouges, & quindecim libratas terræ, quas habemus annuatim super duos furnos eiusdem villæ, & centum solidos, quos habemus annuatim pro vno seruicio supra vnum piscatorem eiusdem villæ, & viginti libratas terræ, quas Poncetus *de Campo forti* tenet in dicta villa de nostro feodo super homines, & super vnum molendinum, & centum solidatas terræ quas domina Clementia tenet de nostro feodo super vnum molendinum situm supra riparam Besne, & centum solidatas terræ quas Perrinus & fratres sui, filij defuncti *Vidonis de Pontelier*, habet de nostro feodo super homines in villa prædicta. Accepimus & accipimus in feodum à dicto domino Duce, viginti libras quas homines nostri de Pontelier circa aquam, à parte Montis de Montardor, nobis debent annuatim die assignata, & viginti libratas terræ quas habemus annuatim supra quatuor piscatorios in corpore villæ de Pontellier, & viginti quinque iornalia vinearum quas habemus in Monte de Montardor, in pretio quinquaginta libratarum terræ, & domum nostram quæ vocatur la Tyelerie, sitam extra villam de Pontelier, & Tyeleriam prædictam in precio decem libratarum terræ, & sexaginta falcatas prati subtus villam de Pontelier in prædicto viginti libratarum terræ. Accepimus & accipimus in feodum à domino Duce prædicto magna nemora nostra de Sance, & les ayez de Pontelier, & nemora Veurotæ de Vouges, & medietatem des ayez de Marsilleyo in prædicto quadraginta libratarum terræ, & torcular nostrum in prædicto centum solidatorum terræ, & gaangnagium sex carrucarum bonum in villa prædicta; quarum quatuor sunt nostrorum hominum, & duæ de nostro feodo. Et sexaginta iornalia vinearum, quæ tenent homines nostri in Monte de Montardor, in pretio sex viginti libratarum terræ. Item centum solidatas terræ quas Perrinus & fratres sui prædicti, & Guillermus fi-

Hommage du sire de Pontalier, &c.

VNIVERSIS præsentes litteras inspecturis, frater *Yuo* miseratione diuina *Cluniacensis* Ecclesiæ *Minister* humilis; ac eiusdem loci Conuentus, salutem æternam in Christo. Ad Ecclesiam nostram Cluniacensem venerabilis in Christo pater *Hugo* Dei gratia *Abbas* Monasterij *sancti Benigni Diuionensis* veniens, asserensque inter Ecclesiam nostram Cluniacensem prædictam, & Monasterium suum prædictum, societatem & fraternitatem longè olim fuisse contractam, sicut registra antiqua sui Monasterij hoc declarant, sed à temporibus quorum memoria non existit minimè obseruatam, eo quod scriptura autentica, vel alia cui posset fides adhiberi de iure, eam nullatenus prætenderet, roboratam, præfatam fraternitatis societatem deuotè supplicauit & humiliter innouari, & ad ipsius perpetuam obseruantiam, litterarum legitimo patrocinio communiri. Quia verò dicti Monasterij sancti Benigni famam in obseruantiis Regularibus & aliis honestatibus nouimus redolere, quodque cuilibet expedit se bonorum consortio sociare; quoniam coniunctio societatis participationem ministrat virtutis, nec potest quis beatè degere qui se tantum inspicit & omne ad suas vtilitates conuertit, sicque aliis nos viuere oportet, vt & nobis viuere valeamus, & quod communi vita, communibus disciplinis, & communibus studiis Altissimus delectetur: prædictam inter Ecclesiam nostram Cluniacensem & dictum Monasterium sancti Benigni Diuionensis antiquam fraternitatis societatem in Christo, quæ sua tam in spiritualibus quam temporalibus congratulatione communicat, innouamus. Quæ etiam, si alias non extitit, eam prænominato Abbati suoque Conuentui eorumque successoribus concedimus; isto modo videlicet, quod fratres sancti Benigni ad Ecclesiam Cluniacensem licitè venientes, in Ecclesia, Claustro, Capitulo, Refectorio, & cæteris locis, sicut fratres ipsius Ecclesiæ per omnia tractabuntur. Cumque breue pro singulis eorum defunctis ad nos delatum fuerit, pro singulis eorum fiet Officium cum Missâ in Conuentu. Adiicientes, quod pro Abbate suo, sicut pro Abbate nostro, fiet Tricenarium, & præbenda tricenarij erogetur. Ei autem qui prædictum breue suum ad nos detulerit, à Camerario nostro tres solidi donabuntur, quotienscumque nobis adportauerit ipsum breue. De consimili quoque fraternitatis societate in omnibus, & per omnia ab eisdem Abbate & Conuentu sancti Benigni nobis & successoribus nostris concessa, ipsi Abbas & Conuen-

& Conuentus sancti Benigni suam nobis patentem litteram tenentur mittere infra mensem. In quorum omnium testimonium, præsentes litteras sigillis nostris fecimus sigillari. Datum Cluniaci, VIII. Idus Februarij, anno Domini M. CC. LXXV. Année 1275.

Homage d'Emond d'Angleterre Comte vsufruitier de Champagne.

NOs *Edmundus* filius Henrici Regis Angliæ, *Campaniæ, & Briæ Comes* Palatinus, notum facimus omnibus præsentes litteras inspecturis, quòd cùm vir magnificus Dux Burgundiæ, super homagio à nobis recepto ab ipso apud Barrum super Sequanam, nobis gratiam fecerit specialem, cum illud homagium apud Riuum d'Augustines à nobis, vt dicitur, recipi debuisset; nolumus quod huiusmodi gratia dicto Duci videlicet, præiudicio, vel eius successoribus in aliquo valeat futurum præiudicium generare: quin, successores nostri dictum homagium teneantur in posterum facere vbi fieri consueuerit. In cuius rei, &c. Datum apud Barrum super Sequanam, in crastino Purificationis beatæ Mariæ Virginis, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto. Année 1275.

Coustumes & priuileges accordez aux habitans de Semur.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Nouerint vniuersi præsentes & futuri, quòd ego *Robertus Dux Burgundiæ*, dedi & concessi hominibus meis de Sinemuro, communiam & libertatem habendam in perpetuum, ad formam communiæ & libertatis Diuionensis, saluis suis bonis vsibus, & saluo hoc à me retempto, quod ego ponam in villa Sinemuri Maiorem, & emendæ pertinentes ad Maioritatem erunt meæ. In die festi Natiuitatis beati Iohannis Baptistæ, ponet & eliget communia Sinemuri, sex Scabinos, & electis & positis, ego ponam in villa Sinemuri Maiorem meum. Quam citò erit Maior positus seu missus in villa Sinemuri, ad requisitionem Scabinorum & in eorum præsentia, iurabit super sancta Dei Euangelia, quod contra libertatem, seu contra communiam, secundum posse suum, vel secundum intentionem suam, aliquam iniuriam non faciet seu facere consentiet, & quod ius meum & communiæ supradictæ fideliter obseruabit. Maior verò aliquod iudicium sine Scabinis non faciet. De Præposito meo Sinemuri, facere non possum Maiorem, quandiu Præpositus erit de Sinemuro, nec de Maiore Præpositum, quandiu Maior erit de Sinemuro. Maior & Scabini ponent messarios vinearum custodes, quotiescumque sibi viderint expedire, & seruabunt Scabini cartam ipsam, alter alteri istius communiæ, rectè secundum suam opinionem auxiliabitur, & nullatenus patietur quod aliquis alicui eorum afferat aliquid, vel de rebus suis aliquid capiat. Credicio de pane & vino, & aliis victualibus, fiet michi Sinemuri vndecim diebus; & si infra prædictum terminum credita non reddidere, nichil amplius michi credetur donec credita persoluantur. Si quis sacramentum alicui facere debuerit, & ante renuntiationem sacramenti, se in negotium suum iturum esse dixerit, propter illud faciendum de itinere suo non remanebit, nec ideò incidet, sed postquam redierit, si conuenienter submonitus fuerit, sacramentum faciet. Si quis aliquam iniuriam fecerit homini qui hanc communiam iurauerit, & clamor ad Iuratos inde venerit, si ipsum hominem qui iniuriam fecerit capere poterunt, de corpore suo vindictam capient; nisi forefactum emendauerit illi cui illatum fuerit, secundum iudicium illorum qui communiam custodierint. Et si ille qui forefactum fecerit ad aliquod receptaculum perrexerit, & homines communiæ ad receptaculum transmiserint, & domino receptaculi, vel primatibus ipsius loci quæstionem fecerint, vt de eorum inimico faciant eis rectitudinem: Et si facere voluerint rectitudinem, capient, quod si facere noluerint, homines communiæ auxiliatores erunt faciendi vindictam de corpore, & de pecunia ipsius qui

Xxx

forefactum fecerit, & hominis illius receptaculi. Si mercator in ipsam villam ad mercandum venerit, & aliquis ei aliquod iniuriæ infra villam Sinemuri, si Iurati inde clamorem audierint, & mercator in villa ipsa eum inuenerit, homines communiæ ad vindictam faciendam super hoc rectè secundum opinionem suam auxilium præstabunt, nisi mercator ille de hostibus dictæ communiæ fuerit. Et si ad aliquod receptaculum ille aduersarius perrexerit, si mercator vel iurati ad eum miserint, & ille satisfecerit mercatori secundum iudicium mercatorum communiæ, vel probare vel ostendere poterit, se illud forefactum non fecisse, communiæ sufficiet. Quod si facere noluerit, si postmodum intra villam Sinemuri capi poterit, de eo vindictam facient iurati. Nemo, præter me & Senescallum meum, poterit conducere in villam Sinemuri hominem qui forefactum fecit homini qui hanc communiam iurauit, nisi forefactum emendare venerit secundum iudicium illorum qui communiam seruant. Pecuniam illam quam homines crediderunt qui sunt de communia antequam communiam iurassent, si rehabere non poterunt, postquam inde iustum clamorem fecerint, quærant quoquomodo possint quod creditam pecuniam rehabeant. Pro illa verò pecunia quam crediderunt postquam hanc communiam iurauerunt, nullum hominem capient, nisi sit debitor vel fidejussor. Si extraneus homo, panem suum vel vinum in villam Sinemuri causa securitatis adduxerit, si postea inter dominum eius & homines communiæ discordia emerserit, quindecim dies habebit vendendi panem & vinum in dicta villa, & deferendi nummos & aliam pecuniam suam, præter panem & vinum; nisi ipse forefactum fecerit, vel fuerit cum illis qui forefactum fecerunt. Nemo de villa prædicta qui hanc communiam iurauerit, credet pecuniam suam, vel commodabit hostibus communiæ, quandiu guerra durabit, & si quis probatus fuerit aliquid credidisse hostibus communiæ, iusticia de eo fiet ad iudicium iuratorum communiæ. Si aliquando homines communiæ contra hostes suos exierint, nullus de communia loquetur cum hostibus communiæ, nisi licentia custodum communiæ. Ad hoc homines statuti iurabunt, quod neminem, propter amorem, seu propter odium deportabunt vel grauabunt, & quod rectum iudicium facient, secundum suam æstimationem; omnes vero alij iurabunt, quod idem iudicium quod prædicti super eos facient, & patientur & concedent, nisi probare poterunt quod de censu proprio persoluere nequeunt. Vniuersi homines mei Sinemuri communiam iurabunt, qui verò iurare noluerint, illi qui iurauerint de domo ipsius, & de pecunia eius iusticiam facient. Si quis autem de communia aliquid forefecerit, & per iuratos emendare noluerit, homines communiæ exinde facient iusticiam. Si quis ad sonum factum pro communia congreganda non venerit, duodecim denarios emendabit. Nullus intra villam Sinemuri aliquem potest capere, nisi Maior & Iurati, quandiu de eo iusticiam facere voluerint. Si quis de communia, vel ipsa communia in aliquid forefecerit, oportebit quod in Prioratum beatæ Mariæ Sinemuri veniat, & ego per Maiorem communiæ, ad iudicium Iuratorum, de eo vel de ea iusticiam capiam, nec nos extra prædictum Prioratum, vel placitare vel cartam monstrare compellere potero. Si aliquis fregerit bannum vindemiarum, emendatio erit super Maiorem, & super Iuratos, & illa emendatio erit mea. Si autem dissentio aliqua postmodum euinxerit, scilicet de iudicio vel de aliquo quod non sit in hac carta prænotatum, secundum cognitionem & testimonium Iuratorum communiæ Diuionensis emendabitur, nec perinde in me forefecisse reputabitur: & si de aliquo iudicio inter se iudicare nequeant, apud Diuionem eant de illo inquirendo Maior & vnus Scabinorum, ad expensas villæ Sinemuri. De iusticia verò & forefactis meis ita statutum est; scilicet, de sanguine violenter facto, si clamor inde fiat & probatio, septem solidos emendabitur, & vulneratus habebit quindecim solidos. Si compositio de duello ante ictum vel post ictum fiat, sexaginta quinque solidos & sex denarios habebo. Si duellum victum

fuerit, in dispositione mea erit. De iuisio fiet sicut de duello. Si homo de communia deprehensus in furto & comprobatus fuerit, in dispositione mea erit de eo. De multro in dispositione mea erit, & qui multrum fecerit, Præposito meo tradetur, si Maior inde posse habuit, nec de cætero recipietur de communia, nisi assensu iuratorum. Infractio castri sexaginta quinque solidos emendabitur. De raptu in dispositione mea erit, si mulier tantum clamauerit quod à legitimis hominibus audita fuerit, & hoc probare possit. De fotefacto fructuum in dispositione Maioris & Iuratorum erit, nisi de nocte fiat: Et cum probatum fuerit quod de nocte fiat, sexaginta quinque solidos emendabitur. Infractio Cheminij sexaginta quinque solidis emendabitur. Falsa mensura sexaginta quinque solidis emendabitur. Si aliquis pedagium vel ventas extra villam Sinemuri absque consensu pedagiarij vel ventarij porrauerit, sexaginta quinque solidis emendabit; si tamen comprobatus fuerit. Sciendum verò, quod omnia ab hiis quæ in hac carta continentur in dispositione Maioris & Iuratorum sunt. Si ego communiam pro exercitu meo commouero, mecum ibunt, vel cum Senescallo meo, & cum Conestabelario meo, infra regnum Franciæ, secundum posse suum rationabiliter, quadraginta diebus. Si verò aliquod castrum infra Ducatum meum obsedero, tunc mecum erunt per voluntatem meam. Sciendum, quod homines communiæ eius, receptibiles famulos in exercitum meum pro ipsis mittere possunt. Communia potest retinere homines, cuiuscumque territorij sint, in villa Sinemuri secundum consuetudines & vsagium patris mei & prædecessorum meorum. Præterea Rex Franciæ, ad petitionem meam hanc communiam manutenendam promisit; ita quod si ab institutis huius communiæ resilierim, emendari communiæ faciet, reddendo capitale secundum iudicium curiæ suæ, infra quadraginta dies ex quo clamor ad eum inde peruenerit. Archiepiscopi vero, Lugdunensis, Eduensis, Lingonensis, Cabilonensis Episcopi, hanc cartam & hanc communam ad petitionem meam manutenendam promiserunt, taliter, quod si ego, vel alius de quo posse habeam, instituta communiæ quæ in præsenti carta continentur infringamus, ex quo exinde clamor ad eos peruenerit, ipsa quoque infractio per Maiorem communiæ vel per alium loco Maioris, si Maior securè ire non poterit, & per duos alios de Iuratis communiæ quos Maior iuramento affirmauerit esse legitimos fuerit comprobata, Archiepiscopus & Episcopi, vt ipsam infractionem emendam, reddendo capitale, per se vel per nuncios suos infra regnum Franciæ me submouebunt. Si verò post monitionem factam, ipsam infractionem infra quindecim dies non emendauero, totam terram meam in interdicto supponent, præter Sinemurum, & vsque ad satisfactionem facient emendari. Et sciendum, quod ego, vel vxor mea, vel hæredes mei, commendatos vel taillabilem hominem infra Sinemurum habere non possumus, præterquam familias seu hæredes quondam *Theobaldi*, Præpositi præsens mei, & *Girardi* dicti *Vache*, filiastri sui. Præterea, si homo de communia, pro debito meo bene & fideliter cognito captus fuerit, vel aliquid admiserit, de meis redditibus Sinemuri, vel de censa mea, si redditus non sufficiens, redimetur, vel quod admiserit restituetur. Concessi etiam, quod si Præpositus Sinemuri aliquid occupet de rebus hominum communiæ, reddet sine placito quantum homo ille probauerit, si legitimus à Maiore communiæ testificatus fuerit. Item concessi eisdem, quod ipsam Maioritatem Sinemuri dare, tradere, vel etiam obligare ad vitam hominis non possum. Sciendum etiam est, quod pro promissione huius communiæ, quolibet anno, post electionem Scabinorum, iurabunt Maior & Scabini, quod facient michi valere villam Sinemuri annuatim quantum poterunt, per iuramenta sua corporaliter super sancta Dei Euangelia data; leuando tantummodo à ditiori vnam marcham argenti, talis argenti quale mercatores in nundinis dabunt inter se & recipient, & de aliis sufficienter per sacramenta sua, secundum quod habent vel habebunt, & reddent &

soluerit michi vel mandato meo seu Præposito homines mei de hanc communia sommam totam quam habebunt & leuabunt ab hominibus meis de Sinemuro apud Sinemurum, die Martis ante Ramos Palmarum, vel in Sabbato magno Paschæ apud Barrum, si verò tunc non reddiderint, deinceps possum vadiare: credetur siquidem eis Maiori & Scabinis super summam quam leuabunt, per sua iuramenta, nec vltra hoc à me poterunt super hoc in aliquo molestari. Supranominatis itaque constitutionibus omnes homines meos, quicumque in prædicta communia fuerint, quittos & immunes à taillia in perpetuum esse concedo. Concessi etiam meis hominibus de Sinemuro, totum attractum hominum venientium in dicta villa Sinemuri, saluo quidem iure meo, & Ecclesiarum, & militum, & saluis omnibus iis quæ habebant Ecclesiæ & milites in omnibus suis, in tempore patris mei & ante communiam quæ in prædicta villa aliquid iuris habent. Hanc autem communiam & libertatem, & has pactiones prædictas, pro me & hæredibus meis, ac etiam successoribus iuraui tenendas, & irrefragabiliter obseruandas, & sigilli mei impositione muniui. Actum & datum, die Iouis post festum beatorum Apostolorum Philippi & Iacobi, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto.

Année 1276.

Acquisitiō de la Chastellenie de S. Elier, par Philippe Comte de Sauoye & de Bourgogne.

NOs *Philippus Sabaudiæ, & Burgundiæ Comes* Palatinus, & *Alais* Comitissa vxor eiusdem, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd, cum bonæ memoriæ *Hugo Dux Burgundiæ* acquisiuisset à Religiosis viris Abbate & Conuentu sancti Martini Eduensis, villam de seint Elier, sitam infra castrum de Dola, & Chosseim cum pertinentiis eiusdem, tandem nos emimus ab illustri viro *Roberto Duce Burgundiæ*, filio & hærede prædicti Hugonis, prædictam villam de seint Elier, & quicquid iuris idem Robertus habebat in prædicta villa & pertinentiis eius, pretio mille librarum Turonensium; de quo pretio eidem satisfecimus in pecunia inumerata, hoc addito & in partem deducto, quod prædicta villa, cum pertinentiis, sit in augmentum feudi castri & Castellaniæ de Dole & pertinentiarum eiusdem. Propter quod confitemur prædictas res, scilicet villam de seint Elier vna cum dicto feodo castri & Castellaniæ de Dole, siue villæ de Dole & pertinentiarum eiusdem, esse de feodo Ducis Burgundiæ. In cuius rei testimonium, præsentibus litteris sigilla nostra apposuimus. Datum apud Trenorchium, die Lunæ ante Ascensionem Domini, anno eiusdem millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, mense Mayo.

Année 1276.

Homage de Guillaume de Saux.

VNIVERSIS præsentes litteras inspecturis, nos Officialis Eduensis, notum facimus, quòd in nostra præsentia propter hoc specialiter constituti, *Guillermus* dictus Monachus *de Saux*, domicellus, & *Mathelia* eius vxor, recognoscunt publicè & in iure, coram nobis, se tenere in feodum perpetuum ab illustri viro *Roberto Duce Burgundiæ*, & suis hæredibus, quicquid habent & possident apud Estiuaus in Parrochia de Blanzeio, &c. Et quantum ad præmissa tenenda, seruanda, & complenda, iurisdictioni Curiæ Eduensis totaliter se supponunt. In cuius rei memoriam ac testimonium, ad preces & requisitionem dictorum Guillermi & eius vxoris, litteris præsentibus apposuimus sigillum Curiæ Eduensis. Datum Eduæ, & actum, die Martis post festum beati Barnabæ Apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, mense Iunio.

Année 1276.

NOs *Beatrix*, femme ça en arriers de noble Baron *Hugue Duc de Borgoigne*, fasons sauoir à tous cels qui verront ces presentes lettres, que nostre

amez sires *Robert Dux de Borgoigne*, à nostre requeste, a voulu & outroié en la meniere qui s'en fet, que nostre chier filz *Huguenins* frere doudit Duc, donoit en mariage à nostre chiere fille *Beatrix* seront dez deuant dit Robert & Huguenin, & à noble Baron *Hugue Brin Comte de la Marche & d'Angoliesme*, mary de la deuantdite Beatrix, cinc cens liures de terre à Tornois, de la terre que li diz Huguenins ha & tient de la descenduë, & de la succession, ou dou don de nostre chier Seignor Hugon Duc de Borgoigne, ça en arriers pere doudit Huguenin : laquelle terre deuoit & doit retourner audit Robert Duc de Borgoigne, & és hoirs de son cors, se cil Huguenins moroit sans hoirs de son cors, segem l'ordenement de la derene volunté de nostre chier seignor Hugon deuant dit. Por laquelle chose, nos promettons por nos & por nos hoirs, sus l'anloiement de tous nos biens mobles & num mobles, que se li deuant diz moroit sans hoirs de son cors, que nos doriens, paieriens, & randriens au deuantdit Duc Robert, cent mille liures de Tournois en deniers nombrés, à paier à dous ans, por lesdits cinc cent liures de terre données à nostre fille Beatrix en mariaigo, si cum il est dessus dit. Lesquelles cinc cens liurées de terre deussient reuenir audit Duc Robert, ce Elesue fussent donées en mariaige à nostredite file, en tele meniere que lesdites cinc mille liures de Tornois, nos paieriens en deniers contans audit Duc Robert, ou à son commandement, ou comperiens, ou rabatriens dou dete que il nos deuroit, se point nos en deuoit por raison des sept mille liures de Tornois que il nos doit, si cum il est contenu en sa lettre que nos hauons, ou en autre maniere, por raison de Huguenin nostre fil, ou por toute autre raison quelque ce soit. Et se il auenoit que lesdites cinc cens liures de terre retornassent audit Huguenin nostre fil, par achapt, ou en autre maniere, nos seriens quittes desdits cinc mille liures de Tornois, & ladite terre retorneroit là où ele deuroit, & nos rendroit li Dux ceste lettre, & seroient de nulle valour. Et à plus grant fermeté & segnote des deuant dites choses, nos iurons sus seinz Euangiles corporelment, que nos tendrons & garderons, por nos & por nos hoirs les deuantdites conuenances, ensi cum eles sunt desus dites & diuisées. En tesmoing desqueles choses nos auons mis nostre seaul en ces lettres. Faictes à Paris le Mercredy apres l'octaue des Apostres saint Pere & saint Paul, en l'an de grace mil deux & septante & six. Année 1276.

Ex libro cartarum Episcopi Antissiodorensis quæ inueniuntur in scriniis signatis per ordinem Alphabeti. In scrinio signato per H. inuenitur litteræ de franchisia Appoigniaci.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Vniuersis præsentes litteras inspecturis, nos *Erardus* miseratione diuina *Antissiodorensis Episcopus*, nos *Adam Garangier*, Perrinetus *Garangier*, Laurentius dictus *Sapiens*, Petrus *Odo*, Humbeletus *Gibauz*, Radulphus *Maupilez*, Stephanus *li Bogras*, Guido *Gibauz*, Stephanus *Loois*, Stephanus li *Beauz*, Iohannes de *Heriaco*, Odo *Guillardi*, Guillelmus *Piscator*, Petrus *Piscator*, Iohannes *Piscator*, Garnerus *Piscator*, Iohannes *Barde*, Rorclinus *Marius*, Rorclinus *Garangier*, Huguenetus filius defunctæ Iacobæ Præpositæ, Iohannes *Sapientis*, Guido de *Floriaco*, Stephanus *Sapientis*, Regnaldus *Fossays*, Garneirus *Moine*, Iohannes filius defuncti Ferrecy, Regnaldus *Sutor*, Stephanus *Clericus*, Girardus *Robaiche*, Vincentius *Sapientis*, Perrinetus *Sapientis*, Doctus *Carnifex*, Robinus *li Boiteux*, Iohannes *Chaois*, Gila Relicta Droconis, Iohannes *Clementis*, Girardus *Clementis*, Colinus *dou Bourgeaul* dictus li *Veichaz*, Iohannes *Gombaudi*, Humbertus *de Virgulto*, Guilletus *Carnifex*, Guibertus *de Ponte*, Iohannes *de Bello Magno*, Iohannes *Chenoiche*, Petrus *Menans*, Petrus *Pucelle*, Iohannes *Coiferat*, Droïnus *li Coifiers*, Stephanus *Garengiers*, Adam filius dictus Petrus, Regnaldus *Coupet*, Droïnus Amaurici de *Hebria*, Petrus *Bociaus*, Iohannes Guidonis de *Baalliaco*, Guido *de Bailliaco*, homines dicti domini Episcopi, nomine Ecclesiæ Antissiodorensis, cæterique homines & feminæ, de Appoigniaco, de Esbria, & de Baalliaco, homines

dicti domini Episcopi, nomine Ecclesiæ Antissiodorensis, salutem in Domino. Notum facimus, quod cum nos homines prædicti, recta & integra decima, fructum & prouentum terrarum & prædiorum nostrorum infra fines decimationis de Appoigniaci, de Ebria, & de Bailliaco existentium, quam rectam decimam ad dominum Episcopum Antissiodorensem, nomine Ecclesiæ Antissiodorensis recognoscimus : promittimus sufficienter, nos absque animarum nostrarum periculo hactenus soluerimus, tandem saniori Religiosorum virorum, & aliorum bonorum ducti consilio salubriter, attendentes, quod *nichil prodest homini si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur*, & quod ex diuturnitate temporis peccatum non minuetur sed augetur; volentes animabus nostris consulere, in hoc casu publicè recognoscimus pro nobis hæredibus, successoribus, & posteris nostris, nos ac hæredes & successores nostros quoscumque, ex nunc in antea teneri domino Antissiodorensi Episcopo, suisque successoribus, nomine Ecclesiæ Antissiodorensis, ex causis prædictis, ad rectam & integram decimam fructuum & mouentium nostrorum omnium inferius nominatorum. Et promittimus ex nunc inantea, & soluere tenemur singulis annis, dicto nostro Episcopo, vel eius mandato, suisque successoribus, nomine Ecclesiæ Antissiodorensis, in perpetuum, plenariè, & integraliter, decimam factam bladi, vini, leguminum, cæparum, alidarum, canabium, & omnium aliorum fructuum nostrorum, exceptis inferius nominatis. Scilicet, de decem vnum vel vnam, sub modis inferius nominatis, videlicet, quod omnium fructuum nostrorum, excepta decima vini, in terra vbi crescent, integrè decimam partem dictorum fructuum collectoribus à domino Episcopo, vel eius mandato deputandis, sine fraude soluere tenebimur, vocatis collectoribus superius dictis, per tres vices aliquo sufficienti interuallo à se distantes, alta voce, ad videndum numerum rerum decimandarum, & ad recipiendum decimam de eisdem. Ita tamen, quod si dicti collectores non venirent sic vocati, seu accederent ad videndum res decimandas seu ad capiendum decimam de eisdem, quod ex tunc, sine meffacere, quilibet nostrum in terra vbi crescet fructus prædictus posset rectam decimam de eisdem quod ex eodem sine meffacere quilibet nostrum in terra vbi crescent fructus prædicti posset rectam decimam mittere, sub testimonio messorum, vel gerbas ligantium, seu aliorum fide dignorum ibidem existentium, cum iuramento etiam eorundem, si dominus Episcopus vellet sub hoc ab eis exigere iuramentum. Et hac diligentia sic adhibita, ex tunc non posset aliquis nostrum occasionari à domino Episcopo, vel eius mandato, de minoritate decimæ sic dimissæ, nisi de dolo vel fraude posset legitimè conuinci. De nutrimentis vero animalium, agnis, porciculis, vitulis, & huiusmodi, nec non de lana & alia minuta decima de qua in præsentibus expressa non fit mentio, poterit idem dominus Episcopus, & successores eius, integram & rectam decimam, videlicet de decem vnum vel vnam si tot existant capita exigere & leuare, provt de rebus aliis superius est expressum. Alioquin exiget & leuabit provt extitit retroactis temporibus vsitatum, videlicet de Agno obolum, de Porciculo obolum, de Vitulo denarium, & de lana pro rata, aliis nutrimentis animalium, fructibus naturalibus, nec non Ortolanis, portis, fœno, salicetis, siletibus, de quibus vsque nunc nos dicti homines soluere decimam non consueuimus, prorsus exceptis. Ita tamen, quod de terris, vineis, aliis possessionibusque decimabilibus, nullam poterimus in salicetum vel pratum redigere, vel siletum, nisi terra, vinea, vel possessio huiusmodi, propter sui sterilitatem & incommoditatem, ad salicetum vel pratum commodior seu vtilior videretur. Quas terras, vineas, seu possessiones alias adhuc absque consensu domini Episcopi Antissiodorensis, vel eius mandati, ad salicetum vel pratum redigere non poterimus. Decimam vero vini soluemus in hunc modum, scilicet, quod omnes & singuli de Appoigniaco, omnia vina nostra, decimationes de *Appoigniaco*, apud Appoigniacum facere tene-

bimur, & nos de *Esbria* apud Esbriam, & nos de *Baalliaco* apud Baalliacum. Et vindemiis completis, dominus Episcopus, vel eius mandatum, decimam capiet in cellariis nostris, in doliis, & in caudis. Quantum verò aliquis nostrum habebit decem dolia, vel decem caudas vini electi, duobus vel duabus de dictis decem doliis vel caudis, ab illo qui soluet decimam domino Episcopo habebit; de decem doliis vnum, vel de decem caudis vnam, & de aliis residuis de numero decem poterit exigere, capere & leuare quid vel quam maluerit, pro decima supradicta. Si autem minus essent quam decem dolia, vel decem caudæ, mandatum domini Episcopi poterit capere decimam, si velit, de quolibet dolio, seu de qualibet cauda, vel integram de omnibus, de aliorum doliorum vel caudarum quo vel qua maluerit. Ita tamen, quod dictam decimam leuabit annis singulis, infra hyemale festum beati Martini, vel infra diem dicti festi, provt maluerit. De vinis verò in magnis Tonnis repositis, capiet dominus Episcopus, si velit, decimam de qualibet Tonna, provt de illis qui habebunt minus quam decem dolia vel decem caudas, vt superius ordinatum. Vbi autem dominus Episcopus dolium plenum vini, vel caudam plenam pro decima capiet pro ligno dolij septem solidos; & pro ligno caudæ quatuor solidos & dimidium decima soluta persoluet. Item, si dominus Episcopus mallet capere decimam vini in vineis seu racemis quam in vino, capiet in hunc modum. In introitibus villæ de Appoigniaco, de Ebria, & de Baalliaco, dominus Episcopus faciet fieri ciconellas seu portas villæ introitus claudentes, ad quas de decem quadrigatis vnam accipiet quam maluerit, quam tenebit soluens decimam quadrigare apud Appogniacum, ad domum seu ad domos domini Episcopi. Quadrigam verò vindemiæ, mandatum domini Episcopi curialiter tenebitur expedire, & quanto celerius commodè poterit sine incommodo dominorum. Item, nos de *Esbria*, de decem quadrigatis vnam, quam maluerit dominus Episcopus vel eius mandatum, soluere tenebimur, & quadrigare apud Appoigniacum, ad domum vel ad domos dicti domini Episcopi. Quadriga verò vindemiæ mandatum dicti domini Episcopi tenebitur expedire, provt est expressum. Nos verò *de Baalliaco*, de decem quadrigatis, vnam quam maluerit dominus Episcopus vel eius mandatum, soluere tenebimur, & quadrigare apud Appoigniacum, ad domum vel ad domos domini Episcopi, sicut illi de Appoigniaco & de Ebria. Si verò minus quam decem quadrigatas habuerit aliquis nostrum de Appoigniaco, vel de Esbria, seu Baalliaco, soluere tenebitur rectam decimam, secundum quantitatem vini vel vindemiæ. Item, si contingeret quod dominus Episcopus, capiendo vnam quadrigatam integram, plus quam rectam decimam caperet. Item dominus Episcopus, vel eius mandatum, vinum vel vindemiam, seu denarios quod mallet de tribus istis illi à quo plus recepisset restitueret, quam æstimationem domini Episcopi vel eius mandati, factam tamen secundum quod committitur vinum vel vindemia, deberet æstimare pro exigentia temporis & vindemiæ bonitate. Si autem aliquis nostrum dictarum villarum, de Appoigniaco, de Esbria, & de Baalliaco, vinum suum vel vina sua vendiderit antequam decimata fuerint, & requisierit decimatorem quod decimam suam de vino capiat, vel pretium in denariis pro dicta decima, iuxta pretium venditionis dictorum vinorum, tenebitur decimator capere decimam prædictam in vino vel in pecunia, secundum quod venditum fuerit, provt maluerit decimator, illa die vel in crastino diei qua super hoc fuerit requisitus. Item, si aliquis nostrum vendiderit suam vindemiam antequam soluerit decimam, tenebitur venditionem significare decimatori, antequam dictam vindemiam venditam deliberet emptori, & soluere dicto decimatori, de toto pretio dictæ venditionis, de quibuslibet decem denariis vnum denarium, vel decimam partem dictæ vindemiæ, si maluerit decimator. Volumus etiam & consentimus expressè, nos prædicti homines de Appoigniaco, de Esbria, & de Baalliaco, & concedimus vnanimiter, & de communi consensu, quod

quocumque modo voluerit dominus Episcopus, videlicet in racemis vel vino, decimam capere possit, etiam si vendatur vinum antequam decimetur, vt prædictum est, & hoc semper sit in electione & optione, seu voluntate dicti domini Episcopi, vt dictum est, nec aliquo cursu temporis, seu aliqua præscriptione sibi possit auferri, quin eo modo quo maluerit capiat decimam liberè in racemis vel in vino, pro suo libito voluntatis. Item volumus, quod si aliquis nostrum, de Appoigniaco, vel de Esbria, vel de Baalliaco, in soluenda decima tam vini quam bladi ac omnium aliorum fructuum, fraudem adhibuerit, recelando, vel occultando fructûs aut partem eorum, vel minus soluendo, seu alias fraudem committendo, quod totum illud quod recelauerit sit domini Episcopi, & esse debeat, & cadat in commissum, si de hoc possit legitima committi; saluo tamen domini Episcopi iure decimæ, in eo quod non fuerit recolatum seu etiam occupatum. Et nichilominus ita delinquens, tenebitur soluere domino Episcopo, vel eius mandato, quinque solidos pro emenda. Hoc etiam addito, quod si decimator voluerit quilibet nostrum iuramentum super sacrosancta præstare, tenebitur; saluis præmissis, quod decimam rectè & integrè soluerit, nec fraudem aliquam commiserit in eadem. Rursus, cum idem dominus Episcopus habeat, & prædecessores sui Episcopi Antissiodorenses habuerint ab antiquissimis temporibus, bannum vini in villa de Appoigniaco annis singulis, per vnum mensem integrum, ita, quod eodem mense durante nemo potest vel debet ibi vinum vendere ad tabernam præterquam dominus Episcopus. Nos prospicientes quod idem dominus Episcopus & successores sui habent & haberent tempus breuius & recisius quam expediret eisdem ad vendendum vina sua, & quod ex augmento decimæ supradictæ, quantitas vini maior. Solito amodo accresceret, eidem volumus, consentimus, & concedimus spontanei, non coacti, pro nobis, hæredibus, & successoribus nostris, & pro tota posteritate nostra, quod ad augmentum dicti banni, amodo, singulis annis, dictus dominus Episcopus & successores sui, habeant sex ebdomadas ad vendendum seu explectandum vina sua; videlicet quindecim dies, incipientes currere octo diebus à crastino Paschæ vsque ad quindecim dies completè, & postea quatuor ebdomadas, incipientes currere octo diebus intrante Augusto elapsis, & quod nullus in dicta villa possit vinum vendere ad tabernam, vel alio modo, quandiu durabit dictum bannum, nisi vendat in grosso modium, caudam, vel dolium vini vel plus, commorantibus extra villam, vel illis de villa; dum tamen ducerent extra villam. Nos autem supradictus Episcopus, attendentes, quod inter nostras temporalium sollicitudines illa debeat esse præcipua, per quam Ecclesiæ Antissiodorensis vtilitatibus prouidemus, & quietem nostris subditis præparamus; affectantes etiam à nostris subditis diligi potius quam timeri. Attendentes etiam curialitatem, seu curialitates, quam vel quas fecerunt nobis homines nostri de *Appoigniaco*, de *Esbria*, & de *Baalliaco*, in modo soluendi decimam, nec non in augmentationem banni, provt superius est expressum; de gratia speciali, accedente ad hoc consensu dilectorum filiorum, Decani & Capituli Antissiodorensis Ecclesiæ, quandam consuetudinem, quæ vulgariter appellatur manus mortua, quam in prædictis nostris hominibus, de Appoigniaco, de Esbria, & de Baalliaco, habebamus, ipsius & eorum hæredibus, successoribus, & posteris, in posterum, perpetua, remittimus & quittamus, sub modo & sub forma inferius annotatis. Videlicet, quod bona omnia mobilia & immobilia prædictorum hominum nostrorum, in prædicta villa de Appoigniaco, & in villa de Esbria, & de Baalliaco, decedentium, quæ ad nos ante quittationem ipsam ratione manus mortuæ deuenire solebat, ex nunc & antea pro legitima excasura, ad propinquiorem seu propinquiores de genere taliter decedentium, sine difficultate ac perturbatione aliqua à nobis vel successoribus nostris eis patienda seu etiam inferenda, & absque vllo interuentu pecuniæ liberè deuenient & quietè; ita tamen, quod si aliqui de prædictis

prædictis hominibus nostris, nati vel manentes apud Appoigniacum seu apud Esbriam vel apud Baailliacum, à prædictis locis vel recesserint, & se transtulerint ad aliam villam vbi habemus manum mortuam, ibidemque mansionarij decesserint sine hærede de proprio corpore existente in potestate, ipsi erunt de manu mortua nostra quantum ad bona quæ habebunt, in omni loco vbi habemus manum mortuam, sicut alij homines nostri ibidem manentes & decedentes, sicut alia bona sua quæ possidebunt tempore mortis suæ apud Appoigniacum, vel Esbriam, seu Baailliacum, transibunt per legitimam excasuram ad propinquiorem seu propinquiores de parentela sua, vbicumque fuerint manentes. Si verò eis sic recedentibus, vel hæredibus eorundem apud Appoigniacum vel Esbriam seu Baailliacum, in iustitia & dominio nostro redire placuerit, & ibidem manentes decesserint, prædictam franchisiam & libertatem obtinebunt & habebunt integrè; quantum ad illa bona quæ habebunt apud Appoigniacum vel apud Esbriam seu apud Baailliacum, in iusticia & dominio nostro, sicut illa bona quæ haberent tempore mortis suæ in loco vbi habemus manum mortuam, si sine hærede existente in patris potestate decederent, vt dictum est, nobis quietè & liberè remanerent. Si autem excasuram aliquam, seu exkaëta euenire contigerit, quæ ab aliquo qui se hæredem legitimum probare potuerit, non fuerit requisita, eam reseruabimus in manu nostra per annum & diem si quis apparuerit, sub quocumque domino existat, & se hæredem legitimum illius à quo venerit dicta excasura vel exchaëta probauerit, dictam excasuram seu exchaëtam sine difficultate qualibet, & absque vllo interuentu pecuniæ liberè & integraliter deliberare tenebimur. Si verò nullus comparuerit hæres legitimus decedentis, completis anno & die prædictis, dicta excasura nobis quitta & libera remanebit; nisi sit minor annis, vel absens ex iusta & rationabili causa sine culpa sua, quam etiam absens probare tenebitur, si ad dictam excasuram voluerit admitti. Item, tailliam quam prædictis hominibus nostris de Appoigniaco, de Esbria, & de Baalliaco possumus facere altè & bassè ad voluntatem nostram, de gratia speciali, accedente ad hoc consensu prædictorum Decani & Capituli Antissiodorensis Ecclesiæ, temperamus in hunc modum; videlicet, quod dicti homines de Appoigniaco, de Esbria, & de Baalliaco, loco dictæ tailliæ, & etiam alterius tailliæ quæ taillia de Marciaco nuncupatur, singulis annis nobis reddent & soluere tenebuntur octies viginti libras Turonenses tantummodo, in quocumque statu dicta villa de Appoigniaco fuerit, siue ius nostrum in dicta villa de Appoigniaco per aliquem contractum à nobis seu successoribus nostris celebratum seu celebrandum augmentatum fuerit, seu etiam diminutum. Quas octies viginti libras Turonenses soluent nobis prædicti homines in hunc modum; quod singulis annis eligentur tres viri probi & idonei de villa de Appoigniaca, ex parte hominum de Appoigniaco, & tres alij de eadem villa, ex parte nostra vel mandati nostri, qui iurati in præsentia nostra vel mandati nostri, consideratis viribus & facultatibus hominum de Appoigniaco, de Esbria, & de Baalliaco, quilibet iuxta facultates suas, in præsentia nostra vel mandati nostri, congruam portionem de dicta summa assignabunt persoluendam; & per se vel per alios fide dignos leuabunt seu leuari facient dictam summam cuilibet assignatam, præsente mandato nostro & gagiante vice nostra si necesse fuerit, quousque de dicta summa octies viginti librarum ad plenum nobis fuerit satisfactum. Ita tamen, quod si dicti homines de Appoigniaco discordes essent in eligendo tres viros idoneos, vt dictum est, quod illi tres qui erunt electi ex parte nostra vel mandati nostri, de dicta summa octies viginti librarum poterunt assignare cuilibet iuxta facultates suas congruam portionem, & leuari seu leuari facere, prout superius est expressum. Item, volumus, quod si aliquis de villa de Appoigniaco, de Esbria, seu de Baailliaco, recedat à dicta villa de Appoigniaco, vel de Esbria, vel de Baailliaco, medietatem tailliæ assignatæ de summa octies viginti librarum

noſtros aſtringimus & obligamus expreſsè. Ita videlicet, quod nullus hæreditatem alicuius noſtrum, in totum vel in partem adhuc valeat, niſi de hærede in hæredem is qui eam adire voluerit ſuper iis omnibus & ſingulis ſupradictis corporale præſtiterit iuramentum. Volumus inſuper, nos prædicti homines & feminæ, quod ſi in prædictis omnibus vel aliquo prædictorum deficiemus, in toto vel in parte, vel contra præmiſſa ſeu aliquod de præmiſſis attemptaremus, Reuerendus in Chriſto pater *Gilo* Dei gratia *Senonenſis Archiepiſcopus*, & ſucceſſores ſui Archiepiſcopi Senonenſes qui pro tempore fuerint, in nos, hæredeſque noſtros & ſucceſſores, vbique contigerit nos transferre, quo ad hæc iuriſdictionem ipſius ſupponendo, excommunicationis ſummam promulgari, & cum promulgata fuerit inuiolabiliter obſeruari, iuris ordine non obſeruato, quovſque eſſet domino noſtro Epiſcopo Antiſſiodorenſi & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis Antiſſiodorenſibus, de omnibus & ſingulis prædictis, & de omnibus dampnis & intereſſe propter hoc à ſe factis plenariè ſatisfecerimus. Super quibus dampnis & intereſſe, volumus quod credatur .... domino Epiſcopo Antiſſiodorenſi, vel eius ſucceſſoribus, per ſimplex verbum, ſine alio probationis onere ſuper hoc adhibendo. Rogamus etiam ſupradictum reuerendum patrem Senonenſem Archiepiſcopum, quia ſigillum proprium non habemus, vt ſigillum ſuum præſentibus apponat, vna cum ſigillis prædicti domini Antiſſiodorenſis Epiſcopi, & venerabilium virorum, Decani & Capituli Antiſſiodorenſis, in teſtimonio præmiſſorum. Et nos prædictus *Gilo* miſeratione diuina *Senonenſis Archiepiſcopus*, ad preces & inſtanciam dictorum hominum & feminarum, ſigillum noſtrum, vna cum ſigillis venerabilis fratris noſtri *Erardi* Dei gratia *Antiſſiodorenſis Epiſcopi*, & Decani & Capituli Antiſſiodorenſ. prædictorum, præſentibus litteris duximus apponendum. Nos verò *Erardus* eadem miſeratione *Epiſcopus*, Decanus & Capitulum Antiſſiodorenſis prædicti, ſigilla noſtra, vna cum ſigillo prædicti Reuerendi Patris Senonenſis Archiepiſcopi, præſentibus litteris appoſuimus in teſtimonio veritatis. Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto, menſe Auguſto, die ſabbati poſt feſtum beati Bartholomæi Apoſtoli. Année 1276.

Accord & Reglement entre le Duc, & l'Abbé de S. Pierre de Chalon, pour leur ſeigneurie & iuriſdiction.

PHILIPPVS Dei gratia *Francorum Rex*, notum facimus vniuerſis tam præſentibus quam futuris, quod dilecti Clerici noſtri, Magiſtri *Iohannes de Morenciis*, & *Guillelmus de Trapis*, ſuper contentionibus & querelis quæ erant inter dilectum & fidelem noſtrum *Ducem Burgundiæ*, ex vna parte, & viros Religioſos, *Abbatem* & Conuentum *ſancti Petri Cabilonenſis*, ex altera, pro bono pacis ordinauerunt in hunc modum. Videlicet, quod dicti Clerici noſtri poſuerunt metas, vnam ſcilicet in capite pontis, ab oppoſitis domus Dei, & alias deſcendendo per paſcua, provt poſitæ ſunt, & reſpiciunt vna aliam vſque ad foſſatum contiguum chemino de *Largilles*. Item ordinauerunt, quod à dictis metis, provt ſunt poſitæ, reſpiciendo verſus ciuitatem, & verſus halas, & verſus cheminum de Largiles, remaneat tota iuſticia alta & baſſa dicto Duci, & à dictis metis, provt ſunt poſitæ, reſpiciendo verſus burgum ſancti Petri, & verſus vineas, provt foſſatum ſe comportat, inter cheminum de Largilles & dictas vineas, iuſticia alta & baſſa remaneat Eccleſiæ ſancti Petri. Item, locus ille qui vocatur la Leſche, provt limitatus eſt per metas quas ibi poſuerunt præfati Clerici, à capite Pontis verſus Noam, & à meta prædicta in capite Noæ, provt aliæ metæ poſitæ ſunt reſpiciendo verſus burgum, remaneat cum omni iuſticia alta & baſſa, in perpetuum, dictæ Eccleſiæ, pacificè & quietè, abſque impedimento ſeu calumpnia à dicto Duce vel eius gentibus eidem Eccleſiæ inferenda. Ita tamen, quod tempore nundinarum Cabilonis, quæ incipiunt ad feſtum ſancti Bartholomæi in dicto loco qui vocatur la Leſche, panis, vinum, auena, fœnum, carnes, paſtilla, ferra ad ferrandum, equos & claui, & alia,

quæ ibi consueuerunt vendi ad esum tantum hominum & equorum, & fieri, vendantur ibidem, & fiant, provt vendi & fieri consueuerunt, & de eis Abbas & Conuentus sancti Petri emolumentum habeant & profectum, provt consueuerunt habere. Ea verò quæ tempore dictarum nundinarum in ipso loco non consueuerunt vendi nec fieri, non vendantur, nec fiant, nec in dicto loco de la Lesche, nec in burgo sancti Petri, tempore dictarum nundinarum, nec etiam alio tempore Dux Burgundiæ aliquam iusticiam habebit, nec poterit exercere. Item, ordinauerunt, quod de blado ibi vendito, seu annona quæ ibi vendetur, quorum naues applicabuntur ibidem, Abbas & Conuentus habeant bichinetum, seu minagium, & ad mensuram sancti Petri mensuretur; provt hactenus fieri consueuit, & quod Abbas & Conuentus, & homines ipsorum, habeant accessum ad aquam quæ est subtus pontem iuxta la Lesche, ad dolia exequenda & lauanda, & ad pannos lineos, & ad aliam æsantiam; ita quod ipse Abbas & Conuentus, in dicta aqua nullam iusticiam habeant nec etiam ius piscandi. Item, ordinauerunt, quod nec Dux, nec eius seruientes, nec dicti Abbas & Conuentus, nec eorum ministri, aliquid facere poterunt in dictis pascuis, per quod vsus communis pascuorum valeat impediri; saluo Duci, Abbati, & Conuentui prædictis, quod possint ædificare & fossata facere, quilibet in parte dictorum pascuorum sibi contingente, quem voluerit & sibi viderit expedire. Ordinauerunt etiam, quod tempore dictarum nundinarum, quæ incipiunt ad festum sancti Bartholomæi, possit Dux tenere nundinas suas sine læsione arborum ibidem existentium, per quindecim dies tantum, in parte pascuorum dictorum Abbatis & Conuentus, vsque ad Noam, & metas quæ Leschiam diuidunt à pascuis non excedat: & quod dicti Abbas & Conuentus, prædictos quindecim dies tantum in parte illa omnem iusticiam habeant de hominibus suis, & Dux habeat omnem iusticiam forensium aliorum. Elapsis verò dictis quindecim diebus, tota dicta iusticia alta & bassa in dicta parte dictorum pascuorum, sit, vt dictum est, à dicto Duce propter nundinas occupata, dictis Abbati & Conuentui, vt supra dictum est, integraliter remanebit. Ordinauerunt insuper, quod si aliquis latro, vel alius malefactor furtum commiserit, seu aliquod aliud maleficium perpetrauerit in terra Ducis, tempore dictarum nundinarum, & in locum qui dicitur la Lesche fugierit, gentes Ducis eum sequi poterunt & arestare ibidem; dum tamen, nec domos de la Lesche, nec burgum sancti Petri intrent pro dicto malefactore arrestando. Et tunc, dicto Abbate vocato, vel eius mandato, si dictus latro vel malefactor, maleficium vel erratum suum confessus fuerit, vel negans ibi legitimè, scilicet hoc coram Abbate vel eius mandato, conuictus fuerit, dictus Abbas vel eius mandatum, dictum latronem seu malefactorem gentibus Ducis tenebitur deliberare. Et è contra, tempore dictarum nundinarum, gentes Ducis erga dictum Abbatem & gentes suas, in casu consimili se habebunt. Item ordinauerunt, quod Dux, quantum in se est, se non opponet, cominus mensuræ sancti Petri currant in vico sanctæ Crucis. Item, ordinauerunt, quod Bailliuus Ducis procuret erga Ducem, quod in prædicta ordinatione sigillum suum apponet, in testimonium præmissorum. Quam ordinationem, provt superius continetur, in nostra curia recitatam, dictus Dux, personaliter, & procurator dictorum Abbatis & Conuentus ad hoc mandatum sufficiens habens, rectificauerunt, approbauerunt, & pariter laudauerunt. Et nos, in huius testimonium, præsentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum; saluo in omnibus iure nostro, iure & etiam alieno. Actum *Parisius*, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, mense Februario.

Année 1277.

NOs *Ludouicus dominus Belli Ioci*, notum facimus vniuersis præsentibus & futuris, quòd nos tenemus in feodum ab illustri viro domino *Roberto Duce Burgundiæ*, Bellam villam, castrum de Lay, & de Thisiaco, & omnia quæ nos domini Belli Ioci possemus acquirere in Comitatu Forensi. Et cum nos & prædecessores nostri teneremus in feodum ab ipso domino Duce castrum de Perruës, quod à nobis tenet in feodum dominus *Humbertus dominus de Montpancier*, prædictus dominus Dux faciens nobis gratiam specialem, concedit nobis, quod ipsum castrum de Perruës ab ipso Duce in retrofeodo teneremus. Et in recompensatione dictæ gratiæ, nos debemus facere augmentationem ipsi domino Duci feodum de castro de Cheuigney, & de feodo de Boisseria, quod dominus *de Boisseria* tenet à nobis. Actum etiam fuit inter nos & dominum Ducem, quod idem non potest obligare à Ducatu Burgundiæ dictum feodum quod ab ipso tenemus, nec transmutare, nec etiam transferre in aliam personam, & quod idem dominus Dux promisit nobis per conuentionem & pactum, iuuare nos & hæredes nostros contra *Comitem Forensem*, & contra hæredes suos, & contra Comitatum Forensem, quociens, nos, vel hæredes nostri, habebimus guerram contra dictum Comitem Forensem vel hæredes ipsius, & contra Comitatum Forensem, præstando nobis consilium & auxilium contra prædictos. In cuius rei testimonium, præsentes litteras sigilli nostri munimine roboraui. Actum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, mense Iulij.

Hommage de Louys sire de Beau-jeu, au Duc.

Année 1277.

GIe *Guillaumes sires de Pontaillier*, faiz sauoir à touz cels qui verront & orront cels presantes lettres, que ie hay repris de mon chier seignour *Robert Duc de Borgoigne*, en fié, la garde dou Prioré de saint Saueour, & de la ville de Montmançon, de Pomay, de Massilly, & de Heuilly, & totes les choses qui mueuuent doudit Prioré de saint Sauueour en cels diz lues, an quelconques choses que eles soient, & promis à garantir audit mon tres-chier seignor totes les choses deuantdites, & apaisier contre totes gens, comme celes qui sont de mon droit aluef. En tesmoignage de laquel chose ie hay prié & requis Monseignor *Odon* par la grace de Deu *Arceuesque de Besançon*, que il mete son seel en cestes presantes lettres : Et ie, li diz Arceuesque, à la priere, & à la requeste doudit Monseignour Guillaume de Pontaillier, hay mis mon seel pendant en cestes presentes auec le sien : Qui furent faites & données l'an de grace nostre Seingnour 1277. ou mois d'Ahost.

IN nomine Domini, Amen. Vniuersis præsentes litteras inspecturis *Otho Comes Burgundiæ* Palatinus, dominus Salini, æternam in vero salutari salutem. Nouerint vniuersi præsentes pariter & futuri, quòd nos, nullos habentes legitimos liberos, nisi Iohannam vnicam legitimam & carissimam filiam nostram, ex nobis & *Mathildi* legitima vxore nostra procreatam; attendentes, quod in quocumque alio genere vel domo quacumque, eamdem filiam nostram sic vtiliter sicque honorificè nuptui tradere non possemus, sponte, scienter, & prouidè, non deceptus nec in aliqua circonuentus, pro eadem filia nostra in ætate legitima ad contrahenda sponsalia constituta contraximus & contrahimus sponsalia cum altero de duobus tunc primogenitis filiis excellentissimi Principis & domini nostri, domini *Philippi* Dei gratia *Regis Francorum* illustris, ipse dictus Rex idem filiæ nostræ elegerit matrimonialiter copulari, sanctæ Dei Ecclesiæ concurrente assensu, quando idem filius ad nubilem ætatem peruenerit, vel quando ipsi domino Regi placuerit, quocunque tempore hanc electionem facere, præsente ipso domino Rege ac contractum sponsalium huiusmodi, & omnia infra scripta recipiente, tam pro se quam legitimo administratorio nomine illius de prædictis duobus filiis suis, quem ad id vt præmittitur duxerit eligendum. Et si quocumque casu, eumdem dominum Regem eligere non posse contingeret vnum de prædictis duobus filiis suis, pro contrahendo matrimonio supradicto, volumus quod domina *Iohanna* Dei gratia *Francorum Regina*, consors, aut primogenitus nunc vel tunc primogenito ipsius domini Regis filius, pro se vel alio, tunc postremum tunc primogenito ipsius domini Regis electionem huiusmodi facere valeant, sicut ipse dominus Rex vt præmittitur potuisset. Verum, quoniam Reges Franciæ vt frequentius non consueuerunt filios suos maritare, nisi cum iidem filij cum vxoribus suis magnas Baronias, & magnos redditus in dotem recipiunt; nos considerantes quod

quod aliter de dicta filia nostra cum præfato domino Rege cum altero de prædictis duobus primogenitis filiis suis huiusmodi sponsalia contrahere minimè poteramus, totum Comitatum nostrum, totam Baroniam & terram nostram, castra, possessiones, homagia, feoda, & omnia iura nostra personalia & realia, vbicumque & in quibuscumque consistant, ex nunc dicto domino Regi, recipienti, legitimo administratori nomine filij sui, futuri mariti prædictæ filiæ nostræ, cum eadem filia nostra damus & irreuocabiliter assignamus in dotem. Promittentes eidem domino Regi solemniter stipulanti, dictam filiam nomine sponsalium huiusmodi, & ob causam eorum in domum & potestatem ipsius domini Regis ex nunc transducere, & ipsi domino Regi tradere & deliberare ex nunc, totum Comitatum, Baroniam, terram, castra, iura, homagia, & feoda prædicta, libera & immunia ab omni obligatione debitorum, & ipsum dominum Regem vel mandatum suum ex nunc inducere in possessionem & quasi possessionem omnium & singulorum prædictorum, & facere ex nunc ipsi domino Regi vel alij pro ipso ad hæc recipienda ab ipso constituto præstari & fieri, omnia & singula homagia supradicta. Volentes, quod idem dominus Rex, pro oneribus quæ pro dicta filia nostra & futuro eius marito sustinebit, omnium prædictorum ex nunc faciat fructus suos. Promisimus etiam dicto domino nostro Regi solemniter stipulanti nomine quo supra, in contractu sponsalium huiusmodi, quod si matrimonium inter dictum filium suum eligendum ab eo, & dictam filiam nostram vt præmittitur celebrandum, dissolui contigerit, extantibus liberis vno vel pluribus de ipso matrimonio dicta filia nostra superstite, nichilominus prædicta omnia à nobis data in dotem prædictam penes dictos liberos & hæredes eorum in perpetuum remaneant, ad nos vel dictam filiam nostram nullo tempore reuersura. Confitemur etiam, nos Comes præfatus, à prædicto domino Rege, pro arris sponsalium huiusmodi habuisse ac recepisse centum millia librarum Turonensium paruorum, in pecunia numerata, quas arras eidem domino Regi solemniter stipulanti, ex certa scientia certiorati ex iure legum & canonum de hac materia tractantium, promittimus in quatruplum soluere, si per nos vel dictam filiam nostram steterit, quominus dictum matrimonium contrahatur, pro quibus, dicta omnia à nobis promissa in dotem eidem ipsi domino Regi teneri volumus obligata, & retineri posse per eum vsque ad satisfactionem condignam, & peti & aduocari à quolibet possidente seu detinente. Porro, inter nos & dictum dominum Regem in tractatu sponsalium huiusmodi conuentum extitit, quod si nos habere contingat in posterum alteram filiam, superstite nostra filia supradicta, præfatus dominus Rex tenebitur sibi dare decem millia librarum paruorum Turonensium, ad ipsam maritandam, per quinquennium soluendarum; scilicet quolibet anno quinquennij prædicti duo millia, cum dicta filia nubilis fuerit ætatis. Et si contingeret nos habere plures quam vnam, tunc idem dominus Rex cuilibet earundem dare teneretur, duntaxat, quinque millia librarum paruorum Turonensium in quinquennio soluendarum, videlicet quolibet anno mille libras cum nubilis essent ætatis. Si verò contingeret prænominatam filiam nostram decedere ante huiusmodi contractum matrimonium, & nos aliam filiam legitimam contingeret tunc habere: conuentum extitit inter prædictum dominum Regem & nos, quod dictam filiam nostram, dum tamen persona sit habilis, alteri de omnibus filiis suis natis vel nasciturís cui voluerit, det nuptui, sub conditionibus, pactionibus, & conditionibus paribus per omnia supra & infra scriptis. Et nos etiam ad prædictam conuentionem sumus astricti, vt dictam filiam demus nuptui alteri de filiis ipsius domini Regis quem ipse vel dicta Regina aut filius suus, nunc vel tunc primogenitus, ad id ducerent eligendum, cum omnibus bonis nostris, sicut cum prædicta alia filia nostra primogenita superius est expressum. Item conuentum extitit inter nos & dictum dominum Regem in contractu sponsalium prædictorum, quod si contingeret nos

habere filium masculum, vnum vel plures, quod idem dominus Rex vel primogenitus suus Rex Franciæ, dictum filium vel filios nostros teneat & custodiat, quovsque dictus filius vel filij habeant ætatem decem & septem annorum. Et tunc, idem dominus Rex vel hæredes sui, eidem filio nostro vel filiis, vni vel pluribus, dare & assignare tenebuntur in regno suo, in hæreditagium perpetuum & in redditibus assidendis in terra, tria millia librarum Turonensium paruorum, & duo millia similium librarum apud Templum, ad vitam solum dicti filij vel filiorum nostrorum si essent plures. Ita, quod eorum quolibet decedente cesset pro rata portio decedentis quam haberet in dictis duobus millibus libris. Et si dicti filij nostri decederent sine legitimis hæredibus de suo proprio corpore procreatis, prædicta tria millia librarum eisdem assignata à prædicto domino Rege, ad ipsum dominum Regem integrè reuertentur, & ad hæredes suos, & portio cuiuslibet sine hæredibus proprij corporis decedentis. Et dictos filios nostros vnum vel plures, si nos habere contingat, idem dominus, vel primogenitus suus Rex Franciæ, procurabunt vxorari ad vtilitatem eorum, provt eis videbitur expedire. Et de prædictis autem, liberi nostri tam masculi quam fœminæ, si eos de cætero nos habere contingat, erunt contenti, & nichil in Comitatu prædicto vel quibuscumque bonis nostris petere poterunt aut etiam reclamare. Præterea conuentum extitit in contractu sponsalium huiusmodi, inter nos & præfatum dominum Regem, quod quia nos tenemur nos ex nunc dessaisire de toto Comitatu, tota terra, feodis, homagiis, & castris prædictis, & ipsum dominum Regem inducere in plenam & pacificam possessionem eorum, ita quod de his omnibus ex nunc faciat fructus suos, sicut superius est expressum, quod idem dominus Rex, completis sibi prius per nos huiusmodi suprascriptis conuentionibus, teneatur nobis facere solui annuatim decem millia librarum Parisius apud Templum, terminis his; videlicet quinque millia in festo Natiuitatis B. Iohannis Baptistæ, & alia quinque millia in festo Natiuitatis Dominicæ, & nos benè assurare & assecurare de ipsis. Post decessum autem nostrum, dicta decem millia librarum ad ipsum dominum Regem liberè reuertentur, & de huiusmodi decem millibus libris, nobis dictis terminis annuatim soluendis, tam nos quam dicta vxor nostra, quamdiu viuemus, debemus esse contenti, ita quod etiam eadem vxor nostra, in terra prædicta, nobis viuentibus, nec ratione dotalitij, nec alia ratione quicumque potest petere, nec debet habere. Verum, si nos eidem vxori nostræ præmori contingeret, conuentum extitit inter nos & dominum Regem prædictum, quod eidem vxori nostræ tale dotalicium in terra nostra ad vitam suam tantum remaneret saluum, quale sibi promisimus cum matrimonium contraximus cum eadem. Item conuentum extitit inter nos & Regem eumdem, in contractu prædicto, quod completis prius per nos ipsi domino Regi conuentionibus suprascriptis, idem dominus Rex, pro necessitatibus nostris tenetur nobis tradere quinquaginta quinque millia librarum paruorum Turonensium, videlicet triginta millia librarum in pecunia numerata, & de viginti quinque millibus libris residuis pro nobis satisfacere & respondere creditoribus nostris de regno suo, quibus existimus obligati. Item, postquam idem dominus Rex habuerit & tenebit possessionem pacificam Comitatus & totius terræ prædictæ, & dictam filiam nostram habuerit in manu sua, idem dominus Rex, per conuentionem eamdem tenetur, cum nobis amplius, tradere quadraginta millia librarum Turonensium paruorum in quinquennio soluendarum, videlicet anno quolibet octo millia librarum, terminis iis, videlicet quatuor millia in festo Natiuitatis Dominicæ, & alia quatuor in festo Natiuitatis B. Iohannis Baptistæ, annuatim, quovsque habuerimus quadraginta librarum millia supradicta. Sanè, considerantes grauia onera suprascripta, & expensas quæ & quas dictum dominum Regem oportuit subire pro nobis, & oportebit subire in posterum pro filia nostra prædicta, & aliis liberis nostris, si quos plures habere contingat, nec non pro salubri

regimine, custodia & gubernatione dictæ terræ, si filiam nostram matrimonialiter copulandam filio dicti Regis decedere, quod absit, contingeret, ante matrimonium ipsum, vel post, sine liberis superstitibus ab ipso filio Regis susceptis, vel ipsos liberos susceptos postmodum decedere contingeret sine hæredibus legitimis de suo proprio corpore procreatis : in recompensationem dictorum onerum & impensarum, & multorum beneficiorum nobis à dicto domino Rege impensorum, ex nunc vt ex tunc, damus & concedimus, in casu huiusmodi, donatione perfecta, irreuocabili inter viuos, ipsi domino Regi & hæredibus eius in perpetuum, vel illi de liberis suis, vel alij cuicumque quem ipse voluerit, totum Comitatum, totam terram, castra, possessiones, homagia, feodaque prædicta ; volentes & concedentes, quod ex causa donationis huiusmodi, tam Rex ipse quam eius hæredes, vel alter de liberis suis, vel alius quicumque quem ipse voluerit, in casu huiusmodi, prædicta omnia & eorum quælibet à nobis donata possit licitè retinere, petere, & aduocare à quolibet possessore. Et si quocumque iure vel consuetudine prædicta donatio non valeret in totum, volumus eam valere pro illa parte pro qua valere poterit, & in illis rebus, in quibus seu pro quibus consistere poterit & valere, cum nos eamdem donationem singulariter & particulariter in casu prædicto de præmissis omnibus & singulis & eorum quolibet provt melius valere poterit faciamus. Quod si contingeret ab aliquo calumpniari, vel aliquod prætendi obstaculum in prædictis, & præcipuè isti translationi vel translationibus terræ nostræ, quam vel quas facimus in dictum dominum nostrum Regem & eius liberos, vt superius est expressum, vel possent prædictorum translatio seu translationes pro ipso domino Rege liberis & successoribus suis firmius fieri, quocumque titulo lucratiuo vel oneroso, de omnibus prædictis & eorum singulis; nos eo modo & eo titulo quo prædicta omnia & singula melius valere possunt & poterunt ad vtilitatem dicti domini Regis & suorum, ex nunc vt ex tunc prædicta omnia & singula in dictum dominum Regem & successores suos facimus & transferimus, à nobis prædicta penitus abdicando & transferendo totaliter in eumdem dominum Regem & suos de prædictis omnibus & singulis, translationes singulas singulariter & particulariter prædictis titulis vel aliis & eo modo quo melius prædicta valere poterunt ad vtilitatem præfati domini Regis singulariter de singulis, & particulariter de quolibet prædictorum faciendo. Volentes, quod dictus dominus Rex, & hæredes sui pro prædictis & prædictorum singulis, titulum vnum vel plures quem, seu quos & quot maluerint, possint eligere & in electione huiusmodi quotiens voluerint variare, & mutare eamdem. Si verò quoquo casu, quod absit, dicta donatio seu dotis constitutio, vel prædictorum translatio in toto vel in parte possent minui vel infringi, de facto vel de iure; volumus & expresè concedimus, quod pro tota pecunia nobis tradita, & pro tota pecunia quam dictum dominum Regem pro quacumque filia nostra maritanda contingeret exsoluisse, & pro quibuscumque redditibus quos dedisset quibuscumque filiis nostris ratione conuentionum superius expressarum, & pro omni pecunia quam nos in villa nostra recepissemus in templo, ratione conuentionum ipsarum, quæ omnia confitemur nobis & dictis liberis nostris in casu huiusmodi mutuata fuisse à dicto domino Rege, ac nos & dictos liberos nostros ea ex causa mutui recepisse, & pro omnibus expensis & costamentis necessariis vtilibus vel voluntariis, quæ & quas dictum dominum Regem fecisse & sustinuisse continget in custodia dictæ terræ ; super quibus omnibus credi volumus simplici verbo dicti domini Regis & hæredum suorum. Pro quibus omnibus in casu huiusmodi obligamus sibi expressim, totam terram prædictam, specialiter illam partem seu illa loca in quibus seu pro quibus diceretur dotis constitutio non valere, vel donatio supradicta, vel infringeretur seu diminueretur de facto vel de iure dictus dominus Rex vel hæredes sui, prædictam totam terram nostram, specialiter dictam partem vel loca

prædicta ex causa obligationis huiusmodi possint licitè tamquam sibi obligata retinere, & à possidente quolibet petere & aduocare, ac prædicta omnia & singula à nobis ac liberis & hæredibus nostris insolidum peti posse; cedentes ex nunc, & mandantes tam ex causa constitutionis dictæ dotis, quam ex causa donationis prædictæ, in casu vbi earum quolibet vendicare poterit sibi locum, in præfatum dominum Regem hæredes, ac successores eiusdem, omnes actiones reales & personales, vtiles & directas, mixtas, tacitas, & expressas nobis competentes vel competituras quoquomodolibet in hac pro omnibus & singulis supradictis & quolibet eorundem: ac constituentes nos ea omnia & singula ipsius Regis, hæredum ac successorum suorum aut alterius liberorum suorum vel alterius cuiuscumque quem ad hoc duxerit eligendum nomine possidere, donec plenam & corporalem possessionem adepti fuerint eorundem. Promittentes nos omnia & singula supra scripta, tenere, adimplere, firmiter & inuiolabiliter obseruare, ac contra non venire, per nos, vel per alium, seu alios in futurum, ratione aliqua seu causa. Ac præmissa omnia & singula prædicto Regi & suis, illique specialiter ad quem ea ex huiusmodi conuentionibus peruenire continget, liberare, garantizare, & deffendere specialiter, à fratribus nostris, & ab omnibus aliis, & etiam contra omnes, ac dare & concedere litteras dominorum Prælatorum, Curiarum, & iudicum, & illorum tenorum, quorum semel vel pluries, quos & quales elegerit seu volet dominus Rex prædictus super omnibus supradictis. Obligantes quo ad hæc omnia, nos & hæredes nostros, & successores, ac omnia nostra & hæredum & successorum nostrorum, bona mobilia & immobilia, præsentia & futura, vbicumque & in quibuscumque consistant specialiter & expressè. Ac renuntiantes, exceptioni doli mali, læsionis, circunuentionis, & fraudis, exceptioni non numeratæ pecuniæ, non habitæ, non receptæ, ac immensæ & inofficiosæ dotis, deceptioni vltra dimidium iusti precij, ac iuribus tractantibus de donationibus retractandis ob ingratitudinem vel insinuationem, & dicentibus donationem factam vltra quingentos solidos absque insinuatione non valere, & omnibus gratiis & priuilegiis, tam crucis sumptæ & assumendæ, quam aliis, & indultis generalibus vel specialibus, cuiuscumque formæ vel tenoris existant, à Summo Pontifice ac Prælatis aliis, & principibus quibuscumque concessis, & in posterum concedendis, & omnibus aliis exceptionibus, deffensionibus, & rationibus iuris & facti Canonici & ciuilis, quæ contra præsentes litteras possent obiici vel opponi, & per quas earum executio vel effectus impediri posset quomodolibet, vel differri. De quibus omnibus & singulis supra scriptis, tenendis, adimplendis, & in futurum inuiolabiliter obseruandis, corporale præstamus ad sancta Dei Euangelia iuramentum; volentes, nos, hæredes ac successores nostros, posse per quemlibet, quavis autoritate, compelli ad omnimodam obseruantiam eorumdem. In quorum testimonium præsens publicum instrumentum per infrascriptum Notarium fieri & publicari mandamus, & sigilli nostri appensione muniri: rogantes venerabiles Patres, dominos, *Ægidium Archiepiscopum Narbonensem*. S. *Parisiensem*, & N. *Ebroicensem* Episcopos, ac nobiles viros *Hugonem Blesensem*, & *Guidonem de sancto Paulo*, Comites, vt sigilla sua præsentibus his apponant, ad maiorem fidem & euidentiam omnium præmissorum. Rogamus etiam venerabilem patrem prædictum S. Parisiensem Episcopum, in cuius territorio siue Diœcesi præfata donatio facta fuit, vt eam actis interuenientibus insinuet ac publicis munimentis. Nos autem *Symon* miseratione diuina *Parisiensis Episcopus*, præfati domini Burgundiæ Comitis precibus annuentes, donationem huiusmodi, pro tribunali sedentes, actis interuenientibus & publicis munimentis ac adhibitis solemnitatibus quæ solent & debent in talibus adhiberi insinuamus ac etiam publicamus. Et ad maius testimonium omnium præmissorum, nos Archiepiscopus, Episcopi, & Comites memorati, ad præfati domini Burgundiæ Comitis requisitionem, sigilla nostra

fecimus litteris his apponi. Actum & datum apud Vincenas propè Parisius in regali manerio, præsentibus Archiepiscopo, Episcopis & Comitibus supradictis, ac nonnullis aliis ad præmissa vocatis & rogatis testibus, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto secundum stilum Romanæ Curiæ, & quarto secundum vsum Gallicanæ Ecclesiæ, Indictione octaua, die Mercurij secunda mensis Martij, Pontificatus Domini *Bonifacij* Papæ octaui anno primo. Et ego *Gauffridus de Plexciaco* Clericus Apostolica publicus auctoritate Notarius, contractui sponsalium, conuentionibus, pactionibus, promissionibus, stipulationibus, præstationi iuramenti, insinuationi, publicationi, & aliis prout supra scribuntur habitis & factis, interfui, & ea omnia rogatus, fideliter & propria manu scripsi, & in hanc publicam formam redegi, meoque signo solito roboraui. Année 1295.

CELESTINVS Episcopus, seruus seruorum Dei; dilectis filiis, Decano & Canonicis Capellæ Ducis sanctæ Mariæ Diuionensis, tam præsentibus quam futuris Canonicè substituendis I. N. P. P. M. Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, vt & deuotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & vtilitas postulata vires indubitanter assumat. Sanè, sicut ex autentico scripto fœlicis recordationis Alexandri Pontificis tertij prædecessoris nostri, quod in nostra fecimus præsentia recitari, perpendimus euidenter, fundum quem apud Diuionem, in quo Ecclesia vostra & eius sunt officinæ constructæ, eidem prædecessori nostro inclitæ memoriæ, *Hugo* quondam *Dux Burgundiæ*, consideratione diuinæ obtulit pietatis, ipse prædecessor noster, in ius & proprietatem Ecclesiæ Romanæ recepit, præfato Duci in eo Ecclesiam construendi, quæ soli deberet esse Pontifici Romano subiecta, licentiam & liberam facultatem indulgens. Nos autem, eius vestigiis inhærentes, Ecclesiam, quæ ex prouida institutione ipsius prædecessoris nostri Romanæ Ecclesiæ iuris esse noscitur specialis, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus: Statuentes, vt quascumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia impræsentiarum iustè & Canonicè possidet, & in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum in quo præfata Ecclesia sita est, illud quod habetis & concessione memorati Ducis in ventis, astalagium, quod eidem Duci Pamfici debebant, nobis ab ipso concessum, & quod debebant calciamentorum constructores, placitum etiam generale, libertatem etiam, quam duæ principales Ecclesiæ apud Diuionem habent, & milites, vobis ab ipso Duce concessam, liberum attractum, videlicet retinendi homines in villa Diuionensi sicut ipse Dux, tres homines quos ipse Dux Ecclesiæ vestræ dedit, pro thure, oleo, & cera. Qui tres homines, & seruientes vestri, qui de domo & mensa vestra erunt, & alii vestri homines, quos Deo largiente, prædicto vel alio iusto modo acquirere poteritis, ab omni exactione & talia, seu quacumque consuetudine liberi erunt, ex concessione ipsius Ducis; plenarium vsum fori habentes sicut homines Ducis. Quorum videlicet hominum, vel seruientium vestrorum, si quisquam in causam trahatur, non respondebit nisi per dominos suos. Qui si culpabilis inueniatur, ex eius in manu dominorum suorum erit. Illud etiam, quod in casamento ipsius Ducis acquirere poteritis, sicut in eius autentico continetur. Illud quod habetis in mensa & domo ipsius Ducis in festis annalibus, videlicet, in Natiuitate Domini, in Pascha, in Penthecoste, & in festiuitate Omnium Sanctorum, si Dux vel Ducissa fuerint Diuioni, duos solidos pro pane, quatuor sextarios vini, quatuor solidos pro coquina vel æquiualens. Oblationes omnes, & beneficia Capellæ Ducis

Confirmation & augmentation des priuileges de la Sainte Chapelle de Dijon l'an 1294. ou enuiron.

& Ducissæ, vbicumque sit apud Diuionem, Capellaniam ipsorum vbicumque fuerint, alia insuper bona, deuotiones, consuetudines, siue concessiones, ab ipso Duce vobis factas; vobis nihilominus confirmamus, prout in ipsius Ducis autentico plenariè continetur. Sanè, noualium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Præsenti insuper decreto districtius inhibemus, ne aliquis Archiepiscopus, Episcopus, vel quælibet alia persona, in homines, seruientes, seu Baillìuos vestros, pro aliqua causa de qua in vestra debeant præsentia conueniri, sententiam promulgare præsumat; dummodo, vos ex ipsis velitis iustitiam exhibere, nisi fortè super hoc mandatum Apostolicum receperint speciale. Prohibemus insuper, ad exemplar memorati prædecessoris nostri, ne alicui Archiepiscopo, Episcopo, vel alij Ecclesiasticæ personæ, quicquam iuris sibi in eadem Ecclesia, vel Canonicè in ea Deo seruientibus vendicare, aut in eos excomunicationis, suspensionis, seu interdicti sententiam liceat promulgare. Liceat quoque vobis, iuxta Lateranensis Concilij sanctiones, magisterium scolarum Ecclesiæ vestræ alicui idoneæ personæ conferre, quæ ad informationem & doctrinam salubriter minus eruditorum intendat. Crisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium, ordinationes Clericorum, siue Canonicorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, & alia Ecclesiastica Sacramenta, à Diœcesano Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicæ Sedis habuerit, vobis, gratis & sine prauitate aliqua, volumus exhiberi. Alioquin, liceat vobis, quemcumque malueritis Catholicum Antistitem, gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate, vobis quod postulatur impendat. Libertates præterea, & immunitates Ecclesiæ vestræ concessas, necnon antiquas & rationabiles consuetudines hactenus obseruatas, ratas habemus, & eas futuris temporibus illibatas manere sancimus. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat, præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra & illibata seruentur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura; salua Sedis Apostolicæ auctoritate. Ad iudicium autem huius à Sede Apostolica libertatis, marcham vnam argenti nobis nostrisque successoribus annis singulis persoluetis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptauerit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine diuinæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.

Tiltre pour les droits du Duc de Bourgogne en la Franche-Comté.

PHELIPPE par la grace de Deu *Rois de France*, nous fesons sauoir à tous, que cum nobles homs, *Othes* iadis *Cuens Palazins de Bourgogne*, sires de Salins, pour certaines causes, chust deliuré, & mis en nostre main la Contée & la Baronie deuant diz, & les droiz tous, & nostre amé & feaulx *Robers Dux de Bourgoigne*, nous requeist, & chust requis plusieurs fois, que plusieurs Chasteaux, viles, & autres choses de sum fié, & des appartenances doudit Contée, & de ladite Baronie li deliuressons & meissons en sa main, comme en main de seigneur de fié, pour sauuer son droit & l'autruy : Nous, la requeste doudit Duc ohie plusieurs fois, & vehuës les lettres qu'il a seur lesdits fiez, deli-

beration chuë par nostre Consoil, tous les fiez & rerefiez doudit Duc, ensi cum il sunt contenu és lettres que il en a, seur & amiablement metons en la main doudit Duc, comme en main de seigneur de fié, pour sauuer nostre droit, suen droit, & le droit de la fille ledit Conte, & le droit d'autruy. Et les deffendra & gardera à ses despens, & fera les fruiz suens tant cum il les tendra. Item, se ladite fille est donnée par mariage à nostre filz, le mariage fet en face de seinte Eglise, le Duc receura nostredit fils mary de ladite fille, en foy, & en homage des fiez, & des choses dessusdites, sans nul empeschement de forfeture, ne d'autres choses, & deliurera lors les choses desdites fiez à nostredit fil. Et se ladite fille prent autre mary, le Duc se il li plest, receura celi autre mary sans empeschement nul.. Ou se il li plest meulx, il remettra les choses desdiz fiez en nostre main, sauf tous ses droiz. Et adonc il aura lettres de nous, que dans trois mois apres ce nous en osterons nostre main, ou metrons lesdites choses en la main dunt nous les auons. Apres, quant ladite fille sera en aaige sousisent, si ele requiert le Duc que il la reçoiue en sum homage, le Duc li fera droit seur quanque ele li voudra demander, gardé la coustume dou païs; sauf audit Duc tous ses droitz & resons de forfetures, & d'autres choses, & auxi sauues les resons & les deffences à ladite fille. Et quant cele dite fille fera ceste requeste, le Duc sera quittes des conuenances fetes à nous seur les choses deuantdites. L'autre terre dou Contée de Bourgoigne, & de la Baronie de Salins, le Duc gardera, ordonnera, & deffandra à sum pooir, ou nom de nous, & à nos despens, quant les issuës de ladite terre n'y porront souffire, & y mettra gouuerneurs & gardiens des Chasteaux, & des autres choses toutes, à sa volunté. En tesmoing desqueles choses nous auons mis nostre seial en cestes lettres, fetes & données à Paris l'an de grace mil deux cent quatre vingt & seze, ou mois de Ianuier. *Seellées à double queuë de parchemin du Jean du Roy en cire iaune.* Année 1296.

NOs *Philippus de Vienna* dominus Paygniaci, notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quòd nos, pro remedio animarum prædilectorum parentum nostrorum, & antecessorum, ac animæ nostræ, facimus & constituimus quandam Capellaniam, in Capella nostra sita ante castrum nostrum Paygniaci; cui Capellaniæ, damus, & concedimus dari & solui in perpetuum, à successoribus & hæredibus nostris, volumus & præcipimus, in perpetuam eleemosynam, annis singulis, centum solidos Stephanienses annui & perpetui redditus, & octo bichetos frumenti ad mensuram de Sorrogio, & quandam vestem idoneam, ad vsum sacerdotis in dicta Capella deseruientis. Quos centum solidos assignamus in duabus tailliis de Paygniaco persoluendos à nobis & successoribus nostris, in dicto castro; videlicet medietatem in qualibet taillia, cum veste prædicta, quæ tantum semel in anno est à nobis & successoribus nostris dicto sacerdoti conferenda. Et dictos octo bichetos frumenti assignamus similiter percipiendos annuatim in perpetuum, in aminagio nostro de Sorrogio, à nobis & successoribus nostris in dicto aminagio persoluendos, de blado aminagij supradicti: obligantes expressè, nos, hæredes ac successores nostros pro prædictis soluendis, adimplendis, & in perpetuum attendendis. Item, volumus & concedimus, quod pro remedio & salute animæ nostræ, & animarum parentum & prædecessorum nostrorum, fiat in perpetuum, quatinus annis singulis, in qualibet quinta feria quatuor temporum, anniuersarium. Pro quo celebrando in dicta Capella nostra, Capellanus ibidem constitutus tenebitur qualibet quinta feria dictorum quatuor temporum annuatim imperpetuum, triginta presbyteros conuocare, quorum quislibet tenebitur celebrare duas Missas, vnam videlicet in die conuocationis in dicta Capella, & in recessu suo aliam Missam, in loco suo, completis verò in dicta Capella Officiis

Fondation d'vne Chapelle à Poigny, l'original est en la Chambre des Comptes de Dijon.

Missarum, Capellanus in eadem Capella constitutus dictis triginta Presbyteris, & triginta Presbyterorum Clericis, propter hoc conuocatis in dicto castro nostro Paygniaci, semel, in die conuocationis, cibaria competentia ministrabit, & cuilibet dictorum Presbyterorum distribuet dictus Capellanus triginta denarios Stephanienses ad mensam; & pro dictis cibariis decoquendis qualibet die conuocationis, & pro ipsis Presbyteris calefaciendis, capiet seu capi faciet dictus Capellanus, vel eius mandatum, sine contradictione, affoagium in nostris nemoribus; videlicet in nemore nostro de Chassaigne, vel in Ayis de Paygniaco, vel etiam in aliis nostris nemoribus quæ sunt in insula de Paygniaco, prout sibi melius videbitur expedire. Et pro dicto anniuersario vt dictum est faciendo, & cibariis prædictis Presbyteris & Clericis comparandis, & denariis dictis Presbyteris distribuendis, damus & concedimus dictæ Capellaniæ, & dari & solui volumus, concedimus & præcipimus, à nobis & hæredibus ac successoribus nostris, quadraginta libras Stephanienses perpetui & annui redditus, percipiendas annis singulis à dicto Capellano dictæ Capellaniæ; scilicet viginti libras supra redditus aminagij nostri, & alias viginti libras supra redditus ponderis nostri de Sorrogio. Quarum quadraginta librarum soluetur medietas in quolibet festo beati Bartholomæi Apostoli, & alia medietas in octauis cuiuslibet festi Epiphaniæ Domini persoluetur. Insuper, volumus, ordinamus, & præcipimus, quod dicta Capella nostra conferatur idoneo Sacerdoti. Et volumus, quod dominus Paygneij qui pro tempore fuerit, dictam Capellaniam conferat, infra quadraginta dies, computandos à die obitus Capellani dictæ Capellaniæ, quod si fortè non faceret, aut negligens esset in dicta collatione conferenda seu etiam facienda, volumus & concedimus, quod dicta collatio, dictis quadraginta diebus elapsis, ad dominum Ducem Burgundiæ illa vice deuoluatur, & hanc Capellaniam, cum prædictis redditibus à nobis propter hoc assignatis, dedimus & damus domino *Girardo* dicto *Reygiom* de Paygny, Capellano nostro, quem probum & idoneum reperimus. Et hæc omnia & singula supradicta, prout superius sunt expressa, promittimus pro nobis & hæredibus ac successoribus nostris tenere & firmiter obseruare bona fide; & non contrauenire in futurum. Et quoniam, sicut supra dicitur, dictæ Capellaniæ collatio ad illustrem Principem *Robertum Ducem Burgundiæ* carissimum dominum nostrum, seu successores eius posset aliquando deuolui, præfato dicto Duci, de cuius feodo sunt & mouentes prædictæ quidem Capellaniæ, constitutionem & dictorum redditum assignationem ad rogatum nostrum voluit, approbauit, & etiam confirmauit, præsentes litteras sigillo nostro, & sigillo *Iohannæ* carissimæ consortis & coniugis nostræ, prædictis omnibus consentientibus, & volentibus nobis, eidem super hoc auctoritatem præsentibus dedimus sigillatas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, mense Maij. Année 1297.

Le Pape remet son droit de confirmer le Doyen de la Sainte Chapelle de Dijon, à l'Abbé de Cisteaux.

BONIFACIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio, Decano Capellæ Diuionensis, Lingonensis Diœcesis, dilecti filij nobilis viri Roberti Ducis Burgundiæ, salutem, & Apostolicam benedictionem. Ingens & sincera deuotio, quam dilectus filius, nobilis vir *Robertus Dux Burgundiæ*, erga nos & Apostolicam Sedem habere dinoscitur, promeretur, vt in his quæ postulat, nos sibi sentiat in fauore munificos, & in gratia liberales. Exposita si quidem nobis Ducis præfati petitio continebat, quòd cùm Capella sua Diuionensis, Lingonensis Diœcesis, sit Romanæ Ecclesiæ immediatè subiecta, & propterea, is qui pro tempore in ipsius Capellæ Decanum eligitur, debeat per Sedem Apostolicam confirmari, & redditus ac prouentus Decanatus eiusdem sint adeo tenues & exiles, quod ad supportanda onera sumptuum quos electum huiusmodi subire oporteret, ad sedem veniendo prædictam & apud ipsam morando pro suæ confirmationis munere obtinendo; cum redditus & prouentus prædicti

prædicti viginti librarum Turonensium paruorum summam annis singulis non excedant. Dux ipse prouideri super hoc, per Apostolicæ Sedis clementiam suppliciter postulauit. Nos itaque, volentes benignè in hac parte annuere votis suis, denunciationi tuæ, vt ex nunc Capellæ memoratæ Decanus, cum ipsum contigerit concorditer & vnanimiter eligi, suæ confirmationis munus per Abbatem Monasterij Cisterciensis, qui pro tempore fuerit, quive illud Apostolica sibi auctoritate impendat, absque vlla contradictione recipiat. Ad quod Decano impendendum eidem, Abbatem ipsum teneri volumus, & auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraïre. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sexto Calendas Iulij, Pontificatus nostri anno quarto. Année 1298.

Contract de mariage entre Marguerite de Bourgogne, & Louys de France, depuis Roy surnommé Hutin.

ROBERTVS *Dux Burgundiæ*, Franciæ Camerarius, notum facimus vniuersis tam præsentibus quam futuris, quòd inter excellentissimum Principem, dominum *Philippum* Dei gratia *Franciæ Regem* illustrissimum, karissimum dominum nostrum, ex vna parte, & nos ex altera, initæ, conuentæ, & bona fide firmatæ sunt conuentiones, quæ inferius subsequuntur; videlicet, quod ipse dominus noster Rex, pro parte sua, & nos pro parte nostra, curabimus & faciemus, quod *Ludouicus* ipsius domini Regis primogenitus, & *Margarita* filia nostra secundogenita, statim cum ipsi ad annos nubiles peruenerint, obtento super hoc primitius assensu & dispensatione Sedis Apostolicæ, matrimonialiter insimul copulentur. Nos verò, conuenimus & promisimus prædicto domino nostro Regi, pro dicto filio suo, & ad opus ipsius, quod nos eidem filio suo dabimus in maritagium cum prædicta filia nostra, centies mille libras paruorum Turonensium in pecunia numerata, soluendas terminis qui sequuntur, videlicet viginti quinque millia librarum, ipsa die qua prædictum matrimonium in facie Ecclesiæ sollempnizari continget. Item quindecim millia librarum, eadem die, anni circulo reuoluto. Item alia quindecim millia librarum eadem die alio anno similiter reuoluto, & sic de anno in annum ad eumdem terminum, quolibet anno quindecim millia librarum Turonensium paruorum, quovsque dictæ centies mille librarum fuerint eidem filio dicti domini nostri Regis integrè persolutæ. Item, nos conuenimus & promisimus, nos daturos prædictæ filiæ nostræ, in maritagium cum eodem prædicti domini nostri Regis filio, sexties mille libratas terræ ad Turonenses paruos conuenienter assidendas eidem, tria millia librarum terræ statim in ipsa solempnisatione matrimonij supradicti in modum qui sequitur, videlicet mille libratas terræ quas ipse dominus noster Rex ex dono suo nobis assidere tenetur. Item terram quam habemus apud *Guaçum*, in quantum sufficere poterit ipsa terra. Item feoda & homagia illarum rerum quas dominus *Campaniæ* tenet à nobis, & similiter, feoda & homagia illarum rerum, quæ apud Vitriacum, & apud Essoy, tenentur à nobis, appretianda in assignatione prædicta quantum sufficere poterunt ad assisiam terræ secundum ipsius patriæ consuetudinem faciendam: Et illud quod post factam assisiam prædictorum deerit assidendum de dictis tribus millibus libratis terræ, nos in locis competentibus perficere tenebimur, ac etiam assidere. Item, alia tria millia libratarum terræ, quovsque nos ea prædictæ filiæ nostræ sufficienter & in locis competentibus assederimus, reddemus annuatim, soluendo eidem prædicti domini nostri Regis filio, à die solempnisationis prædicti matrimonij anno quolibet, ad duos terminos, tria millia librarum Turonensium paruorum, videlicet in festo Resurrectionis Domini mille & quingentas libras, & in festo Sanctorum omnium mille & quingentas,

& sic annuatim, quousque fecerimus assisiam supradictam. Ita, quod quandocumque nos dicta tria millia libratarum terræ, vel eorum partem eidem filiæ nostræ conuenienter assederimus, pro parte eorum assignata & tradita cessabit, & decrescet pro rata æquiualenti, solutio annualis præstationis prædictæ. Pro quibus tribus millibus libris Turonensibus paruis annuatim soluendis, vt præmissum est, nos eidem domino nostro Regi, pro dicto filio suo, & ad opus ipsius, Ducatum nostrum Burgundiæ, & totam terram nostram in regno Franciæ constitutam, ex nunc specialiter obligamus & remanere volumus obligatam. Prædictus verò dominus noster Rex, dictam *Margaritam*, si contigerit ipsam esse Franciæ Reginam, dotabit de duodecim millibus libratarum terræ ad paruos Turonenses; si verò non contigerit ipsam esse Franciæ Reginam, ipse dominus noster Rex dotabit eandem de sex millibus libratarum terræ monetæ eiusdem. Quod dotalicium ipse dominus noster Rex faciet eidem filiæ nostræ in locis competentibus assignari. Actum fuit insuper, & expresse conuentum, inter prædictum dominum nostrum Regem & nos, pro nobis & liberis nostris prædictis, & ad opus eorum, quod si dictos liberos nostros, vel eorum alterum, ante solempnizationem dicti matrimonij decedere contingat, conuentiones huiusmodi totaliter vacuentur & omni careant robore firmitatis. Si verò, post contractum & in facie Ecclesiæ solempnizatum prædictum matrimonium inter eos, contingat ipsos vel alterum eorum decedere, liberis non extantibus ex eisdem summa prædictarum centies mille librarum Turonensium paruorum, pro ea rata qua soluta fuerit vel termini solutionis cesserint, prædicti domini nostri Regis seu dicti filij sui erit, & sibi remanere debebit. Pro ea verò rata qua nec soluta fuerit, nec termini solutionis cesserint, nos quitti remanebimus & totaliter liberati. Et dictæ sexties mille libratæ terræ ad nos reuertentur, & in nostra dispositione liberæ remanebunt. Si verò, post contractum & solempnizatum inter eos prædictum matrimonium ipsi decesserint, vel alter eorum, superstitibus liberis ex eorum prædicto matrimonio procreatis, in casu, quem Dominus auertat, in quo ipsius domini nostri Regis prædictus filius in vita sua non esset Rex Franciæ, liberi ex illo eorum matrimonio superstites, dum tamen Comitatus Campaniæ ad eosdem nullatenus obuenisset, si sint masculi, habebunt viginti millia libratarum terræ ad paruos Turonenses de terra ipsius Domini nostri Regis in regno Franciæ situata decenter, & in locis competentibus ab ipso domino nostro Rege vel eius successoribus assidendas eisdem. Si verò sint fœminæ, masculis ex illo matrimonio non extantibus, quælibet habebit mille libratas terræ ad paruos Turonenses, conuenienter eisdem in terra regni Franciæ prædicti domini nostri Regis assidendas, & cum hoc, duodecim millia librarum Turonensium paruorum in pecunia numerata, pro ipsis matrimonialiter collocandis. Has autem conuentiones & promissiones, omnes & singulas, prout superius sunt expressæ, promisimus & promittimus bona fide ac ad sancta Dei Euangelia iurauimus, nos pro parte nostra facturos, curaturos, & integraliter completuros; hoc excepto, quod si, quod absit, contingeret nos vel successores nostros in solutione dictarum pecuniæ summarum in aliquo de præmissis terminis deficere, nolumus astringi iuramento prædicto, sed obligamus nos & successores nostros, si defecerimus in solutione prædictarum pecuniæ summarum in terminis antedictis, vel aliquo eorumdem terminorum, ostagia continuè Senonis in propriis personis tenere, quousque de prædictis summis, in quarum solutione defecerimus, integraliter fuerit satisfactum Ad hæc nos & successores nostros firmiter obligantes, volentesque nos & ipsos remanere specialiter obligatos. Et in testimonium & memoriam perpetuam omnium & singulorum præmissorum, præsentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum apud Abbatiam Minorissarum longi campi, die
Année 1299. Sabbati post festum beati Mathiæ Apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, mense Februario.

NOS *Hugues de Vienne* Cheualiers sires de Lonvy ; fasons sauoir à tous, que pour cinq cens liures de Tournois, & pour autres bones causes plusours, lesquels tres excellent Princes Messires *Roberts Dux de Bourgoigne* nos a donées & paiées en deniers comptans, nós auons repris & entré en son homaige, & en la foy, pour nos & pour nos hoirs, dudit Monseigneur lou Duc, pour luy & pour ses hoirs, en fié, & en chasement, lou Donjon de Long-vy, son borc, ioignant audit Donjon, ensi come il s'estant dois fondit Donjon, tant que au pont du Four de Long-vy. Item, les maisons fors de Sauigney, & de Beal Repaire en Broisse, les villes, & toutes les appartenances desdites maisons, soit en bois, en terre, en preys, & iustices, en seignories, en fiez, en rerefiez, & en tous autres proffiz. Lesquelles maisons fors ensemble les appartenances dessusdittes, de Sauigney, & de Beaurepaire, *Henriz d'Antigney* sires de seinte Croix tient en fié ligement de nos, si que en ceste meniere, nos li diz Hugues, tiendrons doudit Monseignour lou Duc sesdites maisons, fors de Sauigney, & de Beau Repaire, & les appartenances en rerefié. Et est assauoir, que quiconque tiendra loudit Donjon, & Bourc dessus diz, auec les autres choses dessusdittes, il les tiendra en fié dudit Monseignour lou Duc, ou de ses hoirs, sans venir en rerefié pour nul caux ; se n'estoit du consentement dudit Monseignour lou Duc, ou de ses hoirs. Et toutes ces choses dessusdites, nos cognossons estre de franc aluef mises en fié, & en rerefié, c'est assauoir lou Donjon, & lou Bourc dessus diz, en fié, & les autres choses en rerefié. Et toutes les choses dessusdites, & vne chacune par soy, nos promettons par nostre soirement donné corporellement sur saintes Euangiles de Deu, & sus l'obligation de toz nos biens mobles & non mobles, presens & auenir, pour nos & pour nos hoirs, lesquels nos obligeons quant à ceu garentir audit Monseignour lou Duc, & à ses hoirs tosiors mais contre tous, que nos ferons & procurerons à nostre loyal, que nostre enfant, quant il seront de loyay eaige, loüeront & aggreeront les choses dessusdites. En tesmoing de laquelle chose, nos auons supplié & requis honorauble & discrette, l'Official de la Court de Besançon, & nos auons mis en ces lettres nostre seaul. Et nos li deuant diz Officiaux, à la relation de *Estieuenin dit du Marchié*, Clerc, Iuré, & Notaire de nostre Court, nostre commandement especial à ceu enuoyé de part nos, & deuant lequel li diz Hugues sires de Long-vy à confessey en droit toutes les choses dessusdites estre verraiies, & les a promis tenir & garder fermement sans venir encontre, auons mis lou seel de la Court de Besançon en ces presentes lettres, en tesmoignage de veritey. Faites & données l'an de grace corrant por 1299. ou mois de Ianuier, & seellé desdits seaux. *Extrait tiré sur l'original estant au Tresor des Chartes de la Chambre des Comptes de Dijon, en la liette des fiez de Chalon, Cotte soixante & quatre.*

Hugues de Vienne sire de Lonvy entre en l'homage du Duc.

Année 1299.

PHILIPPVS Dei gratia *Francorum Rex*, vniuersis præsentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus, quòd cùm *Philippus de Chauuiry*, nobis, ex causa permutationis, nomine suo & *Isabellis* coniugis suæ, dederit & concesserit perpetuo castrum *de Salice Ducis*, Diœcesis Lingonensis, cum fortalitiis, feodis, hominibus, terris, possessionibus, censibus, redditibus, nemoribus, omni iurisdictione alta & bassa, rebus & iuribus, adiacentiis & pertinentiis castri ipsius, pro omni iure ad ipsos coniuges pertinere, & specialiter pro dimidia portione ad ipsum Philippum, ex persona dictæ coniugis suæ in dictis pertinentiis. Quæ portio ad ipsum Philippum, & ad ipsam coniugem ex eius persona peruenit ex successione *Guillelmi domini de Salice*, patris quondam dictæ coniugis, & *Iacobi* fratris dictæ coniugis defunctorum, vt asserit dictus Philippus.

Acquisition par le Roy de France de la terre de Saulx le Duc.

Nosque dictis coniugibus dare debuimus ex causa permutationis huiusmodi, & assidere, Trecis vel vltra Trecas, in Comitatu Campaniæ, in locis congruis, decentem recompensationem in terra, arbitrio proborum virorum. In quâ terra, si ædificia fuerint, debebunt æstimari, sicut æstimabuntur ædificia dicti castri, & pro æquiualenti quantitate compensatio fiat hinc inde. Quod si forte æstimatio ædificiorum dicti castri de Salice superexcederet æstimationem ædificiorum ex parte nostra tradendorum, vel forte, in terra per nos assidenda nulla essent ædificia æstimanda; nos de redditibus compensationem faciemus condignam dictis coniugibus, dictusque Philippus faciet & curabit, quod dicta coniux sua præmissa omnia approbabit, laudabit, & ratificabit, & ad maiorem securitatem de præmissis approbandis, laudandis & ratificandis à dicta coniuge, *Gaufridus Danfile* miles se erga nos fideiussorem constituit; à qua fideiussione, cum super approbatione, laudatione & ratificatione prædicta litteras competentes receperimus, miles ille quittus erit penitus & immunis. Obligantes idem Gaufridus & Philippus nobis, omnia bona sua præsentia & futura, pro prædictis. Nos autem, eidem Philippo trademus de præsenti, duo millia librarum Parisiensium mutuo, sub omni obligatione omnium bonorum suorum. Actumque est inter nos & dictum Philippum, quod dictæ coniugis suæ ratificatione secuta, vt dictum est, nos statim, pro securitate dictæ assisiæ per nos dictis coniugibus faciendæ, assignabimus & tradемus dicto Philippo, pro se & dicta coniuge, tantum terræ in redditu in Campania, quantum per informationem faciendam per dilectos & fideles reuerendum nepotem Archidiaconi Lexouiensis, Clericum, & *Simonem de Marchesio* militem, nostros, vel alios super hæc deputandos à nobis repertum fuerit dictam terram de Salice valere in redditu, habita ratione omnium ad idem castrum pertinentium, vt est dictum pro parte terræ ipsius quæ ante permutationem huiusmodi ad dictos coniuges pertinebat. Nosque statim nancisci poterimus saisinam corporalem dicti castri de Salice, & omnium iurium & pertinentiarum ipsius, pró portione & iure olim ad dictos coniuges in præmissis pertinentibus ante dictam assisiam per nos faciendam, non obstante conuentione habita in contrarium in dicto permutationis contractu. In quorum testimonium, nos præsens scriptum sigilli nostri munimine facimus roborari. Actum Parisiis anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, mense Februarij.

Année 1299.

Pieces adioustées du Cartulaire de l'Eglise Collegiale de Beaujeu. Année 1170.

VT ea quæ sunt, nota sint in anteà. Ego HVMBERTVS de Bellojoco volo vt præsentes & futuri sciant, quòd GVIGO Comes Forensis nepos meus. L. Dei gratia Regi Francorum, quando rediit de Podio sanctæ Mariæ, cum secum duxit captos Vicecomitem de Poliniac, & filium suum HERACIVM, donum quod ei dederat, scilicet Abbatiam Sauiniaci quæ antecessoribus & mea semper fuerat, per virgam quandam eam Abbatiam reddidit prædictam, quæ mea fuerat & esse debet, integram mihi per eandem virgam reddidit, scilicet in Montebrisonis, in Ecclesia sanctæ Mariæ Magdelenæ extra villam vbi Rex M ssam audiuit. His testibus de familia Regis, Guido de Garlanda & Guido Pincerna, & Guido de Capreosa consanguineus meus. Hoc fuit factum in præsentia Abbatis Sauiniaci qui ibi fuit, & maior Prior, & Cellerarius & Bertrannus de Tararo. De familia Comitis Forisij, Guichardus de Iconio, Poncius de Rochebaron, & Poncius de Albiniaco; & de familia mea, Arduinus de la Sale, Odelardus consanguineus suus; Hugo de Vinzellis, Maiolus & Vvillelmus frater eius de Vinzellis, ARDVINVS RABVTINI, & Thomas de Grandiriuo.

HÆC autem omnia quæ superius dicta sunt, iurauimus nos GVISCHARDVS Dominus Bellijoci, Filius quondam prædicti HVMBERTI Conestabulis Regni Franciæ tactis Euangeliis sacrosanctis, cùm viginti militibus inuiolabiliter in perpetuum obseruare. Sunt autem nomina eorum qui nobiscum iurauerunt Hugo Palatinus Dominus sancti Bernardi, Guillelmus de Illins, Hugo Palatinus, Hugo de Marzeu, Stephanus de Pyseis, Guillelmus de Marzeu, Guischardus de la Dousa, Iocerannus de Franchelens, Bartholomeus de Laya, Guigo de Monteauro, Stephanus de Saluajos, Thomas de sancto Lattanino, Hugo de Thelys, Hugo de Thaney, Petrus de Roaens, Girinus de Vallibus, Guillelmus de Verneyo, Pontus Gemnos, DALMATIVS RABVTINI, & Stephanus de Fougieres: & vt magis firma quæ promissa sunt habeantur, nos GVISCHARDVS Dominus Bellijoci ad maiorem firmitatem & maius testimonium præsentem Cartulam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum annò Domini M. CC. LX. mense Nouembris. Année 1260.

Extrait de la confirmation des Priuileges des Habitans de Vilefranche en Beaujolois par GVICHARD VI. du nom Sire de Beaujeu.

Ayant recouuré plusieurs beaux tiltres de la Maison de la Palu, dont est auiourd'huy Chef le Comte de Bouligneux, lesquels ie n'ay pû inserer selon l'ordre Chronologique, ie les ay gardez pour les adiouster icy auec plusieurs autres, qui témoigneront de la grandeur & de l'antiquité de cette illustre Famille: Et ie remarqueray par occasion, que Pierre de la Palu seigneur de Varembon, dont l'Epitaphe, ou plustost l'Eloge extrait de l'Abbaye de Chassaigne y est rapporté, eut l'honneur d'estre Gouuerneur & Chef des Armes du Roy Philippe de Valois dans les Prouinces de Guyenne & de Languedoc, & Capitaine General des frontieres de Flandre. Il se trouue plusieurs mandemens, & autres titres de luy en cette qualité seellez de son seau, où il est representé à cheual, l'espée à la main, & tenant vn Escu de ses armes qui estoient de gueulles à la Croix d'hermines, lesquelles sont bordées sur les caparaçons du cheual.

ANNO Dominicæ Incarnationis Christi Iesu Domini Dei nostri, Messiæ verissimi, promissi diuinitus sanctis Patribus & Prophetis, desiderati cunctis gentibus, & expectati, prædestinatoque cœlitus tempore apparentis per Natiuitatem ex Maria Virgine, & promissa complentis, passi mortem pro nobis in Cruce, resurgentis à mortuis tertia die, ascendentis in cœlum, & dantis Spiritum sanctum Apostolis, in qua fide præmissorum consistit summa Beatitudinis nostræ, in spe, atque saluationis totalis humanæ, ac proinde iuxta ossa defuncti huius dono Dei ac fide dotati collocatur titulus iste. Anno inquam Domini accepto præfato, millesimo tercentesimo quadragesimo sexto, decimo octauo Kalendas Iulij mensis, in quo est solstitium æstiuale, quod tunc accidit in Vigilia festi de Corpore Christi, obiit dominus *Petrus de Palude*, cuius Deus habeat animam, dominus Varambonis, & Tociaci, & sancti Iuliani. Migrauit autem in partibus Græciæ, in Insula vel patria Nigripontis: ad quas partes transfretauerat, pro deuotione fidei Christianæ pugnaturus, contra Turcos infideles. Reportata sunt verò ossa eius ad Diœcesim Lugdunensem vnde erat oriundus Fuit autem, Dei dono, multis gratiis adornatus. Siquidem diuino cultui ab adolescentia vsque ad obitum deditus valdè fuit, & licet miles in armis strenuus, studiosus tamen pariter in sacra scriptura, & ferueus in eloquiis diuinis affluebat, compassione magna ad egenos & quoscum-

Eloge seruant d'Epitaphe à Pierre de la Palu seigneur de Varembon, tiré de l'Abbaye de Chassaigne.

que necessitatem sustinentes piis oculis inspectabat. Seruiebat pauperibus omni die vacante, flexis genibus, quasi Christo Domino in eis ministraret, vt merito audiat ab eo in iudicij die, cum electis, *Esuriui enim, & dedistis mihi manducare*, &c. Nunc opera sibi exhibita ab eodem, consequenterque audiat vocem suauissimam retributoris bonorum, dicentis, *Venite Benedicti Patris mei, percipite regnum*. In expeditionibus quoque, & gubernationibus rerum temporalium aptissimus & circonspectissimus erat; pro qua gratia, multæ Prouinciarium plurium Gubernationes ei fuerunt commissæ. In quo regimine intentissimus erat, quo expeditè ius cuique redderetur. Proinde multum à populis diligebatur, & coràm Deo benedicebatur. In rebus autem bellicis quam strenuus apparuit & regius, plurimis longum esset narrare. Exinde glorificatus est in conspectu Regum, & præfectus ab eis exercitibus plurimis ad regendum. Præcipuum in omnibus erat ei hoc nomen, *Iesus*, in quo fiducia maxima sibi erat. In periculis quibuscumque de qua manabat audacia cordis, mirabilis qua præditus erat. Erat autem gratus plurimum in omnibus factis suis, vt ad ipsum in multitudine positum oculi omnium viderentur attenti. Tantum enim acumen ingenij naturalis videbatur ei datum, vt nihil industriæ & aptitudinis videretur eum posse latere. Denique, dictamina in Gallico elegantia componebat, cantabat egregiè, tam in voce quam in arte cantus, instrumenta musica melodiosè personans; honestate tamen morum, qua dotatus erat semper seruata. Super omnia verò ad Deum erat cor suum, pro quo tandem, relictis mundanis, qui ei plurimi offerebantur, honoribus, pro fide Christiana transfretauit pugnaturus, in quo opere tamquam in seruitio domini Dei sui consummauit dies suos, ab eo, vt creditur, gratissimè & æternaliter remunerandus. Hæc quidem comptiori littera scribi potuerunt; sed à fratre eius qui ob eius amorem dictauit, & manu propria sunt scripta.

Confirmation & statuts de la fondation de l'Eglise Collegiale de Varembon.

NICOLAVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, ad illa nostræ solicitudinis officium .... per quæ Ecclesiarum procuratur vtiliter, diuino cultui intenditur, à .... illis quæ propterea processerunt vt illibata persistant libenter cum à nobis petitur, Apostolico volumus munimine roborari. Cum itaque, hodie, Capellam in loco *de Varambone*, Lugdunensis Diœcesis, ad honorem Dei, & gloriosæ Virginis Mariæ, eiusque Genitricis sanctæ Annæ, dudum per discretos filios, *Ludouicum Franciscum* Anastasiæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyterum, *Cardinalem de Varambon* vulgariter nuncupatum, & nobilem virum *Franciscum de Palude* militem, dominum dictum *de Varambone*, *Comitem de Ruppe*, Lugdunensis & Bisuntinensis Diœcesis eorumque progenitores, constructam & erectam, in Collegiatam Ecclesiam erexerimus & instituerimus, prout in literis Apostolicis de super confectis plenius continetur, & sicut exhibita nobis, pro parte dictorum Cardinalis Francisci petitio continebat, pro gloria & laude Altissimi, ipsiusque Ecclesiæ sic erectæ honestate & decore, nonnulla capitula, constitutiones, & statuta, qui eis tanquam fundatoribus ipsius Ecclesiæ, honesta visa fuerunt & decentia, ac sine quibus, iuxta fundationem ipsorum non posse bene subsistere, eidemque Ecclesiæ in diuinis deseruiri debere non arbitrantur, fecerunt & ordinauerunt. Quare, pro parte dictorum Cardinalis & Comitis nobis fuit humiliter supplicatum, vt huiusmodi Capitula, constitutiones, & statuta, Apostolico robore muniri, de spirituali gratia dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, capitula, constitutiones, & statuta prædicta rata habentes, & grata illa authoritate Apostolica, ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem capitulorum, constitutionum, & statutorum præfatorum, inferius inscribi fecimus: qui talis est. Ad laudem, gloriam, & honorem diuini nominis, nec non beatissimæ & glorio-

ſſiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, & beatæ Annæ eius matris, totiuſque Curiæ cæleſtis, Amen. Nos *Ludouicus* tituli ſanctæ Anaſtaſiæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Preſbyter Cardinalis, *de Varambone* vulgariter nuncupatus, & *Franciſcus de Palude* miles dominus *Varambonis* & Comes Ruppis, Lugdunenſis & Biſuntinenſis Diœceſis, notum facimus vniuerſis præſentibus pariter & futuris; quod nos, audientes & arcano recenſentes, quantæ deuotionis zelo fuerunt accenſi, bonæ in cordis memoriæ dominus *Aymo de Palude*, miles, quondam dominus Varembonis, genitor noſtri Cardinalis, Auuſque noſtri Comitis, & domina *Margarita* eius conſors. Qui, licet in ſuo caſtro Varambonis Capellam haberent honeſtam, ab aliis eiuſdem caſtri ædificiis ſegregatam, & in qua ſingulis diebus Miſſa celebrabatur, & ſacroſanctum Chriſti Corpus & complures ſanctorum Reliquiæ, ex priuilegio honorificè recombantur; nihilominus tamen, Capellam, non quidem paruo ſumptu & opere fabricandam inceperunt. Morte autem præuentis eiſdem, ſuccedens bonæ memoriæ *Guigo de Palude* ſimiliter miles & *dominus* dicti loci *Varambonis*, idem opus in ipſa Capella continuauerat. Noſque Cardinalis, & Comes, eidem Guigoni poſt eius obitum ſuccedentes, ipſorumque dominorum *Aymonis* & *Guigonis* quondam, in his deuotionis inhærendo veſtigiis, eandem Capellam vſque ad complementum ferè omnium ædificiorum perfici fecimus, eamque plurimis venerabilibus ſanctorum Reliquiis, iocalibus, ornamentis, paramentis, ac libris Eccleſiaſticis dotauimus. Adeò, quod in partibus illis, Capella ipſa non paruæ reputationis neque extimationis exiſtat. In quaquidem etiam Capella, iam tam per ipſos prædeceſſores & alios de genere noſtro, quam per nos, decem Sacerdotes inſtituti exiſtunt. Inter quos, pro præſidente ſub titulo Rectoris alter eorum deputatus eſt, qui ſtatutis eis ſtipendiis, portionibus quotidianis, vna ad minus altera, & quam plures alias ſubmiſſa vocibus Miſſas, vna cum Veſperis ac diebus Dominicis; & aliis nouem lectionum, & ſupra feſtiuitatibus Matutini, & alia diuina celebrare tenentur & debent. Nos autem Cardinalis & Comes memorati, cupientes vt Capella ipſa maioribus decoretur honoribus, inibique maior Preſbyterorum & aliorum ſeruientium numerus haberetur, eandem in Collegiatam Eccleſiam erigere, reditus quoque, pro condecenti duodecim Canonicorum & ſex puerulorum victu & veſtitu complerecur, de bonis & facultatibus à Deo nobis collatis augmentare intendimus, cum & ſub conditionibus, capitulis, ſtatutis, & clauſulis infra ſcriptis; ſi tamen, ad hæc omnia & ſingula, tam ſupra quam infra ſcripta, ſanctæ Sedis Apoſtolicæ interueniat conſenſus pariter & auctoritas. In primis, quod in eadem Capella, de prædictis duodecim, ſit vnus inter alios, qui Decanus vocetur; Decanatus quoque dignitas principalis in eadem habeatur. Item, quod Canonici prædicti, à Veſperis vigiliæ Paſchæ incluſiuè, vſque ad Veſperas vigiliæ feſtiuitatis omnium Sanctorum excluſiuè, ſuperpellicia vna, cum almuciis de pellibus griſis, & pueri ſimplicia ſuperpellicia, ac à vigilia omnium Sanctorum, vſque ad vigiliam Paſchæ, excluſiuè, cappas laneas, ac inſtar aliarum Eccleſiarum Collegiatarum, partium illarum ac illis vicinarum, deferre teneantur, & quibus ipſimet ſibi-ipſis prouidere teneantur, prout etiam ipſis Capellanis iam exiſtentibus, per bonæ memoriæ dominum *Amedeum de Talaru Archiepiſcopum Lugdunenſem* extitit conceſſum. Item, quod nullus inibi in Canonicum recipiatur, niſi ſit prius in Sacerdotio conſtitutus. Pueri verò, ab octauo anno vſque ad quatuordecim annos recipiantur. Item, quod in eadem Capella ſint inter alios, duo, qui eoſdem puerulos docere debeant, vnus in Grammaticalibus, & alius in Muſica. Item, quod nullus ipſorum Canonicorum & puerulorum audeat Capellam ipſam, diuinorum tempore, niſi cum habitibus ſupradictis ſuo tempore congruentibus, vt ſupra dictum eſt, ingredi, nec etiam, cum illis, niſi in Matutinis & Veſperis, ante finitum *Gloria Patri* primi Pſalmi, & in Miſſa ante finitum *Gloria Patri* Introitus Miſſæ. Item, quod quilibet Canonicorum prædictorum, debeat & teneatur facere reſidentiam

personalem, per quadraginta sex septimanas pro quolibet anno. Item, quod nullus Canonicatum & Præbendam, dignitatem, administrationem, vel officium in illa obtinere possit, cum alio quocumque Beneficio Ecclesiastico, illum, illud, vel illam permutare. Sed, quamprimum huiusmodi permutationis causa, illum, illam, vel illud resignans, eo ipso, dominus Varambonis qui pro tempore fuerit, vt supra conditionatur, de alio, absque alia vocatione, constituto tamen sibi prius legitimè, de ipsa resignatione facta, & non aliàs, prouidere possit cuicumque alteri, dum tamen idoneo, & qui certa ratione consonum videtur licitum illi esse qui suum dat, aliquam portionem retinere, aut conditionem addere in donatione illa. Nos, Cardinalis, & Comes præfati, omnem collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, nominationem, seu quamuis aliam dispositionem Canonicatuum, & Præbendarum, & aliorum eiusdem Capellæ seruitorum supradictorum, nobis, Cardinali, & post obitum nostrum domino Varambonis pro tempore existenti, dummodo de cognomine & armis illorum de Palude sit, aut per alterum eorumdem institutus existat, omnino pertineat. Vbi autem non esset dominus ibidem huiusmodi conditionis, collatio, prouisio, præsentatio, electio, & omnimoda dispositio, ad dominum pro tempore existentem, eiusdem loci simili iure pertineat. Decanatus verò siue principalis dignitatis præsentatio, nobis & domino Varambonis, vt supra, collatio, siue institutio, domino nostro Papæ pro tempore pertineant, & pertinere debeant. Item, nolumus, nec intendimus, quod dominus Archiepiscopus Lugdunensis, aut quiuis alius ordinarius, visitationem, aut aliquam aliam, super eisdem Decano, Canonicis, puerulis, aut eorum altero huiusmodi iurisdictioni, sed solum eorumdem dominorum, in casum constitutionis & destitutionis, ac visitationis, subiiciantur iurisdictioni, saluis moderationibus infra scriptis. Item, Decanus, aut ille qui eidem Ecclesiæ ratione dignitatis, personatus, administrationis, vel officij pro tempore præsidebit, in & super I........ in ipsos Canonicos & puerulos, aut alios Ecclesiasticos factæ, aut aliis omnibus casibus iurisdictionem habeant, & in eius absentiam siue defectum, primus Canonicus, & in illius defectum subsequens, & sic successiuè ad vltimum. In casibus autem grauibus infra scriptis; videlicet. si quis reperiatur inter alios concubinarius, siue fornicator publicus, aut assiduus ad frequentandum tabernas, aut ebriosus, aut lusor taxillorum vel aliorum ludorum............ siue non incedens cum habitu ex tonsura suo statui condecentibus; volumus, statuimus, & ordinamus, quod ille qui præsidebit, vt supra, vel subsequens, vt in præcedenti articulo, formet processum, de consensu & consilio domini dicti loci Varambonis pro tempore existentis, & duorum Canonicorum ad minus, de antiquioribus Et formato ipso processu, & probato, eidemque domino Varambonis communicato, idem præsidens, aut, vt supra, subsequens, sententiam contra talem delinquentem, consilio & consensu, & non alias, ferre debeat. Et in euentum in quem nullus ipsorum, eam, propter passionem, vel aliàs ferre vellet, ipse dominus Varambonis pro tempore existens, eam ferre facere possit per dominum *Abbatem* Monasterij *Ambroniaci*, aut *Chassagniæ*; in loco quorum sic denominatorum, ponantur per dominos dicti loci Varambonis, vt supra qualificatur. In casibus autem appellationis, habeatur recursus per eosdem dumtaxat, ad sanctam Sedem Apostolicam, sub cuius protectione & immunitate eosdem, omnes & singulos supradictos, in eodem casu submitti & supponi volumus, & non alteri. Item, idem de Hospitali dicti loci Varambonis volumus omnimodo fieri. Videlicet, quod Rectores & seruitores, ac alij de dicto Hospitali, tam officiarij quam hospitati, subiiciantur in singulis casibus vt supra, nec alio modo. Insuper, Rector ipsius Hospitalis, sit alter eorumdem Canonicorum, qui .... cum inuentario recipiat, & in fine cuiuslibet anni teneatur reddere rationem domino ipsius loci, vt supra qualificato, & nulli alteri, vna cum Decano, siue Præsidente,

Præsidente, ac Canonicis dictæ Capellæ. Alioquin verò, vbi talis qualificatus dominus non esset præsens, solum Decano siue Præsidenti & Canonicis, vocato ad hoc Castellano eiusdem loci, rationem integram reddere teneatur. Item, quod quilibet Præsidens siue Canonicus, in suo primo ad eandem Capellam ingressu, debeat in eius receptione deponere duodecim ducatos auri, aut eorum valorem, ex quibus debeant immediatè eum redditus quos percipere debeat ipse, soluens eius vita durante, & post eius vitam cedat in communem omnium Canonicorum distributionem. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam confirmationis & communionis infringere, vel & ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, pridie Nonas Iunij, Pontificatus nostri anno quinto. **Année 1451.**

Testament de François de la Palu seigneur de Varembon, & de Bouligneux &c. Comte souuerain de la petite Pierre, & de la Roche, &c.

EN nom de la sainte & indiuisée Trinité, du Pere, du Fils, & du saint Esprit, Amen. Nous *François de la Palu*, *Comte de la Roche*, seigneur *de Varambon*, & de Villers-Sexel, sain de pensée & de memoire, par la grace de Dieu, combien que soyons enfert de nostre corps, regardant & considerant qu'il n'est chose plus certaine que la mort, ne incertaine que l'heure d'icelle, attendant & considerant aussi les cas fortuiteux de mort, ausquels humaine fragilité est cothidiennement submise, & pour ce que nous ne decedons de cest siecle en l'autre *ab intestat*, tandis que raison gouuerne la pensée, & que vigueur regne és membres: De nostre pure, franche science, & liberale volonté, sans aucune oblique induction, ceduction, crainte, ou circonuention, & meu par quelques personnes que ce soit, des biens que Dieu nous a presté, nostre testament nuncupatif, ordonnance, & derniere volonté, condons & faisons, en la maniere que cy-apres s'ensuit: Et premierement deuant nostre face mis le signe de la Croix, nostre ame, de present, & quant elle partira & exira de nostre corps, la rendons & recommandons deuotement à Dieu nostre souuerain Createur, à la glorieuse Vierge Marie sa piteuse Mere, & à toute la Cour Celestiale de Pardis, & nostre corps à la terre dont il est creu. Item, nous elisons nostre sepulture en nostre Eglise Collegial de Varembon. Si voulons estre mis & inhumés au monument estant en nostredite Eglise, ouquel est mis & inhumé feu nostre tres-chier seigneur & pere. Item, voulons & ordonnons, que nous heritiers cy apres nommés, & tous ceux qui descendront de nous, & de nosdits hoirs, soient tenus de eux faire inhumer en nostredite Eglise, & non autre part. Item, voulons & ordonnons, que le iour de nostre enterrement soient conuoquiés tous les Prestres & Religieux que trouuer se pourront, lesquez & chacun d'eux diront & celebreront en nostredite Eglise, vne Messe basse des morts, & autres diuins Offices, pour le remede & salut de nostre ame, & de nos predecesseurs, & trois Messes à haute voix à Diacre & Soudiacre. C'est assauoir, l'vne du saint Esprit, la seconde de Nostre-Dame, & la tierce des Morts: Et à chacun d'iceux qui celebreront lesdites Messes trois gros, & à chacun donnons & legons, sans reffection, pour vne fois. Item, pour nostre luminaire, voulons & ordonnons, que le iour de nostre enterrement soient conuoquées quinze filles pucelles des plus pauures de nostre terre de Varembon, lesquelles soient vestuës de drap blanc, qui sera acheptè par mes heritiers cy-apres nommés, au prix d'vn florin l'aune, pourtant chacune, & tenant à l'entour de nostre corps vne torche pesant trois liures de cire, & au departir de nostredit enterrement, voulons que nosdits heritiers à chacune desdites pucelles baillent & donnent six gros pour achepter vn chaperon rouge, lesquels six gros à vne chacune desdites filles donnons & legons en

aumosne pour vne fois. Item, voulons & ordonnons, que ledit iour de nostredit enterrement, à vn chacun pauure de Dieu, qui viendront audit lieu de Varembon, soit donné vn quart de gros de Sauoye, en aumosne, pour vne fois. Item, voulons & ordonnons, que ledit iour de nostredit enterrement, & vn chacun an apres, nous heritiers, & autres nos enfans, nostre tres chere, & tres-saintes femmes & compagnie, nos seruiteurs, & autres parens & amis, soient tous vestus de drap blanc, à l'honneur & reuerence de Nostre-Dame. Item, voulons & ordonnons, que les heritiers de nos heritiers, à tousiours mais, soient tenus de porter, & eux vestir le iour du deceds & trespas d'eux, ou de ceux esquelz ils succederont & heriteront vn an apres, les semblables robbes de drap blanc; car ainsi le voulons estre fait & obserué entre les nostres, & ceux qui descendront d'eux perpetuellement. Item, voulons & ordonnons, que l'an reuolu apres nostredit entorrement par nos heritiers soit fait nostre obseque & grand senellissement en nostredite Eglise, & que sur nostre chasse soit mis vn drap noir, & vne Croix blanche dessus, sans plus, lequel demeurera en ladite Eglise. Item, voulons & ordonnons, que nostre luminaire soit fait le iour de nostre grand senellissement & enterrement, de quatre gros cierges, pesant vn chacun vingt-cinq liures de cire, lesquelz seront mis és quatre quarre de nostre tabernacle, tous ardens. Item, voulons & ordonnons, que ledit iour de nostre grand enterrement soient conuoquez quinze filles des plus pauures de nostre terre de Varembon, lesquelles seront toutes vestuës de blanc, ainsi que dessus, & porteront & tiendront chacune en leurs mains vne torche ardente pesant trois liures de cire, à l'entour de nostredit tabernacle, & à vne chacune desdites pucelles nous donnons & legons pour vne fois dix florins, pour son mariage, & en aumosne; lesquels dix florins, voulons & ordonnons estre payé & satisfait à vne chacune desdites filles par nous heritiers, dans quatre mois apres la requeste desdites pucelles, ou de leurs parens, quand marier les voudront, & ce paisiblement, & sans figure de plait. Item, voulons & ordonnons, que de ce faire soient obligez nos heritiers, auant qu'ils preignent possession de nos biens: & en feront respondre & aplaiger esdites pucelles desdites sommes par le Receueur dudit Varembon, qui par le temps sera. Et pour ce supplions à la Iustice de nostre tres redoubté Prince & Seigneur le Duc de Sauoye, & Monseigneur le Prince de Piedmont, que à toute rigueur fassent payer le Receueur. Item, voulons & ordonnons, que ledit iour de nostre grand enterrement, soient appellés & conuosqués trois Prelats, lesquelz celebreront & diront en nostredite Eglise trois grandes Messes, assauoir, la premiere de Nostre-Dame, la seconde du saint Esprit, & l'autre des Morts, pour le remede de nostre ame, & de nos parens & predecesseurs; & voulons à vn chacun estre donné ce que par nos executeurs cy apres nommez, ou par les deux d'eux sera aduisé & ordonné. Item, voulons & ordonnons, que oudit iour soient conuoquées & appellées tous les Prestres & Religieux qui auoir se pourront, lesquels diront & celebreront l'Office Diuin de nostredite Eglise de Varembon, pour le remede de nostre ame, & de nous parens predecesseurs; & voulons & ordonnons estre donné à vn chacun desdits Prestres, là venant & celebrant Messe, six gros pour vne fois, sans reffection. Item, voulons & ordonnons, que ledit iour de nostre enterrement, nostre espée soit offerte par la pointe, en signifiance de rendre les armes & honneur de cestuy monde à Dieu nostre Souuerain Createur. Et pour ce faire prions & supplions à Messire *Iehan de Seyssel* Marceschal de Sauoye, & *Guillaume de Lurgail* Seigneur de Culle, Cheualiers, qui nous veullent faire celuy honneur, qu'ilz pourtent & offrent nostredite espée, en signifiant qui a fait d'armes à nous heu vouloir de deffendre & soubstenir leur honneur. Item, voulons & ordonnons, que ledit iour nostre timbre soit offert par nous treschers & tres-amez freres, *Philippot* & *Antoine de la Palud*, en signifiance qu'ilz

sont ceux, qu'ilz doiuent, doy le plus haut iusques au plus bas, auoir le conduit & regime de nos heritiers du nom & des armes, & l'honneur de Lostel de Varembon apres nosdits heritiers deffaillis par la maniere cy-apres escripte. Item, voulons & ordonnons, ledit iour estre offert l'Escu de nos armes, lequel porteront à l'offerte *Guillaume de Lurgeulx* Seigneur de Beaufourt, & *Iean* Seigneur *de Lornay*, qui ont tousiours hon regard, comme preudhommes & loyaux doiuent auoir, à l'honneur de nos armes & personnes. Item, voulons & ordonnons, que ledit iour, nostre Banniere armoyée de nos armes soit offerte ; laquelle porteront *Anne Cadout*, & *Girard de Trotourant*, en seignifiance que souuentefois ilz ont accompagné ladite Banniere comment bons & loyaux Champions, battu & pourté grands fais d'armes, ainsi que bons nourissons doiuent faire : car nous les auons nourriz en nostre Hostel, & inuenturer. Item, voulons & ordonnons estre offert ledit iour, nostre Pannon, lequel pourteront *Louys de Gourrenoud*, & *Iean de la Taissonniere*, en seignifiance, que par plusieurs fois ilz ont courus & assaillis, & souffert maintes peines en armes pour nostre commandement. Item, voulons & ordonnons, que ledit iour aussi soit offert nostre Estendart; lequel pourteront *Iean de Gruffiz* dit de Varre, & *Iean bastard de Lusy*, en soignifiance, que à mains assaulx, & diuers atours d'armes, ils se sont tenus alentour, & porté l'Estendart, en accroissant nous honneurs & ses renommées. Item, voulons & ordonnons estre offert ledit iour nostre Escu noir; lequel porteront *Phelippe du Riolois*, & *Anthoine de Montgibbers*, lesquels nous ont seruy depuis leur enfance, soignifiant que ce sont ceux que voulons qu'ilz mettent nostre dernier honneur en terre. Item, aussi voulons & ordonnons estre offert ledit iour nostre Banniere noire ; laquelle porteront *Antboine du Molart*, & *Iehan de Vy en Montaigne*, en signifiance qu'ilz ont esté nos bons seruiteurs, tousiours diligens & doubtans de nos affaires. Item, s'il auenoit que aucuns des dessusdits, ledit iour de nostre enterrement, fussent morts, ou hors du pays, en maniere qu'ils ne puissent ce que dit est; voulons & ordonnons estre mis ou lieu d'eux oudit offertoire, de nos feaux & seruiteurs, à la election & ordonnance de nosdits executeurs & heritiers cy-apres nommez. Item, voulons & ordonnons, que se au temps de nostredit grand enterrement, honorable homme & sage, nostre tres-cher, & tres-aimé Maistre *Guillaume Toureau* Notaire & Secretaire du Roy de France aux Marchies de par deça, pource qu'il a tousiours bien amé & soustenu nostre foy & honneur, meine & conduise nostre heritier à l'offerte le iour de nostre grand enterrement, & de ce faire l'en prions. Item, voulons & ordonnons, que toutes les torches qu'ilz seront donnez & apportez en nostredite Eglise de Varambon le iour de nostredit enterrement, par nous gens & amis, ne soient point allumées, mais par le Recteur de nostredite Eglise, & nous heritiers venduës, & que le prix d'icelles soit mis & employé en acquerrir terre & rente au proffit de nostredite Eglise, à distribuer aux Chanoignes de nostredite Eglise, pour ce qu'ilz soient tenus de prier Dieu pour le remede & salut de nostre ame, & de ceux qui auront donné & apporté lesdites torches. Item, donnons & legons à nostredite Eglise de Varambon, tout ce que auons heu, & pouuons auoir des biens de feu *Pierre Preuost* de Pontaise, affin que les Chanoines de nostredite Eglise soient tenus de prier Dieu pour nous & nos parens & predecesseurs ; lesquels biens voulons & ordonnons estre vendus le mieux que faire se pourra, & que du prix & sommes desdits biens en soient achetés terres, rentes, & censes, au proffit de nostredite Chapelle, & des Chanoignes desseruans en icelle. Et aussi, que par nos heritiers sera esleu & mis vn Prestre en nostredite Eglise, en augmentatiom & accroissement d'icelle, & du Diuin Office; ouquel nous donnons & legons vingt-cinq florins pour chacun an perpetuellement de rente, à prendre sur ledit prix desdits biens dudit feu Pierre Preuost: lequel Prestre sera tenu de demeurer & resider oudit Varembon

auec les autres Prestres & Chanoines de ladite Eglise, & le surplus des rentes, qui du prix desdits biens seront acquises, voulons estre distribué ausdits Prestres & Chanoines de nostredite Eglise Item, donnons & legons à nostredite Eglise Collegiale de Varembon, la somme de deux mil escus d'or, pour vne fois, lesquels voulons & ordonnons estre mis & employez en acquerir terres, rentes, & censes au proffit de ladite Eglise, à distribuer aux Chainoignes deseruans en icelle, & à deux autres Prestres Chainoignes, que voulons & ordonnons estre mis & esleus par nous heritiers en ladite Eglise, en accroissement & augmentation d'icelle, & du seruice Diuin; ausquels deux Chainoignes, qui en nostredite Eglise seront mis & esleus par nos heritiers, donnons & legons vingt cinq florins par an, à chacun an perpetuellement, à prendre sur lesdites rentes qui seront acquises desdits deux mil escus d'or. Lesquels Chanoignes seront tenus de dire & celebrer en nostredite Eglise chacun an perpetuellement, vne Messe haute de Nostre-Dame, pour le salut & remede de nostre ame, & de nous predecesseurs: Et en outre seront tenus lesdits Prestres & Chanoignes de nostredite Eglise, de dire en icelle chacun iour, & perpetuellement à haute voix les heures Kanoniales, ainsi que dire se doiuent, & que l'on a accoustumé de les dire aux autres Eglises Collegiaux. Item, voulons & ordonnons, qu'incontinent apres que lesdits Chanoignes de nostredite Eglise auront receu ladite somme de deux mil escus d'or, qu'ilz soient tenus vn chacun d'achepter vne Chappe noire, & vne Aulmusse grise, pour les porter en ladite Eglise en temps dheu, & accoustumé de les porter, & que l'on les porte, & a l'on accoustumé de porter aux autres Eglises Collegiaux. Item, prohibons & deffendons par ce present nostredit testament, voulons & ordonnons, que lesdits Prestres & Chanoignes de nostredite Eglise, qui sont presentement, & qui seront ou temps aduenir, ne puissent eschanger ny permuer à autres Offices ou Benefices, leurs Chanoigneries, ne leur Chappellains en icelle, & que és lettres de donation qui s'en feront desdits Chanoignes & Chapellains, se fasse expresse mention de ce que cy-dessus en auons ordonné & prohibé touchant nostredite Eglise. Item, voulons & ordonnons, que les treize maisons que auons commencées faire audit Varembon, pour la demeurance desdits Prestres Chanoignes, & aussi le Cloistre commencé en ladite Eglise soient parfaits & acheuez par nosdits heritiers. C'est assauoir les deux parts par le Comte de la Roiche, & la tierce par le Seigneur de Varembon, & ce dans treze ans apres nostredit deceds & trespas continuellement ensuiuant. Item, voulons & ordonnons, que pour decoration de nostredite Eglise, soient faites deux cloches, l'vne pesant vingt quintaux, & l'autre quinze, lesquelles se mettront en ladite Eglise auec les autres qui desia y sont, à faire & payer par nosdits heritiers par deux parts & par tiers, à la forme que dessus. Item, voulons & ordonnons, que la collation & donation de nostredite Eglise de Varembon, soit & appartienne à nostre heritier dudit Varembon, & aux siens, & non à autres. C'est assauoir de celles que par nos predecesseurs, feu Seigneur le *Cardinal dudit Varembon*, iadis nostre tres-chier Seigneur & oncle, & nous y sont desia fondés. Et si auenoit que nostre S. Pere le Pape, ou autres Prelats, se voulussent ou vouloient entremettre d'y pouruoir, ou les donner à autres que à ceux à qui elles seront données par nostredit heritier de Varembon, ou les siens; oudit cas voulons & ordonnons, que tous les biens, rentes, & censes qui ont esté mises & données à nostredite Eglise, tant par nous comme par nous predecesseurs, soient & retournent de plain droit à nostredit heritier de Varembon, ou aux siens, ainsi que par autre ancien testament de nosdits predecesseurs a esté autrefois disposé & ordonné. Item, voulons & ordonnons, que nostredit heritier de Varembon, ou les siens, puissent prendre & eslire pour leur seruice l'vn desdits Prestres & Chanoignes de nostredite Eglise, lequel, son absence nonobstant, voulons & ordonnons qu'il preigne aux rentes & distributions de ladite Eglise,

autant comme s'il estoit & deseruoit continuellement en ladite Eglise auec les autres Chanoignes ou seruice d'icelle. Item, à la Chapelle de Marie Magdelaine de Varembon, qui est nostre Paroiche, donnons & legons soisante solz pour vne fois, parmy que le Recteur d'icelle Chapelle, & ses successeurs Recteurs de ladite Chapelle seront tenus de faire celebrer chacun an en ladite Eglise, à tel iour comme nous decederons, vn anniuersaire pour le remede & salut de nostre ame, & de nous predecesseurs. Item, dounons & legons aux Curé & Chapellains, ou nouueau Prebandier de l'Eglise de Villers-Sexel, en laquelle est inhumé feu noble memoire Messire *Humbert* iadis *Comte de la Roiche*, la somme de cent frans pour vne fois, pour en acquerir rentes & censes, à distribuer entre lesditz Curé, & nouueau Prebandier de ladite Eglise: lesquels parmy ce, eux & leurs successeurs Curés & Prebandiers de ladite Eglise, seront tenus de dire & celebrer chacun an perpetuellement en icelle Eglise, és quatre quartiers de l'an, vne Messe haute des Morts, pour le salut & remede de l'ame de nous, & de nos predecesseurs. Item, donnons & legons aux Doyen & Chanoignes de nostredite Eglise Collegial de saint Hypolite, la somme de cent frans pour vne fois, pour en acquerir rentes & censes. Lesquels, & leurs successeurs Doyen & Chanoignes de ladite Eglise, chanteront chacun an perpetuellement, és quatre quarts d'an, vne Messe haute des Morts, pour le secours & salut de nostre ame, & de nosdits predecesseurs. Item, donnons à Messire *Iehan Varbois* nostre Chappelain, la premiere Prebande qui vacquera, & qui viendra à donner en nostre Eglise de Varambon, & soixante florins pour vne fois, lesquelz soixante florins il baillera à nostre Eglise de Varambon, pour en acquerir terres & rentes au proffit d'icelle Eglise. Desquelles rentes à acquerir, voulons & ordonnons que ledit Messire Varbois en iouïsse à sa vie durant tant seulement, & apres son trespas, ladite rente vienne en distribution aux Chanoignes de nostredite Eglise. Item, donnons & legons pour droit d'institution à nostre tres-chere & tres-amée fille *Philiberte de la Palu*, la somme de cent frans, pour vne fois, outre la somme dotale par nous à elle donnée, promise & constituée ou traité de son mariage, depuis deument fait, celebré & accomply, entre *Martin de Chaulengin*, Seigneur de Bon & Vaults, & nostredite fille; laquelle en icelle somme de cent frans, nous faisons, nommons de nostre propre bouche nostre heritiere, pour tous les droits, actions, raisons, reclamations, proprieté, seigneurie, droiture, parts, partages, portions, legitime, succession, à icelle Phileberte nostredite fille competans & appartenans competer & appartenir, ou deuoir competer & appartenir en tous nous biens, & de tous nous hoirs paternels, maternels, & fraternels: Et voulons & ordonnons, que de ce elle soit contentée; & parmy ce & ladite somme de cent frans, la priuons de tous droits, qui luy pourroient ou deuroient competer & appartenir és biens de nostre succession. Item, donnons & legons aussi par droit d'institution à nostre tres-chere & tres-amée fille *Marguerite de la Palud*, pour tous ses droits, actions, raisons, & reclamations, proprieté, seigneurie, parts, partages & portions à elle presentement appartenante, & qui luy pourroient & deuroient competer & appartenir en tous nous biens, & en tous biens paternel, maternel, & fraternel quelconques, la somme de six mille frans, ce que feu nostre tres-chere & tres-aimée compagnie *Jeanne de petite Pierre* luy a donné & legué par son testament, & en icelle somme de six milles frans, la faisons, nommons, & instituons nostre heritiere, & voulons & ordonnons, que de ce elle soit contentée. Et moyenant ladite somme de six mille frans, la priuons de tous droits qui luy pouroient & deuroient competer & appartenir és biens de nostredite succession. Laquelle somme de six mille frans se payera à nostredite fille Marguerite par nosdits heritiers. C'est assauoir le iour de la celebration des nopces de nostredite fille, la somme de mille frans chacun an apres ledit mariage, quatre cens frans, iusques

à fin & accompliſſement de payement de ſix mille frans. Et au deffaut du payement, luy voulons eſtre aſſigné ladite ſomme, ou celuy qui en ſeroit deub & defaillu payer eſdits termes. C'eſt aſſcauoir cinq frans pour cent, ſur bons & ſuffiſans aſſignats, & à rachap perpetuel. Et auec ce ſeront tenus noſdits heritiers, de la bien honorablement & ſuffiſamment veſtir des robbes le iour de ſeſdites nopces, ſelon ſon eſtat. Item, voulons & ordonnons, que ſi ladite Marguerite noſtredite fille alloit de vie à treſpas, ſans laiſſer enfans procrées en elle, & en loyal mariage, que Dieu ne veüille, en iceluy cas, ladite Marguerite ne puiſſe teſter, ny autrement ordonner de ladite ſomme, que de milles frans tant ſeulement pour vne fois, pour le ſalut de ſon ame, & que le ſurplus de ladite ſomme de ſix mil frans ſoit, vienne, & retourne de plain droit à noſdits hoirs. Item, s'il auenoit, que par plaiſir de Dieu nous euſſions autres filles legitimes auec leſdites Philebette & Marguerite, vne ou pluſieurs, oudit cas, donnons à vne chacune, par droit d'inſtitution, & pour tous les droits, actions, raiſons, & reclamage, proprieté, part, partage, portions, & legitime ſucceſſion qu'elles pourroient & deuroient competer & appartenir en tous nous biens preſens & aduenir, la ſomme de trois mille florins en icelle ſomme de trois mille florins, & en vne chacune d'icelles, faiſons, nommons de noſtre propre bouche, & inſtituons nous heritiers, en telle maniere, qu'elle ne puiſſe, ne doiue autres choſes decider ne quereller en noſdits biens, mais pour autres, voulons qu'elle ſoit ou ſoient contentes, & parmy ce les priuons de noſtredite ſucceſſion & hoirie. Item, voulons & ordonnons, que ſi icelles noſdites filles, ou aucunes d'icelles, alloient de vie à treſpaſſement ſans enfans naturels & legitimes, que Dieu ne veüille, en iceluy cas, ne puiſſent leſdites nos filles teſter, ny autrement diſpoſer de ladite ſomme de trois mille florins, comme deſſus leguée, que de la ſomme de mille florins tant ſeulement, pour le ſalut de leurs ames, & que le ſurplus des trois mille florins, ſoit, & retourne de plain droit à noſdits heritiers. Item, voulons & ordonnons, pour pluſieurs bonnes conſiderations, que en toute noſtre terre & ſeigneurie que tenons, ou aurons au temps aduenir, & auſſi nos hoirs & ſucceſſeurs tiendront, & heriteront, ne puiſſent ne doiuent heriter filles; ains pour vne ſomme d'argent debuoir à donner par le pere deſdites filles, ou par ſes executeurs & amis, doiuent quitter, moyennant la ſomme d'argent qui leur ſera donnée par la maniere que deſſus, tous les droits qui leur pourroient competer & appartenir eſdits biens. Laquelle ſomme ſera tauxée, au cas que le pere deſdites filles decederoit *ab inteſtat*, & deux ou quatre des plus prochains parens deſdites filles, ſans foulement de la cheuance; en laquelle ſomme, leſdites faiſons & nommons nous heritiers, en tous cas que neceſſairement de droit le deuons inſtituer. Item, voulons & ordonnons, qu'en toutes nos terres & ſeigneuries que tenons preſentement, & que nous & noſdits hoirs tiendront au temps aduenir, ne puiſſe heriter que les enfans maſles premiers, nous & tous les autres enfans apres nous, leurs freres, ledit premier né qui heritera, ſera tenu de leur eſtat & ſouffiſamment. Et leſquels autres enfans ſeront exclus, & leſquels excluons & priuons par ces preſentes, deſdites terres & bien, en la meilleure forme & maniere que faire le pourrons & debuons. Et ou cas qu'ilz ne voudroient tenir noſtre preſente ordonnance. Nous les ordonnons eſtre d'Egliſe de l'Ordre de ſaint Benoiſt. Et ce droit ne vouloir que le puiſſions, ne deuſſions ainſi faire, & qu'ilz ne voulſiſſent tenir noſtredite ordonnance; nous, oudit cas, leurs donnons & legons par droit d'inſtitution à vn chacun la ſomme de mil eſcus d'or pour vne fois, & deux cens florins de rente pour vn chacun an, à payer & aſſigner par nos heritiers cy apres nommez, & leurs hoirs & ſucceſſeurs, pour tout droit, actions, parts, partages, portions, droit, & legitime ſucceſſion eſdits biens de noſtredit ſucceſſeur, & celles de noſdits hoirs, & leurſdits hoirs ſucceſſeurs, par quelque maniere que ce ſoit. Et en iceluy

